Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM; AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, DECEM ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCOS VENIT: GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, NOVEMQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA SEPTUAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA QUINQUE ET TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NOBIS DEEST.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXVI.

SYMEON METAPHRASTES.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNUS 960.

ΣΥΜΕΩΝ

ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ,

ΤΟΥ ΜΕΤΑΦΡΑΣΤΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SYMEONIS LOGOTHETÆ,

COGNOMENTO

METAPHRASTÆ,

OPERA OMNIA,

ASCETICA, PARÆNETICA, CANONICA, HISTORICA, HAGIOGRAPHICA. MAGNAM PARTEM EX MSS. PARISIENSIBUS NUNC PRIMUM GRÆCE EDITA;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS TERTIUS.

VENEUNT TRIA VOLUMINA 35 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNUS 960.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXVI CONTINENTUR.

SYMEON METAPHRASTES.

Parisiis. — Ex Typis J. P. MIGNE.

MENSIS NOVEMBER.

ΑΘΛΗΣΙΣ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΩΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΑΚΙΝΔΥΝΟΥ, ΠΗΓΑΣΙΟΥ,

ΑΝΕΜΠΟΔΙΣΤΟΥ ΑΦΘΟΝΙΟΥ ΚΑΙ ΕΛΠΙΔΕΦΟΡΟΥ.

CERTAMEN

SANCTORUM ET GLORIOSORUM CHRISTI MARTYRUM

ACINDYNI, PEGASII,

ANEMPODISTI APHTHONII ET ELPIDEPHORI.

(Latine apud Surium ad diem 2 Novembris, Græce ex cod. ms. n. 1487.)

Α'. Εἰ καὶ πρῶτοι Πέρσαι Χριστὸν ἐκ Παρθένου A γεννώμενον προσεκύνησαν, δώροις τε τοῦτον ἐτίμησαν, ἀλλ' εἰς ὕστερον οὗτοι τοὺς Χριστοῦ δούλους δι' αὐτὸν ἀπανθρώπως ἐκόλασαν. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ ἄλλων τε πολλῶν, καὶ τῆς νῦν προκειμένης ἐστὶν ὑποθέσεως. Τοῦ γὰρ σοβαροῦ Σαβωρίου τὰ Περσικὰ σκῆπτρα διέποντος, καὶ πρὸς τὸ τυραννικώτερον ἀποκλίναντος, τοὺς ὑπὸ χεῖρά τε Χριστιανοὺς ὁμόσε διώκειν ὁρμήσαντος, πολλή τις σκοτόμαινα τὴν Ἐκκλησίαν κατεῖχε Χριστοῦ, καὶ ταραχῆς πεπλήρωτο καὶ συγχύσεως. Οὐκ ἦν δὲ ὅστις ἠμέλει Περσῶν, τὸ μὴ τὸ οἰκεῖον σέβας ἐκθύμως διεκδικεῖν. Ὅθεν τοὺς τοῦ Χριστοῦ θεραπευτὰς ὁσημέραι διαβάλλοντες, τῇ βασιλικῇ χειρὶ παρεδίδοσαν· μεθ' ὧν καὶ τοὺς μακαρίους Ἀκίνδυνον, Πηγάσιόν τε καὶ Ἀνεμπόδιστον ἐν δωματίῳ B τινὶ κρυπτομένους, τῷ βασιλεῖ κατεμήνυσαν, ἅτε τὰ Χριστιανῶν πρεσβεύοντας καὶ πολλοὺς τῶν ὡς αὐτοὺς φοιτώντων τὰ τοῦ δόγματος ἐκπαιδεύοντας καὶ βασιλικῶν πείθοντας θεσπισμάτων καταφρονεῖν. Καὶ ὃς αὐτίκα καὶ συλληφθῆναι καὶ παραστῆναι αὐτῷ τοὺς ἁγίους πολλῷ τῷ θυμῷ προσέταττεν.

I. Etiamsi Persæ primi Christum natum ex Virgine adorarunt, et donis eum honorarunt, tamen postea Christi servos propter ipsum inhumane punierunt. Hoc autem cum ex multis aliis est evidens, tum ex argumento, quod nunc est propositum. Nam cum superbus ille Sapores sceptra teneret Persica, et declinasset ad tyrannidem, et ad Christianos, qui erant in ejus potestate, persequendos fuisset incitatus, magna quædam caligo Christi fuit offusa Ecclesiæ, et ea repleta fuit tumultu et confusione. Nullus autem ex Persis erat negligens in acriter defendenda sua religione. Quamobrem eos, qui Christum colebant, quotidie criminantes, manui regiæ tradiderunt. Inter quas beatum quoque Acindynum, Pegasium et Anempodistum, qui latebant in quadam domuncula, regi indicaverunt, ut qui et Christianorum tenerent opinionem, et multos ex iis, qui ad ipsos ventitabant, Christi dogma docerent, et persuaderent, ut regia despicerent decreta. Ille autem valde iratus, jussit statim sanctos comprehendi, et coram se sisti.

Β'. Ὡς δὲ παρῆσαν, τὸ θυμούμενον εὐθὺς ἐπιεικείας πλάσματι περιχρώσας· Τεκνία, φησὶ (οὓς μετ' οὐ πολὺ κρεουργεῖν ἔμελλεν) εἴπατέ μοι τίς ὑμῖν ἡ πατρὶς, τὸ γένος, πόθεν, τὸ ἐπιτήδευμα τί; Πατρὶς, οἱ ἅγιοι ἀπεκρίναντο, καὶ γένος, καὶ ἐπι-

II. Cum vero adfuissent, iram statim illinens ficta moderatione: Filioli, inquit (quos paulo post erat excarnificaturus) dicite mihi quænam est vobis patria, unde genus ducitis, quodnam est vobis studium. Sancti autem responderunt: Et patria, et ge-

αἰσθανομένῳ· ἀλλ' ἔν τινι τῶν ἀψύχων τὴν κόλασιν A ὑπομένοντες, αὐτῆς μὲν ἠμέλουν, πρὸς εὐχὴν δὲ καὶ γλῶσσαν ἔτρεπον καὶ διάνοιαν· Ὁ φωτισμὸς ἡμῶν, λέγοντες, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν]· ὁ ὕβρεις δι' ἡμᾶς ἐνεγκὼν, ἐν ξύλῳ τε τανυσθεὶς, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀναιρούντων σε προσευξάμενος, μακροθυμίας ἡμῖν καὶ ἀνοχῆς ὅρους ὑποτιθεὶς, ἔπιδε ἐπὶ τὴν ἡμῶν ταπείνωσίν τε καὶ κάκωσιν, καὶ ἐξελοῦ ἡμᾶς τῶν ἐπινοιῶν τῆς κακοτέχνου ταύτης τοῦ τυράννου ψυχῆς. Γνώτωσαν πάντες, ὅτι σε ἔχομεν Θεὸν ἐν οὐρανοῖς πάντα δυνάμενον, καὶ τὸν ἄναρχόν σου πατέρα, καὶ τὸ προσκυνητὸν καὶ πανάγιον Πνεῦμά σου εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Δ'. Ταῦτα αὐτοῖς εὐξαμένοις, ὁ Κύριος ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς εἴδει ἐπιφανεὶς, λύει μὲν τὰ δεσμά· τὸ δὲ πῦρ δροσίζει, ὥσπερ ποτὲ τοῖς ἐν Ἀσσυρίᾳ παισί· καὶ B οὕτως οἱ ἅγιοι ἀπαθεῖς καὶ σῶοι, κατ' ὄψιν τῷ βασιλεῖ παρέστησαν. Ὁ δὲ παχὺς ὢν κομιδῇ καὶ ἀσύνετος, οὔτε τῷ παραδόξῳ καταπλαγεὶς τοῦ θεάματος, οὔτε τῶν μαρτύρων τὴν ἄμαχον καρτερίαν δυσωπηθεὶς· Τί ὑμῖν, ἔφη, δοκεῖ, πρὸς ὄνομα τούτους καλέσας; ἆρ' ἔπεισαν ὑμᾶς αἱ μικραὶ αὗται βάσανοι, ἀποστῆναι μὲν τῆς πανωλέθρου πλάνης ὑμῶν, εἶξαι δὲ τοῖς ἡμετέροις θεσπίσμασιν; Ἢ ἔτι ἐμμένειν βούλεσθε τῇ ἀπάτῃ, ταῖς ὑμῶν γοητείαις ἐπιθαῤῥεῖν ἔχοντες; Ὁ μακάριος Ἀκίνδυνος ἀπεκρίνατο, Γοητείας μὲν οὔτε ἴσμεν, οὔτε ποτὲ μεμαθήκαμεν, οὔτε φενακισμοῖς τοιούτοις ἡμεῖς ἐχρησάμεθα. Ἀλλ' ἐπεὶ τὴν ἀνυπέρβλητον τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καὶ τὰς ὑπὲρ φύσιν θεοσημείας, γοητείαν εἶναι ὑπολαμβάνεις, φαντασίᾳ τε, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ ταῦτα ὑπονοεῖς C γίνεσθαι, ἄλαλος τὸ λοιπὸν ἔσῃ, καὶ τὴν γλῶτταν πεπεδημένος, ἵν' οἴκοθεν τὸ μαρτύριον ἔχῃς τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. Εἴπερ οὖν λέγειν δεδύνησαι, εἰπὲ, ποίοις ἡμᾶς κελεύεις θῦσαι θεοῖς; Καὶ οὐκ ἦν φωνὴ καὶ οὐκ ἦν ἀκρόασις· ἀλλ' ἐπίσης τοῖς αὐτοῦ θεοῖς, ἄφωνος διετέλει, νεύματι μόνῳ τὸ τῆς ψυχῆς βούλημα παραφαίνων. Οὗ τὴν ἄνοιαν οἱ τοῦ Χριστοῦ ἐλέγχοντές τε καὶ διαχλευάζοντες ἔφασαν, Ἀποχωροῦμεν· αὐτὸς δὲ οὐδὲν οὐδ' ὅλως λέγεις ἡμῖν.

Ε'. Προσποιησαμένων δὲ τῶν ἁγίων τὴν ἀναχώρησιν, ἄφωνος ἦν ὁμοίως ὁ βασιλεύς· θαμὰ τοῖς περιεστῶσιν ἐνατενίζων, καὶ νεύμασι τὴν τῶν ἁγίων σύλληψιν διακελευόμενος. Εἶτα τῶν ὑπηρετῶν ὃ βούλεται συνεῖναι μὴ δυναμένων, ἡμιμανὴς ὥσπερ D ὑπ' ἀπορίας καὶ θυμοῦ γενόμενος, τὴν χλαμύδα τε περιέῤῥηξε, καὶ ὃ λέγεται βιβλατώριον εἰς γῆν ἀπέῤῥιψε, καὶ οὕτω τοὺς παρόντας εἰς οἶκτον ἐξεκαλεῖτο. Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ στρατιῶται, αὐτούς τε καὶ τὸν τύραννον τῆς ἀνοίας κατοικτισάμενοι, Ὢ πηρώσεως ἀνθρώπων, ἔφησαν· ὅτι ἑκόντες τοὺς ὀφθαλμοὺς καταμύοντες, οὐ βούλονται πρὸς τὸ φέγγος ἀτενίσαι τῆς ἀληθείας. Ἀλλὰ διάνοιξον, Κύριε, τὰ ὄμματα τῆς καρδίας αὐτῶν, ὥστε φωτὶ τῆς σῆς γνώσεως περιαυγασθῆναι, καὶ κατανοῆσαι τὰ σὰ θαυμάσια, καὶ τὸ προσκύνητόν σου δοξάσαι καὶ πανάγιον ὄνομα. Ταῦτα δὲ αὐτῶν εὐξαμένων, στρατιὰ αὐτοῖς ἀγγελικὴ ἐπιφαίνεται, ὧν τὴν λαμπρότητα οἱ τὰς κόρας τῆς ψυχῆς ἀμβλυώττοντες μὴ

quodam inanimo supplicium sustinentes, ipsum quidem negligebant : ad preces vero linguam et mentem convertebant, dicentes : Qui es illuminatio nostra, Christe Deus noster, qui propter nos passus es injurias, et in ligno fuisti extensus, et precatus es pro iis, qui te interimebant, patientiæ et tolerantiæ decreta nobis proponens, aspice ad humilitatem nostram et afflictionem, et libera nos machinationibus scelerati animi hujus tyranni. Sciant omnes nos te habere Deum in cœlis, qui potest omnia, et qui est sine principio, tuum Patrem, et adorandum tuum et sanctissimum Spiritum in sæcula. Amen.

IV. Cum sic essent precati, in nostra forma apparens Dominus, solvit quidem vincula : ignem autem irrorat, quomodo pueris olim in Assyria ; et sic sancti illæsi et salvi producti sunt in conspectum regis. Ille autem cum esset valde crassus et insipiens, neque admirabili spectaculo obstupefactus, neque martyrum invicta motus patientia : Quid, inquit, vobis videretur, eos appellans nominatim, num hæc vobis parva persuaserunt tormenta ut a pretioso quidem vestro errore discedatis, nostris autem edictis cedatis ? an adhuc vultis permanere in errore, vestris freti præstigiis ? Respondit beatus Acindynus : Præstigias quidem neque scimus, neque unquam didicimus, neque unquam talibus usi sumus imposturis. Sed quoniam Dei vires insuperabiles, et quæ sunt supra naturam signa divina, putas esse præstigias, visioneque et non revera hæc fieri suspicaris, eris deinceps mutus et lingua impeditus, ut ex teipso testimonium feras Dei virtutis. Si potes ergo dicere, dic, quibusnam diis nos jubes sacrificare ? Non erat autem vox, neque auditio, sed erat mutus, non secus atque dii ejus, solo nutu indicans animi voluntatem. Cujus amentiam Christi servi arguentes et irridentes, dicebant : Recedimus, tu autem nihil nobis omnino dicis.

V. Cum autem finxissent sancti se recedere, erat rex mutus similiter, crebro defigens oculos in eos, qui circumsistebant, et nutu jubens, ut sancti comprehenderentur. Deinde cum ministri quod volebat, non possent intelligere, præ ira et dubitatione effectus semiinsanus, rupit chlamydem, et id quod fibulatorium dicitur, humi disjecit, et sic eos, qui aderant, vocabat ad misericordiam. Christi autem milites et ipsos et tyrannum miserati propter amentiam, O hominum cæcitatem ! dixerunt, quod sua sponte claudentes oculos, intueri nolunt lucem veritatis. Sed aperi, Domine, oculos cordis eorum, ut illuminentur luce Dei cognitionis, et tua considerent miracula, et adorandum et sanctum tuum nomen significent. Cum hæc autem essent precati, eis apparet exercitus angelorum, quorum splendorem ferre non valentes, qui oculis animæ caligabant, humi ceciderunt. Sancti vero cum Dei consuetum sensissent auxilium, ei obtulerunt gra-

nus, et studium est fides in Trinitatem, quæ est unus Deus, a quo ad omnes, qui sunt, essentia; et ad eos qui vivunt, vita, tanquam a fonte aliquo perenni, derivatur. Hæc cum audivisset tyrannus, Ut videtur, inquit, mea lenitas et quod non sim proclivis ad supplicia, vos reddidit contumaces et audaces ad respondendum. Dixit vero statim Acindynus : Quænam responsio facta fuit secus, quam oportet, aut quid tibi videmur non respondere ut convenit? Quoniam, inquit, alia respondistis, quam de quibus fuistis interrogati, sed nisi accedentes cito sacrificaveritis, pœnitentia ducti frustra flebitis. Sanctus Anempodistus libero verborum fluento dixit tyranno : Oportebat quidem, o rex, nos de hoc verbo ne minimum quidem respondere, sed ferre silentio tuam in nos contumeliam : sed quoniam fervor fidei in Christum non sinit nos tacere, audi nos hæc tibi dicentes : Cur de patria genere et studio curiose inquiris? Hæc enim omnia, ut prius diximus, est nobis Trinitas omnium architectatrix; deos autem, quibus nos jubes sacrificare, nec novimus, nec sunt omnino. Oportet enim amare veritatem, dæmones vero scimus esse deceptores, et animis afferre interitum. Qui cum a Deo creati essent, et ab eo qui fecerat defecissent, igni æterno sunt damnati. Tyrannus autem his ad iram accensus, eis mortem minatur acerbissimam. Cui sancti perinde ac si bona esset pollicitus, non autem tormenta minatus, responderunt : Vix tandem agnovisti id, quod est nobis utile et salutare.

III. Tunc ergo jubet eos a quatuor viris extensos per totum corpus virgis cædi. Illi autem cum totam mentem ad Deum sustulissent, ita affecti erant, cum virgis cæderentur, perinde ac si patientibus aliis ipsi adessent spectatores. Propterea plagas quidem negligebant : conveniens autem canticum ad Deum psallebant, dicentes : « Vidisti Domine, ne sileas, et ne discedas a nobis [1]. » Deinde qui eos torquebant lictores, defessos jam, quod diutius producerentur tormenta, alii recentes excipiunt. Cum autem hanc, quæ erat supra hominem, vidisset tyrannus martyrum tolerantiam, et eos tanquam inane quidpiam ferre plagas citra dolorem, in maximam adductus admirationem et correptus vertigine, statim cadit supinus, adeo ut, qui aderant, putarent eum esse mortuum. Deinde cum ad se rediisset, licet non ad id, quod oportebat, et veritatem, cum ex athletarum, quæ superabat hominem, tolerantia oporteret eum deduci ad pietatem, apparuit ille magis ab ira superatus, et jubet martyres funibus extendi in aere, et ignem subter eis accendi, ut duplici tormento eorum animæ celerius erumperent. Illi autem quovis ferro et quovis adamante fortiores, tanquam ad tormentum recentius etiam recentiorem ostentantes tolerantiam, et non in vivente corpore et dolorem sentiente, sed in

[1] Psal. xxxiv, 22.

A τήδευμα, ἡ εἰς τὴν Τριάδα πίστις ἐστὶ τὸν ἕνα Θεόν, παρ' οὗ τοῖς οὖσι πᾶσι τὸ εἶναι καὶ τοῖς ζῶσι τὸ ζῆν, ὡς ἔκ τινος πηγῆς ἀειζώου ἐποχετεύεται. Τούτων ὁ τύραννος ἀκούσας, ὡς ἔοικεν ἔφη τὸ ἐπιεικὲς ἡμῶν, καὶ μὴ πρὸς τὰς βασάνους πρόχειρον καταφρονητὰς ὑμᾶς καὶ θρασεῖς διέθηκε πρὸς τὰς ἀποκρίσεις. Ὁ ἅγιος Ἀκίνδυνος εἶπε· Καὶ τίς ἡ παρὰ τὸ δέον ἀπόκρισις, ἢ τί σοι δοκοῦμεν μὴ προσηκόντως ἀπολογήσασθαι; Ὅτι, φησί, ἕτερα μᾶλλον ἢ περὶ ὧν ἠρωτήθητε ἀποκρίνασθε· ἀλλ' εἰ μὴ τάχιον προσελθόντες θύσετε, ἀνόνητα μετακλαύσεσθε. Ὁ ἅγιος Ἀνεμπόδιστος, ἀνεμποδίστῳ ῥεύματι τοῦ λόγου πρὸς τὸν τύραννον ἔφη· Ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς, ὦ βασιλεῦ, περὶ τοῦδε τοῦ ῥήματος, ἀποκρίνασθαί σοι μηδὲ βραχὺ, ἀλλὰ σιγῇ
B τὴν εἰς ἡμᾶς ἐνεγκεῖν παροινίαν· ἐπεὶ δὲ τὸ ζέον τῆς πρὸς Χριστοῦ πίστεως οὐκ ἐπιτρέπει σιγᾷν τοιαῦτα πρὸς σὲ λεγόντων ἡμῶν ἄκουε. Ἵνα τί πατρίδα καὶ γένος καὶ ἐπιτήδευμα πολυπραγμονεῖς; ταῦτα γὰρ πάντα ὡς ἔφθημεν εἰπόντες, ἡ Τριὰς ἡμῖν ἐστιν ἡ πάντων δημιουργός. Θεοὺς δὲ οἷς θύειν ἡμᾶς ἐπιτρέπεις, οὔτε οἴδαμεν, οὐθ' ὅλως εἰσίν. Ἀλήθειαν γὰρ προσήκει φιλεῖν, δαίμονας δὲ ἀπατεῶνας καὶ ψυχοφθόρους αὐτοὺς ἐπιστάμεθα. Οἳ κτίσμα Θεοῦ γεγονότες, καὶ τοῦ πεποιηκότος ἀποστήσαντες ὑπόδικοι πυρὶ κατέστησαν αἰωνίῳ. Ἐπὶ τούτοις ὁ τύραννος εἰς ὀργὴν ἐξαφθεὶς πικρότατον αὐτοῖς τὸν θάνατον ἀπειλεῖ. Πρὸς ὃν οἱ ἅγιοι καθάπερ ἀγαθῶν ἐπαγγελίαν, ἀλλ' οὐκ ἀπειλὴν βασάνων
C δεξάμενοι, Μόλις ἐπέγνως τὸ συμφέρον ἡμῖν καὶ σωτήριον, ἀπεκρίναντο.

Γ'. Τότε τοίνυν, ἐκ τεσσάρων κελεύει διαταθέντας αὐτοὺς, καθ' ὅλου ῥαβδίζεσθαι. Οἱ δὲ τὸν νοῦν ὅλον πρὸς Θεὸν ἀνατείναντες, οὕτω διέκειντο ῥαβδιζόμενοι, ὥσπερ ἄλλων πασχόντων αὐτοὶ θεαταὶ γινόμενοι. Διὰ ταῦτα τῶν μὲν πληγῶν ἠμέλουν, ᾠδὴν δὲ οἰκείαν πρὸς Θεὸν ἔψαλλον· Εἶδες, Κύριε, λέγοντες καὶ μὴ παρασιωπήσῃς, Κύριε, μὴ ἀποστῇς ἀφ' ἡμῶν. Εἶτα τοὺς αἰκίζοντας δημίους κεκμηκότας ἤδη τῇ παρατάσει τῶν αἰκισμῶν, ἀκμῆτες ἕτεροι διαδέχονται. Ὡς δὲ τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον ταύτην τῶν ἀθλητῶν καρτερίαν ὁ τύραννος ἐθεᾶτο, καὶ ὥσπερ τι τῶν ἀψύχων ἀναλγήτως τὰς πληγὰς φέροντας, θάμβους πολλοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ ἅμα σκοτοδίνης
D ὑποπλησθεὶς, ὕπτιος εὐθὺς καταφέρεται, ὡς ὑπολαβεῖν αὐτὸν τοὺς παρόντας ἀποθανεῖν. Εἶτ' ἀνανήψας πάλιν καὶ ἑαυτοῦ γενόμενος, εἰ καὶ μὴ τοῦ προσήκοντος καὶ τῆς ἀληθείας, δέον ἐκ τῆς ὑπὲρ ἄνθρωπον τῶν ἀθλητῶν καρτερίας ὁδηγηθῆναι μᾶλλον πρὸς τὴν εὐσέβειαν. Ὁ δὲ καὶ πλέον ἐφάνη τῷ θυμῷ νικώμενος καὶ κελεύει σχοινίοις εἰς τὸν ἀέρα διαταθῆναι τοὺς μάρτυρας, πῦρ τε κάτωθεν αὐτοῖς ὑποκαίεσθαι· ὡς ἂν τῷ διττῷ τῆς βασάνου, τάχιον ἀποῤῥήξωσι τὰς ψυχάς. Οἱ δὲ καὶ σιδήρου παντὸς καὶ ἀδάμαντος ἰσχυρότεροι, ὥσπερ πρὸς καινοτέραν βάσανον, καινοτέραν ἐπιδεικνύμενοι καὶ τὴν καρτερίαν, καὶ οὐκ ἐν σώματι ζῶντι καὶ ὀδύνης

αἰσθανομένῳ· ἀλλ' ἔν τινι τῶν ἀψύχων τὴν κόλασιν A ὑπομένοντες, αὐτῆς μὲν ἠμέλουν, πρὸς εὐχὴν δὲ καὶ γλῶσσαν ἔτρεπον καὶ διάνοιαν· Ὁ φωτισμὸς ἡμῶν, λέγοντες, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν}· ὁ ὕβρεις δι' ἡμᾶς ἐνεγκὼν, ἐν ξύλῳ τε τανυσθεὶς, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀναιρούντων σε προσευξάμενος, μακροθυμίας ἡμῖν καὶ ἀνοχῆς ὅρους ὑποτιθεὶς, ἔπιδε ἐπὶ τὴν ἡμῶν ταπείνωσίν τε καὶ κάκωσιν, καὶ ἐξελοῦ ἡμᾶς τῶν ἐπινοιῶν τῆς κακοτέχνου ταύτης τοῦ τυράννου ψυχῆς. Γνώτωσαν πάντες, ὅτι σε ἔχομεν Θεὸν ἐν οὐρανοῖς πάντα δυνάμενον, καὶ τὸν ἄναρχόν σου πατέρα, καὶ τὸ προσκυνητὸν καὶ πανάγιον Πνεῦμά σου εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Δ'. Ταῦτα αὐτοῖς εὐξαμένοις, ὁ Κύριος ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς εἴδει ἐπιφανεὶς, λύει μὲν τὰ δεσμά· τὸ δὲ πῦρ δροσίζει, ὥσπερ ποτὲ τοῖς ἐν Ἀσσυρίᾳ παισί· καὶ B οὕτως οἱ ἅγιοι ἀπαθεῖς καὶ σῶοι, κατ' ὄψιν τῷ βασιλεῖ παρέστησαν. Ὁ δὲ παχὺς ὢν κομιδῇ καὶ ἀσύνετος, οὔτε τῷ παραδόξῳ καταπλαγεὶς τοῦ θεάματος, οὔτε τῶν μαρτύρων τὴν ἄμαχον καρτερίαν δυσωπηθεὶς· Τί ὑμῖν, ἔφη, δοκεῖ, πρὸς ὄνομα τούτους καλέσας; ἆρ' ἔπεισαν ὑμᾶς αἱ μικραὶ αὗται βάσανοι, ἀποστῆναι μὲν τῆς πανωλέθρου πλάνης ὑμῶν, εἶξαι δὲ τοῖς ἡμετέροις θεσπίσμασιν; Ἢ ἔτι ἐμμένειν βούλεσθε τῇ ἀπάτῃ, ταῖς ὑμῶν γοητείαις ἐπιθαῤῥεῖν ἔχοντες; Ὁ μακάριος Ἀκίνδυνος ἀπεκρίνατο, Γοητείας μὲν οὔτε ἴσμεν, οὔτε ποτὲ μεμαθήκαμεν, οὔτε φεναχισμοῖς τοιούτοις ἡμεῖς ἐχρησάμεθα. Ἀλλ' ἐπεὶ τὴν ἀνυπέρβλητον τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καὶ τὰς ὑπὲρ φύσιν θεοσημείας, γοητείαν εἶναι ὑπολαμβάνεις, φαντασίᾳ τε, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ ταῦτα ὑπονοεῖς C γίνεσθαι, ἄλαλος τὸ λοιπὸν ἔσῃ, καὶ τὴν γλῶτταν πεπεδημένος, ἵν' οἴκοθεν τὸ μαρτύριον ἔχῃς τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. Εἴπερ οὖν λέγειν δεδύνησαι, εἰπὲ, ποίοις ἡμᾶς κελεύεις θῦσαι θεοῖς; Καὶ οὐκ ἦν φωνὴ καὶ οὐκ ἦν ἀκρόασις· ἀλλ' ἐπίσης τοῖς αὐτοῦ θεοῖς, ἄφωνος διετέλει, νεύματι μόνῳ τὸ τῆς ψυχῆς βούλημα παραφαίνων. Οὗ τὴν ἄνοιαν οἱ τοῦ Χριστοῦ ἐλέγχοντές τε καὶ διαχλευάζοντες ἔφασαν, Ἀποχωροῦμεν· αὐτὸς δὲ οὐδὲν οὐδ' ὅλως λέγεις ἡμῖν.

Ε'. Προσποιησαμένων δὲ τῶν ἁγίων τὴν ἀναχώρησιν, ἄφωνος ἦν ὁμοίως ὁ βασιλεύς· θαμὰ τοῖς περιεστῶσιν ἐνατενίζων, καὶ νεύμασι τὴν τῶν ἁγίων σύλληψιν διακελευόμενος. Εἶτα τῶν ὑπηρετῶν ὃ βούλεται συνεῖναι μὴ δυναμένων, ἡμιμανὴς ὥσπερ D ὑπ' ἀπορίας καὶ θυμοῦ γενόμενος, τὴν χλαμύδα τε περιέῤῥηξε, καὶ ὃ λέγεται βιβλατώριον εἰς γῆν ἀπέῤῥιψε, καὶ οὕτω τοὺς παρόντας εἰς οἶκτον ἐξεκαλεῖτο. Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ στρατιῶται, αὐτούς τε καὶ τὸν τύραννον τῆς ἀνοίας κατοικτισάμενοι, Ὢ πηρώσεως ἀνθρώπων, ἔφησαν· ὅτι ἑκόντες τοὺς ὀφθαλμοὺς καταμύοντες, οὐ βούλονται πρὸς τὸ φέγγος ἀτενίσαι τῆς ἀληθείας. Ἀλλὰ διάνοιξον, Κύριε, τὰ ὄμματα τῆς καρδίας αὐτῶν, ὥστε φωτὶ τῆς σῆς γνώσεως περιαυγασθῆναι, καὶ κατανοῆσαι τὰ σὰ θαυμάσια, καὶ τὸ προσκύνητόν σου δοξάσαι καὶ πανάγιον ὄνομα. Ταῦτα δὲ αὐτῶν εὐξαμένων, στρατὸς αὐτοῖς ἀγγελικὸς ἐπιφαίνεται, ὧν τὴν λαμπρότητα οἱ τὰς κόρας τῆς ψυχῆς ἀμβλυώττοντες μὴ

quodam inanimo supplicium sustinentes, ipsum quidem negligebant: ad preces vero linguam et mentem convertebant, dicentes: Qui es illuminatio nostra, Christe Deus noster, qui propter nos passus es injurias, et in ligno fuisti extensus, et precatus es pro iis, qui te interimebant, patientiæ et tolerantiæ decreta nobis proponens, aspice ad humilitatem nostram et afflictionem, et libera nos machinationibus scelerati animi hujus tyranni. Sciant omnes nos te habere Deum in cœlis, qui potest omnia, et qui est sine principio, tuum Patrem, et adorandum tuum et sanctissimum Spiritum in sæcula. Amen.

IV. Cum sic essent precati, in nostra forma apparens Dominus, solvit quidem vincula: ignem autem irrorat, quomodo pueris olim in Assyria; et sic sancti illæsi et salvi producti sunt in conspectum regis. Ille autem cum esset valde crassus et insipiens, neque admirabili spectaculo obstupefactus, neque martyrum invicta motus patientia: Quid, inquit, vobis videretur, eos appellans nominatim, num hæc vobis parva persuaserunt tormenta ut a pretioso quidem vestro errore discedatis, nostris autem edictis cedatis? an adhuc vultis permanere in errore, vestris freti præstigiis? Respondit beatus Acindynus: Præstigias quidem neque scimus, neque unquam didicimus, neque unquam talibus usi sumus imposturis. Sed quoniam Dei vires insuperabiles, et quæ sunt supra naturam signa divina, putas esse præstigias, visioneque et non revera hæc fieri suspicaris, eris deinceps mutus et lingua impeditus, ut ex teipso testimonium feras Dei virtutis. Si potes ergo dicere, dic, quibusnam diis nos jubes sacrificare? Non erat autem vox, neque auditio, sed erat mutus, non secus atque dii ejus, solo nutu indicans animi voluntatem. Cujus amentiam Christi servi arguentes et irridentes, dicebant: Recedimus, tu autem nihil nobis omnino dicis.

V. Cum autem finxissent sancti se recedere, erat rex mutus similiter, crebro defigens oculos in eos, qui circumsistebant, et nutu jubens, ut sancti comprehenderentur. Deinde cum ministri quod volebat, non possent intelligere, præ ira et dubitatione effectus semiinsanus, rupit chlamydem, et id quod fibulatorium dicitur, humi disjecit, et sic eos, qui aderant, vocabat ad misericordiam. Christi autem milites et ipsos et tyrannum miserati propter amentiam, O hominum cæcitatem! dixerunt, quod sua sponte claudentes oculos, intueri nolunt lucem veritatis. Sed aperi, Domine, oculos cordis eorum, ut illuminentur luce Dei cognitionis, et tua considerent miracula, et adorandum et sanctum tuum nomen significent. Cum hæc autem essent precati, eis apparet exercitus angelorum, quorum splendorem ferre non valentes, qui oculis animæ caligabant, humi ceciderunt. Sancti vero cum Dei consuetum sensissent auxilium, ei obtulerunt gra-

tiarum actionem, dicentes : « Deus noster, refugium et virtus, adjutor in afflictionibus, quæ invenerunt nos valde [1] : » sed surge, et nobis fer adhuc auxilium, et libera ab iis, quæ nos circumdant vexationibus propter nomen tuum.

VI. Filius autem interitus ne tunc quidem intelligens, nec se effectus melior, sed quasi a se discessisset, gemitus et suspiria emittebat, et faciem pulsabat, et similis erat ei, qui est animo perplexo, et nescit quid agat. Quem cum benigni Christi benignus discipulus sic affectum aspexisset Acyndinus, dolore oppressus, effusis propter ejus cordis cæcitatem lacrymis, conversus : Quoniam, inquit, neque Dei disciplina, o homo, fecit te ejus virtutem intelligere, sed tua sponte sic manes improbus, gaudens tenebris impietatis, et amplectens ignorantiam, sit tibi potestas loquendi citra impedimentum, et nihil sit, quod tuæ linguæ obsistat. Illi autem protinus quidem solvuntur frena linguæ, oculi vero animæ minime solvuntur a nube, quæ eos obstruebat, sed perinde ac si nihil novi accidisset, neque quidquam esset passus, pergebat ea, quæ prius, exsequi, et in eos, qui circumsistebant, præ animi dubitatione iram volens immittere, ut cujus animus esset plenus dedecore : Acindynus quidem, inquit, et ejus socii, et Pegasius et Anempodistus eum quem par est, finem jam accipient : porro autem vos quoque, o pessimi omnium ministri, nequaquam sinam, et sumam pœnas quas vestra meretur inobedientia. Jubet ergo grabatos afferri ferreos, et ignis multum substerni, qui aspergatur adipe et pice et resina, et sanctos recumbere super hos candentes grabatos. Illi autem perinde ac si in quodam roscido et florido prato essent recubaturi, constanti vultu magnoque et excelso animo insilierunt in grabatos. Deinde cum se multis horis extendissent, canebant psalmum tempori convenientem, dicentes : « Igne probasti nos, sicut probatur argentum. Posuisti afflictiones super dorsa nostra [2], » et : Da ut magno et forti animo feramus eos qui adsunt, cruciatus. Da etiam circumsistentibus ut agnoscant nomen sanctum tuum, quibus et tuam virtutem, et tua nota fecisti miracula.

VII. Cum ii dixissent, audita est vox e cœlis, dicens : Quoniam factis vestram fidem confirmastis, vestræ petitiones deducentur ad effectum. Hanc ergo divinam vocem effectus statim est consecutus. Nam quicunque ex circumsistentibus digni sunt habiti, qui eam audirent, exclamaverunt : Unus solus est verus Deus, quem colunt martyres, unus fortis, unus invictus, et præter ipsum non est Deus. Vos ergo estis beati, qui adventus ejus in terram fuistis testes, et propter ejus desiderium animas ad mor-

δυνάμενοι καθορᾶν, ἐπὶ γῆς ἔπιπτον. Οἱ δὲ ἅγιοι τῆς συνήθους τοῦ Θεοῦ ἀντιλήψεως αἰσθόμενοι, τὴν ἀχαριστίαν προσῆγον αὐτῷ· « Ὁ Θεὸς ἡμῶν, λέγοντες, καταφυγὴ καὶ δύναμις, βοηθὸς ἐν θλίψεσι ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς σφόδρα· » ἀλλ' ἀνάστα, καὶ ἔτι βοήθησον ἡμῖν, καὶ τῶν περιεχουσῶν ῥῦσαι κακώσεων, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.

Ϛ'. Ὁ μέντοι τῆς ἀπωλείας υἱὸς, οὐδὲν ἐντεῦθεν συνεὶς, οὐδὲ βελτίων ἑαυτοῦ γενόμενος, ἀλλ' οἷον ἐκστὰς τῶν φρενῶν, στεναγμούς τε ἀνέπεμπε, καὶ τὸ πρόσωπον ἔτυπτε, καὶ ἀμηχανοῦντι ἐῴκει. Ὃν ὁ τοῦ φιλανθρώπου Χριστοῦ φιλάνθρωπος μαθητὴς Ἀκίνδυνος οὕτως ἔχοντα θεασάμενος, λύπῃ τε συσχεθεὶς, καὶ δάκρυα ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς αὐτοῦ καρδίας κατενεγκὼν, ἐπιστραφείς· Ἐπεί σε ἄνθρωπε, εἶπεν, οὐδὲ ἡ τοῦ Θεοῦ παιδεία συνεῖναι τὴν αὐτοῦ πεποίηκε δύναμιν, ἀλλ' οὕτως ἐθελοκακῶν μὲν εἰς τῷ σκότῳ χαίρων τῆς ἀσεβείας, καὶ τὴν ἄγνοιαν ἀσπαζόμενος, κἂν γοῦν ἀκωλύτως ἔχε πρὸς τὸ λαλεῖν, καὶ μηδὲν ἔστω τῇ γλώττῃ σου προσιστάμενον· τῷ δὲ λύονται μὲν τὰ τῆς γλώττης εὐθὺς χαλινά. Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ τῆς ψυχῆς τοῦ ἐπιπροσθοῦντος αὐτοῖς νέφους οὐδαμῶς λύονται, ἀλλ' ὥσπερ οὐδενὸς καινοῦ γενομένου, οὐδὲ πεπονθὼς ἐκεῖνος οὐδὲν, τῶν προλαβόντων ἀκολούθως εἴχετο, καὶ κατὰ τῶν περιεστώτων ὑπ' ἀπορίας ἀφεῖναι τὴν ὀργὴν βουλόμενος, οἷα γοῦν αἰσχύνης τὴν ψυχὴν πληρούμενος τὰ μὲν Κατὰ τὸν Ἀκίνδυνον, ἔφη, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, Πηγάσιόν τε καὶ τὸν Ἀνεμπόδιστον τὸ προσῆκον ἤδη λήψεται· πέρας, καὶ ὑμᾶς δὲ, ὦ κάκιστοι πάντων ὑπηρετῶν, οὐδαμῶς ἐάσω· ἀλλ' ὡς προσῆκόν ἐστι μετελεύσομαι, καὶ τῆς ἀπειθείας ἀξίαν, ἀπαιτήσω τὴν δίκην. Κελεύει οὖν σιδηροῦς ἐνεχθῆναι κραββάτους, πῦρ τε ὑποστρωθῆναι συχνὸν στέατι καὶ πίσσῃ, καὶ ῥητίνῃ ἐπιῤῥωννύμενον, καὶ τοὺς ἁγίους ἐπάνω τῶν πεπυρακτωμένων τούτων ἀνακλιθῆναι κραββάτων. Οἱ δὲ ὥσπερ εἰς λιμῶνά τινα δροσώδη καὶ ἀνθηρὸν κατακλιθήσεσθαι μέλλοντες ἀτρέπτῳ προσώπῳ καὶ στεῤῥῷ τῷ φρονήματι, τοῖς κραββάτοις ἐνήλαντο. Εἶτα διατείναντες ἑαυτοὺς ἐπὶ πολλαῖς ταῖς ὥραις, τῷ καιρῷ πρόσφορον ἐπῇδον ψαλμὸν, Ἐπύρωσας ἡμᾶς, Κύριε, λέγοντες, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον· ἔθου θλίψεις ἐπὶ τῶν νώτων ἡμῶν, καὶ δὸς ἐμψύχως τὰς παρούσας ἡμᾶς διενεγκεῖν τιμωρίας. Δὸς δὲ καὶ τοῖς περιεστῶσιν ἐπιγνῶναί σου τὸ ἅγιον ὄνομα, οἷς καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὰ θαυμάσιά σου ἐγνώρισας.

Ζ'. Ταῦτα τούτων εἰπόντων, φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν ἠκούετο λέγουσα· Ἐπείπερ ἔργοις τὴν ὑμῶν πίστιν ἐβεβαιώσατε, ὡς ἔργον ὑμῖν καὶ τὰ τῶν αἰτημάτων ἐκβήσεται. Εὐθὺς οὖν ἠκολούθει τῇ θείᾳ ταύτῃ φωνῇ καὶ τὰ πράγματα. Τῶν γὰρ περιεστώτων ὅσοι ταύτης ἀκοῦσαι κατηξιώθησαν, εἷς μόνος ἐβόησαν· Θεὸς ἀληθὴς ὃν οἱ μάρτυρες σέβουσιν, εἷς ἰσχυρὸς, εἷς ἀήττητος, καὶ πλὴν αὐτοῦ οὐκ ἔστι Θεός. Μακάριοι τοίνυν ὑμεῖς, οἱ τῆς ἐν γῇ αὐτοῦ ἐπιδημίας γενόμενοι μάρτυρες, καὶ διὰ τὸν αὐτοῦ

[1] Psal. xxxxv, 1. [2] Psal. LX

πόθον τὰς ψυχὰς εἰς θάνατον παραδόντες, θάνατον, ζωὴν αἰώνιον μνηστευόμενον. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ἡμῖν χεῖρα ὀρέξαι, καὶ τοῦ τῆς ἀπωλείας ἀνελκῦσαι βυθοῦ παρακλήθητε. Οἱ μάρτυρες δὲ λόγον αὐτῶν τῆς δεήσεως ποιησάμενοι, καὶ ὄμμα εἰς οὐρανοὺς ἄραντες· ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος, εἶπον, ἐπὶ τοὺς δούλους ἔπιδε τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου ἐν ἀληθείᾳ καὶ βροχὴν ἑκούσιον ἀφόρισον τῇ νέᾳ κληρονομίᾳ σου, ὅπως εἴη αὐτοῖς ἡ παρὰ σοῦ δρόσος, ἴαμα τὸ νοσῶδες τῆς ἁμαρτίας ἀποκαθαίρουσα, καὶ εἴδωσι πάντες, ὅτι σὺ εἶ μόνος Θεὸς, καὶ τῷ σῷ κράτει πάντα πείθεται, βασιλεῦ. Ἅμα δὲ τῷ τέλει τῆς προσευχῆς, ἀστραπαί τε ἀθρόως ἐκτρίβονται καὶ βρονταὶ καταῤῥήγνυνται, καὶ ῥαγδαῖος ὄμβρος ἐκχεῖται, ὡς συσχεθέντας φόβῳ τοὺς ἐναντίους, τῇδε κἀκεῖσε διασκεδάννυσθαι, τῶν πεπιστευκότων Χριστῷ μόνον, τοῖς ἁγίοις μάρτυσι συμπεριλειφθέντων. Πρὸς οὓς οἱ ἅγιοι· Μὴ φοβεῖσθε, εἶπον, ὑμεῖς, οἱ Χριστῷ ἑαυτοὺς ἀναθέμενοι, ἐπεὶ καὶ δι' ὑμᾶς ταῦτα γέγονε.

Η'. Σύμφωνον οὖν τῷ Θεῷ τὴν δοξολογίαν ἀναπεμπόντων, ἀγγέλων ἐπέστη πληθὺς, λευκὰς αὐτοὺς ἀμφιεννῦσα στολὰς, τὸ κεκαθαρμένον τάχα τῆς ψυχῆς παρεμφαινούσας, τῇ πίστει τε καὶ τῷ ὕδατι. Ὁ δὲ τὴν μανίαν ἄσχετος βασιλεὺς ὡς ἔοικεν, εἶπε πρὸς τοὺς ἁγίους Τὸ φείδεσθαί με τῆς ὑμῶν νεότητος καὶ τῆς ὥρας καταφρονῆσαί μου τοῦ κράτους πεποίηκεν. Ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων εἴσεσθε πάντως, ἀλυσιτελῆ καὶ ἀσύμφορα ἑαυτοῖς ποιοῦντες, πλὴν ἐπείπερ οὐχ ἧττον τοῦ δύνασθαι καὶ τὸ μακροθυμεῖν ἡμῖν πρόσεστιν ἀνεχόμενοι καὶ ἔτι τῆς ἀφροσύνης ὑμῶν συμβουλεύομεν πεισθῆναι, καὶ τὸν γλυκὺν τοῦτον κερδῆσαι ἥλιον, καὶ μὴ πρόωρόν τε καὶ πικρὸν ἐπισπάσασθαι θάνατον· ἀλλὰ προσελθόντας, θῦσαι τοῖς δεσπόταις θεοῖς. Ὁ ἅγιος Ἀκίνδυνος· Ἡμεῖς, εἶπεν, ἕνα Θεὸν οἴδαμεν τὸν ἐν οὐρανοῖς, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύομεν, τῷ δυναμένῳ σῶμά τε καὶ ψυχὴν αἰωνίῳ πυρὶ κατακρῖναι. Πρὸς ταῦτα ὁ βασιλεύς· Καὶ αὐτὸς ἐγὼ, ἔφη, ἑνὶ Θεῷ προσκυνεῖν ὑμᾶς βούλομαι. Καὶ πῶς τούτῳ, εἶπεν ὁ μάρτυς, θύειν κελεύεις; Ἐμοὶ ἀκολουθοῦντες, φησὶν, ὅπερ ἂν ἐμὲ ἴδητε ποιοῦντα, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε. Ἀλλὰ σὺ μὲν, οἱ μάρτυρες ἔφησαν, ὥσπερ ἐπίστασαι καὶ ποιήσεις· ἡμεῖς δ' αὖ πάλιν ὡς ἐδιδάχθημεν, ἀκολούθως δράσομεν.

Θ'. Τούτοις ἥσθεὶς ὁ βασιλεύς· Καὶ διατί, ἔφη, μὴ πρὸ πολλοῦ τοῦτο πεποιήκατε, ἀλλά με πρὸς τὸ παρὰ φύσιν ἐξεβιάσασθε, ὥστε προσενεχθῆναι τοῖς φιλτάτοις ὑμῖν ὡς μὴ ἔδει; ὅμως ὡς τε πατρὶ σύγγνωτε, διὰ παιδείας ὑμᾶς ἐπιστρέψαι, καὶ παρὰ γνώμην ἀναγκασθέντι. Ταῦτα εἰπὼν τοῦ ὀχήματος ἐπέβη, καὶ συνεδριάζειν αὐτῷ τοὺς ἁγίους προσεκαλεῖτο· οἱ δὲ, Μὴ γένοιτο ἡμῖν, ὦ βασιλεῦ, εἰς τοῦτο παροινίας ἐλάσαι ὡς συνέδρους σοι γενέσθαι κατατολμῆσαι, καὶ τὸ σὸν κράτος οὕτω καθυβρίσαι. Ἀλλ' ἐμοὶ, φησὶν ὁ βασιλεὺς, ἡ παρ' ὑμῶν ὕβρις, τῆς τῶν ἄλλων ὑπηκόων αἱρετωτέρα τιμῆς. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τῷ ναῷ ἦσαν, ἑνὸς τῶν ἁγίων λαβόμενος

A tem tradidistis, mortem, quæ vitam æternam conciliat. Cæterum ut nobis quoque manum præbeat, et nos extrahat ex profundo interitus, eum rogate. Martyres autem cum eorum precum duxissent rationem, et oculos in cœlum sustulissent: Altissime Deus, dixerunt, aspice ad servos tuos, qui nomen tuum invocant in veritate, et voluntariam irrigationem attribue novæ tuæ hæreditati, iis, inquam, qui nunc crediderunt in nomen tuum, ut sit eis medicina ros, qui a te proficiscitur, id quod peccati est, morbosum expurgans, et sciant te solum esse Deum, et omnia, o Rex, tuæ obedire potentiæ. Simul autem cum fine orationis et repente emicant fulgura, et erumpunt fulmina, et vehemens cadit pluvia, adeo ut metu correpti adversarii, huc et illuc di-

B spergerentur, iis solis, qui Christo crediderant, relictis solis cum sanctis martyribus, ad quos sancti: Ne timeatis, dixerunt, qui vos Christo dedicastis, nam hæc propter vos exstiterunt.

VIII. Cum ergo una voce Deo emitterent glorificationem, accessit multitudo angelorum, candidis eos induens vestibus, quæ forte ostendebant purgatam esse animam fide et aqua. Rex autem, cujus cohiberi non poterat insania, ut par erat, dixit sanctis: Quod vestræ juventuti parcerem et speciei, id vos fecit meam contemnere potentiam, sed reipsa omnino scietis vos ea facere, quæ sunt inutilia et vobis non expediunt. Sed quoniam non inest nobis minor patientia, quam potentia, adhuc vestram tolerantes stultitiam, consulimus ut pareatis, et hunc

C dulcem solem lucrifaciatis, et non mortem præmaturam et acerbam attrahatis, sed accedentes dominis diis sacrificetis. Sanctus autem dicit Acindynus: Nos unum novimus Deum, qui est in cœlis, et ei soli servimus, qui potest corpus et animam damnare igne æterno [a]. Ad hæc rex: Ego quoque, inquit, volo vos unum solum Deum adorare. Et quomodo, dixerunt martyres, nos jubes ei sacrificare? Me, inquit, sequentes facite, quomodo me videritis facientem. Sed tu quidem, dixerunt martyres, facies sicut scis: nos autem rursus consequenter faciemus, ut didicimus.

D IX. His lætatus rex: Et cur hoc, inquit, non diu ante fecistis, sed me coegistis ad hoc, quod est præter naturam, ut in vos inveherer, qui estis mihi charissimi? quod utinam non fecissem! Vos tamen tanquam patri filii ignoscite, qui vos castigando convertere coactus sum etiam præter sententiam. His dictis, currum conscendit: et accersivit sanctos, ut cum ipso considerent. Illi autem, Absit! dixerunt, o rex, ut nos eo procedamus dementiæ, ut tecum audeamus considere, et tuam potentiam tanta afficere contumelia. Sed qua a vobis, inquit, afficior contumelia? ea est mihi optabilior et pluris facienda, quam honor aliorum Cum

[a] Matth. x, 28.

autem fuissent in templo, uno ex sanctis manu apprehenso, simul cum eo est ingressus. Ejus vero animo magna diffuso lætitia : Magna est Jovis invicti potentia, clara voce exclamavit. Deinde ad sanctos conversus : Quid, inquit, vobis videtur, an ut ipsi primi inchoemus sacrificium : an nos id vobis concedamus facere? Quomodo vestra voluerit potentia, sancti responderunt. Rex autem permittit sanctis primum precari. Cum ipsi ergo genua inclinassent, et preces Deo offerrent, totum templum fuit terræmotu concussum, et quæ in eo erat statua, cadens fuit confracta. Rex itaque territus, e templo exsiliit. Deinde cum surrexissent sancti ab oratione, et vestigia lacrymarum adhuc apparerent in eorum vultibus : Hæc sunt vestra Deo invisa promissa? dixit rex, hacne spe vos adduxi in templum deorum? Sancti autem : Nos, dixerunt, in nullo mendacio deprehendisti, o rex, sed quod polliciti fuimus, hoc fecimus. Ille vero : Si ad talem deduci finem vestra, ut vos dicitis, promissa putassemus, nec omnino quidem attendissemus ea, quæ a vobis dicebantur. Restat ergo, ut vos pro meritis factorum remuneremur.

X. Dixit, et statim jussit tres afferri lebetes, et in eos injici plumbum, et maximum ignem in eis accendi : ex utraque autem parte lebetum stylos infigi, qui duo capita et ea divisa habebant superne, per quæ dimissis catenis, et lumbis sanctorum comprehensis, eos in lebetes demittere, et rursus sursum trahere. Hoc ergo horribile supplicium subeuntes, canticum canebat unusquisque sanctus, et suo nomini et pœnæ conveniens. Nam beatus quidem Pegasius : « Quoniam ad te est fons vitæ, dicebat : In lumine tuo videbimus lumen [5]. » Insignis autem Anempodistus : « Pedes mei steterunt rectitudine, et lucerna pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis [6]. » Divinus vero Acindynus : « Comprehenderunt nos, dolores mortis, pericula inferni invenerunt nos, » sed etiamsi per ignem transivimus, ipse, Domine, educes nos in refrigerium [7]. » Qui erat autem anima obcæcatus imperator, cum vidit sanctos a plumbo nihil pati, propius ad illos accedens : Novi, inquit, vestras præstigias, et cum catenas suis tetigisset manibus, demisit sanctos in lebetes usque ad collum. Quorum submersione plumbum effusum supra lebetes, eos prope reliquit vacuos. Statim ergo dixerunt sancti tyranno : Tu quidem cum tua manu velles nobis mortem afferre, a scopo excidisti, Deo nos omnino conservante : labor autem tuus in caput tuum convertetur, et colliges fructus dignos tuis operibus. Ilis autem hæc dicentibus, ceciderunt quidem et dissolutæ sunt catenæ.

XI. Unus autem ex ministris, admirabili obstu-

A τῆς χειρὸς, συνεισῆει. Ὑπὸ πολλῆς δὲ τῆς περιχαρείας διαχυθεὶς τὴν ψυχὴν μεγάλη ἡ τοῦ Θεοῦ Διὸς ἀήττητος δύναμις γεγονώτερον ἐξεβόησεν. Εἶτα πρὸς τοὺς ἁγίους ἐπιστραφείς· Πῶς ὑμῖν δοκεῖ; αὐτοὺς πρώτους κατάρξαι τῆς θυσίας; ἢ ἡμῖν ταύτης παραχωρῆσαι; Ὅπως ἂν βούλοιτο τὸ κράτος ὑμῶν, οἱ ἅγιοι ἀπεκρίναντο, καὶ ὁ βασιλεὺς, τοὺς ἁγίους πρώτους κατάρξασθαι τῆς εὐχῆς ἐπιτρέπει. Κλινάντων τοίνυν αὐτῶν τὰ γόνατα, καὶ τῷ Θεῷ τὴν εὐχὴν προσφερόντων, σεισμῷ τὸ τέμενος ἅπαν διεκλονεῖτο, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ ξόανον πεπτωκὸς κατεῤῥάγη. Ἐντεῦθεν ὁ βασιλεὺς κατάφοβος γεγονὼς, ἐξήλατο τοῦ ναοῦ· εἶτα τῶν ἁγίων ἀναστάντων τῆς προσευχῆς, ἔτι τε τῷ προσώπῳ ἴχνη δακρύων αὐτοῖς ὑποφαινομένων· Αὗται ὑμῶν αἱ θεομισεῖς ἐπαγ-
B γελίαι; ὁ βασιλεὺς εἴρηκεν· ἐπὶ τοιαύταις ὑμᾶς ταῖς ἐλπίσι τῷ τῶν θεῶν τεμένει προσήγαγον: Οἱ δὲ ἅγιοι· Οὐδὲν ἡμᾶς ψευσαμένους πεφώρακας, εἶπον, ὦ βασιλεῦ, ἀλλ' ὅπερ ἦμεν ἐπαγγειλάμενοι, καὶ πεποιήκαμεν. Ὁ δέ· Εἰ πρὸς τοιοῦτον πέρας ἐκβῆναι τὰς ἀληθεῖς, ὡς ὑμεῖς φατε, προσεδοκῶμεν ἐπαγγελίας, οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν ὅλως τοῖς λεγομένοις παρ' ὑμῶν προσέσχομεν. Λείπεται γοῦν ἀξίας ὑμῖν τῶν ἔργων τὰς ἀμοιβὰς ἀποδοῦναι.

Ι'. Εἶπε, καὶ παραχρῆμα κελεύει τρεῖς ἐνεχθῆναι λέβητας, ἐν οἷς μόλιβδον ἐμβληθῆναι, καὶ πῦρ ὅτι συχνὸν αὐτοῖς ὑποκαίεσθαι· στύλους δὲ παρ' ἑκάτερα τῶν λεβήτων ἐγκαταπῆξαι, διττὰς ἄνω τὰς κεφαλὰς ἔχοντας, καὶ ταύτας διῃρημένας· δι' ὧν
C ἁλύσεις καθέντας, καὶ τὰς τῶν ἁγίων περιλαβόντες ὀσφῦς, χαλᾷν τε αὐτοὺς εἰς τοὺς λέβητας καὶ πάλιν ἀνέλκειν. Τὴν οὖν φρικώδη ταύτην βάσανον ὑπελθόντες, ᾠδὴν ἕκαστος τῶν ἁγίων τῇ κλήσει τε καὶ τῇ κολάσει κατάλληλον ᾖδεν. Ὁ μὲν γὰρ μακάριος Πηγάσιος· Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἔλεγεν, ἐν τῷ φωτί σου, Κύριε, ὀψόμεθα φῶς. Ὁ ἀοίδιμος δὲ Ἀνεμπόδιστος, Οἱ πόδες μου ἐν εὐθύτητι ἔστησαν, καὶ λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. Ἀκίνδυνος δὲ ὁ θεῖος Περιέσχον ἡμᾶς ὠδῖνες θανάτου, κίνδυνοι ᾅδου εὕροσαν ἡμᾶς· ἀλλὰ κἂν διὰ πυρὸς ἤλθομεν, αὐτὸς, Κύριε, ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. Ὁ δέ γε πεπωρωμένος τὴν ψυχὴν βασιλεὺς ὡς οὐδὲν δεινὸν ὑπὸ τοῦ μολίβδου τοὺς ἁγίους ἑώρα πάσχοντας, ἐγγύτερον αὐτοῖς παρα-
D στὰς, Ἔγνων, ἔφη, τὰς γοητείας ὑμῶν, καὶ δὴ ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶ τῶν ἁλύσεων καθαψάμενος, καθῆκεν εἰς τοὺς λέβητας τοὺς ἁγίους ἄχρι καὶ τοῦ τραχήλου. Ὧν τῇ καταδύσει τῶν λεβήτων ὁ μόλιβδος ὑπερεκχυθεὶς, κενοὺς ὀλίγον τούτους ἀπέλιπεν. Εὐθὺς οὖν οἱ ἅγιοι τῷ τυράννῳ· Σὺ μὲν αὐτόχειρ, εἶπον, τοῦ καθ' ἡμῶν θανάτου γενέσθαι βουλόμενος, διήμαρτες τοῦ σκοποῦ τοῦ Θεοῦ πάντως ἡμᾶς περισώσαντος· ὁ δὲ πόνος σου εἰς κεφαλήν σου ἐπιστραφήσεται, καὶ ἀξίους τῶν ἔργων σου τοὺς καρποὺς τρυγήσεις. Ταῦτα δὲ αὐτῶν λεγόντων, αἱ μὲν ἁλύσεις ἐξέπιπτόν τε καὶ διελύοντο.

ΙΑ'. Εἷς δὲ τῶν ὑπηρετῶν, τῷ παραδόξῳ τοῦ θεά-

[5] Psal. xxxv, 10. [6] Psal. xviii, 105. [7] Psal. xvii, 5, 7; lxv, 12.

A ματος ἐκπλαγεὶς, Μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, ἀνεβόησε· Χριστιανόν τε ἑαυτὸν ἀνεκήρυξε, καὶ πρὸς τὸν τύραννον· Ὠμότατε, εἴρηκεν, ἕως τίνος τοῖς προστάγμασί σου κατατρύχεις ἡμᾶς, ἀνηνύτοις ἐπιχειρεῖν διακελευόμενος; Ἡμᾶς γὰρ μᾶλλον τοὺς σοὶ εἴκοντας ἢ τοὺς τοῦ Χριστοῦ μάρτυρας πάσχοντας ὁρῶμεν. Ὁ δὲ τύραννος τῷ ἀθρόῳ τῆς μεταβολῆς αὐτοῦ διαταραχθεὶς, κρύπτει μὲν παρ' ἑαυτῷ τὴν ὀργήν· πρᾳότητα δὲ ὑποκριθεὶς, πρὸς τὸν Ἀφθόνιον (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ πιστεύσαντι)· Φώνησον αὐτοὺς, ἔφη, τάχιον τῶν λεβήτων ὑπεξελθεῖν. Οἱ δὲ σῶοι καθάπερ ἐκ χωνείας χρυσὸς εὐθὺς ἀναδύντες, τῷ βασιλεῖ παρέστησαν. Ὁ μέντοι γενναῖος Ἀφθόνιος, τὸ περὶ τὴν ἀσέβειαν νεοπαγὲς ὥσπερ ἐπικρατύνων· Γνωστὸν ἔστω σοι, βασιλεῦ, ἔφη, ὅτι τὸν Θεὸν ὃν Χριστιανοὶ σέβουσι, προσκυνῶ, B καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύω, καὶ τούτοις ἐμαυτὸν προστίθημι τοῖς ἁγίοις. Ὁ δὲ τὸ λίαν εὔτολμον αὐτοῦ καὶ πεπαῤῥησιασμένον καταπλαγεὶς, θεραπείᾳ καὶ τιμῶν ὑποσχέσεσιν ἐπαγαγέσθαι μᾶλλον αὐτὸν ἐπειρᾶτο, Ἐγώ σοι, λέγων, τῆς τοιαύτης μεταβολῆς κατέστην αἴτιος, ἐπὶ πολὺν ἤδη τὸν χρόνον ἐν ᾗ τέταξαι στρατείᾳ, καταλιπὼν, καὶ μὴ μειζόνων ἀξιώσας τιμῶν· ἀλλ' εἴ τι καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐλλελοίπαμεν, ἀναπληρῶσαι σπουδάσομεν. Μηδὲν γοῦν ὑποστειλάμενος, εἰπὲ τίνος τῶν ἀξιωμάτων ὀρέγῃ, οὐδὲν γὰρ τὸ παράπαν πρὸς τὴν αἴτησιν ἀνανεύσομεν. Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ νεόλεκτος στρατιώτης, Ἐμοὶ πόθος, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, στρατείαν λαβεῖν, ἣν οὐχ αὐτὸς εἶ δυνατὸς παρασχεῖν, ἀλλ' ὁ μόνος C ἀθάνατος βασιλεὺς, ὃς ἀθανάτους οἶδε καὶ τὰς δωρεὰς χαρίζεσθαι. Καταμαθὼν οὖν τῆς αὐτοῦ γνώμης, τὸ ἀῤῥαγές τε καὶ ἀμετάθετον, εὐθὺς αὐτῷ τὸν διὰ ξίφους ἐπιψηφίζεται θάνατον, ἐν τιμωρίας μέρει, τὰ εὐκταιότατα χαρισάμενος. Ὃς ἡδέως σφόδρα δεξάμενος τὴν ἀπόφασιν· Εὐχαριστῶ σοι, εἶπεν, Κύριε, ὅτι ἀνάξιον ὄντα σώζεις με, διὰ τὸ πολύ σου καὶ ἀδιήγητον ἔλεος. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ ψυχή μου αἰνέσει σε, καὶ τὸ ὄνομά σου δοξάσει τὸ ἅγιον, νῦν καὶ εἰς τὸν ἔπειτα αἰῶνα. Ἀμήν.

perfactus spectaculo, exclamavit : Magnus est Deus Christianorum. Et tyranno dixit : O crudelissime quousque tuis jussis nos vexas, jubens nos aggredi ea, quæ sunt inutilia? Nos enim, qui tibi cedimus, videmus pati potius, quam Christi martyres. Tyrannus autem conturbatus repentina ejus mutatione, iram quidem apud se celat, sed mansuetudinem simulans apud Aphthonium (hoc enim erat nomen ei, qui crediderat) : Jube eos, inquit, cito egredi ex lebetibus. Illi vero salvi, non secus atque aurum ex fornace, repente emergentes accesserunt ad imperatorem. Egregius autem Aphthonius, recenter compactam fidem veluti confirmans : Notum tibi sit, inquit, o rex, quod Deum adoro, quem colunt Christiani, et ei soli servio, et me his sanctis adjungo. Ille autem magna ejus audacia et fiducia obstupefactus, bonis verbis et honorum promissis eum conabatur potius inducere, dicens : Ego tibi causa fui hujus mutationis, qui te tamdiu reliqui in ea, in qua fuisti collocatus, militia, et non sum te majoribus dignatus honoribus; sed si quid hucusque defecimus, id jam implere studebimus. Nihil ergo veritus, dic libere, quasnam cupias dignitates, tuam enim petitionem nequaquam omnino renuemus. A Christo autem recens electus miles, Desidero, inquit, o rex, eam accipere militiam, quam ipse non potes præbere : sed solus rex immortalis, qui scit etiam dona largiri immortalia. Cum ergo ejus firmam et stabilem didicisset sententiam, eum statim condemnat ut ei caput feriatur gladio, pro supplicio ea largitus, quæ erant ei maxime optanda. Qui cum lubenter eam accepisset sententiam : Ago tibi gratias, inquit, Domine, quod me servas, qui sum indignus, propter magnam tuam et ineffabilem misericordiam. Propterea anima mea te laudabit, et nomen sanctum tuum glorificabit, nunc et in sæcula. Amen.

ΙΒ'. Εἶτα πρὸς τοὺς ἁγίους ἐπιστραφεὶς, Ἐγὼ μὲν ἤδη, κύριοί μου ποθούμενοι καὶ δεσπόται, φησὶν, τὴν προκειμένην ὁδεύσων ἄπειμι. Δέομαι δὲ τῆς συμπαθοῦς ὑμῶν καὶ φιλανθρώπου ψυχῆς, μὴ μνησικακῆσαί μοι, ὧν εἰς ὑμᾶς ἔπραξα κελευόμενος, D δεηθῆναι δὲ μᾶλλον ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ κοινοῦ δεσπότου, εὐμενῶς μοι καὶ ἵλεω προσχεῖν, καὶ μὴ χωρίσαι με τῆς ὑμῶν μερίδος. Πρὸς ὃν οἱ ἅγιοι μάρτυρες, Εὐθυμῶν, εἶπον, ἀδελφὲ, τὴν μακαρίαν ὁδὸν πορεύου· μακάριος γὰρ εἶ τῆς ἀποδημίας, ἀνθ' ὧν καὶ πρῶτος ἡμῶν τῇ ποθουμένῃ παραστήσῃ Τριάδι, καὶ τοῦ σοῦ καμάτου λήψῃ τὰς ἀμοιβὰς, φωτὸς αἰωνίου καὶ ἀϊδίου δόξης καταξιούμενος. Ὅθεν αὐτὸς μᾶλλον μέμνησο τῶν συνάθλων, καὶ ὑπερεύχου τὸ λεῖπον τοῦ ἀγῶνος ἀνεμποδίστως ἡμᾶς ἀνύσαντας, τῶν αὐτῶν σοι βραβείων, καὶ τῆς ἴσης ἀξιωθῆναι λήξεως. Ταῦτα τῶν ἁγίων εἰπόντων περιχυθεὶς αὐτοῖς ὁ θεῖος Ἀφθόνιος, καὶ τοῖς αὐτῶν τραχήλοις τὸ τοῦ πόθου δάκρυον ἐπιστάξας, ἡδέως τὰ ἐκείνων μέλη κατασπασάμενος, τὴν ἐπὶ θάνατον

XII. Deinde ad sanctos conversus : Ego quidem, inquit, o domini mei dilecti, ingredior vitam mihi propositam. Rogo autem vestram benignam et misericordem animam, ne recordemini eorum quæ jussus in vos feci : potius vero pro me rogetis communem Dominum, ut sit mihi clemens et propitius, et ne me separet a vestra portione. Cui sancti martyres : Bono animo, dixerunt, o frater, beatam vitam ingredere. Beatus enim es propter tuum decessum, quod primus nostrum sisteris coram optata Trinitate, et tui laboris accipies remunerationes, æternam lucem consequens et gloriam sempiternam. Quocirca tu potius memento tuorum sociorum, et precare, ut cum quod superest certaminis perfecerimus, absque ullo impedimento eadem, quæ tu, præmia et eamdem adipiscamur hæreditatem. Hæc cum sancti dixissent, eis divinus circumfusus Apthonius, cum et in eorum colla desiderii effudisset lacrymas, et jucunde illorum membra esset amplexus, duceba-

tur ad mortem. Deinde cum ad locum pervenisset definitum, beatum caput ei amputatur, et apud Deum beatam deponit animam. Qui autem forte aderant Christiani, cum veluti ad quemdam thesaurum accurrissent, et mundis sindonibus pretiosas ejus reliquias involvissent, in loculo deposuerunt, consummationem sociorum ejus adhuc exspectantes, ut majores divitias sic sibi reconderent.

XIII. Post hæc sanctis dicit rex : Ne existimetis, inquit, me vobis æque levem ac facilem mortem allaturum, atque male perdendo Aphthonio. Nam paulatim acerbissimis tormentis carnes vestras consumens, miserabilem vobis mortem afferam. Hæc cum dixisset, bubulos jubet afferri culeos, et sanctos in eos injici martyres, deinde in aquam immitti. Hoc autem cum factum esset maxima celeritate, eis beatus apparet Aphthonius simul cum tribus, indutis candidis vestibus, quorum divina virtute disrumpuntur culei, et terræ illæsi redduntur ab eis martyres. Cum sic ergo conspecti fuissent a tyranno, arbitrans ille non fuisse factum, quod ipse jusserat, statim surrexit ad supplicium sumendum de lictoribus, et statim jussit eorum manus amputari gladio ; erant autem quatuor numero. Deinde eos sic pro sanctis immitti in profundum maris. Quod quidem cum fieret, et mari traderentur, exclamabant : Domine, excipe nostros spiritus, et cum sanctis tuis martyribus nos, etsi simus indigni, connumera. Deo autem invisus et plane dæmon Saporius, cum statim beatos viros, Acindynum, inquam, et Pegasium, et Anempodistum jussisset includi in carcere, ipse seipsum gravissime cruciabat, anxius propter res præsentes, et magnis animi fluctibus agitatus et nec cibum quidem omnino sumere sustinens.

XIV. Iis ergo, qui primas partes apud eum obtinebant, convocatis : Cur me solum, inquit, reliquistis in his, quæ sunt proposita, laborare : ipsi autem otiosum delegistis silentium, nec verbo, nec facto ullam opem mihi ferentes? Sed si aliquid quidem novi et insoliti velim afferre, vos statim habeo resistentes et reluctantes. Nunc autem cum nihil novi introducatur, sed patrium nostrum dogma despiciatur et ne cadat veniat in periculum, et nulli vestrum veniat in mentem, ne vultu quidem dolorem præ se ferre, de summa rei plane venio in dubium, et mœrore enecor. Ad hæc Elpidephorus, qui tunc erat primus senatus, et fidei Christi ardens amator, et ad summam quidam Nicodemus, et Christi occultus discipulus : Et quam tibi, inquit, o rex, hac in re opem ferre possumus? Neque enim potentia tua nobis indiget, quæ rerum experientia omnibus antecellit, et habes potestatem voluntati consequentem. Copia autem instrumentorum, quæ sunt comparata ad torquendum, eorum quæ sunt facienda, aperte suggerit tibi deliberationem. Rursus dicit

A ἤγετο. Εἶτα τὸν ὡρισμένον τόπον καταλαβὼν, τὴν μακαρίαν ἀποτέμνεται κεφαλὴν, καὶ τῷ Θεῷ τὴν ψυχὴν παρατίθησιν. Οἱ δὲ παρατυχόντες Χριστιανοὶ καθάπερ τινὶ θησαυρῷ προσδραμόντες, καὶ καθαραῖς σινδόσι τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ἐνειλήσαντες, ἐν γλωσσοκόμῳ κατέθεντο, ἔτι καὶ τὴν τῶν συναθλητῶν αὐτοῦ τελείωσιν ἐκδεχόμενοι, ἵνα μείζονα τὸν πλοῦτον οὕτως ἑαυτοῖς θησαυρίσωσι.

σταυροῦ κέχρηται τύπῳ, καὶ τούτῳ δεσμοὺς καὶ κλεῖθρα τῶν θυρῶν διαῤῥήξας ὥσπερ ἐξ ᾅδου καὶ σκιᾶς θανάτου κατὰ τὸν ἐμὸν Ἰησοῦν τοὺς ἐκεῖσε καθημένους ἀνακαλεῖται, ποτίζει τε, οὐχ ὕδασιν, ἀλλὰ λόγοις σωτηρίοις νᾶμα τῆς διδασκαλίας, μὴ γενέσθαι κατὰ τοὺς αὐτῶν πατέρας νουθετῶν, γενεὰν σκολιὰν καὶ παραπικραίνουσαν, ἀλλὰ τὸ ἀπ' ἐκείνου ἐπὶ τὸν Θεὸν τὴν ἐλπίδα θέσθαι, καὶ τῶν αὐτοῦ ἀνταποδόσεων μὴ ἐπιλανθάνεσθαι· πρὸς δὲ γνωρίσαι καὶ τοῖς υἱοῖς τὰ ἐκείνου μυστήρια. Εἶτα ἐν φωτὶ καθὰ Μωσῆς, τὴν νύκτα τούτους διαγαγὼν, μέχρι καὶ τῶν ἡμετέρων ὁρίων παραπέμπων ἦν καὶ διασωζόμενος. Ἐκβιασθεὶς οὖν παρὰ τῶν σωθέντων, καὶ, Τίς εἶ, ὦ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε; πολλάκις ἐρωτηθεὶς, τὴν κλῆσιν μὲν οὐκ ἀπέκρυψε, τὴν χάριν δὲ μόνῳ ἐπιγράφειν εἶπε Θεῷ.

ΛΔ'. Τοῦτο οὐκ οἶδα εἴ τι τῶν ἐξ Αἰγύπτου φυγόντων οὐ λογισθήσεται ὅμοιον. Τῶν μὲν γὰρ τοὺς ἐχθροὺς ἐκάλυψε θάλασσα· οἱ δὲ τυχόντες οὗ τυχεῖν ἐπεθύμουν, οὐδενὶ συμφορᾶς γεγόνασιν αἴτιοι, ἀλλ' ἐπανήκουσί τε οἴκοι οὗτοι, καὶ τὸν ἅγιον ἡ φιλήσυχος ἐκείνη πάλιν εἶχε διαγωγὴ τοῦ Τριχάλικος ὄρους. Κατ' ἐκεῖνο τοίνυν καιροῦ Ἴγγερ ἐκεῖνος ὥσπερ ἄνθεσιν ἐαρινοῖς τοῖς ἀσκητικοῖς πόνοις ἔκομα. Ἐντεῦθεν καὶ πρόεδρος τῆς τῶν Νικαέων ἐκκλησίας ἀνεδείχθη. Πλὴν ἀλλὰ τὸν καρπὸν τῆς ὀρθῆς πίστεως οὐκ εἶχε. Τούτου προγνοὺς τὴν τελευτὴν ὁ Πατὴρ, τῶν μοναχῶν τινα τῶν τοῦ Ἠλίου βωμῶν, Βασίλειος οὗτος ἦν, πρὸς αὐτὸν ἐκπέμψας ἀφέμενον τοῦ ψεύδους καὶ τῆς σκιᾶς, γενέσθαι τε καὶ τῆς ἀληθείας ἐκέλευε, κἂν ὁ πάντα ἀνόητος Ἴγγερ ἐκεῖνος τῇ πονηρᾷ τῶν Εἰκονομάχων αἱρέσει ἐλεεινῶς συναποθανεῖν εἵλετο.

ΛΕ'. Ἀλλ' ὧδέ με τοῦ λόγου γενόμενον ἐκεῖνο εἰσέρχεται. Ἐξέπλευσέ ποτε προσκυνήσων ὁ ἅγιος τῷ ἐν τῇ Σιγριανῇ τοῦ ἁγίου Θεοφάνους σκηνώματι. Ἐκεῖθεν ἀναστρέφων καὶ τὴν πρὸς βοῤῥᾶν τῆς Ἀπολλωνιάδος λίμνην παραπλέων, τῇ Θάσῳ προσώρμησεν. Οἱ ἐν ἐκείνῃ τοίνυν τὸν μονήρη βίον ἀνῃρημένοι, καὶ οἱ πρόσοικοι πάντες δεινῶς τῷ πλήθει τῶν ἐν αὐτῇ ὄφεων ἠνωχλοῦντο. Ἐπέπληστο γὰρ τούτων ἡ νῆσος, οὐ μικράν τινα τοῖς οἰκήτορσι τὴν ἐξ αὐτῶν βλάβην παρεχομένη. Ἐπεὶ οὖν ὁ ἅγιος αὐτῇ ἐπεδήμει, ἥκουσι πρὸς αὐτὸν πᾶν ὅσον ᾤκει τὴν νῆσον, καὶ ἱκέται προσπίπτουσι, καὶ βοηθὸν αὐτοῖς αἰτοῦνται γενέσθαι, καὶ δέονται ἀπαλλάξαι τούτους ὡς δυνατὸν τῆς ἀπὸ τῶν ὄφεων λύμης. Καὶ ὁ μὲν ἔλεον αὐτῶν λαμβάνει τῆς συμφορᾶς, καὶ ὥσπερ τινὰ κατὰ τῶν ὄφεων ἐπαιρόμενα βέλη ἀφίησι τὰς εὐχάς. Οἱ δὲ εὐθὺς τῶν ἰδίων ἐξέρπουσι χηραμῶν, καὶ τὴν νῆσον ἀπολιπόντες κατὰ τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάσσης ἑαυτοὺς βάλλουσιν. Ὁ μὲν οὖν ἡμέτερος Ἰησοῦς ἐν τοῖς ὕδασι τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων συνέτριψεν. Ὁ δὲ μαθητὴς ἐκείνου καὶ ὡς οἷόν τε μιμητὴς δι' αὐτῶν ἐκείνων τούτους ἀπέπνιξεν.

ΛϚ'. Ἐκ τούτου πρὸς ἕτερον ἡσυχίας ἀνήγετο χωρίον· συνήγετο τούτῳ καὶ Δανιὴλ, ὃς τῶν ἐν τῇ Θάσῳ μοναχῶν ἀφηγεῖτο. Τῷ δὲ ἦν ἀδελφὸς, καὶ αὐτῷ Εὐθύμιος ὄνομα, ᾧ δὴ καὶ προειπεῖν λέγεται τὸν Πατέρα τὴν μετὰ μικρὸν τελευτὴν οὕτω

A revocat eos, qui illic sedebant; et potat non aquis sed sermonibus salutaribus vivificæ doctrinæ, admonens, ne essent sicut patres eorum, generatio perversa et exasperans, sed deinceps spem in Deo ponerent, et non obliviscerentur ejus remunerationum, præterea autem filiis quoque nota facerent illius mirabilia. Deinde cum in luce, sicut Moses, tota nocte eos traduxisset, usque ad nostros fines eos transmisit et conservavit. Cum autem vim afferrent et urgerent ii, qui servati fuerant, et Quis es, o homo Dei, sæpe rogarent, non celavit quidem nomen, dixit autem se hanc gratiam soli Deo ascribere.

B XXXIV. Cum hoc nescio an sit conferendum id quod usuvenit iis, qui fugiebant ex Ægypto. Nam illorum quidem inimicos aqua obruit; hi autem consecuti quod optabant consequi, nulli fuerunt causa calamitatis, sed et hi domum redeunt, et sanctum rursus excepit grata illa quies et silentium in monte Trichalicis. Illo autem tempore Inger ille, non secus ac vernis floribus, florebat laboribus excercitationis. Hinc factum est, ut crearetur antistes Nicenæ Ecclesiæ. Cæterum is non habebat fructum rectæ fidei. Hujus decessum cum præscivisset Pater, quodam monacho ex Eliæ altaribus (is erat Basilius) ad ipsum emisso, mendacio et umbra dimissa, jussit eum tandem adhærere veritati, etiamsi stultissimus ille Inger, in improba C Iconomachorum hæresi commorari statuerit miserabiliter.

XXXV. Sed cum ad hunc locum pervenit oratio, illud mihi venit in mentem. Navigavit aliquando sanctus, adoraturus sancti Theophanis tabernaculum, quod est in Sigriana. Illinc revertens, et lacum prᴂternavigans, qui est ad borealem partem Apolloniadis, appulit Thaso. Qui in illa autem vitam susceperant monasticam, et omnes accolæ graviter vexabantur a serpentum, qui in ea erant, multitudine. Iis enim repleta erat insula, non parvum afferens damnum habitatoribus. Cum ergo sanctus in ea esset, veniunt ad eum omnes, qui habitabant insulam, et supplices ei procidunt, postulantque et rogant ut eis opem ferat, ut eos, quoad D ejus fieri poterit, liberet a nocumento serpentum. Et ille quidem miseretur eorum calamitatis, et veluti quædam tela, quæ torquentur in serpentes, emittit preces: illi autem protinus proserpunt e suis cavernis, et relicta insula, se in maris profundum projiciunt. Atque noster quidem Jesus in aquis contrivit capita draconum: illius autem discipulus, et quoad ei fieri poterat imitator, per illas ipsas eos suffocavit.

XXXVI. Ab hoc tempore profectus est ad alium locum quietis ac silentii: simul autem cum eo profectus quoque est Daniel, qui præerat monachis, qui erant in Thaso. Ei vero erat frater monachus, cui erat nomen Euthymius, cui etiam dicitur

Pater prædixisse non multo post futurum decessum, sic dicens: Frater Euthymi, sis paratus, mox enim ad supernam proficisceris peregrinationem. Et sic quidem dixit Euthymio. Ipse autem cum voluisset ingredi antrum quoddam brevissimum, et quod vix sufficiebat ad habitandum; incidit in dæmonem, qui erat prioribus longe sceleratior. Ab illo enim spelunca appellabatur Toparcha. Qui cum non ferret habitare cum Joannicio, niger et terribilis accessit ad Danielem, ut eum quidem terreret: ille autem accepto quoque Joannicio recederet. Sed ii, ut qui sibi confiderent, erant interriti, et illius fugam potius exspectabant. Cum ergo vidisset malignus eos adeo fortes et constantes, Danielis quidem pedibus circumvolutus, admirabilis autem Joannicii lateri plaga imposita, ei quidem tantum dolorem attulit, ut esset mutus totos septem dies: ille vero statim evanuit. Sed sanctum quidem rursus accipit mons Trichalicis.

XXXVII. Si quid autem, postquam illinc abierat, molesti aliquid acciderat iis, qui erant in monte, id rursus totum de medio ablatum est ejus adventu. Et nunc quidem eruca, quæ nocumentum afferebat oleribus, precibus et signo crucis fugabatur a circuitu, nunc autem iis qui illuc accedebant, mors præsignificabatur. Et illi quidem rebus suis providebant, et se parabant ad excessum: malignus autem et hostis humani generis, lupus erat, ut dicitur, frustra hians. Ita etiam cuidam viro Isacio, qui feminæ inserviebat monachæ, quoniam prædictum fuerat a sancto, fore ut mox ad eum veniret vitæ finis, et ideo oporteret eum se parare ad decessum, ille autem negligenter viveret et remisse, deinde etiam rursus ad ipsum Dei hominem ascendisset: Cur, inquit, adhuc mundanis occupatus sollicitudinibus, nullam futuri curam geris? Sed ille quidem partim a domina coactus; partim autem etiam sua sponte inductus (in possessionum enim cura gerenda erat valde utilis), ad nihil est excitatus eorum, quæ oportebat, neque sibi ultimum paravit viaticum. Non multo post autem morbus et necessitas, quæ eum invasit, fecit ut et monasticum indueret habitum, et ei, proh dolor! mortem attulit e vestigio. Sed quod attinet quidem ad Isacium, necessitati, non voluntati, quispiam id acceptum tulerit: huic autem magno Patri vere paternam ascripserit affectionem, quod ei mortem prædixerat, etiamsi ille nihil mutatus, in priori socordia sit mortuus.

XXXVIII. Sed enim hinc quoque nota fiunt omnino ea, quæ justus faciebat vel Isacii domina, cum esset et monacha, sicut a me dictum est, et vetula, et præfecta monasterii Clubiorum, ad ipsum aliquando ascendit simul cum filia precationis gratia et benedictionis. Ille autem, accepto baculo, quem mater manu tenebat, tradidit in manum filiæ. Conturbata ergo mater puellæ, dixit: *Mihi*, pater, magis conveniebat baculus, qui corpus meum fulcit ac sustinet magna ex parte propter

A φάμενον · Ἀδελφὲ Εὐθύμιε, ἑτοιμάζου · σταλῇ γὰρ ὅσον οὔπω τὴν πρὸς τὸν ἄνω Δεσπότην ἀποδημίαν. Καὶ τῷ Εὐθυμίῳ μὲν οὕτως ἔφη. Ἄντρον τι βραχύτατον, καὶ μηδὲ πρὸς οἴκησιν σχεδὸν ἀρκοῦν οἰκῆσαι προθυμηθεὶς, δαίμονι ἐν αὐτῷ πολὺ τῶν προτέρων περιτυγχάνει · Τοπάρχης γὰρ ἀπ' ἐκείνου καὶ τὸ σπήλαιον ἐκαλεῖτο. Ὃς ἐπεὶ μὴ συνοικεῖν ἔφερε τῷ Ἰωαννικίῳ, τῷ Δανιὴλ μέλας ἐπῆλθε καὶ φοβερὸς, ὡς ἂν τοῦτον μὲν καταπλήξῃ, ὁ δὲ καὶ τὸν Ἰωαννίκιον παραλαβὼν, ὀπίσω πάλιν χωρήσοι. Ἀλλ' οὗτοι καθάπερ ἐπιθαῤῥοῦντες ἀπτόητοι ἦσαν τὴν ἐκείνου μᾶλλον φυγὴν ἀναμένοντες. Ἐπεὶ οὖν ἀτρέπτους οὕτως ὁ πονηρὸς καὶ γενναίους ἑώρα, τοῦ μὲν Δανιὴλ τοῖς ποσὶ περιειληθεὶς, τοῦ θαυμασίου δὲ Ἰωαννικίου τῇ πλευρᾷ πληγὴν ἐνθεὶς περιωδυνίᾳ B μὲν περιβάλλει τὸν ἄνδρα, καὶ τοσοῦτον, ὡς ἐπὶ ἑπτὰ ὅλας ἡμέρας ἄφωνον εἶναι · ὁ δὲ ἀφανὴς αὐτίκα γίνεται. Ἀλλὰ τὸν ἅγιον καὶ αὖθις τὸ τοῦ Τριχάλικος ὄρος λαμβάνει.

ΛΖ'. Εἰ δέ τι μετὰ τὴν ἐκεῖθεν τοῦ ἀνδρὸς ἀποδημίαν τοῖς ἐν τῷ ὄρει λυπηρὸν ἐγένετο, τοῦτο πᾶν ἐκ τοῦ μέσου ᾕρετο τῇ ἐπιδημίᾳ πάλιν. Καὶ νῦν μὲν κάμπη τοῖς λαχάνοις διαλυμαινομένη, εὐχῇ καὶ σημείῳ σταυροῦ τῶν περιβόλων ἀπεδιώκετο · νῦν δὲ τοῖς ἐκεῖ παραβάλλουσιν ἡ τελευτὴ ἐδηλοῦτο. Καὶ οἱ μὲν τὰ κατ' αὐτοὺς εὖ ἐτίθεντο καὶ πρὸς τὴν ἐκδημίαν παρεσκευάζοντο · ὁ δὲ πονηρὸς καὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει πολέμιος λύκος ἦν, τὸ τοῦ λόγου, μάτην χανών. Οὕτω καί τινι Ἰσαακίῳ ἀνδρὶ, C μοναζούσῃ γυναικὶ ὑπηρετουμένῳ, ἐπειδὴ ἡ τελευτὴ ἥξειν αὐτῷ ὅσον οὐδέπω ὑπὸ τοῦ ἁγίου προείρητο, κἀντεῦθεν δέον πρὸς τὴν ἐκδημίαν εὐτρεπίζεσθαι, ὁ δὲ ἀμελῶς ἔζη καὶ ἀνειμένως, εἶτα καὶ πρὸς αὐτὸν πάλιν τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον ἀνεληλύθει, Ἵνα τί, φησὶ, κοσμικαῖς ἔτι φροντίσιν ἐνασχολούμενος οὐδεμίαν τοῦ μέλλοντος φροντίδα ποιεῖς; Ἀλλ' ἐκεῖνος καὶ ἑκὼν ὑπαχθεὶς (περὶ γὰρ τὴν τῶν κτημάτων ἐπιμέλειαν εὔχρηστος ἦν), πρὸς οὐδὲν τῶν δεόντων διανέστη, οὐδ' ἔτι ἑαυτῷ ἡτοίμασε τελευταῖον ἐφόδιον. Οὐ πολλῷ γοῦν ὕστερον νόσος αὐτῷ καὶ ἀνάγκη ἐπιπεσοῦσα μετ' ἀμφιάσασθαί τε τὸ τῶν μοναχῶν ἐποίησε σχῆμα, καὶ θάνατον, οἴμοι! καταπόδας ὑπήνεγκεν. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐπὶ τῷ Ἰσαακίῳ τῇ ἀνάγκῃ ἄν τις, οὐ τῇ προαιρέσει χάριν D εἴσεἰη, τῷ δὲ μεγάλῳ τούτῳ Πατρὶ πατρικὴν ὡς ἀληθῶς τὴν διάθεσιν ἐπιγράφοι, ὅτι τὰ τῆς τελευτῆς αὐτῷ προηγόρευσεν, εἰ κἀκεῖνος, μηδέν τι μεταβαλὼν, τῇ προτέρᾳ ἐναπέθανε ῥαθυμίᾳ.

ΛΗ'. Ἀλλὰ γὰρ ἐντεῦθεν γνώριμα πάντως καὶ τὰ πάρεργα τοῦ δικαίου, ἡ τοῦ Ἰσαακίου κυρία μοναχή τε οὖσα, ὥσπερ μοι εἴρηται, καὶ γηραιὰ, καὶ δὴ καὶ τῆς τῶν Κλουβίων ἀφηγουμένη μονῆς, ἀνῆλθέ ποτε παρ' αὐτὸν ἅμα τῇ θυγατρὶ προσευχῆς χάριν καὶ εὐλογίας. Ὁ δὲ ἣν ἡ μήτηρ κατὰ χεῖρα εἶχεν βακτηρίαν λαβὼν τῇ θυγατρὶ ἐνεχείρισε. Διαταραχθεῖσα οὖν ἡ τῆς παιδὸς μήτηρ · Ἐμοὶ, πάτερ, ἡ βακτηρία μᾶλλον προσῆκεν ὑποστηρίζουσα τὰ πολλὰ τὸ σῶμα διὰ τὸ γῆρας. Ὁ δὲ μηδὲν αὐτῇ

ἀποκρινάμενος ὅλως, ἔργῳ τὸ μέλλον ἐσήμαινεν. Ὀλίγῳ γὰρ ὕστερον ἡ μὲν ἀπεβίω, ἡ δὲ ἐπέβη τῆς τοῦ φροντιστηρίου προστασίας. Τὸ ἀπὸ τοῦδε οὖν ὁ θαυμαστὸς μὲν οὗτος Ἰωαννίκιος πρὸς τραχύ τε καὶ ἄναντες ὄρος μετῴκησεν, ὃ τοῦ Κόρακος ἐκαλεῖτο, ἅτε προειρημένον τῷ ἁγίῳ ὑπὸ τῶν συντυχόντων αὐτῷ κατὰ τὴν ἔρημον μοναχῶν, καὶ τὸ λεβητωνάριον δόντων, ἀφικέσθαι ποτὲ καὶ παρὰ τουτὶ τὸ ὄρος. Ἀλλὰ τίνα τὰ ὑπ' αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτῷ Πνεύματος καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ ὄρει θαυμαστῶς διαπεπραγμένα;

ΛΘ'. Ἐποίμαινόν τινες ἐν αὐτῷ πρόβατα, καί τινα τούτων ἀπολέσαντες, κατὰ ζήτησιν αὐτῶν τοῦ ὄρους πανταχῇ περιῄεσαν. Τούτους ὁ ἅγιος οὔτε ἀκοῇ ποτε παρειλήφει, οὔτε ἀπὸ τῆς ὄψεως ἐγίνωσκε. Περιτυχὼν οὖν αὐτοῖς ἐξ ὀνόματός τε ἕκαστον ἐκάλει, καὶ τὴν ὁδὸν ἀμφιγνοηθεῖσαν αὐτῷ (οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς τὰ πάντα εἰδέναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δίδωσι) διδάσκειν ἐκέλευε. Καὶ οἱ μὲν ὑπεδείκνυον τὴν ὁδόν· ὁ δὲ χάριν αὐτοῖς τὴν τῶν θρεμμάτων εὕρεσιν ἀντιδίδωσι, καὶ προτρέπεται τοὺς ἄνδρας ἐν τῇ ἐρήμῳ γενέσθαι, κἀκεῖ τὰ πρόβατα εὑρήσειν. Ἐν αὐτῇ τοίνυν κατὰ τὰ ὑπ' ἐκείνου εἰρημένα γενόμενοι, περιτυγχάνουσι πλανωμένοις τοῖς θρέμμασιν ὥς γε μή ποτε προσεδόκησαν, καὶ ταῦτα πολλὰ περὶ τὴν τούτων ἔρευναν πρότερον καμόντες, εἰ καὶ μὴ ἐντυχεῖν τότε αὐτοῖς ἐδυνήθησαν. Ὥστε χάριν ἐγίνωσκον τῇ περὶ τὴν ὁδὸν τοῦ ἀνδρὸς ἀγνοίᾳ, ὅτι συνενεχθῆναι αὐτῷ καὶ εἰς λόγους ὅλως ἐλθεῖν ἠξιώθησαν. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸν οἱ περιτυγχάνοντες ἑώρων, εἴ γε μὴ ἐκεῖνος ἠβούλετο, καὶ ἵνα γε ταπεινώσεως τύπος τῷ ἀκολουθοῦντι Εὐστρατίῳ εἴη, ὑπὸ τῶν ἐντυγχανόντων τε οὐχ ἑωρᾶτο, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπιστρεφόμενος ἔλεγεν· Τῇ εὐχῇ σου, ἀδελφὲ Εὐστράτιε, οὐδὲ ὑπὸ τούτων τεθέαμαι.

Μ'. Ἀναβὰς δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι τῆς Ἀντιδίου μονῆς, ὁ καθ' ἑκάστην ἐν τοῖς θείοις ὑψούμενος, καὶ κελλίον οἰκοδομήσας στενότατόν τε καὶ κομιδῇ βραχύτατον, μείζονάς τε τῶν προτέρων τῆς ἀρετῆς ἤσκει πόνους, καὶ μείζονος ἠξιοῦτο τῆς θεωρίας. Ἀμέλει καὶ τὴν τοῦ σώματος ταλαιπωρίαν τῆς ψυχῆς τροφὴν ἐνόμιζεν εἶναι. Ἐντεῦθεν καὶ πολλοῖς ἐν ὀλίγῳ δῆλος ἐγένετο, ὥσπερ δὲ καὶ πολλοὺς τοῦ βίου τοὺς ἐραστὰς κεκτημένος. Ἤρκει γὰρ καὶ μόνον ὁρώμενος, θερμὸν μέν τινα πόθον ἐνστάξαι ταῖς ψυχαῖς, ζήλου δὲ κέντρον εἶναι, ὑποθῆξαί τε πρὸς ἀρετὴν ἄγαν νωθέστατον. Ἑνὸς γοῦν τῶν τότε μαγίστρων ἡ σύζυγος (Στέφανος δέ, οἶμαι, οὗτος ἦν) θεραπαινίδων τε μοχθηρίᾳ καὶ μαγγανείᾳ περιέργῳ τὰς φρένας βλαβεῖσα, ἰατροῖς ἐξεδίδου. Πολλαὶ μὲν δὴ χεῖρες ἰατρῶν, μυρία δὲ φάρμακα, πλείω δὲ τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης. Ἐπεὶ δὲ ἀνήνυτα ἔγνω πονοῦσα, τὰ μὲν ἄλλα ἔδοξε χαίρειν ἐᾷν, ἐπὶ δὲ τὸν μέγαν Ἰωαννίκιον καταφεύγει. Ὁ δὲ προσευχῇ μὲν δίδωσι τῇ γυναικὶ τὴν ὑγείαν, μισθὸν δὲ τοῦτον αἰτεῖ παρ' αὐτῆς, τὴν εἰς τὰς τοῦ Θεοῦ πύλας

A senectutem. Ille autem nihil ipsi omnino respondens, reipsa significavit futurum. Paulo post enim illa quidem e vita excessit : hæc vero provecta fuit ad præfecturam monasterii. Abhinc autem hic admirabilis Joannicius migravit ad montem asperum et arduum, qui appellabatur mons Corvi, utpote quod sancto prædictum fuisset ab iis, qui in solitudine ei occurrerant, monachis, et dederant lebitonarium, eum aliquando venturum ad eum montem. Sed quænam sunt, quæ ab ipso, vel ab eo potius, qui in ipso habitabat Spiritu, in eo monte facta sunt admirabiliter?

XXXIX. Pascebant quidam in ipso oves, et cum quasdam ex eis amisissent, ad eas quærendas montem obibant in omnem partem. Eos sanctus neque B unquam auditione acceperat, neque visu cognoscebat. Cum ergo in eos incidisset, et nomine unumquemque vocabat, et viam, quam ipse ignorabat (neque enim omnia sancto omnino concedit Spiritus sanctus), jubebat docere. Et illi quidem viam ostenderunt : ille autem refert gratiam, nempe pecudum inventionem, et jubet eos ire in solitudinem, et oves illic esse inventuros. Cum in eam ergo venissent, sicut ille jusserat, offendunt oves errantes, præter omnem eorum exspectationem, idque cum sæpe in eis quærendis laborassent, etiamsi tunc non potuerant in eas incidere. Quocirca id acceptum ferebant illius viri viæ ignorationi, quod digni essent habiti, qui eum convenirent, C et cum eo colloquerentur. Neque enim, qui in eum incidebant, ipsum videbant, nisi ille voluisset, et ut sequenti Eustratio esset exemplar humilitatis, si non videretur ab iis, qui incidebant, ad ipsum conversus, dicebat : Precibus tuis, o frater Eustrati, ne ab iis quidem sum conspectus.

XL. Cum autem ascendisset in montes Antidii monasterii, qui quotidie in rebus divinis extollebatur, et cellam ædificasset angustissimam et brevissimam, prioribus majores suscipiebat labores virtutis, et dignus habebatur majori contemplatione, Corporis quidem certe afflictionem existimabat D esse alimentum animæ. Hinc factum est, ut multis raro fuerit manifestus, quomodo etiam habuit multos ejus vitæ amatores. Satis enim erat, si vel solum videretur, ad acre quidem desiderium eorum, qui videbant, animis instillandum, et immittendum zelum æmulationis, et ad virtutem excitandum eum, qui esset vel hebetissimus. Porro autem cum unius ex iis, qui tunc erant magistri, conjunx (erat vero is, ut opinor, Stephanus) ancillarum improbitate, et curiosis ac maleficis artibus esset emotæ mentis, seipsam tradit medicis. Multæ quidem manus medicorum, medicamenta innumerabilia, plura artis adjumenta. Postquam autem cognovit se inutiliter laborare, statuit quidem aliis vale dicere : ad magnum vero confugit Joan-

θυμῷ καὶ τοῦτον ἀθρόως τῇ χειρὶ πλήττει. Εἶτα ὥσπερ εἰς ἑαυτὸν ὁ Κωνσταντῖνος ἐλθὼν, ἠνιᾶτό τε σφόδρα ὅτι θυμοῦ ἥττων γέγονε, καὶ ὡς εἶχεν εὐθὺς τῷ μεγάλῳ τούτῳ Πατρὶ προσελθὼν, ἀπαγγέλλει τὸ πρᾶγμα. Ὁ δὲ ἀνάλογόν τε αὐτῷ καὶ διεσπουδασμένην τὴν ἐπιτίμησιν ἐπιτιθεῖ. Καὶ ὁ ὕπατος οἷα παῖς παρὰ πατρὸς λαβὼν ἐντολὴν, τὸ ἀπ' ἐκείνου εἴ ποτε συνῆκεν ἐκφερόμενον ἢ προσῆκε, Παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς, ἔλεγε, καὶ ἐγκατάλιπε θυμόν· καὶ αὐτίκα τῷ ῥήματι τὸ ἔργον ἐπηκολούθει. Τοῦ θυμοῦ τε γὰρ ἠρέμα ὑπέληγε, καὶ ἐν ἑαυτῷ πάλιν ἐγίνετο. Τὸ μὲν οὖν εἰς τὸν Κωνσταντῖνον ὑπὸ τοῦ ἁγίου γεγονὸς, τοιοῦτον· τὸ δὲ εἰς τὸν τούτου υἱὸν, ἤδη φράσω. Ἀνῆλθε καὶ οὗτός ποτε παρὰ τὸν τοῦ Θεοῦ θεράποντα τοῦτον, ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦτο προστεταγμένος. Ἡ γλῶσσα δὲ αὐτῷ σφαλερῶς εἶχε καὶ ὑπετραύλιζεν. Ἐπειδὴ τοίνυν εἰς λόγους ἔλθοι τῷ ἁγίῳ, συνεὶς ἐκεῖνος προσπταίων ἦν, προτείνειν ἐκέλευε τὴν γλῶτταν. Τοῦτο δὲ, ὡς ἐκέλευσεν γεγονὸς, ὁ δὲ τὴν τοῦ τρανῶσαι ταύτην δυναμένου μόνου Θεοῦ βοησάμενος, ἅμα μὲν τῷ νεανίσκῳ τὸ ὄργανον διετράνωσεν, ἅμα δὲ τὴν τούτου ψυχὴν πρὸς τὰς τοῦ Θεοῦ ἐντολὰς ἀκμαιοτέραν οἷον ἐποίησε καὶ ζῆλον αὐτῇ ἐνῆκε τῶν ἀγαθῶν.

ΜΓ'. Ἀλλὰ τὸν μὲν ὅτι τοιούτων ἦν ἄξιος, τοιούτοις ἠμείψατο· ἑτέροις δὲ καὶ εἰς ὄψιν ἥκων, ὅμως οὐχ ἑωρᾶτο παρ' αὐτῶν. Ὠκοδομεῖτο γάρ τις ἐν τῷ ὄρει τῷ Προδρόμῳ ναὸς, οὗ τὸν βίον οὗτος ἐζήλου. Τὸ δὲ τῆς οἰκοδομῆς σχῆμα ὑπὸ τοῦ μεγάλου διώριστο τοῖς οἰκοδομοῦσι. Δόξαν οὖν ποτε τῷ ἁγίῳ κατὰ θέαν τῆς οἰκοδομῆς ἐλθεῖν, ὥστ' ἰδεῖν εἰ κατὰ τὰ ὑπ' ἐκείνου διατεταγμένα τὸ ἔργον προβαίνοι, ἐπειδὴ τῷ τοιούτῳ ἐπισταίη τόπῳ, παραβάλλουσί τινες ἐν αὐτῷ καὶ ἕτεροι, ὡς ἂν τὸν θαυμαστὸν τοῦτον ἄνδρα θεάσοιντο, ἅμα καὶ τινος παρ' αὐτοῦ τῆς ὁμιλίας ἀξιωθῶσιν. Ἐπεὶ οὖν ἐκεῖσε οὗτός τε ὁ τὴν ἄσκησιν νεανικὸς, κἀκεῖνοι γεγόνασιν, ὁ μὲν παρ' αὐτοῖς ἵστατο, τὰ τῆς οἰκοδομῆς ὅπως προβαίνοι διασκοπῶν. Οἱ δὲ καὶ ὁρῶντες, ὅμως οὐχ ἑώρων αὐτόν. Εἶτα ἐκεῖνος μὲν τὴν οἰκοδομὴν ἰδὼν, τὴν ἐπὶ τὸ σπήλαιον αὖθις ἐτράπη· οἱ δὲ τῷ τόπῳ προσήδρευον, ἀναμένοντες πότε ἥξοι. Τῶν σὺν αὐτῷ τοίνυν τις μοναχῶν, (Ἰωάννης δὲ οὗτος ἦν), τὸ πρᾶγμα γνοὺς, λυπηρόν τε τοῦτο δόξαι τοῖς ἀνδράσιν ἡγεῖται, καὶ πρὸς τὸν ἅγιον, Οὐ χρὴ, φησὶ, τοὺς διὰ σὲ τοσαύτην ὁδὸν ἥκοντας, ἀθεάτους ἐπανιέναι πάλιν τῆς σῆς ἀρετῆς· λυπηρὸν οἶδας τὸ πρᾶγμα, καὶ μέσης αὐτῆς ἁπτόμενον τῆς καρδίας. Ὁ δὲ ἅγιος ἐπῄνεσε μὲν ἐκείνους τῆς προαιρέσεως, καὶ ὑπερηύξατο αὐτῶν, πρὸς δὲ τὸν μοναχὸν ἐπιστραφεὶς, Πῶς ἂν ὃ μὴ τῷ Θεῷ δοκοῦν ὑφ' ἡμῶν γένοιτο; εἶπεν. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἐν μέσῳ τῶν ὀφθαλμῶν ἐκείνων ἀπαρακαλύπτως ἦν ἑστηκὼς, οἱ δὲ εἰ καὶ Θεὸν εἶχον συνευδοκοῦντα, πάντως ἄν με καὶ ὑποκρυπτόμενον εἶδον. Ταῦτα ὡς παρὰ τοῦ ἁγίου ὁ μοναχὸς ἤκουσε, τοῖς ἀνδράσι μηνύει, οἱ δὲ ἀναστρέφουσι μηδὲν δυσχεραίνοντες. Καὶ τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον, ἀλλ' ἐκεῖνό γε πῶς οὐ διηγητέον;

A repente famulum percutit. Deinde cum ad se rediisset Constantinus, valde cruciabatur animo, quod ab ira fuisset superatus, et ad magnum hunc Patrem accedens, rem ei renuntiat. Ille vero seriam et convenientem ei infert increpationem. Consul vero tanquam filius, qui a patre mandatum acceperat, ab illo tempore, si quando sensisset se longius efferri, quam conveniebat, apud se dicebat: Cessa ab ira, et vince animum. Statimque verbum res ipsa sequebatur. Nam et sensim ab ira desiit, et rursus ad se rediit. Atque quod a sancto quidem factum est in Constantinum, fuit hujusmodi; quod autem in filium ejus, jam dicam. Ascendit is quoque aliquando ad hunc Dei servum, cum pater id ei jussisset. Lingua autem ei lababat, et B balbutiebat. Cum ergo cum sancto sermones contulisset, intelligens ille, quod in dicendo titubaret, jussit ei linguam porrigere. Hoc autem factum fuit sicut jussit. Ille vero implorato auxilio ejus, qui potest facere ut aperte et distincte loquatur, simul quidem effecit ut adolescenti esset linguæ instrumentum promptum et expeditum, et effecit ejus animam ad Dei exsequenda præcepta vividiorem, et ei immisit bonorum æmulationem.

XLIII. Sed eum quidem, quod talibus esset dignus, talibus est remuneratus: in aliorum autem cum venisset conspectum, ab eis tamen non cernebatur. Ædificabatur enim in monte Baptistæ et Præcursori quoddam templum, cujus vitam hic C æmulabatur. Forma autem ædificii a magno Joannicio fuerat descripta iis, qui ædificabant. Cum ergo sancto visum esset aliquando venire ad contemplandum ædificium, ut videret an opus procederet, ut constituerat: cum ad eum locum venisset, accedunt etiam ad eum quidam alii, ut virum admirabilem simul et viderent, et aliquo ejus sermone fruerentur. Cum ergo illuc venisset Joannicius, qui juvenili erat exercitatione, et illi etiam venissent, ille quidem stabat juxta ipsos, considerans quomodo procederet ædificium. Illi vero videntes eum, tamen non videbant. Deinde ille quidem cum vidisset ædificium, rursus conversus est ad speluncam. Illi autem in loco assidebant, exspectantes quando esset venturus. Quidam ergo D ex iis, qui erant cum ipso, monachis (is autem erat Joannes) cum rem cognovisset, existimat hoc eis visum esse molestum, et sancto dicit: Non oportet eos qui propter te tantum iter confecerunt, reverti tua non conspecta virtute. Scis rem esse molestam, et quæ cor ipsum tangit medium. Sanctus vero laudavit quidem illorum institutum, et pro eis est precatus: conversus autem ad monachum: Quomodo a nobis, inquit, fieri possit, quod Deo non videtur? Nam ego quidem stabam sine ullo tegumento in medio oculorum illorum: illi autem, si Deo id ita visum esset, me omnino vidissent, etiamsi me abscondissem. Postquam hæc a sancto audivit monachus, eis significat. Illi vero revertuntur, nihil ægre ferentes. Et hoc quidem est ejusmodi. Sed illud quidem quomodo non est narrandum?

XLIV. Theodorus quidam, qui modo vitam susceperat monasticam, cupiebat de rebus sancti discere ab iis, qui ad ipsum ventitabant, et quænam esset ejus vitæ ratio, et cujusnammodi aspiceretur; et quidnam faceret aut diceret, ut si nihil aliud, at de Joannicii quidem certe rebus posset narrare, et hinc memoriam suis relinqueret posteris, cum ii, qui hæc ab illo audiverant, suis rursus narrarent posteris, quod hæc et hæc ab hoc aut illo audivissent. Cum autem narraret aliquibus, quæcunque audiverat, illi autem dicerent hæc non esse admittenda citra examinationem; Sed horum, dicebant, effectorem, si velis, videbimus. Ille autem statim fit eis dux itineris, et rursus ascendunt ad sanctum, et cum alloquuntur. Cum vero sermo ab eis produceretur, ursa, quæ alicunde e sylva eis apparuit, conturbat eorum animos. Ille autem jubet eis ipsi panem porrigere, et hortatur, ut ab illo magno timore recreentur, recordantes ejus, qui dedit potestatem conculcandi leonem et draconem [9], qui quidem sunt urso longe terribiliores, et illorum quidem animos liberat a metu, ursam autem jubet reverti ad sua latibula. Hoc quidem sic factum fuerat, et finito sermone, illi recesserunt, nihil aliud habentes in ore, nisi magnum Joannicium. Hinc factum est, ut essent acres ad virtutem et ad similem zelum incitarentur, et dicerent monacho Theodoro: Non ex tuis verbis credimus, sed ex iis, quæ ipsi audivimus et vidimus [10], ut dicit Evangelista. Hæcne sufficiunt, an ex rebus sancti vultis alias adjiciamus? Sed quomodo, si hæc silentio dederimus, non pulcherrimarum rerum detrimento pios affecerimus?

XLV. Cum vellet aliquando pauperibus oleum suppeditare ad cibum (multi enim pauperes sæpe illuc accedebant, quibus etiam præbebat quidquid habebat); cum ergo vellet aliquando eis dare oleum (hoc enim tunc habebat), jubet monacho, qui ei inserviebat, afferre duo vasa, unum plenum, et alterum inane. Ille autem alioqui quidem existimabat supervacuaneum afferre vas inane. Quid enim, apud se dicebat, opus est inani, ubi est plenum? tamen cum non posset transgredi Patris mandatum, hæc duo ad ipsum attulit, nempe plenum et inane. Cum autem forte fortuna contigisset, ut vas plenum esset perforatum, oleum vero effunderetur, erat perplex animo monachus. Cum autem id ei venisset in mentem, transmutat oleum ex pleno in inane, et sic indigentibus datum est ad misericordiam. Tunc cognovit monachus prophetice dictum fuisse a Patre, ut simul cum vase pleno afferret alterum inane. Hinc erat ei vultus confusus, quod sciret se aliquantulum dubitasse de mandato Patris. Ne illud quidem æquum est prætermittere.

XLVI. Magnus hic Pater cum toto vitæ tempore

A ΜΔ'. Θεόδωρός τις ἄρτι τὸν μονήρη βίον ἀνῃρημένος, ἐπόθει τὰ τοῦ ἁγίου παρὰ τῶν ὡς αὐτὸν φοιτώντων μανθάνειν, ἥτις τε αὐτῷ ἡ διαγωγὴ καὶ ὁποῖος ὁρᾶται, καὶ ὅ τι πράττοι ἢ φθέγγοιτο, ὅπως εἰ μή τι ἄλλο, ἀλλὰ τά γε τοῦ Ἰωαννικίου διηγεῖσθαι ἔχοι, κἀντεῦθεν μνήμην ἑαυτοῦ τοῖς εἰς ὕστερον καταλίποι, τῶν ὑπ' ἐκείνου ταῦτα πυθομένων, τοὺς μετ' αὐτοὺς πάλιν διηγουμένων, ὡς τάδε τυχὼν παρὰ τοῦ δεῖνος ἐπύθοντο. Ἐπεὶ δέ τισιν ὅσα ἤκουσε διηγεῖτο οὐκ ἀβασανίστως μὲν ἐκεῖνοί φασι ταῦτα χρῆναι προσδέχεσθαι, ἀλλὰ τὸν ἐργάτην τούτων, εἰ βούλει, ὀψόμεθα. Ὁ δὲ ὁδηγὸς αὐτοῖς εὐθὺς γίνεται, ἀνέρχονταί τε παρὰ τὸν ἅγιον καὶ εἰς ὁμιλίαν αὐτῷ ἥκουσιν. Ἔτι γοῦν αὐτοῖς τριβομένης τῆς ὁμιλίας, ἄρκτος ποθὲν τοῦ ἄλσους ἐπιφανεῖσα, τὰς τούτων B διαταράττει ψυχάς. Ὁ δὲ ἄρτον αὐτῇ ὀρέγειν προστάττει, καὶ τούτοις προτρέπεται τῆς πολλῆς ἐκείνης ἀναφέρειν δειλίας, μεμνημένους τοῦ λέοντά τε καὶ δράκοντα καταπατεῖν δεδωκότος, οἵ τινες περὶ τῆς ἄρκτου μακρῷ φοβερώτεροι, καὶ τῶν μὲν τὰς ψυχὰς ἀπαλλάττει τῆς δειλίας, τὴν δὲ χωρεῖν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἤθη κελεύει. Τοῦτο μὲν δὴ οὕτως ἐγεγόνει, καὶ τῆς ὁμιλίας διαλυθείσης, ἀπῄεσαν οἱ ἄνδρες, ἕτερον ἀνὰ στόμα φέροντες οὐδὲν, ὅτι μὴ τὸν μέγαν Ἰωαννίκιον. Ἐντεῦθεν θερμοί τινες ἦσαν εἰς ἀρετὴν, καὶ πρὸς τὸν ὅμοιον διανίσταντο ζῆλον, καὶ πρὸς τὸν μοναχὸν Θεόδωρον ἔλεγον, ὡς Οὐκ ἀπὸ τῶν σῶν πιστεύομεν λόγων, ἀλλ' ἀφ' ὧν, κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν, αὐτοὶ ἠκούσαμέν τε καὶ εἴδομεν. Ἀπόχρη ταῦτα, ἢ καὶ ἕτερα βούλεσθε τῶν τοῦ ἁγίου προσθῶ- C μεν; Ἀλλὰ πῶς ἂν σιωπῇ ταῦτα δόντες, μὴ τὰ κάλλιστα ὦμεν ζημιοῦντες τοὺς φιλοθέους;

ΜΕ'. Ἐπαρκέσαι ποτὲ τοῖς ἐνδεέσιν ἔλαιον τὸ εἰς βρῶσιν ἐθέλων (πολλοὶ γὰρ πολλάκις παρέβαλλον ἐκεῖ πένητες, οἷς δή που καὶ πᾶν ὃ ἐτύγχανεν ἔχων παρεῖχε)· διαδοῦναί ποτε τοίνυν ἔλαιον ἐθέλων αὐτοῖς (τοῦτο γὰρ αὐτῷ τότε ἦν) τῷ ὑπηρετουμένῳ μοναχῷ, πλῆρές τε καὶ κενὸν, δύο ταῦτα πρὸς αὐτὸν ἀγγεῖα κομίσαι κελεύει. Ὁ δὲ περιττὴν μὲν ἄλλως τηνικαῦτα ᾠήθη τὴν τοῦ κενοῦ ἀγγείου μετακομιδήν. Τίς γὰρ, πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγε, τοῦ κενοῦ χρεία, ὅπου γε τὸ πλῆρες ὑπάρχει; Ὅμως ἐπεὶ μὴ τὴν τοῦ Πατρὸς εἶχεν ἐντολὴν παραβῆναι, δύο ταῦτα, τὸ πλῆρές τε D καὶ κενὸν ἄρας, ἐκόμιζε πρὸς αὐτόν. Συμβὰν οὖν τύχῃ τινὶ τὸ πλῆρες διατρηθῆναι, τοῦ ἐλαίου ἐκκένου, εἰς ἀμηχανίαν ὁ μοναχὸς περιίστατο. Ἐλθὸν τοίνυν αὐτῷ ἐπὶ νοῦν, τὸ ἔλαιον ἀπὸ τοῦ πλήρους εἰς τὸ κενὸν μεταβάλλει, καὶ τοῖς δεομένοις οὕτως εἰς ἔλεον ἐδόθη. Καὶ κατὰ καιρὸν ἄρα ὁ μοναχὸς ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἔγνω εἰρῆσθαι, τὸ τῷ πλήρει ἀγγείῳ καὶ κενόν τι συγκομίσαι. Ἐντεῦθεν καὶ συνεχύθη αὐτῷ τὸ πρόσωπον, ὅτι καὶ μικρόν τι πρὸς τὴν τοῦ Πατρὸς ἐντολὴν διαμφισβητήσας· ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνο παραδραμεῖν δίκαιον.

ΜϚ'. Ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ παρ' ὅλον τὸν τῆς

[9] Psal. [illegible], 13. [10] Joan. IV, 42.

ζωῆς χρόνον φιλοτίμως καὶ ὑπερφυῶς ἀσκήσας, οὐ A μετὰ τὸν βίον μόνον, ἀλλ' ἔτι καὶ μετὰ σώματος ὤν, πολλὰ τὰ παράδοξά τε καὶ θαυμαστὰ διετέλει. Οὐ γὰρ δαίμονες αὐτὸν ὑπέστησαν μόνοι, τὴν τούτου μὴ στέγοντες παρουσίαν, ἀλλὰ καὶ νόσοι θάνατον ἀπειλοῦσαι, εὐχῇ τῇ παρ' αὐτοῦ καὶ σφραγῖδι ἐλύοντο. Ἀμέλει καὶ ὁ ἕτερος μὲν αὐτῷ καὶ φίλος Εὐστράτιος νόσῳ τινὶ ἐπιέζετο χαλεπῇ ἀπὸ τῶν ἐγκάτων αἷμα ἐμῶν. Ὁ δὲ μηνυθὲν αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Εὐστρατίου, φθάσας τὸ μὲν αἷμα ἐπέσχεν, τῷ δὲ θαῤῥεῖν ἐκέλευσεν. Ὁ γοῦν Εὐστράτιος τῇ τοῦ ἀνδρὸς παρουσίᾳ τῆς νόσου ῥαΐσας, εἰς τὴν τῶν Λευκάδων καταγωγὴν, ὃ Μετόχιον καλεῖν σύνηθες μεταβαίνει, ἀναλαβεῖν οἷον ἑαυτὸν πεπονηκότα ἐθέλων, καί τινος καὶ ψυχαγωγίας τυχεῖν. Τῷ δὲ ἄρα εἰς τὸ ἐναντίον B τὸ πρᾶγμα χωρεῖ. Καὶ συμφορᾷ πάλιν χρῆται πολὺ τῆς προτέρας χαλεπωτέρᾳ. Πυρετὸς γὰρ αὐτὸν λαῦρος παραλαβὼν, σφοδρῶς τε ὑπέσμυχε, καὶ ἄφωνον εἶχεν, ἕως εἰς μνήμην τοῦ λαμπρὸν ἐν ἀσκηταῖς διαφαίνοντος Ἰωαννικίου ἐλθὼν, ἱκέτης τε αὐτῷ καθάπερ παρόντι προσέπιπτε καὶ ἠντιβόλει τῆς παρούσης ἐξαιρεθῆναι νόσου. Ἐν τοσούτῳ γοῦν εἰς ὕπνον τραπεὶς καὶ τὸν μέγαν Ἰωαννίκιον δόξας ὁρῶν παρεστηκότα, συλλαλοῦντα καὶ οἷον ἐπιῤῥωννύοντα, ἀπέσχε τῆς νόσου, καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀνέφερε τὰ τῆς σωτηρίας, ὅνπερ δὴ καὶ εὐφραίνοντα εἶχε, καὶ εὐκαίρως ἐξ ἀναγκῶν ἐξαιρούμενον.

MZ'. Παραδραμεῖν με τὸν λόγον ἐθέλοντα, τὰ ἐκδεχόμενα οὐκ ἐᾷ. Εἶχε μὲν γὰρ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Θεόφιλος· ὁ δὲ ἐπτόητό τε περὶ τὸν χρυσὸν C ὅλος, καὶ τούτου ἡττᾶτο, ἄλλως τε Χριστιανὸς εἶναι μὴ φέρων, περὶ τὰς θείας τε ἀσεβῶν εἰκόνας, καὶ ὥσπερ τῇ ἐξουσίᾳ οὕτω καὶ τὰ τῶν Εἰκονομάχων δόγματι τοὺς ἄλλους πλεονεκτῶν, παγίδα τοιαύτην πᾶσι κρύπτει Χριστιανοῖς. Ὑπογραφεῦσι καὶ πράκτορσι πᾶσαν ὁμοῦ κώμην διαλαμβάνει, δύο τὰ χείριστα πρᾶξαι βουλόμενος, καὶ τοῦτο μὲν τῇ φιλοχρημάτῳ ψυχῇ χαρίσασθαι τὰ μεγάλα ταῖς εἰσπράξεσι τῶν φόρων, τοῦτο δὲ καὶ δῆλον αὐτῷ γενέσθαι πάντα, τὸν τοῦ ὀρθοδόξου μεταποιούμενον, ὅπως ἕλῃ τε αὐτοὺς τῇ βίᾳ, καὶ τῇ τῶν Εἰκονομάχων αἱρέσει προστεθῆναι παρασκευάσοι. Ἑνὶ γοῦν ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ τῶν πρακτόρων περιτυχὼν, Τί ταῦτα, φησὶ, ἀδελφέ; μετακαλεῖταί σε ἤδη ὁ βασιλεὺς εὐθύνας τῶν ἔργων ὑφέξοντα, καὶ οὐδὲ οὕτως D συνίετε; παρὰ πόδας γὰρ προσχωρεῖ ἡ δίκη, καὶ εἴγε μὴ τῆς πονηρᾶς ταύτης μεταβάλοιο γνώμης, οἰχήσῃ μὲν ἐλεεινῶς, ἐλεεινότατα δὲ κολασθήσῃ. Ὁ μὲν οὖν τὸν ἐν οὐρανοῖς εἶπεν, ὁ δὲ τὸν οἰκεῖον βασιλέα Θεόφιλον μετακαλεῖν αὐτὸν ᾤετο. Ἀμέλει καὶ περιχαρὴς ἦν ἤδη καὶ εὔελπις, εὖ εἰδὼς ὡς τῇ περὶ τοὺς φόρους ἀκριβείᾳ, καὶ μειζόνων παρὰ τῷ βασιλεῖ ἀξιωθήσεται. Ἐπεγέλα δὲ ἄρα ταῖς ἐλπίσι τὸ μέλλον, καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ ἁγίου λεχθεῖσι τὸ πέρας ἐπηκολούθει, καὶ ξυρὸς αὐτίκα ὀργῆς Θεοῦ ὁ μεθυσμένος ἐκτένει τὸν πράκτορα, τὰς ἀθανάτους ἐκείνας καὶ μετὰ θάνατον εἰσπραχθησόμενον δίκας.

MH'. Ἀνελίττων τοίνυν τις τὰ ὑπὸ τοῦ ἁγίου

A se præclare et admirabiliter exercuisset, non solum post vitam, sed etiam cum esset in corpore, fecit multa admirabilia, et quæ erant præter opinionem. Non enim dæmones solum eum formidabant, ejus non ferentes præsentiam, sed morbi quoque, qui mortem minabantur, ejus precibus et signo crucis solvebantur. Ejus quidem certe familiaris et amicus Eustratius gravi morbo affligebatur, sanguinem vomens ex intestinis. Ille vero, cum id ei prius significasset Eustratius, veniens stitit quidem sanguinem, ipsum autem jussit esse bono animo. Eustratius ergo cum viri adventu a morbo convaluisset, transit ad Leucadum habitaculum, quod solent vocare Metochium, se volens defessum afflictumque recreare, et aliquod adipisci B solatium. Res autem ei contra cessit, et incidit in calamitatem longe priori graviorem. Vehemens enim eum adorta febris, acriter laniabat, et vocem ei adimebat, donec recordatus præclari inter eos, qui se exercebant, Joannicii, ei tanquam præsenti supplex procidit, et rogavit ut a morbo præsenti liberaretur. Interim autem ad dormiendum conversus, cum visus esset videre magnum Joannicium adstantem, colloquentem, confirmantem, morbum superavit, et salutem illi acceptam tulit, quem habuit eum lætificantem a juventute, et tunc liberavit a calamitate.

XLVII. Me jam pridem volentem oratione prætercurrere, non sinunt quæ sequuntur. Nam sceptra C quidem Romanorum tenebat Theophilus. Ille autem in congerendo auro totus inhiabat, et ab eo superabatur, et alioqui non ferens esse Christianus, et se impie gerens in divinas imagines, et quomodo potestate, ita etiam Iconomachorum dogmate alios superans, talem laqueum abscondit omnibus Christianis. Scribis et exactoribus omnem simul vicum occupat, volens facere duo, quæ sunt pessima: nempe et avaro suo gratificari animo tributorum exactionibus, et sibi fieri manifestum unumquemque, qui doctrinam sequebatur orthodoxam, ut et eos vi caperet, et efficeret ut vel inviti adjungerentur hæresi Iconomachorum. Cum ergo hic vir divinus incidisset in quemdam exactorem: Quid hæc sibi volunt, inquit, o frater? D Rex te jam accersit factorum tuorum redditurum rationem, et ne sic quidem intelligis? Jam enim imminet et urget, ut vides, justitia, et nisi improbam hanc mentem mutaveris, peribis quidem miserabiliter, miserrime autem punieris. Atque ille quidem dicebat eum, qui est in cœlis; exactor autem putabat suum regem eum accersere. Lætus ita que jam erat et bona spe præditus, ut qui sciret, quod propter tributa diligenter exacta, esset apud imperatorem magna consecuturus. Ejus autem spem irrisit futurum, et ea, quæ a sancto dicta fuerant, finis est consecutus, et statim novacula iræ Dei inebriata, exscindit exactorem, ut immortales illæ post mortem pœnæ de eo sumantur.

XLVIII. Revolvens itaque aliquis ea, quæ a sancto

prædicta fuerunt, et quam maxime perscrutans, ea nunquam invenerit excidisse a veritate. Nam cum aliquando duo simul venissent in domunculam, in qua ille erat, ut magnum convenirent Joannicium (Petrus et Plato erant eorum nomina), postquam ille eos satis instruxit ad virtutem, alter rogavit sanctum, ut ad ipsum veniret singulis annis, et ejus aspectum dignus esset qui consequeretur, et illo, qui fluit instar mellis, frueretur sermone. Ille autem, De cætero, inquit, etiamsi velles, non me videbis amplius. Is ergo apud se dubitabat, quidnam obstaret, quominus ad sanctum ascenderet, et considerans, nihil inveniebat, quod ad illum adventu repularetur præstantius. Non multo post autem quidam ad eum ascenderunt. Volens ergo ipse quoque cum eis ascendere, quoniam ille quidem pedibus, illi autem equis iter ingrediebantur, defessus domum rediit. Hinc factum est, ut graviter animo angeretur, quod ei accidisset, ut frustraretur proposito. Cum itaque non multo post ad se rediisset, rursus conatus est ad eum ascendere, et rursus fuit prohibitus ab ascensu. Deinde cum sæpe, alias alia incidente difficultate, se repulsum esse cognovisset, et recordatus esset eorum, quæ a sancto ei dicta fuerant, mansit apud se, rem ascribens Joannicio, divina quadam providentia, ad utilitatem omnia dispensante.

XLIX Aliquando rursus qui omni ex parte bonus erat Joannicius, cum esset in otio, et se totum dedisset orationi, dixit se videre quemdam Petrum, qui tollebatur in cœlos, et circumdatum gloria quadam et luce ineffabili. Illi autem Petro fuerat commissa præfectura cujusdam monasterii. Illo vero tempore, quo vir admirabilis dignatus fuit hac contemplatione, contigit ut is a corpore disjunctus, spiritu ad cœlos ascenderet, et ex hac vita migraret. Nihilominus autem admiranda quoque est ejus loquendi libertas ad imperatores. Neque enim solum lætabatur probris pro Christo affectus, aut patiens persecutionem, sed cupiebat etiam pati majora, recte sciens, quod per ea, majora consequeretur. Hinc discipulorum Christi loquendi libertatem, et pro Magistro acceptas plagas ducebat esse beatas, perfectum gaudium illud nominans, cujus ii fuerunt participes.

L. Duos itaque viros illustres, et quos sciebat esse præditos majore dicendi facultate, quam alios, cum ad ipsum misisset imperator, rogavit an oporteret Christi honorare figuram. Cum is autem ad hoc divine et non cum mundana respondisset persuasione et sapientia, tantum abfuit, ut qui missi fuerant ab imperatore, aliquid adducerent contra ea, quæ ab ipso dicta fuerant, ut relictis iis, quæ prius tenebant, recte et ut eis exposuerat, pietatem et veram didicerint religionem. Cum ad sanctum autem rursus venisset Eustratius, præfectus monasterii Agaurorum, quoniam res Dei et ecclesiarum erant tunc mundanis pertur-

A προηγορευμένα, καὶ ὡς ἔνι μάλιστα πολυπραγμονῶν οὐκ ἄν ποτε σφαλέντα εὕροι τῆς ἀληθείας. Ἐνίοτε γὰρ δύο κατὰ ταυτὸν παρὰ τὸ δωμάτιον ὃ τοῦτον εἶχεν ἐλθόντων, ἐφ' ᾧ τῷ μεγάλῳ διεντυχεῖν (Πέτρος καὶ Πλάτων ἦν αὐτοῖς ὀνόματα), ἐπεὶ ἐκεῖνος ἱκανῶς ἤλειψε τούτους πρὸς ἀρετήν, ὁ ἕτερος ἐδεῖτο τοῦ ἁγίου, παρ' αὐτόν τε εἰς ἕκαστον ἔτος ἥκειν τῆς ἑαυτοῦ τε θέας ἀξιοῦσθαι, καὶ ὁμιλίας ἐκείνης τῆς παραῤῥεούσης τι καὶ μέλιτος ἀπολαβεῖν. Ὁ δὲ, Οὐκ ἔτι με τὸ ἀπὸ τοῦδε, φησὶ, καὶ βουλόμενος ὄψει. Διηπορεῖτο οὖν καθ' ἑαυτὸν ὁ ἀνὴρ, ὡς τί ἄρα ἔσται τὸ καθέξον αὐτὸν μὴ παρὰ τὸν ἅγιον ἀνιέναι, καὶ διασκοπούμενος οὐδὲ ἓν εὕρισκεν, ὃ τῆς ὡς ἐκεῖνον ἀφίξεως προτιμότερον αὐτῷ λογισθείη. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἀνῄεσάν τινες πρὸς
B αὐτόν. Συνανελθεῖν οὖν αὐτοῖς καὶ οὗτος ἐθέλων, ἐπεὶ τὰ μὲν ἐκ ποδὸς, τοῖς δὲ δι' ἵππων ἦν ἡ πορεία, ἀπαγορεύσας ἀνέστρεφεν οἴκοι. Ἐντεῦθεν δεινῶς ἐπληροῦτο ἀθυμίας, ὅτι περ ἁμαρτεῖν αὐτῷ τῆς προθέσεως συνέβη. Μετ' οὐ πολὺ γοῦν ἀνενεγκὼν, πάλιν ἀνελθεῖν ἐπεχείρει, καὶ πάλιν εἴργετο τῆς ἀνόδου. Εἶτα ὡς πολλάκις ἄλλοτε ἄλλης δυσχερείας παραπιπτούσης, ἀποκρουόμενος ἔγνω, εἰς μνήμην τε τῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου λεχθέντων ἦλθεν, ἔμεινε καθ' ἑαυτὸν, Θεῷ καὶ Ἰωαννικίῳ τὰ τοῦ πράγματος ἀνατιθεὶς, προνοίᾳ τινὶ θειοτέρᾳ πάντα πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομοῦντι.

ΜΘʹ. Ποτὲ πάλιν ὁ πάντα χρηστὸς Ἰωαννίκιος
C ἐπὶ σχολῆς ὢν, καὶ ὅλον ἑαυτὸν τῇ προσευχῇ δεδωκὼς, ὁρᾷν ἔφη τινὰ Πέτρον ἀναγόμενόν τε εἰς οὐρανοὺς, καὶ φωτὶ ἀῤῥήτῳ κυκλούμενον. Ὁ δὲ ἄρα προστασίαν ἀσκητορίου τινὸς ὁ Πέτρος ἦν ἐγκεχειρισμένος. Κατ' ἐκεῖνο δὲ τῆς ὥρας, ἡνίκα τῆς θεωρίας ὁ θαυμάσιος ἠξιοῦτο, ἔτυχε τοῦτον τοῦ σώματος διαζευχθέντα, τῷ πνεύματι πρὸς οὐρανοὺς ἀναφέρεσθαι, καὶ τὴν ἐντεῦθεν στέλλεσθαι ἀποδημίαν. Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τὸ πρὸς τοὺς κρατοῦντας μετὰ παῤῥησίας ἐλεύθερον τοῦ ἀνδρὸς ἄξιόν ἐστι θαυμάσαι. Οὐδὲ γὰρ ὀνειδιζόμενος ὑπὲρ Χριστοῦ μόνον ἢ διωκόμενος ἔχαιρεν, ἀλλὰ καὶ μείζονα παθεῖν ἐζήτει, ἀκριβῶς εἰδὼς ὡς διὰ τοῦτο καὶ μειζόνων ἀξιωθήσεσθαι. Ἐντεῦθεν καὶ τὴν τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ παῤῥησίαν καὶ τὰς ὑπὲρ τοῦ Διδασκάλου πλη-
D γὰς ἐμακάριζε, τετελειωμένην χάριν ἐκείνην ὀνομάζων ἧς οὗτοι μετέσχεν.

Νʹ. Δύο γοῦν τῶν ἐν δόξῃ τινὰς καὶ οὓς τῶν ἄλλων μᾶλλον λέγειν δυναμένους ᾔδει πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἀποστείλας, ἠρώτα εἰ δέον ἐστὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ χαρακτῆρα τιμᾷν. Τοῦ δὲ θείως, ὡς ἄν τις εἴποι, πρὸς τοῦτο καὶ οὐ μετὰ κοσμικῆς πειθοῦς τε καὶ σοφίας ὑποκριναμένου τοσοῦτον, οἱ παρὰ βασιλέως ἀπεσταλμένοι ἐδέησαν ἀντεπαγαγεῖν τι τοῖς ὑπ' ἐκείνου λεχθεῖσιν, ὅσῳ καὶ ἃ πρότερον ἐπρέσβευον ἀπολιπόντες, ὀρθῶς καὶ ὡς οὗτός γε διεξῄει τὴν εὐσέβειαν μετεμάνθανον. Παραλαβὼν δὲ πρὸς τὸν ἅγιον πάλιν ὁ τῆς Ἀγαύρων μονῆς προεστὼς ὁ Εὐστράτιος, ἐπείπερ ἐτύγχανε τότε τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν κοσμικαῖς διαταραττόμενα τρι-

κυμίαις, Ἕως πότε τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν, ἔλεγεν, οὐκ ἀποδοθήσεται ταῖς Ἐκκλησίαις; ἕως τίνος αὐξηθήσεται τὰ τῶν διωκτῶν; ἕως τίνος τὴν τοῦ Θεοῦ ποίμνην ἄγριοι διασπαράξουσι θῆρες; Ὁ δὲ, Μικρὸν ἐπίσχες, ἀδελφὲ, καὶ συνήσεις τὴν τοῦ Θεοῦ δυναστείαν· ἔσται γάρ τις Μεθόδιος, ὃς ἐπὶ τῶν οἰάκων αὐτῆς καθιεῖται, καὶ ταύτην τῷ θείῳ Πνεύματι κυβερνήσει· ὅστις διαίρεσιν μὲν θεότητος καὶ κατατομὴν ἀνέλῃ, δογματίσει δὲ τὸ ὀρθόδοξον, ἐν εἰρήνῃ τε βαθείᾳ καὶ ὁμονοίᾳ τὰ στασιάζοντα καταστήσει, καὶ τοὺς ἀνθεστηκότας τῇ τοῦ Ὑψίστου δεξιᾷ παραστήσεται.

ΝΑ'. Βραχὺς ὁ μεταξὺ χρόνος, καὶ Θεόφιλος μὲν τῶν τῇδε μεταχωρεῖ, Μιχαὴλ δὲ καὶ Θεοδώρα τὴν ἀρχὴν διαδέχονται, Μεθόδιος δὲ τοῖς ἱεροῖς ὡς ἱερὸς τῷ ὄντι καὶ Θεοῦ ἄνθρωπος ἐνιδρύεται θρόνοις, καὶ συνελόντα φάναι, πάντων αὐτῷ πρὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μεταθεμένων, κλύδωνός τε παντὸς καὶ τρικυμίας κατευνασθείσης, καὶ τῶν πραγμάτων ἠρεμούντων, ἑτέρα τις παρὰ τῶν εὐσεβῶν ἐγείρεται στάσις, καὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐμερίζετο πάλιν καὶ εἰς διττὰς δόξας ἐχώρει. Οἱ μὲν γὰρ συλλειτουργοὺς ἔχειν ἠξίουν τοὺς παρὰ τῶν Εἰκονομάχων τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα λαβόντας, ὡς οὐδὲν τούτου τῇ εὐσεβείᾳ λυμαινομένου· οἱ δὲ βεβήλοις χερσὶν ἐκδιδόναι, ἀνόσιον ὅλως ἡγοῦντο καὶ οὐ Θεῷ φίλον οὐδὲ ἀπόδεκτον. Καὶ ὁ μὲν ὡς ἀληθῶς τῷ Θεῷ ζῶν Μεθόδιος, ἤσχαλλεν, ἠνιᾶτο, τὴν καρδίαν ἐκόπτετο, τὸν μέγαν τοῖς ὠσὶν ἐνηχεῖν ἐδόκει Παῦλον, μονονουχὶ τοιαῦτα φθεγγόμενον, Ὥς τε καὶ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν κατὰ σάρκα, μόνον εἰ σταίητε μεθ' ἡμῶν, καὶ κοινῇ τὴν Τριάδα δοξάσωμεν. Καὶ ὁ μὲν οὕτως εἶχεν, οἱ δὲ πάντα παθεῖν μᾶλλον ἕτοιμοι ἦσαν, ἢ τὰ δόξαντα προέσθαι, ὡς ἐντεῦθεν εἰς μέρη πάλιν τὸ τῆς Ἐκκλησίας πλήρωμα τέμνεσθαι, καὶ τοὺς μὲν, ὡς αὐτοὺς, τοὺς δὲ ὡς ἐκείνους τάσσεσθαι. Ὁ γοῦν τῷ Θεῷ φίλος Ἰωαννίκιος τεταγμένοις οὕτω τοῖς πράγμασιν ἐντυγχάνων τὰ μὲν δι' ἑαυτοῦ, τὰ δὲ δι' ἐπιστολῶν, οἷα σύριγγι τὴν διασπασθεῖσαν τῆς ποίμνης μοῖραν ἀνεκαλεῖτο, καὶ τῷ μόνῳ Θεῷ, τῷ μόνῳ καλῷ ποιμένι καὶ οὐ μισθωτῷ προσῳκείου, μάλιστα δὲ τοῦ ἀρχιερέως Μεθοδίου ὀκλάζουσαν ἤδη τὴν ψυχὴν ἀνεκτᾶτο, πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα γράφων, πρὸ δὲ πάντων, τοῖς τὸ μὲν ὁμοούσιον ἐκφύλους ἀλλοτριότητας τέμνουσι, διαιρέσεις δὲ, οἴμοι, ἀτόπους δοξάζουσι, τούτους μηδὲ τὸ παράπαν οὖς ὑποκλίνειν αὐτῷ παρῄνει, μὴ ἅλων, μὴ στέγης κοινωνεῖν, μὴ προσφθέγγεσθαι, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα, τὴν τούτων συντυχίαν ἐκκλίνειν. Ὑπετίθει γὰρ μηδὲ ἱερουργὸν ὁσίως λογισθῆναί ποτε δύνασθαι τοῦτον, τὸν τὸν ἱερουργούμενον ἀθετοῦντα, ἐκείνους δὲ μᾶλλον περὶ τὴν θείαν ἱερουργίαν ἔγραφεν ἔχειν τῷ Μεθοδίῳ, οὓς ἂν εἰδείη καὶ περὶ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας δόγμα συμφρονοῦντας αὐτῷ. Ἐπὶ τέλει δὲ τῆς ἐπιστολῆς καὶ ἐῤῥῶσθαι αὐτὸν ὑγιαίνοντα περὶ τὸν ὑγιῆ λόγον ὁ μέγας Ἰωαννίκιος ηὔξατο.

[11] Rom. IX, 3.

A batæ fluctibus: Quousque, dixit, res Ecclesiarum non reddentur Ecclesiis? quousque augebuntur res persecutorum, et immanes eas lacerabunt bestiæ? Ille vero, Parum, inquit, sustine, o frater, et intelliges Dei potentiam; erit enim quidam Methodius, qui tenebit ejus clavum, et eam divino Spiritu gubernabit, qui tollet quidem divisionem et dissectionem divinitatis; decretis autem fidem constituet orthoxam, et ad summam pacem et concordiam rediget seditionem, et eos, qui restiterunt, dextra Altissimi subjunget.

LI. Breve tempus intercessit, et Theophilus quidem ex hac vita excedit: Michael vero et Theodora imperium suscipiunt: Methodius autem vir revera sacrosanctus, et homo Dei, in sacris B collocatur sedibus, et ut semel dicam, cum omnia ab eo fuissent traducta ad fidem orthodoxam, et sopitus esset omnis fluctus et sedata tempestas, et res essent quietæ, quædam alia seditio excitatur a piis, et res Ecclesiæ rursus erant divisæ, et redactæ erant in duas opiniones. Nam alii quidem volebant habere in ministerio, eos qui dignitatem sacerdotii acceperant ab Iconomachis, utpote quod hoc nihil pietati officeret: illi autem profanis sancta tradere manibus, putabant omnino esse impium, et minime Deo gratum, nec admittendum. Et qui Deo quidem vere vivebat Methodius, ægre ferebat, angebatur, corde lacerabatur, putabat magnum Paulum resonare in auribus propemodum hæc loquentem: C Utinam sim a Christo anathema pro fratribus meis secundum carnem, si modo steteritis nobiscum, et communiter Trinitatem glorificaverimus [11]. Et ille quidem sic se habebat. Illi autem parati erant omnia pati potius, quam dimittere ea, quæ visa fuerant, adeo ut hinc in partes rursus scinderetur cœtus Ecclesiæ, et alii quidem se cum his, alii vero cum illis se conjungerent. Dei itaque amicus Joannicius, incidens in res adeo turbatas, partim quidem per se, partim vero per litteras, veluti fistula revocabat divulsam partem gregis, et ei qui est solus Deus, qui est solus bonus pastor, et non mercenarius, conciliabat. Maxime autem archiepiscopi Methodii jam labantem recreabat animum, multa quidem D etiam alia scribens, ante omnia autem iis, qui homousion absurde et alieno modo scindunt, novasque et absurdas opinantur divisiones, eis ne aurem quidem omnino adhibere suadebat, non sal, non tectum cum his habere commune, non eos alloqui, sed quam maxime declinare eorum congressionem. Admonebat enim ne posse quidem eum sancte reputari sacrificum, qui eum, qui sacrificatur, contemnit et vilipendit. Scribebat autem Methodio, ut illos potius haberet circa divinum sacrificium, quos nosset cum eo sentire in dogmate orthodoxiæ. In fine vero epistolæ, valere eum circa sanam rationem optavit magnus Joannicius.

ΝΕ'. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον μάχην συμβάλλουσιν Ἰσμαηλῖται Ῥωμαίοις, καὶ πολλοὶ μὲν ἀναιροῦνται Ῥωμαίων, πολλοὶ δὲ τῷ πολέμῳ ἀπολειφθέντες, αἰχμάλωτοι ἄγονται. Τούτων εἷς, νεανίας ὤν, συγγενὴς ἐτύγχανε τῷ μεγάλῳ· εἰς βοήθειαν οἱ προσήκοντες τὸν ἅγιον ἐκάλουν εἴ πως τὸν νεανίσκον ἐξέληται τῆς αἰχμαλωσίας. Ὁ δὲ καὶ πρὸ τοῦ κληθῆναι ταχὺς ἧκε, καὶ περὶ μέσας νύκτας γενόμενος ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου ἑνί τε τῶν μετ' ἐκείνου κατεχομένων ἐπιφανείς, Ἀναστὰς, φησὶ, τὸν ἕτερον διανάστησον, κἀκεῖνος τὸν ἕτερον πάλιν, καὶ οὗτος τὸν μετ' αὐτόν. Τούτου δὲ ὡς ἐπέταττε γινομένου, δεσμὰ μὲν εὐθὺς αὐταῖς ἁλύσεσι ἐλύοντο τούτοις, ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν δεδέσθαι δοκεῖν, αἱ πύλαι δὲ αὐτόματοι διηνοίγοντο, καὶ οἱ ἄνδρες ἐν τῇ ἐξόδῳ ἦσαν οἱ μηδὲ B τῆς ἑτέρων πρὸς αὐτοὺς εἰσόδου συγχωρούμενοι πρότερον ἀπολαύειν. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὴν οἰκίαν ἐπανῄεσαν ἤδη, ἐντυγχάνουσι κυσὶ παρὰ τὴν ὁδὸν, ἀπηνέσι μὲν τοῖς παριοῦσι καὶ ἀνημέροις, φοβεροῖς δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ἰδεῖν. Καὶ οἱ μὲν ἐν ἀπόρῳ ἦσαν ὅ τι χρὴ δρᾷν, ὁ μέγας δὲ κἀν τούτῳ φθάσας Ἰωαννίκιος, καὶ βαθεῖαν ὥσπερ ἀχλὺν τῆς ὄψεως τῶν κυνῶν καταχέας, ἀπαθεῖς κακῶν τοὺς ἄνδρας διαβιβάζει, καὶ φέρων ἀποκαθιστᾷ τοῖς οἰκείοις. Οἱ δὲ καὶ διὰ πάσης αὐτῶν τῆς ζωῆς τὴν εὐχαριστίαν εἶχον, καὶ χρόνος τις αὐτοὺς εἰς λήθην οὐκ ἤγαγε τῆς εὐεργεσίας.

ΝϚ'. Ἐπεὶ δὲ ἔδει καὶ τὸ πρὸς τὰς ἔξωθεν παρὰ τοῦ πονηροῦ πείρας τοῦ ἀνδρὸς γενναῖον πολλαχοῦ διαδείκνυσθαι, οὕτω τῆς Προνοίας οἰκονομούσης καὶ C τοὺς δικαίους εἰς χεῖρας θλιβόντων αὐτοὺς παραδιδούσης, οὐχ ἵνα πειράσῃ τούτους, ἀλλ' ἵνα ἐπιπλέον λαμπρύνῃ, Ἐπιφάνιόν τινα μοναχὸν ὁ πονηρὸς ὑποδὺς ἐπιφανῆ τε τὴν ἀρετὴν δοκοῦντα, καὶ πρὸς τῷ ὄρει ἐκείνῳ ἀσκοῦντα ὑποκινεῖ κατὰ τοῦ ἁγίου. Τί τοῦτο τεχνώμενος; Ἀντιπεριστάσαι ἀμφοτέρους τῶν τῆς ἀρετῆς πόνων ἐθέλων, ὅπως τὸν μὲν μὴ σχολὴν ἄγειν ἐᾷν τὸ ἐπιβουλεύειν, τὸν δὲ τὸ ἐπιβουλεύεσθαι. Ἀλλὰ τοῦ μὲν Ἐπιφανίου τῇ ψυχῇ ἐνίησι βασκανίαν, τῷ δὲ οὐδὲ τὸ παράπαν τὸ τῆς ἀσκήσεως ἐπικόψαι σύντονον ἠδυνήθη. Καὶ ὁ μὲν τὸ κατάκομον ἐκεῖνο καὶ συνηρεφὲς ὄρος ἐπυρπόλει, ὡς ἂν μετὰ τῆς ὕλης ἡ φλὸξ καὶ τὸν ἅγιον ἐπινεμηθείη. Ὁ δὲ τῇ ἐν αὐτῷ τοῦ Πνεύματος χάριτι τοῦτο D προγνοὺς, ἐφ' ἕτερον μετέβαινε τόπον, καὶ Ἐπιφάνιος, κακός τε εἶναι ἠλέγχετο καὶ ἑαυτοῦ χείρων. Τί οὖν ὁ θαυμαστὸς πρὸς τοῦτο Ἰωαννίκιος; Οὐ πρὸς ἄμυναν διανέστη, οὐ τὸν ἐπιβουλεύοντα κακῶς εἶπεν, ἀλλ' οἷα πρᾶος τοῦ πράου μαθητὴς, καὶ προσεφέρετο φιλικῶς καὶ ταπεινῶς προσεφθέγγετο, καὶ τὴν τῆς φιλεχθρίας αἰτίαν ἐζήτει μαθεῖν. Ὁ δὲ ἁμάξαις αὐτὸν ὕβρεως ἔπλυνε, τὸ τοῦ λόγου, καὶ τέλος ὁ μοναχὸς Ἐπιφάνιος μεθ' ἧς κατὰ χεῖρα εἶχε ῥάβδου, ὀξὺν πρὸς τῷ ἄκρῳ σίδηρον ἐχούσης, κατὰ μέσην πλήττει τὸν ἅγιον τὴν γαστέρα, εἰ καὶ ἀπαθὴς ἐκεῖνος ὁ συμπαθὴς διέμεινε, καὶ πρὸς διαλλαγὰς τὸν Ἐπιφάνιον παρεκάλει. Ἀλλ' ἐκεῖνος μηδέν τι τῆς ὀλεθρίας γνώμης ἐκείνης μεταβαλὼν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔμενε δυσμενείας. Τοῦτο δὲ ἄρα ὑπὸ τῶν τὴν

LV. Sub id autem tempus Ismaelitæ prælio confligunt cum Romanis, et multi quidem Romani interficiuntur: multi vero bello capti abducuntur captivi. Horum unus, qui erat adolescens, erat magni Joannicii cognatus. Itaque qui genere ad eum attinebant, sancti invocabant auxilium, ut adolescentem liberaret a captivitate. Is autem etiam priusquam vocaretur, cito venit, et cum circa mediam noctem fuisset in carcere, et apparuisset uni ex iis, qui cum illo detinebantur: Surge inquit, et alterum excita, et is eum, qui est post illum. Hoc autem facto, ut jusserat, eis quidem protinus sunt soluta vincula cum catenis, ut nec omnino quidem viderentur fuisse vincti: portæ vero sua sponte sunt apertæ, et sunt egressi ii, ad quos prius ne licuit quidem ingredi. Cum autem jam in suam rediissent regionem, in via incidunt in quosdam canes, feroces quidem et immites iis, qui præteribant, vel ipso autem aspectu terribiles. Et illi quidem nesciebant, quid agerent: magnus autem tunc quoque accedens Joannicius, densa caligine offusa canum oculis, illæsos et nullo malo affectos eos transmittit, et suis eos restituit. Illi vero toto tempore vitæ suæ in ore habebant gratiarum actionem, nec ullum tempus eis oblivionem induxit beneficii.

LVI. Cum autem oporteret etiam adversus extrinsecus illatas a maligno tentationes, illius egregii viri in multis ostendi fortitudinem, ita dispensante Providentia, et tradente justos in manus eorum, qui ipsos affligunt, non ut eos tentet, sed ut reddat illustriores, Epiphanium quemdam monachum malignus subiens, qui et virtute videbatur insignis, et in illo monte se exercebat, movet adversus sanctum. Cur hoc machinans? Ambos volens avellere a laboribus virtutis, ut illi ne daretur quidem ad insidiandum otium, hunc autem fastidirent ipse insidiæ. Sed Epiphanii quidem animæ immittit invidiam, Joannicio autem ne potuit quidem omnino interrumpere intensam exercitationem. Et ille quidem comatum et frondosum illum montem exussit, ut simul cum silva flamma sanctum quoque depasceret: ille autem cum spiritus, quæ in eo erat, gratia id præscivisset, transiit ad alium, et malus fuit deprehensus Epiphanius, et seipso deterior. Quid ergo admirabilis ad hoc Joannicius? Non fuit excitatus ad vindictam, non ei maledixit, qui parabat insidias, sed ut mitis ejus, qui est mitis, discipulus, et amice eum adiit, et humiliter est allocutus, et rogavit ut diceret causam cur ei vellet esse inimicus. Ille autem plaustris proborum, ut dicitur, et contumeliarum cum est insectatus, et tandem egregius ille Epiphanius virga, quam habebat in manu, quæ in extremo ferrum habebat acutum, in medio ventre percutit sanctum, etiamsi illæsus permanserit vir misericors, et ad reconciliationem hortatus sit Epiphanium. Sed ille, pernicioso illo animo nihil mutato, permansit in eadem malevo-

lentia. Hoc autem sancto prædictum fuerat ab illis monachis, qui ei ab initio dederant illam tunicam pilis contextam. Tentatio enim, dixerunt illi, ad te veniet in fine, sed ipsa quoque irrita.

LVII. Cum autem sanctus jam ad profundam processisset senectutem, et illis admirabilibus laboribus exercitationis evasisset infirmus, in monasterio Antidii exstructa cellula, illic se includit. Si quando autem eum vocaret tempus, ut illinc egrederetur, transibat per viam publicam, ne ab illis quidem visus magna ex parte, a quibus ne volebat quidem omnino aspici. Quinto vero anno imperii Michaelis, qui Ecclesiam regebat Methodius, cum magni Joannicii ad Dominum excessum præscivisset jam appropinquare, ad eum venit, et ultimas preces ab eo petiit. Ille autem cum maximi fecisset convenire Methodium, et in longum tempus cum eo produxisset sermonem, et deinde sacro cœtui et recens electo gregi ea, quæ ad pietatem opus erant, suasisset, dicens ut immobiliter et stabiliter permanerent in fide orthodoxa, neque everterentur a profanis vocibus hæreticorum, et inter se conservarent concordiam, neque blasphemam et maledicam linguam moverent in pontificem, subjunxit, quod nec multum tempus post suum decessum viveret Methodius, qua quidem in re non fuit falsus. Tertio enim die, postquam hæc dixisset (erat vero tertius [for. *quartus*] Novembris), D. Joannicius spiritu quidem migrat ad eum, quem diligit, deductus a choris angelorum : corpus autem deponitur in loculo. Methodius autem, qui clarissime refulsit inter patriarchas, ipse quoque octavo mense post illius decessum, excessit ex hac vita quarto decimo Junii.

LVIII. Quænam autem sunt ea, quæ facta sunt in morte et post mortem admirabilis hujus Joannicii ? Dissolutorum membrorum confirmationes, homines liberati a malignis spiritibus, si solum ad capsam illius accessissent. Quidni enim erat Joannicius iis rebus vel post mortem glorificandus, cujus decessum columna ignis significavit iis, qui erant in monte Olympo? quem præcesserunt angeli, paradisi portas ei aperientes, et transmittentes ad eam, quæ est illic, beatitudinem, pure appariturum ante faciem Domini, et simul versaturum cum angelicis ordinibus? a quibus beata Trinitas laudatur et glorificatur nunc, et in nunquam desitura sæcula sæculorum. Amen (1).

A ἀρχὴν τὸν τρύχινον χιτῶνα δεδωκότων μοναχῶν τῷ ἁγίῳ προείρητο. Πειρασμὸς γὰρ, εἶπον ἐκεῖνοι, πρὸς τῇ τελευτῇ ἐπελεύσεταί σοι, ἀλλ' εἰς κενὸν καὶ αὐτὸς προχωρήσει.

ΝΖ'. Εἰς βαθὺ δὲ γῆρας ὁ ἅγιος ἐλάσας, καὶ τοῖς ὑπερφυέσιν ἐκείνοις περὶ τὴν ἄσκησιν πόνοις ἠτονηκὼς· παρὰ τῇ Δίου μονῇ κελλίον δειμάμενος ἐκεῖ ἑαυτὸν κατακλείει. Εἰ δέ ποτε τοῦτον καιρὸς ἐξελθεῖν ἐκάλει,¹ διῄει ἀνὰ μέσην τὴν λεωφόρον, μὴ ὁρώμενος τὰ πολλὰ ὑπ' ἐκείνων, ὑφ' ὧν πάντως μηδὲ ὁρᾶσθαι ἠβούλετο. Πέμπτῳ δὲ ἔτει τῆς Μιχαὴλ ἀρχῆς ὁ τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἰθύνων Μεθόδιος, τὴν τοῦ μεγάλου πρὸς Κύριον ἐκδημίαν ἐγγίζουσαν ἤδη προεγνωκὼς, πρὸς αὐτόν τε ἧκει, καὶ παρ' αὐτοῦ εὐχὰς τὰς τελευταίας ἐζήτει. B Ὁ δὲ περὶ παντός τε τὴν τοῦ Μεθοδίου ποιησάμενος ἔντευξιν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν ἐπὶ πολὺ παρατείνας, εἶτα τῷ ἱερατικῷ τε πληρώματι καὶ τῇ νεολέκτῳ ποίμνῃ τὰ δέοντα πρὸς εὐσέβειαν παραινέσας, ἀμετακινήτως τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει καὶ παγίως ἐμμένειν, μηδὲ ταῖς τῶν αἱρετικῶν παρατρέπεσθαι βεβήλοις κενοφωνίαις, ὁμόνοιάν τε πρὸς ἀλλήλους φυλάττειν εἰπὼν, μηδὲ βλάσφημον κατὰ τοῦ ἀρχιερέως γλῶσσαν κινεῖν· ἐπεῖπεν ὡς οὐδὲν πολύν τινα χρόνον μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ὁ Μεθόδιος ἐπιβιώσει, ὅπερ οὐδὲ τοῦτο ἐσφάλη. Τρίτη τε γὰρ μετὰ τούσδε τοὺς λόγους ἡμέρα ἠνύετο, καὶ τρίτην ὁ Νοέμβριος ἦγε. Καὶ ὁ μὲν θεῖος Ἰωαννίκιος τῷ πνεύματι μὲν, πρὸς ὃν ἠγάπα μεταφοιτᾷ, χοροῖς ἀγγέλων παραπεμπόμενος, τῷ σώματι δὲ σορῷ κατατίθεται. C Μεθόδιος δὲ ὁ λαμπρὸν λάμψας ἐν πατριάρχαις, μετὰ μῆνας καὶ οὗτος ὀκτὼ τῆς ἐκείνου τελευτῆς ἀπεβίω, τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐνισταμένης τῷ Ἰουνίῳ.

ΝΗ'. Τίνα γοῦν τὰ κατὰ τὴν τελευτήν τε καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ θαυμαστοῦ τούτου Ἰωαννικίου γεγενημένα; Παρειμένων συσφίγξεις μελῶν, ἄνθρωποι πονηρῶν ἀπαλλαττόμενοι πνευμάτων, μόνον εἰ τῇ ἐκείνου σορῷ προσέλθοιεν. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν Ἰωαννίκιος τοιούτοις καὶ μετὰ θάνατον ἐνδοξασθῆναι, οὗ τὴν ἐκδημίαν στύλος πυρὸς τοῖς ἐν τῷ κατ' Ὄλυμπον ὄρει ἐδήλου, οὗ προεπορεύοντο ἄγγελοι πύλας διανοίγοντες αὐτῷ τὰς τοῦ παραδείσου, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν μακαριότητα διαβι- D βάσοντες καθαρῶς ἐμφανισθησόμενον τῷ προσώπῳ Κυρίου, καὶ ἀγγελικαῖς συνεσόμενον τάξεσιν; ὑφ' ὧν ἡ μακαρία Τριὰς δοξάζεται καὶ μεγαλύνεται, νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(1) Exstat ad sanctum Joannicium epistola 116, lib. II, cod. Colum. Theodori Studitæ, quam recitat Baronius tom. IX Annal. an. 825.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΓΑΛΑΚΤΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΠΙΣΤΗΜΗΣ.

—

VITA ET CONVERSATIO ET MARTYRIUM

SS. MARTYRUM

GALACTIONIS ET EPISTEMES.

(Latine apud Surium ad diem 5 Novembris; Græce ex cod. ms. 1481.)

—

Α'. Τῆς πρὸς τῷ Λιβάνῳ ὄρει Φοινίκης πολλαὶ A μὲν πόλεις καὶ ἕτεραι νοτιώτεραι καὶ προσάρκτιοι, ταύτης δὲ καὶ ἡ τῶν ἄλλων πασῶν διαφέρουσα καὶ τοῖς ἀρκτίοις κειμένη μέρεσιν, Ἔμεσα· ἣν ἐνεγκοῦσαν ἔσχε καὶ θρεψαμένην ἀνὴρ, ὄνομα Κλειτοφῶν, γένος ἐπίσημος πλοῦτον, οὐδενὸς τῶν πολιτῶν δεύτερος, τὴν σύνεσιν πολλῷ τῶν ἄλλων ὀξύτερος. Τούτῳ τοίνυν συνῆπτο γυνὴ Λευκίππη τοὔνομα, τἄλλα μὲν δεξιὰ τοὺς τρόπους καὶ ἀνδρὶ τοιούτῳ προσήκουσα, καὶ μηδὲ τῆς κατ' ὄψιν ὥρας τῶν ἐν τούτῳ ἄκρων ἐλλείπουσα, τοῦτο δὲ μόνον στείρωσιν δυστυχοῦσα, δι' ἣν πολλοῖς παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ὀνείδεσι βαλλομένη ἀθυμίᾳ συνείχετο, καὶ φροντίσιν ἐκόπτετο, καὶ παντοίᾳ ἣν λύσιν τῶν δεσμῶν τούτων ἐπιζητοῦσα.

B Β'. Ἀμφοτέρων οὖν δι' αἰσχύνης τὸ πρᾶγμα τιθεμένων τὸ μὴ παίδων ὀφθῆναι πατέρας, μηδέ τινα ἕξειν ὃς τοῦ πλούτου τε κληρονόμος ἔσται, καὶ δι' οὗ τὸ γένος πάλιν αὐτοῖς σωθήσεται, ἐπεὶ συνέβαινε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ τὰ τῆς εἰδωλολατρείας ἐπικρατεῖν, Σεκοῦνδον δέ τινα τῆς πόλεως Ἐμέσης τὴν ἀρχὴν πεπίστευται, ἄνδρα Ἕλληνα μὲν τὴν θρησκείαν, τὴν δὲ γνώμην κομιδῆ βάρβαρον, ᾧ ἔργον ἦν ὡς οὐδὲ ἄλλο ἐπιμελὲς, Χριστιανοὺς ἅπαντας ἐκτρῖψαι, καὶ τὴν εὐσέβειαν, εἴ τις δύναμις, ῥίζαις αὐταῖς ἐξελεῖν· ἐπεὶ οὖν οὕτως ἐν κινδύνῳ τὰ τῶν εὐσεβούντων ἦν, φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἕκαστος ἐπορίζετο. Εἷς δέ τις τὴν κλῆσιν Ὀνούφριος τὸ σχῆμα μοναχὸς, τὸν τρόπον ἀγαθὸς καὶ φιλόθεος, τὸ μὲν C παντάπασιν ἐκχωρῆσαι καὶ καταλιπεῖν ἐν καιρῷ τοιούτῳ καὶ ζάλῃ τὰς τῶν ἀσθενεστέρων κινδυνεύειν ψυχὰς, οὐκ ἔγνω θεοφιλοῦς ἀνδρὸς εἶναι, καὶ ἅπαξ ἑαυτὸν τῷ χορῷ τῶν τοιούτων ἐγγράψαντος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ παῤῥησιάσασθαι τὴν εὐσέβειαν καὶ τοῖς κινδύνοις ἑαυτὸν ἐμβαλεῖν οὐκ ἄμεμπτον εἶναι δοκιμάσας, οὐδὲ τῶν νόμων τῆς εὐσεβείας ἐχόμενον, μέσος ἐχώρει· καὶ κρύπτων ἑαυτὸν ἐσθῆτι λευκῇ, ἣν ἐπὶ τοῖς μοναχικοῖς ἐνεδύετο, μοναχὸς ἦν ἀλη-

I. Phœniciæ, quæ est ad montem Libanum, multæ quidem sunt aliæ quoque civitates, tam ad austrum, quam ad septentrionem : ejus autem est ea quoque, quæ est aliarum omnium præstantissima, et ad partes sita boreales, Emesa : quæ quidem tulit et aluit virum nomine Clitophontem, genere insignem, divitiis nulli civium inferiorem, intelligentia aliis longe acutiorem. Ei conjuncta erat uxor nomine Leucippe, alioqui quidem bonis moribus, et tali marito conveniens, et ne pulcherrimis quidem cedens forma corporis : uno autem hoc solo erat infelix, quod esset sterilis. Qua de causa cum multis probris a marito appeteretur, magna opprimebatur animi ægritudine, et curis vexabatur, et nihil non moliebatur, cupiens solvi ab his vinculis.

II. Cum ambo ergo hoc sibi probro ducerent et dedecori, quod non essent parentes filiorum, neque ullum essent habituri hæredem suarum facultatum, per quem genus rursus eis conservaretur, quoniam acciderat ut illo tempore valde invalesceret cultus simulacrorum, et cuidam Secundo civitatis Emesæ rectio committeretur, gentili quidem religione, animo autem plane barbaro, cui nihil aliud erat curæ, nisi omnes evertere Christianos, et pietatem pro viribus excindere radicitus : quoniam, inquam, res piorum in tanto versabantur periculo, unusquisque fuga sibi salutem comparabat. Unus vero, nomine Onufrius, habitu monachus, moribus bonus et religiosus, omnino quidem recedere, et in tali tempore ac tempestate relinquere periclitantes animas inbecilliorum, statuit non esse viri pii, et ejus qui se ascripsit choro eorum, qui sunt ejusmodi. Verum enimvero cum libere eloqui pietatem, et in pericula seipsum conjicere, judicasset non esse alienum a reprehensione, neque consentaneum legibus veræ religionis, tenebat medium : et alba veste contegens monasticam, erat animo vere monachus, et ea exercebat, quæ ei

vitæ conveniebant, et ita callide eludebat impietatem. Itaque propter pietatem paupertatem simulans, erat mendicus voluntarius, et domos obiens ob usum rerum necessariarum, ipse dabat potius panem, qui potest confirmare animos, eos in quos inciderat, instruens sermonibus pietatis, et adhortans fugere pro viribus ab iis, qui se procul a vita removent, et separant a Creatore.

III. Cum ergo aliquando accessisset ad ædes Clitophontis, petebat alimentum, manus extendens, et voces emittens, quæ possent inducere animum ad misericordiam. Accidit autem, ut tunc esset Leucippe conturbata, et plena tristitia, utpote quod maritus ei exprobrasset sterilitatem. Cum ergo Onufrio, qui videbatur molestus, jussisset occludi fores: ille autem, ut qui nihilo magis sciret, quid vellet, et quod accessisset potius daturus, quam accepturus, propterea instabat petens, donec propter hanc laudabilem impudentiam fuit accersitus, et benigne acceptus. Motis ergo verbis et sermone producto, de se quidem narravit Leucippe, quod manca esset ei matrix, et quod nullus deus esset inventus usque in hodiernum diem, qui eam posset relaxare ab iis vinculis, et liberare a dedecore filiorum egestatis. Sed merito, inquit Onufrius, non es consecuta, quod petebas, quæ tales voluisti adjutores habere sterilitatis. Nam qui ipsi exercuerunt opera plena probro et dedecore, quomodo possent ipsi alios a dedecore liberare? Sed si nunc audiens, et verum Deum velis agnoscere, qui cuncta potest, videbis non ad te solam redeuntem utilitatem. Quin etiam tuum genus poteris afficere beneficio, tanquam quamdam hæreditatem ad eos transmittens veram religionem. Leucippe his adhibebat animum, et se tanquam bonam terram præbebat verborum illius seminibus.

IV. Hic autem vir divinus primum quidem excelsæ Trinitatis divinam introduxit ei cognitionem; deinde eam est adhortatus ad studium virtutum. Deinde eam docuit sanctificationem quæ efficitur ex salutari baptismate: per quod erit expurgatio priorum inquinamentorum. Ostendit autem habitum quoque monasticum, quo erat quidem indutus, sed eum tegebat, declinans insultum malignorum venatorum, et quod accessisset propter ejus salutem, simulans petere eleemosynam. Illa vero ad hæc respondit: Timeo, inquit, ne inciderim in duo contraria. Unum quidem, quod iis qui hanc habent fidem, et appellantur Christiani, magnæ quidem intenduntur minæ ab eo, qui nunc rerum potitur: graviora autem sunt, quæ eas consequuntur, supplicia. Alterum vero, quod si ego transeam ad pietatem, et recedam a decretis majorum, si qui mecum cohabitat, non subierit eamdem mutationem, sed deinceps sequatur eam,

A θῶς τὴν γνώμην, καὶ τὰ βίῳ προσήκοντα τοιούτῳ μετῄει, καὶ οὕτω κατεσοφίζετο τὴν ἀσέβειαν. Εἰς πρόφασιν οὖν εὐσεβείας τὴν πενίαν ὑποκριθεὶς, προσαίτης ἦν ἐθελούσιος, καὶ τὰς οἰκίας περιιὼν κατὰ χρείαν τῶν ἀναγκαίων αὐτὸς ἄρτον ἐδίδου μᾶλλον τὰς ψυχὰς στηρίζειν δυνάμενον, λόγους ὑπαλείφων, οἷς ἐντύχοι, τῆς εὐσεβείας, καὶ φεύγειν, ὅση δύναμις, παραινῶν ἀπὸ τῶν μακρὰν ποιούντων ἑαυτοὺς τῆς ζωῆς, καὶ χωριζόντων τοῦ Πλάσαντος.

Γ'. Παρελθὼν οὖν ποτε καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ Κλειτοφῶντος οἰκίαν, ᾔτει τὰ πρὸς τροφὴν, χεῖράς τε προτείνων καὶ φωνὰς ἀφιεὶς ἐπάγεσθαι ψυχὴν πρὸς ἔλεον δυναμένας. Ἔτυχε δὲ τότε τὴν Λευκίππην διατεταραγμένην εἶναι καὶ λύπης μεστὴν, ἅτε δὴ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ὀνείδη διὰ τὴν στείρωσιν ὑπομείB νασαν. Ὡς τοίνυν ὀχληρῷ φανέντι τῷ Ὀνουφρίῳ, ἐπικλεισθῆναι τὰς θύρας τούτῳ προστάττει. Ὁ δὲ οὐδὲν μᾶλλον ἀνίει, εἰδὼς ὃ βούλεται, καὶ ὅτι δώσων αὐτὸς μᾶλλον ἢ ληψόμενος παραγένοιτο, καὶ διὰ τοῦτο ἐπαιτῶν ἐνέκειτο, ἕως διὰ τὴν ἐπαινετὴν ταύτην ἀναίδειαν καὶ εἰσεκλήθη, καὶ δὴ δεξιᾶς ἔτυχε τῆς φιλοφροσύνης. Λόγων οὖν κινηθέντων καὶ τῆς ὁμιλίας οὕτω παραταθείσης διηγεῖτο μὲν ἡ Λευκίππη τὰ καθ' ἑαυτὴν, καὶ ὡς πεπήρωται αὐτῇ τὰ τῆς μήτρας, καὶ ὡς οὐδεὶς εὑρεθείη θεῶν ἄχρι καὶ τήμερον τῶν δεσμῶν τούτων ἀνεῖναι αὐτὴν, καὶ τοῦ τῆς ἀτεκνίας αἴσχους ἀπαλλάξαι βουλόμενος. Ἀλλ' εἰκότως, ἔφησεν ὁ Ὀνούφριος, οὐδὲν ἀπέλαυσας τῆς σπουδῆς, βοηθοὺς τοιούτους αἰτησαμένη C λαβεῖν τῆς στειρώσεως. Οἷς γὰρ αἰσχύνης ἔργα ἐπιτετήδευται, πῶς ἂν αἰσχύνης οὗτοι ἀπαλλάττειν ἑτέρους δύναιντο; Ἀλλ' εἴ μοι πειθομένην παράσχῃς σαυτὴν, καὶ Θεὸν ἐπιγνῶναι τὸν ἀληθῆ βουληθῇς ὃς δύναται καὶ ἐκ λίθων ἐγεῖραι τέκνα, καὶ δεσμὰ στειρώσεως διαλῦσαι, οὐκ εἰς σὲ μόνην τὰ τῆς ὠφελείας ὄψει περιερχόμενα, ἀλλὰ καὶ τὸ γένος ἕξεις εὐεργετεῖν, ὥς τινα κλῆρον εἰς αὐτοὺς παραπέμπουσα τὴν εὐσέβειαν. Τούτοις ἡ Λευκίππη προσεῖχε τὸν νοῦν, καὶ ὥς τινα γῆν ἀγαθὴν παρεῖχε τοῖς τῶν λόγων ἐκείνου σπέρμασιν.

Δ'. Ὁ δέ γε θεῖος οὗτος ἀνὴρ πρῶτα μὲν αὐτῇ τὴν τῆς ὑψηλῆς Τριάδος εἰσηγεῖτο θεογνωσίαν· ἔπειτα δὲ πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν ἐπιμέλειαν παρεκάλει· ἐπὶ τούτοις καὶ τὸν ἐκ τοῦ σωτηριώδους βαπτίD σματος ἁγιασμὸν ἀνεδίδασκε, δι' οὗ ἔσται καὶ τῶν προτέρων αὐτῇ μολυσμῶν κάθαρσις. Ὑπέδειξε δὲ καὶ τὸ τῶν μοναχῶν σχῆμα, ὃ περιεβέβλητο μὲν, ὑπέκρυπτε δὲ τῶν πονηρῶν ἐκκλίνων θηρατῶν τὴν ἐπίθεσιν, καὶ ὡς ἐπὶ τῇ αὐτῆς παραγένοιτο σωτηρίᾳ, τὴν τοῦ ἐλέου προσποιηθεὶς αἴτησιν. Ἡ δὲ πρὸς ταῦτα δυσὶν ἐναντιώμασιν ἔφησεν δεδοικέναι περιπεσεῖν, ἑνὶ μὲν ὅτι τοῖς οὕτως ἔχουσι πίστεως, καὶ τὴν προσηγορίαν Χριστιανοῖς μεγάλαι μὲν παρὰ τοῦ νῦν κρατοῦντος αἱ ἀπειλαὶ, δεινότερα δὲ τὰ ἐπ' αὐτοῖς κολαστήρια, ἑτέρῳ δὲ ὅτι, ἐμοῦ μεταχωρούσης πρὸς τὴν εὐσέβειαν καὶ προγονικῶν δογμάτων ἀφισταμένης, εἰ μὴ καὶ τὸν συνοικοῦντα ἔξω τὴν ἴσην ὑποστάντα μεταβολὴν, ἀλλ' ἧς ἔχει νῦν θρησκείας καὶ εἰς τὸ ἑξῆς ἐχόμενον, πῶς ἂν ἕν καὶ τὸ

αὐτὸ συμφρονήσαιμεν οἱ καὶ ἓν εἶναι ὀφείλοντες, τῷ A μεγίστῳ μέρει διῃρημένοις; Τοῦτό μοι λῦσον διαπορούμενον, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀφρόντιδα θήσεις.

Ε'. Ὁ δὲ, πολλά τε ἄλλα εἰπὼν, καὶ προσθεὶς ὅτι Καὶ ὁ ἀνὴρ ὅσον οὔπω πρὸς τὸ αὐτό σοι σέβας μεταβληθήσεται, τοσοῦτον ἔσχε πειθομένην αὐτὴν ὥστε καὶ ταῖς θεραπαινίσιν αὐτὴν ἐπιτάττειν, ὅπερ ἂν αὐτὸς λέγοι ποιεῖν. Ἕνα τοιγαροῦν τῶν πίθων αὐτοῦ που παρὰ τῷ κήπῳ τυγχάνοντα, Ὀνουφρίου κελεύσαντος, ὕδατος ἐκεῖναι πληροῦσιν, ἐφ' ᾧ κατηχηθεῖσα πρότερον ἡ Λευκίππη, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα θέμις Χριστιανοῖς ὑπ' αὐτοῦ τελεσθέντων, εἶτα καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀξιοῦται. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἐκεῖθεν μὲν ὁ Ὀνούφριος ἀπηλλάττετο, B πολλὰ αὐτῇ ἐντειλάμενος πρός τε φυλακὴν πίστεως καὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐντολῶν· ἡ Λευκίππη δὲ, καὶ νοσεῖν σκηψαμένη, ἰδιάζουσά που ἐτύγχανε τὴν τοῦ ἀνδρὸς φεύγουσα κοινωνίαν· οὐδὲ γὰρ ἠβούλετο ἁγνισθεῖσα ἤδη τῷ πνεύματι, καὶ τὸ θεῖον λουτρὸν δεξαμένη, ἀνάγνοις μολῦναι τοῦτο τοῦ ἀνδρὸς συνελεύσεσιν. Ἡμερῶν δὲ διαγενομένων, ἐπέγνω ἑαυτὴν κατὰ γαστρὸς ἔχουσαν, ὃ καὶ τῷ Κλειτοφῶντι δῆλον οὐκ εἰς μακρὰν γίνεται. Καὶ οὗτος, ἀγνοῶν τὴν ἀλήθειαν, Νῦν μοι ἔοικας, ἔφη, γύναι, τοῖς ἀθανάτοις εὐαρεστῆσαι θεοῖς, καὶ διὰ τοῦτο καὶ προνοίας ἄρτι τῆς παρ' αὐτῶν ἀξία κατέστης. Ἡ δὲ, μικρὸν ἐπισχοῦσα, Μή μοι θεοὺς, ἄνερ, ὀνόμαζε, ἔφη· οὐ βούλομαι γὰρ, ἀλλὰ Θεὸν ἕνα τὸν τοῦ παντὸς Κύριόν C τε καὶ ποιητὴν, ὅς σοῦ τε καὶ ἡμῶν κηδόμενός ἐστι, καὶ δυνάμενος οὐ στείρωσιν μόνην λύειν, ἀλλὰ καὶ πάντα ὅσα ἐκείνῳ θέλησις εὐκόλως ποιεῖν. Ὁ δὲ, Καὶ τίς οὗτος, ἔφη, τῶν ἄλλων τε ἰσχυρότατος καὶ πρὸς ἡμᾶς οὕτως ὁρῶν εὐμενές; Καὶ ἡ Λευκίππη, Ὄναρ μοι, ἔφη, γλυκύτατε ἄνερ, ἐφάνη οὗτος, ἀνθρωπείαν μὲν τὴν μορφὴν ἔχων, τὰς χεῖρας δὲ ἡπλωμένας ἐπὶ σταυροῦ, ὃς εὐθέως καὶ δεσμά μοι τῆς γαστρὸς ἀνῆκε, καὶ πρὸς ὠδῖνα ταύτην παραδόξως διήγειρεν. Ἵνα τί οὖν μὴ καὶ ἡμεῖς αὐτῷ μᾶλλον ἐσόμεθα προσανέχοντες, καὶ πάντα δὴ τὰ καθ' ἡμᾶς τῆς αὐτοῦ χρηστότητος ἀπαρτῶντες;

ς'. Καὶ ὁ Κλειτοφῶν, ὀλίγον ἐφησυχάσας ὥστε δοῦναι λογισμῷ τὴν διάσκεψιν, Οἶδα ὃν λέγεις, ἔφη· καὶ γὰρ οὗτος ὁ ὑπὸ τῶν Γαλιλαίων ἐστὶ τιμώμενος D καὶ ταῖς ἀληθείαις πολλήν ἔχει καὶ ἄμαχον τὴν ἰσχύν. Ἀλλὰ τίς οἴσει τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀπήνειαν; Καὶ ἡ Λευκίππη ἡδέως ἁρπάσασα τὸ λεχθὲν, Τέως μὲν, ἔφη, τιμία μοι κεφαλὴ, ἐν τῷ ἀφανεῖ τὸ πρὸς αὐτὸν σέβας ἡμῖν κείσθω· οὕτω γὰρ ἂν τὸ τῶν ἀνοσίων φιλοπόνηρον διαφύγοιμεν· ἐξέσται δέ ποτε, τῆς αὐτοῦ δυνάμεως συναιρομένης ἡμῖν, καὶ ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατεῖν, καὶ τὰ τοῦ φωτὸς ἔργα κατὰ τὸ φανερὸν δρᾷν. Ταῦτα λέγουσα, ἐπεὶ τὸν ἄνδρα εἶχε πρὸς πάντα καταπειθῆ, ἔδει γὰρ καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ φανῆναι φιλάνθρωπον, καὶ ὅπερ αὐτῇ προεῖπεν Ὀνούφριος περὶ τοῦ ἀνδρὸς μὴ διαπεσεῖν· τὸ λοιπὸν οὐ μετά τινος τῆς ὑποστολῆς, ἀλλὰ πεπαρρησιασμένως πάντα αὐτῷ ἐξεκάλυπτε, καὶ

quam nunc tenet religionem, quomodo in uno et eodem consenserimus, qui debemus esse unum, cum simus maxima parte divisi? Hanc mihi solve dubitationem, et me liberabis ab aliarum rerum sollicitudine.

V. Ille autem cum et multa alia dixisset, et adjecisset: Tuus quoque maritus mox convertetur ad eamdem religionem, ei adeo paruit, ut ancillis quoque statim jusserit, ut facerent quod ipse diceret. Cum unum ergo ex doliis, quæ alicubi illic erant in horto, ita jubente Onufrio, illæ aqua implessent, catechismo prius instituta Leucippe, aliis quoque ab eo factis, quæ fiunt de more Christianis, divinum baptismum consequitur. Paulo post autem illinc quidem recessit Onufrius, ei diligenter præcipiens, ut fidem servaret et Christi præcepta. Leucippe autem fingens se ægrotare, erat separata, fugiens mariti consuetudinem. Neque enim volebat, cum jam esset purificata spiritu et divinum accepisset lavacrum, id polluere incestis mariti congressionibus. Cum autem dies aliquot præteriissent, agnovit se utero concepisse, quod etiam paulopost evadit manifestum Clitophonti. Ille autem ignorans veritatem: Nunc mihi, inquit, videris, o uxor, placuisse diis immortalibus: et propterea digna es judicata, cujus curam gererent. Illa vero cum se parum retinuisset: Ne mihi, inquit, deos nomines, o marite, nolo enim; sed Deum unum, qui est universi Dominus et effector, qui tui et nostri curam gerit, qui non solum potest solvere sterilitatem, sed etiam facile est illi facere quæcunque vult. Ille autem: Et quis est hic, inquit, aliorum fortissimus, et qui nos tam benigne intuetur? Leucippe autem: Mihi, inquit, is in somnis apparuit, o suavissime, formam quidem habens humanam, manus autem extensas in cruce, qui etiam mihi uteri statim solvit vincula, et ad hanc conceptionem excitavit admirabiliter. Cur ergo non nos quoque eum potius attendemus et colemus, et omnia nostra ab ejus benignitate pendere oportere statuemus?

VI. Dixit autem Clitophon, cum parum siluisset, ut daret menti tempus deliberandi: Scio, inquit, quem dicis: nempe is est, qui colitur a Galilæis, et revera habet magnas vires et inexpugnabiles. Sed quis feret ejus, qui rerum potitur, sævitiam? Leucippe autem libenter quod dictum fuerat arripiens: Interim quidem, inquit, o caput mihi venerandum, occultus erit noster in eum cultus. Sic enim effugerimus impiorum malitiam. Licebit vero aliquando, ejus virtute nobis opem ferente, etiam in die honeste ambulare, et lucis opera facere manifeste. Hæc dicens, postquam habuit maritum ad omnia parentem (oportebat enim et Christi apparere benignitatem, et quod ei de marito prædixerat Onufrius, minime excidere), deinceps nihil amplius reticendo, sed libere et aperte omnia de monacho exposuit: quod is scilicet eam baptiza-

verit, et quod hoc est, quod ejus matricis solvit nodos difficiles. Deinde etiam adjecit, nihil esse impedimento, quominus ipse quoque divinum baptismum consequatur. Etenim mihi inter cætera hoc quoque prædixit vir ille divinus, fore ut te quoque, o charissime, mox haberem meæ fidei socium. Hæc et illa dixit, et quæ dicta sunt, paulo post deducta sunt ad effectum, et ipse quoque divinum baptismum est consecutus, et didicit arcana pietatis, cum divinus et admirabilis Onufrius ad hæc rursus inserviisset.

VII. Cum autem jam venisset tempus pariendi Leucippes, et filium peperisset masculum, accersitus rursus Onufrius, consueta utilitas, bonum a Deo missum, et quod genitum fuerat, rursus per ipsum fuit regeneratum beato baptismate, et ab ipso accepit appellationem, et fuit nominatus Galaction: fuitque appellatio, certa futurorum prædictio. Is enim editus fuit mundus ex mundis, et ex generosis germen vere generosum. Procedente autem tempore, paulatim Galaction additamento ætatis adjecit etiam intelligentiam, atque adeo habebat ingenium supra ætatem. Traditis vero ludis litterariis, et in perfectioribus exercitus disciplinis, præclara sua indole vel ipsos magistros relinquebat a tergo. Cum ageret autem vicesimum et quartum annum, curæ erat patri, ei convenientem vitæ conjungere sociam, cum mater Leucippe jam e vita excessisset.

VIII. Erat autem tunc quædam virgo, pulchritudine et morum honestate antecellens omnibus. Ei erat nomen Episteme, quæ nobilitatis et gloriæ famam habebat primam inter mulieres. Eam despondit Galaction, nunc quidem ad speciem matrimonii, postea autem ad unionem animæ. Cum vero vitæ cum ea societatem ægre ferret Galaction, et aperte ostenderet se ejus congressus et complexus non admittere, propter religionis dissimilitudinem, et quod ea non esset particeps divini baptismatis, a necessariis sæpe exigebantur rationes, qui eam rem ægre ferebant, et graviter expendebant. Cum autem solus aliquando apud solam fuisset Epistemen, ab ea rogatus, quænam esset causa odii, dixit Galaction se non posse aliter ferre vitæ cum ea societatem, nisi eam viderit secum convenire in religione. Dicebat enim aperte, esse impium, mundum conjungi cum immundo. Si ergo, o uxor, est tibi grata nostra tecum vitæ societas, crede mihi optima consulenti. Et quoniam in præsentia est inopia sacerdotum, qui constituti sunt ad hoc, ut ad baptismum inserviant, fieri autem non potest, ut aliter sit quispiam et nominetur mundus, nos hoc donum, prout tempus concedit, ipsi utcunque peragemus.

IX. Cum autem vidisset eam ad hoc morem gerentem, jubet unum ex tubis horti impleri aqua: et ita omnibus inscientibus baptizat Epistemen. *Ipsa autem*, cum post baptisma octo dies præteriissent, novam quamdam et insolitam videt in

A ὅτι καὶ βεβάπτισται παρ' αὐτοῦ, καὶ ὡς τοῦτό ἐστι τὸ τῆς μήτρας αὐτῆς τὰ δυσχερῆ ἅμματα λύσαν, ἢ καὶ προσετίθει ὡς οὐδὲν ἔσται τὸ ἐμποδίζον, καὶ αὐτὸν τοῦ ἴσου καταξιωθῆναι βαπτίσματος· καὶ γάρ μοι μετὰ τῶν ἄλλων, φησὶ, καὶ τοῦτό μοι προεῖπεν ὁ θεῖος ἀνὴρ ἐκεῖνος, ὅτι καὶ σὲ τὸν φίλτατον ὅσον οὔπω τῆς αὐτῆς ἕξω κοινωνοῦντα πίστεως. Ταῦτα ἐκείνη τε εἴρηκε, καὶ μετ' ὀλίγον τὰ λεχθέντα ἐξέβη. Καὶ τοῦ θείου καὶ αὐτὸς λουτροῦ ἠξιοῦτο, Ὀνουφρίου πάλιν πρὸς ταῦτα τοῦ θαυμασίου ὑπηρετήσαντος.

Ζ'. Ἤδη δὲ ὥραν τόκου τῆς Λευκίππης ἐχούσης, παῖδά τε γειναμένης ἄῤῥενα, εἰσκαλεῖται καὶ αὖθις Ὀνούφριος, ἡ συνήθης ὠφέλεια, τὸ θεόπεμπτον ἀγαθόν· καὶ τὸ γεννηθὲν ἀνεγεννᾶτο δι' αὐτοῦ πάλιν B τῷ μακαρίῳ βαπτίσματι, καὶ τὴν κλῆσιν ἐλάμβανε παρ' αὐτοῦ καὶ Γαλακτίων κατωνομάζετο· καὶ ἦν ἡ κλῆσις τῶν ἐσομένων ἀσφαλὴς προαγόρευσις· ἐκ καθαρῶν γὰρ καθαρὸς καὶ οὗτος ἀπέβη, καὶ ἐξ εὐγενῶν ὄντως εὐγενὲς βλάστημα. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου κατὰ μικρὸν ὁ Γαλακτίων ἐπὶ τῇ προσθήκῃ τῆς ἡλικίας καὶ σύνεσιν προσετίθει, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν τὸ φρονοῦν εἶχε. Διδασκαλείοις δὲ ἐκδοθεὶς, καὶ τοῖς τελεωτέροις ἐκπονηθεὶς μαθήμασι, τῷ φιλοτίμῳ τῆς φύσεως καὶ αὐτοὺς ὀπίσω τοὺς διδασκάλους ἐποίει. Εἰκοστὸν δὲ καὶ τέταρτον ἐνιαυτὸν ἄγοντος, φροντὶς ἦν τῷ πατρὶ κοινωνὸν αὐτῷ βίου τὴν προσήκουσαν συναρμόσαι, τῆς μητέρος ἤδη Λευκίππης τὸν βίον ἀπολιπούσης.

C Η'. Ἐτύγχανε δέ τις τὸ τηνικαῦτα παρθένος, κάλλει τε καὶ ἤθει κοσμίῳ τῶν πολλῶν διαφέρουσα. Ἐπιστήμη ταύτῃ τὸ ὄνομα, κλέος εὐγενείας καὶ δόξης αὐτὸ τὸ πρῶτον ἐν γυναιξὶν ἔχουσα. Ταύτῃ ἡρμόσαντο Γαλακτίωνι, νῦν μὲν εἰς πρόσχημα τοῦ γάμου, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τῆς ψυχῆς ἕνωσιν. Ἐπεὶ δὲ τὴν συμβίωσιν ταύτης ἐδυσχέραινε Γαλακτίων, καὶ φανερὸς ἦν τὰς συμπλοκάς τε καὶ δεξιώσεις οὐ προσιέμενος διὰ τὸ περὶ τὸ σέβας ἀνόμοιον καὶ τὸ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀμέτοχον εἶναι ταύτην, πολλοὺς παρὰ τῶν οἰκείων ἐπράττετο λόγους, καὶ βαρεῖς αὐτοὺς εἶχε τοῦ πράγματος λογιστάς. Μόνος δέ ποτε πρὸς μόνην τὴν Ἐπιστήμην γενόμενος, εἶτα παρ' αὐτῆς τοῦ μίσους ἐρωτώμενος τὴν αἰτίαν, φάναι τὸν Γαλακτίωνα μὴ ἂν ἄλλως ἀνασχέσθαι τὴν μετ' D αὐτῆς κοινωνίαν, εἰ μὴ καὶ κατὰ τὸ σέβας ἴδοι κοινωνοῦσαν αὐτῷ· ἀνόσιον γὰρ ἄντικρυς ἔλεγεν εἶναι τὸν κεκαθαρμένον ἀκαθάρτῳ συνάπτεσθαι. Εἴπερ οὖν, ὦ γύναι, τὴν μεθ' ἡμῶν ἀσπάζῃ συμβίωσιν, πείθου μοι τὰ βέλτιστα συμβουλεύοντι, καὶ ἐπεὶ κατὰ τὸ νῦν ἔχον ἱερέων ἐστὶν ἀπορία τῶν πρὸς τὸ βάπτισμα τεταγμένων ὑπηρετεῖν, ἀδύνατον δὲ ἄλλως καθαρόν τινα καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι, τὰ τοῦ χαρίσματος ἡμεῖς καθὼς ὁ καιρὸς δίδωσι σχεδιάσωμεν.

Θ'. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τοῦτο πειθομένην εἶδε καὶ οὐδ' ὁτιοῦν ἀνανεύουσαν, μίαν τῶν τοῦ κήπου δεξαμενῶν ὕδατος πληρωθῆναι κελεύει· καὶ οὕτω πάντας διαλαθὼν, βαπτίζει τὴν Ἐπιστήμην. Αὕτη γοῦν καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα, ἡμερῶν ὀκτὼ διαγενομένων, και-

νήντινα καὶ ἀσυνήθη κατὰ τοὺς ὕπνους ὄψιν ὁρᾷ. A Ἐδόκει γὰρ περί τινας οἴκους βασιλικοὺς ἀναστρέφεσθαι, κάλλει ἀμυθήτῳ διαπρεπεῖς, ἐφ' οἷς ἑκατέρωθεν χοροὺς περὶ τοὺς τοίχους ἵστασθαι τρεῖς. Ὧν ὁ μὲν ἄνδρας εἶχε, σεμνούς τε ἰδεῖν καὶ στολῇ μελαίνῃ κεκοσμημένους, ὁ δεύτερος δὲ γυναῖκας ὁμοίως ἐχούσας· ὁ δὲ τρίτος παρθένων ἦν, αἷς ἐπήνθει φαιδρότης ἐπιτερπὴς καὶ χάρις προσεμειδία ταῖς ὄψεσιν ἐλευθέριος. Αἱ μέντοι γυναῖκες αἱ τὴν μέλαιναν στολὴν περιβεβλημέναι, καὶ πτέρυγάς τινας ἐῴκεσαν ἔχειν καὶ πῦρ ἀφιέναι, ὑφ' οὗ πᾶν τὸ παραπῖπτον ἐδόκει φλέγεσθαι. Ἀκούσας τοίνυν ὁ Γαλακτίων τὸ ὁραθὲν, τοιαύτην ἔλεγε τὴν δύναμιν ἔχειν. Εἴρηκε γὰρ καὶ τοὺς τρεῖς τούτους χοροὺς τῶν χωριζόντων ἑαυτοὺς κόσμου καὶ τῶν τοῦ κόσμου πάντων εἶναι, παρθενίαν τε φυλαττόντων, καὶ ζῆν κατὰ B Χριστὸν ἐπανελομένων· τῶν δὲ τὰ μέλαινα περιβεβλημένων, καὶ αὐτοὺς εἶπεν ἐοικέναι τοῖς ἀγγέλοις· ἐκείνων γὰρ αἱ πτέρυγες καὶ τὸ πῦρ τάχος ἅμα καὶ ἰσχὺν ἄμαχον εἰκονίζουσιν.

Ι'. Ἡ Ἐπιστήμη δὲ, τούτων ἀκούσασα, εὐθὺς τὴν εὐγένειάν τε καὶ τὸ φιλόκαλον τῆς οἰκείας ἐδήλου ψυχῆς, ἐν ἐπιθυμίᾳ τε τῆς τῶν ὁραθέντων γινομένη μεγαλειότητος, Ἆρά γε, εἶπεν, εἰ διασταίημεν ἀπ' ἀλλήλων, ἄνερ, καὶ Θεῷ προσχωρήσαιμεν, δυνησόμεθα καὶ τὴν εἰς ἀλλήλους διάθεσιν ἀχώριστον συντηρεῖν; Τούτου μοι δίδου βεβαίωσιν ἀσφαλῆ, καὶ οὐκ ἐκστήσομαι πώποτε τοῦ μὴ κοινωνεῖν σοι τῆσδε τῆς προαιρέσεως. Ἐπεὶ δὲ ἀλλήλοις ἰσχυρὰς δεδώ- C κασι πίστεις μὴ ἀπ' ἀλλήλων κατὰ γνώμην ποτὲ διαναστῆναι, ὁ Γαλακτίων τὰ συνήθη δι' ἱκετηρίας ἐντυχὼν τῷ Θεῷ, τῇ Ἐπιστήμῃ τὰ συνοίσοντα ὑπετίθει, Σὺ μὲν ἄπιθι, λέγων, καὶ τοῖς δεομένοις ἐλευθερίως τὰ προσόντα διάνειμε, οὐκ ἀναλίσκειν, ἀλλὰ θησαυρίζειν μᾶλλον αὐτὰ ἐν ἀσύλοις πιστεύουσα· ἐγὼ δέ σοι καὶ τούτου τύπος ἔσομαι, καὶ πρῶτος τῶν ἐμῶν ποιήσομαι τὴν διανομὴν, οὐκ ὀλίγῃ καὶ φειδομένῃ χειρὶ, ἀλλὰ φιλοτίμως ἐξαντλῶν καὶ πλουσίως. Εἰς τὴν τρίτην δὲ ἡμῖν ἀφίξῃ, καὶ κατά γε τὸ ἀμφοτέροις δόξαν οἰκονομήσομεν.

ΙΑ'. Ἐπεὶ οὖν τὰ ὄντα τε διενείμαντο καὶ ἀλλήλοις συνῆλθον, Εὐτόλμιόν τινα πάντων ὧν εἶχον D εὐνούστατον ὑπάρχοντα θεραπόντων, ἀκολουθεῖν ἐντειλάμενοι, ἐξήρχοντο τῆς οἰκίας, τὸν τῶν μονοτρόπων μέλλοντες ὑπελθεῖν βίον. Δέκα δὲ ὅλας ἡμέρας ὁδοιπορήσαντες, ὄρος φθάνουσι Πούπλιον μὲν ὑπὸ τῶν προσοικούντων καλούμενον, ἐγγὺς δέ που τοῦ Σινᾶ κείμενον ὄρους. Ἔνθα δυοκαίδεκα μοναχοῖς ἐντυχόντες, ἀσκητικὴν πολιτείαν μετερχομένοις, τὰ τοῦ σκοποῦ τε αὐτοῖς διηγόρευον, καὶ προσληφθῆναι καὶ τῷ καταλόγῳ τούτων ἐγγραφῆναι ἠξίουν· ὃ δὴ καὶ οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον γίνεται. Καὶ Γαλακτίων μὲν τῷ τάγματι τῶν ἀνδρῶν τούτων συναριθμεῖται· ἡ Ἐπιστήμη δὲ πρός τι τῶν ἀπῳκισμένων σεμνείων ὑπ' αὐτοῦ στέλλεται, παρ' ᾧ τέσσαρες ἠσκοῦντο παρθένοι.

A somnis visionem. Videbatur enim versari in quibusdam ædibus regiis pulchritudine quæ verbis explicari non potest, insignibus : in quibus tres utrinque chori stabant circa parietes. Quorum unus quidem habebat viros visu honestos, et veste nigra indutos. Secundus autem mulieres, quæ se habebant similiter. Tertius vero erat virginum, in quibus jucunda quædam florebat alacritas, et liberalis gratia in vultu arridebat. Mulieres autem illæ nigra veste indutæ, videbantur etiam habere quasdam pennas, et ignem emittere, a quo quidquid incidebat, videbatur comburi. Cum autem id quod visum fuerat, audivisset Galaction, dicebat id hanc habere potestatem. Dixit enim hos tres choros esse eorum qui se a mundo separant, et ab B iis quæ sunt mundi, et servant virginitatem, et elegerunt vitam agere Christo convenientem. Eorum autem, qui erant nigra veste induti, ipsos dixit esse similes angelis ; illorum enim pennæ et ignis simul celeritatem et vires exprimunt inexpugnabiles.

X. Episteme autem his auditis, statim ostendit generosum animum, et rerum honestarum amorem : et capta desiderio magnitudinis eorum quæ visa fuerant : Num vero, inquit, o marite, si a nobis invicem discesserimus, et ad Deum accesserimus, poterimus eam quoque, quæ est inter nos, conservare affectionem ? Da mihi hujus rei firmam et certam cautionem ; nec ego unquam recusabo, C quominus sim tibi socia hujus propositi. Cum autem sibi invicem sancte dedissent fidem, nunquam esse a se invicem animis disjungendos, Galaction cum Deum precibus de more esset allocutus, suggessit Epistemæ ea quæ erant futura ei conducibilia, dicens : Tu quidem abi, et indigentibus, quas habes facultates, distribue liberaliter, credens te non eas consumere, sed thesaurum potius in locum tutum reponere. Ego autem hujus rei me tibi proponam exemplar, et primus rerum mearum faciam distributionem, non avara et parca manu, sed munifice et abunde eas exhauriens. Venies autem tertio die, et prout utrisque visum fuerit, dispensabimus.

XI. Cum ergo quæ habebant, distribuissent, et D inter se convenissent, Eutolmio omnium, quos habebant, famulorum benevolentissimo sequi jusso, egressi sunt vitam suscepturi solitariam. Cum autem confecissent iter decem dierum, veniunt ad montem, qui ab incolis quidem appellatur Publius, est autem prope montem Sina. Quo in loco cum in decem monachos incidissent, qui vitam exercebant monasticam, eis narrarunt suum scopum et institutum, et rogarunt, ut adscriberentur in eorum numerum : quod quidem fit non multis post diebus. Et Galaction quidem refertur in ordinem horum virorum : Episteme autem mittitur ab ipso ad quoddam procul remotum monasterium, in quo quatuor exercebantur virgines.

XII. Cum hanc ergo vitæ agendæ rationem elegisset Galaction, quam non viam quidem iniit, quæ posset docere moderationem? Quem autem sensum non erudit, limites et modos imponens omnibus, et cogens eos parere rationi? Ita autem ei curæ fuerunt jejunia, ut duos annos semel in hebdomada pane solo vesceretur, eoque modico, et quantum satis esset ad vivendum. Cum inedia vero se etiam exercebat in vigiliis, et in perpetuo studio orationis. Pudicitiæ autem tantam curam gessit, ut nec venire quidem in conspectum mulieris unquam induxerit in animum, ex quo fuit ad vitam adscriptus monasticam. Hujus autem rei est apertum indicium, quod cum duo monachi matrem haberent, quæ non solum curam gerebat virtutis, sed jam erat provectæ ætatis, et consenuerat in vita monastica, et rogarent ut eam videret, et maternarum esset precum particeps, non sustinuit.

XIII. Cum sic ergo se haberet, et ad omnem virtutem recta via incederet, non visum est hoc maligno tolerandum: sed eum subiens, qui tunc administrabat imperium, eum irritavit adversus omnes Christianos; et effecit, ut adversus eos apertam moveret persecutionem. Eos enim invasit, partim quidem per se, partim autem per similiter affectos vicarios gravissime puniens. Ad eum autem accedentes, qui tempori serviebant, dixerunt eos qui montem Sinam habitabant, deos quidem habere contemptui: unum autem solum Deum colere, eumque crucifixum, et ei omnem offerre adorationem. Statim ergo ille, tanquam stimulo, percussus oratione, jussit cohorti militum ire ad montem, et vinctos ad se ducere eos qui ipsum inhabitant, Christianos. Quo autem tempore, qui missi fuerant, in locum venerant, et viros divinos erant comprehensuri, Episteme in dicto monasterio se exercens ut monacha, circa mediam noctem videt somnium. Videbatur enim simul cum Galactione venire in quoddam palatium: fuisse autem eorum capita coronis a rege redimita. Mane vero œconomo monasterii ea quæ viderat, communicans, aperte didicit quorsum tenderet somnium. Is enim dixit palatium quidem esse regnum cœlorum; regem autem ipsum esse, qui vere et solus et naturaliter regnat; coronas autem hoc significare, eos mox esse processuros ad certamina, et adversariis futuros plane superiores.

XIV. Cum ergo milites, ut jussi fuerant, accessissent, et alii omnes se in fugam conjecissent, inveniunt duos solos monachos, quorum unus erat Galaction. Cum ergo ille quoque ab eis ductus esset, et hoc rescivisset Episteme, et sedisset in loco sublimi montis, ex quo ipsa videns non poterat videri, illa cernebat oculis, quæ non potuisset quidem auribus accipere, vinctum abduci Galactionem, et qui esse gravia passurus pro certo putabatur. Se ergo humi prosternens, vehementer rogabat ancillam, ut sineret eam properare ad Galac-

A IB'. Τὴν οὖν ἀγωγὴν ταύτην ὁ Γαλακτίων ἑλόμενος, ποίαν μὲν οὐκ ἐπῆλθεν ὁδὸν διδάξαι τὸ μέτριον δυναμένην, τίνα δὲ τῶν αἰσθήσεων οὐκ ἐπαιδαγώγησε πάσαις ὅρους ἐπιθεὶς καὶ μέτρα, καὶ πειθηνίους αὐτὰς λογισμῷ τῷ σώφρονι καταστήσας; Οὕτω δὲ αὐτῷ καὶ νηστείας ἐμέλησεν, ὡς ἐπὶ δυσὶν ἔτεσιν ἅπαξ τῆς ἑβδομάδος ἄρτου μόνου μεταλαμβάνειν, καὶ τούτου βραχέος καὶ ὅσον ἀποζῆν δύνασθαι. Συνησκεῖτο δὲ αὐτῷ τῇ ἀσιτίᾳ καὶ τὸ φιλάγρυπνον, καὶ ἡ περὶ τὰς εὐχὰς διηνεκὴς ἐπιμέλεια. Σωφροσύνης δὲ οὕτως ἐφρόντισεν, ὡς μηδὲ πρὸς ὄψιν ἐλθεῖν γυναικὶ μηδέποτε ἀνασχέσθαι, ἀφ' οὗ δὴ καὶ τῷ τῶν μοναχῶν ἐνεγράφη βίῳ. Τεκμήριον ἀκριβὲς ὅτι δύο τῶν μοναχῶν μητέρα ἐχόντων οὐ μόνον ἀρετῆς ἐπιμελομένην, ἀλλὰ καὶ ἔξωρον ἤδη B καὶ τῷ ἀσκητικῷ καταγηράσασαν βίῳ, ἀξιούντων τε θεάσασθαι ταύτην, καὶ μητρικῶν εὐχῶν μετασχεῖν, οὐκ ἠνέσχετο.

IΓ'. Οὕτω τοιγαροῦν ἔχοντος καὶ πρὸς ἀρετὴν πᾶσαν εὐθυποροῦντος, οὐκ ἀνεκτὸν ἐδόκει τῷ πονηρῷ, ἀλλὰ τὸν τὴν αὐτοκράτορα τότε μετιόντα ἀρχὴν ὑπελθὼν, ἠρέθισέ τε κατὰ Χριστιανῶν πάντων, καὶ διωγμὸν φανερὸν κινῆσαι κατ' αὐτῶν παρεσκεύασε. Καὶ γὰρ ἐπῆλθεν αὐτοῖς βαρύτατος, τὰ μὲν δι' ἑαυτοῦ, τὰ δὲ διὰ τῶν ὁμοίως αὐτῷ ἐχόντων ὑπασπιστῶν τιμωρούμενος. Τούτῳ δὲ προσελθόντες οἱ τὰ τοῦ καιροῦ θεραπεύειν σπουδάζοντες, τοὺς ἀνὰ τὸ Σιναῖον ὄρος οἰκοῦντας τὰ μὲν τῶν C θεῶν ἀτιμοῦντας ἔλεγον, ἕνα δὲ μόνον Θεὸν ἐσταυρωμένον τιμᾷν, καὶ πᾶσαν αὐτῷ προσάγειν λατρείαν. Εὐθὺς οὖν ἐκεῖνος, ὥσπερ μύωπι τῷ λόγῳ πληγεὶς, στρατιωτῶν ἐπέταττε φάλαγγα ταχέως τε τὸ ὄρος καταλαβεῖν, καὶ δεσμίους ὡς αὐτὸν τοὺς ὅσοι Χριστιανῶν οἰκοῦσι τοῦτο τὸ ὄρος ἀγαγεῖν. Ἐν ᾧ οὖν οἱ πεμφθέντες ἀνὰ τὸν τόπον γενόμενοι τοὺς θείους ἔμελλον ἄνδρας συλλαβεῖν, ἡ Ἐπιστήμη, κατὰ τὸ ῥηθὲν ἀσκητήριον τὰ τῶν ἀσκουμένων μετερχομένη, περὶ μέσας νύκτας, ὄναρ ὁρᾷ· ἐδόκει γὰρ εἴς τι ἀνάκτορον συνειστρέχειν ἅμα τῷ Γαλακτίωνι, στεφάνοις τε ὑπὸ βασιλέως κοσμηθῆναι τὰς κεφαλάς. Ἕωθεν δὲ τῷ οἰκονόμῳ τῶν τῆς μονῆς περὶ ὧν τεθέαται κοινολογουμένη, ὅπη τείνει τὸ ὄναρ σαφῶς ἐδιδάσκετο, ἀνάκτορα μὲν τὰ τῶν οὐρανῶν D εἰπόντος βασίλεια· βασιλέα δὲ αὐτὸν εἶναι, τὸν ἀληθῶς καὶ μόνως φυσικῶς βασιλεύοντα· τοὺς στεφάνους δὲ τοῦτο δηλοῦν, ὅτι πρὸς ἀγῶνας ἄρτι χωρήσουσι, καὶ κρείττους τῶν ἀντιπάλων ἀτεχνῶς ἔσονται.

IΔ'. Οἱ στρατιῶται τοίνυν κατὰ τὸ προστεταγμένον αὐτοῖς ἐπελθόντες τῶν ἄλλων πάντων φυγῇ χρησαμένων, δύο μόνους τῶν μοναχῶν εὑρίσκουσιν, ὧν εἷς ἐτύγχανε Γαλακτίων. Ἐπεὶ οὖν κἀκεῖνος ὑπ' αὐτῶν ἤγετο, μαθοῦσα τοῦτο ἡ Ἐπιστήμη καὶ ἐν ἀπόπτῳ τοῦ ὄρους καθίσασα, ὅθεν ἦν ὁρᾶσθαι, ἐκεῖνα ἐθεᾶτο τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἃ μηδὲ ἀκοῇ παραδέξασθαι δυνατῶς εἶχε, δέσμιον ἀγόμενον Γαλακτίωνα καὶ χαλεπὰ πείσεσθαι προσδοκώμενον. Προσκαταβαλοῦσα οὖν εἰς ἔδαφος ἑαυτὴν, πολλή τις ἦν δεομένη τῆς διακόνου ἀφεθῆναι ταύτην ἐπειχθῆναι πρὸς

Γαλακτίωνα, καὶ εἴπερ ἐγχωροῦν εἴη, τοῖς αὐτοῖς ὑποβληθῆναι δεσμοῖς. Εἰ δὲ καὶ τὸν βίον δέοι ἐκεῖνον ἀπολιπεῖν, τὸν ἴσον καὶ αὐτὴν τότε θάνατον ὑποστῆναι. Εἶναι γὰρ ἐκ πλείονος αὐτοῖς συμπεφωνημένον τοῦτο, μὴ τῆς ἀπ' ἀλλήλων διαστῆναί ποτε γνώμης καὶ διαθέσεως. Δεινὸν οὖν ἔλεγεν εἶναι, τοῦ καιροῦ καλοῦντος, φανῆναι ταύτην τῶν συνθηκῶν ἐπιλήσμονα. Ἡ διάκονος δὲ λόγοις μὲν ἐπειρᾶτο πρότερον τῆς ὁρμῆς ἀπάγειν αὐτήν· ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν, ἀφῆκεν ποιεῖν ὅ τι καὶ βούλοιτο.

ΙΕ΄. Ἀσμένως οὖν ἐκείνη τὰς συνούσας τὰ τελευταῖα προσαγορεύσασα, τῶν ἰχνῶν κατόπιν τοῦ Γαλακτίωνος εἴχετο. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐγγίζουσα ἦν, Κύριέ μου, ἐβόα, καὶ τῆς ἐμῆς ὁδηγὲ σωτηρίας, μὴ παραιτήσῃ με τὴν σήν, μηδὲ ὧν συνεθέμεθα πρὸς ἀλλήλους ἀμνημονήσῃς. Ὧν οἱ ὀξεῖς ὑπηρέται τῆς ἀσεβείας ἀκούσαντες, ἐκ μέσης ἀνέστρεφον τῆς ὁδοῦ, καὶ κατασχόντες, δεσμοῖς αὐτὴν περιβάλλουσιν, οὐδ' ὁτιοῦν εἰπόντες, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὴν ὑπερηφανευσάμενοι τὴν ἐρώτησιν. Ὁ δὲ Γαλακτίων οὐδὲ οὕτως ἔχων ἀπείχετο παραινέσεων, ἀλλὰ καὶ βαδίζων καὶ δεσμὰ περικείμενος ἐνουθέτει τὰ δέοντα, Μή σε, λέγων, ὦ γύναι, ἀπάτῃ περιέλθοιεν οἱ ἐχθροί, ἢ δεινὰ πρὸς φόβον ἐπάγοντες, ἢ τοῖς ἡδίστοις τοῦ κόσμου παρακαλοῦντες πρὸς τὴν ἀσέβειαν. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐλέγοντο, ἧκέ τις ἐσπουδασμένως καὶ πολὺν τῷ προσώπῳ διασημαίνων τὸν θόρυβον, εἰς τὴν αὔριον λέγων τὴν περὶ τῶν ἁγίων ταμιευθῆναι ἐξέτασιν, οὕτω τῷ ἄρχοντι δόξαν. Ἕωθεν οὖν ὁ δικάζων ἐπὶ τὸν τόπον ἔνθα τοὺς κρινομένους ἔθος ἀχθῆναι αὐτοὺς προσέταττε.

ΙϚ΄. Καὶ σπουδῇ πολλῇ παραστάντων, ὁ ἄρχων εὐθύς, οὐ τύχην, οὐ τὴν ἐνεγκοῦσαν, οὐκ ἄλλο τι τῶν συνήθων αὐτοὺς ἐπηρώτα, οὐδὲ πρὸς λόγους ἐχώρει τὸ πείθειν ἔχοντας, ἀλλὰ δριμὺ καὶ ἀπειλητικὸν ἐμβλέψας Γαλακτίωνι, Τίς οὗτος ἐπὶ συννοίᾳ καὶ σκυθρωπότητι, τῷ περιόντι τοῦ θυμοῦ ἀπεφθέγγετο, καὶ τίνι ἄλλῳ τὸ σέβας ἀποδιδοὺς ἀτιμάζει θεούς; Ὁ Γαλακτίων δέ, μηδὲν ὑποπτήξας, μήτε τῆς συνήθους μεταβαλὼν καταστάσεως, Τὸν μὲν βίον, εἶπε, μοναχός, ἀπὸ Χριστοῦ δὲ τὸ καλεῖσθαι Χριστιανὸς ἔχω, ᾧ καὶ τὸ σέβας εὐφρονῶν ἀποδίδωμι. Ὡς δὲ καὶ πολὺς ἦν ὁ ἅγιος βάλλων αὐτὸν τοῖς ὀνείδεσι, καὶ τὰ τῶν θεῶν αὐτοῦ κωμῳδῶν, καὶ ἐπίσης ἀνοήτους ἀποκαλῶν τοὺς τὰ ἄψυχα ταυτὶ σεβομένους, τὰς χεῖρας ὀπίσω δεθέντα βουνεύροις ἐπέταττεν ὁ κατάρατος ἀνηλεῶς αὐτὸν τύπτεσθαι. Μαστιγουμένου δὲ τούτου, ἡ Ἐπιστήμη βλέπουσα, καὶ ἀῤῥήτως τὴν ψυχὴν πάσχουσα, Φεῦ τῆς ἀκορέστου πρὸς τὸ κολάζειν, ἔφη, ψυχῆς! Ἵνα τί τοιαύτας ἐνετείνατε μάστιγας νεαροῖς οὕτω μέλεσι, καὶ πολλοῖς ἀσκήσεως πόνοις τετηγμένοις; Πῶς δὲ καὶ ἡ χεὶρ τῶν ὑπηρετουμένων ταῖς μάστιξιν οὐκ ἐνάρκησε; Τούτοις ὁ ἄρχων ἐπὶ μᾶλλον εἰς ὀργὴν ἐξαφθείς, Τὴν ἀναιδῆ ταύτην, ἔφη, καὶ προπετῆ, τῶν περικειμένων μέχρις ὀθόνης γυμνώσαντες, ἰσχυρῶς ταῖς μάστιξι τιμωρεῖσθε, ἵνα πεφυλαγμένως φθέγγεσθαι μάθοι, καὶ μὴ πρὸς τὸ ὑπερέχον οὕτως ἀπαυθαδιάζεσθαι.

A tionem, et si liceret, eadem subire vincula. Si autem vitam quoque illum oporteret relinquere, ipsam quoque eamdem mortem esse subituram. Inter utrumque enim jampridem convenisse, ne unquam disjungerentur ab eadem mente et affectione. Grave ergo et indignum esse dicebat, si tempore vocante ea videretur esse oblita pactorum conventorum. Ministra autem verbis quidem primum conabatur eam abducere ab incepto; cum autem non persuaderet, siuit eam facere quod vellet.

XV. Illa ergo cum eas quæ cum ipsa erant, postremo esset allocuta, institit vestigiis Galactionis. Cum autem prope esset, Domine mi, clamabat, et dux meæ salutis, ne me quæ tua sum recuses, nec obliviscaris eorum quæ inter nos convenerunt. B Quæ cum audivissent acres ministri impietatis, e media via sunt reversi, et comprehensam iisdem circumdant vinculis, cum nihil aliud dixissent, sed valde lætati essent ad ipsam interrogationem. Galaction vero ne sic quidem affectus, a divinis abstinebat admonitionibus: sed et ingrediens, et circumdatus vinculis, ea dabat, quæ par erat, monita, Ne te, dicens, o uxor, fraude circumveniant inimici, aut gravia ad terrorem intentantes, aut iis quæ sunt mundi incitantes, ad impietatem. Interim autem dum hæc dicerentur, venit quidam festinanter, et vultu magnum tumultum significans, in crastinum diem esse reservatam sanctorum examinationem, cum ita sit visum præsidi. C Mane ergo judex jubet eos adduci in locum, in quem mos est adduci reos judicandos.

XVI. Cum autem magno studio producti essent, præses statim non de fortuna, non de ea quæ ipsos tulit patria, non de aliquo alio ex iis quæ consueverunt, illos interrogat neque accessit ad verba, quæ possunt persuadere, sed torve et minaciter intuens Galactionem: Quis hic est tristis et cogitabundus (nimia ira dixit incitatus), et cuinam alii divinum cultum tribuens, deos negligit? Galaction autem nihil formidans, neque de solita quidquam mutans constantia, Vita quidem, inquit, sum monachus, a Christo autem habeo, quod vocor Christianus: cui etiam, ut qui recte sentiam, tribuo cultum. Cum vero sanctus eum multis probris insectaretur, D et deos ejus ludificaretur, et æque amentes vocaret eos qui colunt hæc inanima, pone vinctum manibus jussit exsecrandus eum verberari immisericorditer. Cum is autem flagris cæderetur, adspiciens Episteme, et mirandum in modum ægre ferens: O, inquit, insatiabilem animum ad puniendum: cur tales plagas intentastis membris, tam juvenilibus, et consumptis multis laboribus exercitationis? Quomodo autem manus ministrorum tot illatis plagis non obtorpuit? His præses ad iram magis accensus: Hanc impudentem et temerariam, inquit, feminam ad lineam usque tunicam nudate vestibus, et flagris valde cædite, ut caute discat loqui, et non se tam arroganter gerat adversus superiores.

XVII. Hoc autem cum factum esset magna celeritate, et in longum jam esset productum supplicium, adversus omnia quidem, quæ inferebantur molesta et aspera, martyr mirandum in modum decertabat; minime vero intermittebat vociferari adversus judicem, et ei exprobrare rei turpitudinem, quod naturam, quam oporteret quidem manere non venientem in conspectum hominum, non solummodo sustinuit aperire, sed multis etiam videntibus jussit cruciare. Propterea te, inquit, manent illic supplicia. Cæterum hic quoque, non diu abhinc, vos justum Dei puniet supplicium. Dixit, et evestigio secuta est justitia, et visu orbati conspecti sunt, qui erant circa præsidem. Hoc autem sanctæ quidem gloriam, iis vero, qui puniebant, conciliavit salutem. Oculorum enim cæcitas depulit animæ nubem, et eos illuminavit luce Dei cognitionis. Propterea confessi sunt se Christo credere, et rursus cum luce animæ acceperunt etiam lucem oculorum corporis, viri non duo aut tres, sed quinquaginta tres numero.

XVIII. Sed licet hæc facta fuerint, præses adhuc mente cæcutiens, utpote quod vitium esset ei alte impressum, jubet in extremo acui arundines, et infigi sanctorum unguibus. Quod cum celerrime factum esset, sancti in doloribus majorem ostendebant fortitudinem, ei propter quem hæc sustinebant, magnas agentes gratias, et falsos deos afficientes contumeliis. Judex autem rursus jubet eos privari manibus simul et pedibus, et præterea lingua, propriam quodammodo voluptatem capiens sanguinivora anima in hominum, qui sunt ejusdem generis, suppliciis. Cum autem hæc cito facta essent, martyribus nihilo secius eodem modo se habentibus, qui erat quidem sævus in judicando, crudelissimus autem in puniendo, fert ultimam in martyres sententiam, jubens eos mortem subire gladio. Atque ii quidem hinc excesserunt, sacris eorum capitibus amputatis quinto Novembris. Pretiosa autem eorum corpora cum in quodam vase pretioso imposuisset is, quem diximus, Eutolmius, qui sequi jussus fuerat a martyre, effecit ut etiam ab aliis haberentur in honore: ad gloriam Patris, Filii et Spiritus sancti, unius Dei in Trinitate: quem decet omnis honor, majestas et magnificentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A IZ'. Τούτου δὲ πολλῷ τῷ τάχει τελεσθέντος καὶ εἰς μακρὸν ἤδη παραταθείσης τῆς τιμωρίας, περὶ πᾶσαν μὲν ἐπαγωγὴν τῶν δεινῶν ἡ μάρτυς ὑπερφυῶς ἀπεμάχετο· οὐδὲν δὲ ἀνίει καταβοῶσα τοῦ δικαστοῦ, καὶ τὸ τοῦ πράγματος ἄσεμνον ὀνειδίζουσα· ὅτι φύσιν ἣν ἔδει διαμένειν ἀθέατον οὐ μόνον ἁπλῶς ἐκκαλύπτειν ἠνέσχετο, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἐνώπιον ἐπέτρεψε τιμωρεῖσθαι. Διὰ τοῦτο μένουσί σε, φησὶ, τὰ ἐκεῖθεν δικαιωτήρια. Πλὴν ἀλλὰ κἀνταῦθα οὐκ εἰς μακρὰν ὑμᾶς ἡ δικαία κρίσις τοῦ Θεοῦ μετελεύσεται. Εἶπε, καὶ ἡ δίκη κατὰ πόδας εὐθὺς εἵπετο, καὶ πεπηρωμένοι τὰς ὄψεις οἱ περὶ τὸν ἄρχοντα καθεωρῶντο. Τοῦτο δὲ τῇ μὲν ἁγίᾳ δόξης, τοῖς κολάζουσι δὲ πρόξενον ἐγένετο σωτηρίας. Ἡ γὰρ τῶν ὀφθαλμῶν πήρωσις, τὸ τῆς ψυχῆς νέ- B φος, καὶ φῶς αὐτοῖς θεογνωσίας ἀπηύγασε. Δι' αὐτὸ καὶ πιστεύειν ὡμολόγησαν τῷ Χριστῷ, καὶ ἀντιστρόφως πάλιν σὺν τῷ φωτὶ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ σώματος ἐλάμβανον φῶς, ἄνδρες, οὐ δύο καὶ τρεῖς ὄντες, ἀλλὰ καὶ τρεῖς καὶ πεντήκοντα ἀριθμούμενο

IH'. Πλὴν καὶ τούτων γενομένων, ὁ ἄρχων ἔτι τυφλώττων τὸν νοῦν, ἅτε διὰ βάθους αὐτῷ τῆς κακίας ἐνσημανθείσης, καλάμους εἰς ἄκρον ὀξυνθῆναι κελεύει, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων ὄνυξιν ἐμπαρῆναι. Οὗ καὶ ταχύτατα γενομένου, οἱ ἅγιοι τὸ καρτερικὸν μᾶλλον ἐν τοῖς ἀλγεινοῖς ἐπεδείκνυντο, τῷ δι' οὗ ταῦτα ὑπέμενον πολλὴν τὴν χάριν ὁμολογοῦντες, καὶ τὰ τῶν ψευδωνύμων θεῶν ἀτιμάζοντες. Ὁ δικα- C στὴς οὖν χειρῶν αὐτὸν καὶ ποδῶν ἅμα, προσέτι δὲ καὶ γλώττης ἀποστερεῖσθαι προσέταττεν, ἡδονὴν ὥσπερ οἰκείαν ἐν ἀνθρώπων ὁμογενῶν τιμωρίαις ἡ αἱμοβόρος ψυχὴ λαμβάνουσα. Ὡς δὲ καὶ ταῦτα θᾶττον ἐγένετο, τῶν μαρτύρων οὐδὲν ἧττον ἐπὶ τοῖς ἴσοις διαμενόντων, ὁ δεινὸς μὲν δικάζειν, ὠμότατος δὲ κολάζειν, τὴν τελευταίαν τοῖς μάρτυσι ψῆφον ἐπάγει, τὸν διὰ ξίφους αὐτοὺς κελεύσας ὑπελθεῖν θάνατον. Οὗτοι μὲν τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἐστείλαντο, τὰς ἱερὰς κεφαλὰς κατὰ τὴν πέμπτην τοῦ Νοεμβρίου ἀποτμηθέντες· τὰ δὲ τούτων τίμια σώματα τιμίῳ τινὶ ἐνθέμενος σκεύει ὁ δηλωθεὶς Εὔτολμιος, ᾧ καὶ πρὸς τοῦ μάρτυρος ἀκολουθεῖν ἐπετέτακτο, διὰ τιμῆς αὐτὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἄγεσθαι παρεσκεύαζεν, εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου D Πνεύματος, τῷ ἐν Τριάδι μόνῳ Θεῷ, ᾧ πρέπει τιμὴ πᾶσα, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΙΕΡΩΝΟΣ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩ ΑΓΙΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΜΕΛΙΤΗΝῌ ΑΘΛΗΣΑΝΤΩΝ.

MARTYRIUM

SANCTI ET MAGNI MARTYRIS HIERONIS

ET SANCTORUM EJUS SOCIORUM, QUI MELITINÆ DECERTARUNT.

(Surius ad diem 7 Novembris; Græce ex cod. 1481.)

A Α'. Ἱέρωνι τῷ γενναίῳ πατρὶς μὲν ἡ δευτέρα τῶν Καππαδοκῶν, πόλις δὲ Τύανα, μήτηρ Στρατονίκη, γυνὴ θεοσεβὴς καὶ φοβουμένη τὸν Κύριον. Ἐπεὶ δὲ Διοκλητιανός τε καὶ Μαξιμιανὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν διεῖπον ἀρχὴν, ἄνδρες δεισιδαιμονέστατοι, καὶ ζῆλον ὅτι πλεῖστον περὶ τὰ εἴδωλα κεκτημένοι, ἀγγελθὲν αὐτοῖς ὡς πᾶσα ἥ τε τῶν Ἀρμενίων χώρα καὶ ἡ Καππαδοκῶν, παρὰ φαῦλον αὐτῶν τὸ δόγμα ποιοῦσι καὶ τοῖς προστάγμασιν ἀντιπίπτουσιν· ἱκανῶς συνδιασκεψάμενοι, δύο τε τῶν ἄλλων ἄνδρας ἀπολεξάμενοι, τὴν φρένα βαθεῖς, πολὺ τὸ ἔντεχνον καὶ σκολιὸν ἔχοντας, εἰς ἑκάτερον πέμπουσιν ἔθνος, ὧν τὸν μὲν ἕνα τῆς τῶν Ἀρμενίων χώρας ἡγεῖσθαι παρεκελεύσαντο, Ἀγρικόλαος οὗτος ἦν, τὸν ἕτερον δὲ τῆς Καππαδοκῶν ἐπιτροπεύειν, Λυσίας αὐτῷ τὸ ὄνομα· B οἷς δὴ καὶ πρόσταγμα ἦν οὐχὶ τοὺς μὴ πειθομένους μόνον τῷ βασιλικῷ θεσπίσματι, καὶ τοῖς εἰδώλοις ἐθέλοντας προσκυνεῖν τιμωρεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς στρατιωτικοῖς καταλόγοις τοὺς ἐπιτηδείους ἐναπογράφεσθαι.

Β'. Ἐπιστάντι τοίνυν τῷ Λυσίᾳ τῇ τῶν Καππαδοκῶν, καὶ τοὺς ἐπὶ Ῥώμῃ διαβοήτους ἐπιζητοῦντι, μηνύεται Ἱέρων, ἀνὴρ τὴν χεῖρα ῥωμαλέος, τὴν ψυχὴν γενναῖος, τῶν καθ' ἑαυτὸν ἁπάντων διαφορώτατος, καὶ παραχρῆμα πέμπει στρατιώτας αὐτὸν ἄξοντας. Ὡς δὲ τῇ αὐτοῦ ἐπιστάντες οἰκίᾳ τὸν ζητούμενον οὐ κατέλαβον, καὶ γὰρ τὸ ἴδιον ἦν ἐργαζόμενος γήδιον, μαθόντες ἔνθα εἴη, ἐκεῖσε γίνονται. Ὁ δὲ, πλῆθος ἀθρόον ἰδὼν, καὶ ὡς αὐτὸν ὁρμῶντας τάχει πολλῷ, ἄλλως τε δὲ καὶ τὸ δρώμενον ὑποπτεύ- C σας, καὶ οὐκ ἐθέλων, θεοσεβὴς ὢν ἐκεῖνος, ἀνθρώποις ἀσεβέσι καὶ μοχθηροῖς συστρατεύεσθαι, ταχέως ἀγροικικῶς ὡς εἶχε τὸν στελεὸν τῆς μετὰ χεῖρα δικέλλης ἐκβαλὼν, τούτῳ τοὺς ἐπιόντας ἠμύνετο, καὶ δῆτα, σφοδρότερον αὐτοῖς ἐμπεσὼν οὐκ ἀνῆκε παίων, ἕως πάντας αὐτοὺς διεσκέδασε, πολλὰ τὴν φυγὴν ἐπαινέσαντας ὡς σώζειν ἀσφαλῶς δυναμένην. Εἶτα πρὸς δευτέραν χωροῦσιν ἐπίθεσιν,

I. Præclaro Hieroni patria quidem erat secunda Cappadocum provincia, urbs autem Tyana: mater Stratonice, pia femina et timens Dominum. Cum autem Diocletianus et Maximianus Romanorum administrarent imperium, viri in cultu dæmonum superstitiosissimi, et in simulacra zelum habentes maximum; esset vero eis nuntiatum, quod omnis Armeniorum regio et Cappadocum facit præter improbum eorum decretum, et resistit eorum jussis: postquam satis longo tempore consultarunt, electis duobus viris, qui et ingenio plurimum valebant, et lingua erant diserta et volubili, et artificii multum habebant et astutiæ, eos mittunt ad utramque gentem. Quorum alterum quidem jusserunt præesse Armeniæ, is erat Agricolaus, alterum autem procurare regionem Cappadocum, ei erat nomen Lysias. Quibus quidem non solum fuerat imperatum, ut eos qui non parebant edicto imperatoris, et nolebant adorare simulacra, punirent, sed etiam in numeros militum ascriberent eos, qui erant idonei.

II. Cum venisset ergo Lysias in Cappadociam, et eos quæreret, qui erant robore insignes, indicatur Hieron, vir manu fortis, animo generosus, præstantissimus omnium, qui erant suo tempore; et statim mittit eum ducturos milites. Cum autem venissent ad ejus ædes, et quem quærebant, non invenissent (colebat enim suum prædiolum), rescivissent vero, ubinam esset, illuc veniunt. Ille autem cum vidisset frequentem multitudinem in eum invadere, et alioqui suspectum habuisset, quod fiebat, et nollet vir ille pius militare cum impiis et sceleratis hominibus, ita ut erat in rustico habitu, ejecto manubrio securis, quam manu tenebat, eo ultus est eos qui invadebant, et vehementi in eos facto impetu, non cessavit percutere, donec omnes eos fudisset, fugam valde laudantes, ut quæ eis demum posset dare salutem. Deinde secundo invadunt, simul quidem et quam amiserant gloriam

recuperaturi, et rem probro ducentes, si cum sint A tam multi, renuntientur fuisse ab uno superati: quin etiam ipsum quoque timentes præsidem, si is manus eorum omnino effugisset; et multis aliis vocatis ad ferendum auxilium, sanctum simul invadunt. Is autem antequam illi venissent, prope sitam speluncam cum decem et octo viris, qui cum eo erant, subiens, statim, ut vulgo dicitur, erat aquila in nubibus, eos qui ipsum invadebant, re infecta relinquens. Statim itaque isti cum antrum circumdedissent, satis multos quidem statuunt ad ostium, ne aufugeret; alios autem mittunt ad præsidem civitatis, petentes alios, qui darent eis auxilium. Ille autem mittit quidem non parvam manum. Mittit Quiriacum quoque fratrem divini Hieronis. B

Ε'. Καὶ ὁ Σαμωνᾶς, Τὸν ἠπειλημένον σκώληκα A τοῖς ἀρνουμένοις τὸν Κύριον, καὶ τὸ μὴ σβεννύμενον πῦρ μᾶλλον ὧν ἀπηριθμήσω βασάνων καὶ πτοούμεθα καὶ δεδοίκαμεν· αὐτὸς γὰρ ᾧ τὴν λογικὴν λατρείαν προσφέρομεν, πρῶτα μὲν πρὸς τὰς πολυειδεῖς ταύτας ἐνδυναμώσας βασάνους τῶν σῶν ἀφαρπάσει χειρῶν· εἶθ' οὕτω καὶ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καταστήσει, ἔνθα εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία. Ἄλλως τε δὲ καὶ κατὰ μόνου πάντως ὁπλίζῃ τοῦ σώματος· τί γὰρ ἂν καὶ τὴν ψυχὴν βλάψαι δύναιο, ἣ ἕως μὲν ἂν τῷ σώματι παροικῇ λαμπρύνεσθαι πέφυκε ταῖς βασάνοις, ἀπαλλαττομένης δὲ οὐδεμία πάντως οὐδὲ τῷ σώματι αἴσθησις; Ὅσῳ γὰρ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ τε καὶ ἡμέρᾳ· δι' ὑπομονῆς γὰρ τὸν προκείμενον ἀγῶνα τοῦτον ἀνύομεν. Ὁ δὲ ἡγεμὼν καὶ αὖθις, B ὥσπερ προδιαμαρτυρόμενος αὐτοῖς, ἵνα καὶ μὴ πειθομένους τιμωρήσηται δικαιότερον, Ἀπόστητε τῆς ἀπάτης, ἔφη, συμβουλεύω, καὶ τῷ τοῦ βασιλέως προστάγματι εἴξατε· οὐ γὰρ ἂν δυνήσεσθε τὰς βασάνους ὑπενεγκεῖν. Πρὸς ὃν ὁ ἱερὸς Γουρίας, Οὔτε ἀπάτῃ δουλεύομεν, ὡς σὺ φῄς, ἀπεκρίνατο, οὔτ' ἂν ποτε τῇ τοῦ κρατοῦντος προστάξει πεισθείημεν· μὴ οὕτω σχοίημεν ἀγεννῶς τε καὶ ἀνοήτως· ἐκείνου γὰρ ἐσμὲν μαθηταί, ὃς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἔθετο, τὸ πλούσιον τῆς χρηστότητος καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην δεικνύων. Ἀντικαταστησόμεθα οὖν πρὸς τὴν ἁμαρτίαν μέχρι θανάτου, καὶ οὐδ' ἄν, εἴ τι καὶ γένοιτο, ταῖς τοῦ ἀντικειμένου μηχαναῖς ὑποσκελισθείημεν, αἷς καὶ ὁ πρῶτος ἁλοὺς ἄνθρωπος C θάνατον διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ξύλου ἐδρέψατο, καὶ Κάϊν πεισθεὶς αἵματι μὲν ἀδελφοῦ, τὰς χεῖρας ἐμόλυνε, στένειν δὲ καὶ τρέμειν τὰ ἐπίχειρα τῆς ἁμαρτίας εὗρεν. Ἀλλ' ἡμεῖς, τὸν νοῦν τοῖς τοῦ Χριστοῦ λόγοις προσέχοντες, οὐ φοβηθησόμεθα ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν ἀποκτεῖναι μὴ δυναμένων. Ἐκεῖνον δὲ φοβηθησόμεθα μᾶλλον, τὸν καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν καὶ τὸ σῶμα δυνάμενον ἀπολέσαι. Καὶ ὁ τύραννος· Οὐχ ἵνα, φησί, γραφὰς ἐπιόντες τὰς ὑμετέρας ἀνασκευάζειν, ἔχητε τὰ παρ' ἡμῶν προτεινόμενα, οὐ τούτου γε ἕνεκεν ἀόργητος ἐγὼ καὶ μακρόθυμος, ἀλλ' ὅπως τὰς τοῦ κρατοῦντος προστάξεις ἑλόμενοι μετ' εἰρήνης οἴκαδε ἐπανίοιτε.

V. Respondit autem Samonas: Vermem, cujus minæ sunt intentatæ iis qui negant Dominum, et ignem, qui non exstinguitur [a], magis, quam ea, quæ tu enumerasti, tormenta, formidamus. Ipse enim, cui cultum offerimus rationalem, primum quidem nos corroboratos adversus varia hæc tormenta eripiet a tuis manibus. Deinde etiam in tuto collocabit, ubi est habitaculum omnium lætantium. Alioqui autem omnino adversus solum corpus armaris. Quid enim animam potueris lædere? Quæ quandiu quidem habitat in corpore, tormentis evadit præclarior, ea autem recedente, nullus est omnino sensus corpori. Quo magis enim homo noster externus corrumpitur, eo magis internus renovatur in dies; per patientiam enim hoc propositum certamen peragimus [b]. Præses autem rursus veluti protestans, ut si non parerent, puniret justius: Discedite ab errore, inquit, vobis consulo, et cedite jussui imperatoris. Non poteritis enim ferre tormenta. Cui sanctus Gurias: Neque errori, ut tu dicis, servimus, respondit, nec imperatoris jussui unquam paruerimus. Absit ut tam pusilli animi simus, et tam amentes. Sumus enim illius discipuli, qui animam suam pro nobis posuit, divitias benignitatis et suam in nos ostendens charitatem. Resistemus ergo peccato usque ad mortem, neque quidquid acciderit, supplantabimur a machinis adversarii, quibus primus homo captus, decerpsit mortem per ligni inobedientiam; et Cain persuasus, fratris quidem sanguine manus polluit, gemere autem et tremere invenit præmia peccati. Sed nos Christi verbis mentem adhibentes [c], non timebimus eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: illum potius timebimus, qui nostram animam et corpus potest perdere. Tyrannus autem: Non ut, inquit, vestras percurrentes Scripturas, possitis refellere, quæ a nobis objiciuntur, ideo ira non moveor, et me præbeo patientem, sed ut jussum imperatoris exsequentes, cum pace domum revertamini.

D Ϛ'. Οὐδὲν ὁ λόγος οὗτος τοὺς μάρτυρας ἐδυσώπησεν, ἀλλὰ προσιόντες, Τί δὲ παρὰ τοῦτο ἡμῖν, ἔλεγον, εἰ χολᾷς καὶ πρὸς ὀργὴν εὔκολος εἶ, καὶ ὡς νιφάδας ὕεις τὰς τιμωρίας; Τότε γὰρ ἂν καὶ μᾶλλον εὐποιήσῃς ἡμᾶς, λαμπρότερον ἡμῶν τὸ δοκίμιον τῆς ὑπομονῆς ἐργαζόμενος, καὶ τὰς ἀντιδόσεις μείζονας προξενῶν· ὡς ἡμῖν γε τοῦτο τῆς ἐλπίδος ἐστὶ τὸ κεφάλαιον, τὴν πρόσκαιρον παροικίαν τήνδε καταλιπεῖν, καὶ πρὸς τὴν αἰωνίαν μεταφοιτῆσαι. Ἔχομεν γὰρ σκηνὴν ἀχειροποίητον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἣν δὴ καὶ κόλπον Ἀβραὰμ ἡ Γραφὴ διὰ τὸ τῷ Θεῷ ᾠκειωμένον οἶδε καλεῖν. Ὡς οὖν τῆς ἐνστάσεως αὐτῶν ὁ ἡγεμὼν τὸ ἀμετάθετον ἐθεάσατο, εὐθὺς τοῦ λέγειν ἀφέμενος πρὸς τὸ κολάζειν ἐχώρει· καὶ κελεύει Ἀνουΐνῳ τῷ κομενταρησίῳ τῆς μιᾶς ἑκατέ-

VI. Hæc oratio nihil flexit martyres, sed propius accedentes: Quid nostra, aiunt, refert, si irasceris, et es ad iram propensus et tanquam nives pluis tormenta? Tunc enim nobis magis benefacies, clariorem reddens nostram probationem patientiæ, et concilians majores remunerationes. Hæc est enim summa nostræ spei, hunc incolatum, qui est ad tempus, relinquere, et migrare ad æternum. Habemus enim tabernaculum non manu factum in cœlis [d], quod etiam sinum Abrahæ Scriptura [e], propterea quod is esset familiaritate Deo conjunctus, solet vocare. Cum itaque vidisset præses immutabilem eorum constantiam, statim mittens dicere, processit ad castigandum, et jubet Anuino commentariensi utrumque una manu suspendi, et eis

[a] Isa. LXVI, 24. [b] II Cor. IV, 16. [c] Matth. X, 28, 29. [d] II Cor. V, 1. [e] Luc. XVI, 22.

toto pondere corporis divulsis, adhuc eorum pedibus gravem suspendere lapidem, ad sensum acrioris doloris. Atque hoc quidem ita se habebat, et ab hora tertia usque ad octavam tale tormentum forti animo tolerabant, non vocem emittentes, non gemitum, non aliquid aliud ostendentes, quod esset pusilli et abjecti animi. Dixisses eos pati in alieno corpore, aut aliis patientibus, ipsos solum esse spectatores eorum quæ fiebant.

VII. Interim autem, dum ii penderent manibus, occupatus erat præses in aliis audiendis. Deinde cum ab eis quievisset, jubet commentariensem interrogare sanctos, an jussui imperatoris vellent parere, ut liberarentur a tormento : et cum ille quidem interrogaret, hi vero non possent, aut non vellent respondere, jubet eos includi in interiore custodia, in lacu tenebroso et nomine et reipsa, et pedes usque ad diem sequentem affixos esse ligno. Die autem jam apparente, a ligni quidem vinculis pedes sunt relaxati : carceris autem aditus fuit obstructus, ut nec solaris quidem radius posset subire; edictum autem fuit custodibus, non frustum panis, nec parvam quidem guttam aquæ tres totos dies eis præbere. Quamobrem de cætero tenebrosus carcer et longa inedia erat condemnatio martyribus. Cum autem adesset tertius dies, circa principium mensis Augusti, apertus quidem fuit aditus carceris; illi autem in eo retenti sunt usque ad decimum Novembris. Deinde judex eos curat sistendos pro suo tribunali, et Nec tantum, inquit, tempus vobis præbuit, ut mutati aliquod salutare caperetis consilium? Illi autem respondent : Quod nobis videtur, tibi jam sæpius ostendimus; tu autem fac ea quæ tibi fuerunt imperata. Præses autem statim jubet Samonam altero pede in genu inclinari, et ferreum vinculum injici ejus genui. Quod cum factum esset, eum quidem suspendit præcipitem, a pede, quem inclinaverat, alterum deorsum trahens pondere ferri, quod verbis non potest explicari : et sic athletam moliens discerpere. Quo quidem tempore cum coxæ acetabulum per vim sedem suam reliquisset, effectum est, ut Samonas claudicaret : Guriam autem, quod esset imbecillus et subpallidus, sinebat impunitum, non quod eum benignis aspexisset oculis, non quod esset misertus ejus imbecillitatis; sed ut qui, quod eum punire cuperet, potius pepercisset. Ne forte, aiebat, nobis imprudentibus consumeretur ante cruciatus (2).

VIII. Et jam erant quidem duæ horæ diei, ex quo suspensus erat Samonas ; hora autem quinta jam aderat, et is adhuc pendebat sublime : et qui circumsistebant milites, movebantur misericordia, et hortabantur ut imperatoris pareret imperio. Sed peccatorum misericordia caput sancti non pingue-

(2) Tormento occidere quempiam lege vetitum fuisse est l. *Aut damnum*, § *Nec ea*, ff De pœnis : hinc præses Guriam, cum imbecillioris esset naturæ, gravioribus tormentis aggredi ausus non fuit, ne in tormentis efflaret animam.

ρους ἀναρτῆσαι χειρὸς, καὶ ὅλῳ τῷ τοῦ λοιπου σώματος βάρει διασπωμένων αὐτῶν, ἔτι καὶ τοῖς ποσὶ λίθου βαρύ τι προσαρτῆσαι χρῆμα εἰς ὀδύνης αἴσθησιν δριμυτέρας. Τοῦτο μὲν δὴ οὕτως εἶχε, καὶ ἀπὸ τρίτης ὥρας μέχρις ὀγδόης τῇ τοιᾷδε βασάνῳ καρτεροῦντες ἦσαν, οὐ φωνὴν ἀφιέντες, οὐ στεναγμὸν, οὐκ ἄλλο τι τῶν ἀγεννῶν ἐπιδεικνύντες οὐδέν· εἶπες ἂν αὐτοὺς ἐν ἀλλοτρίῳ πάσχειν τῷ σώματι, ἢ ἑτέρων πασχόντων αὐτοὺς θεατὰς μόνον εἶναι τῶν γινομένων.

Ζʹ. Ἐν ὅσῳ δὲ τῶν χειρῶν ἀνήρτηντο οὗτοι, πρὸς ἑτέρας ὁ ἡγεμὼν ἀκροάσεις ἠσχόλητο. Εἶτα σχολὴν ἀπὸ τούτων δοὺς ἑαυτῷ προστάττει τῷ κομενταρησίῳ πυνθάνεσθαι τῶν ἁγίων εἰ τῷ τοῦ βασιλέως προστάγματι εἴκουσιν, ὥστε ἀνεθῆναι καὶ τῆς βασάνου. Καὶ τοῦ μὲν διαπυνθανομένου, τῶν δὲ μὴ ἀποκρίνασθαι δυναμένων, ἢ μηδὲ βουλομένων, κατενεχθέντας τῇ ἐνδοτέρᾳ φυλακῇ κατακλεισθῆναι κελεύει, σκοτεινῷ λάκκῳ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν οὔσῃ καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ τοὺς πόδας ἕως τῆς ἐπιγινομένης διασφαλισθῆναι τῷ ξύλῳ. Τῆς δὲ ἡμέρας ἄρτι διαφαινούσης, τῶν ἀπὸ τοῦ ξύλου μὲν δεσμῶν οἱ πόδες ἀνεῖντο, τῇ δὲ τῆς εἱρκτῆς εἰσόδῳ φραγμὸς ἐπετέθειτο, ὡς μηδὲ ἀκτῖνα ἡλιακὴν ὑπεισδύεσθαι. Παρήγγελτο δὲ καὶ τοῖς φύλαξι μηδὲ ἄρτου τι τρύφος, μὴ σταγόνα μικρὰν ὕδατος ἐπὶ τρεῖς ὅλας ἡμέρας αὐτοῖς ἐπιδοῦναι, ὥστε τὸ ἀπὸ τοῦδε εἱρκτὴ ζοφώδης καὶ ἀσιτία μακρὰ ἡ καταδίκη τοῖς μάρτυσιν. Ἐπεὶ δὲ ἡ τρίτη παρῆν, περί που τὰς τοῦ μηνὸς Αὐγούστου ἀρχὰς ἡ μὲν τῆς φυλακῆς εἴσοδος διηνοίγετο, οἱ δὲ εἴχοντο ἐν αὐτῇ ἕως δεκάτης τοῦ Νοεμβρίου. Εἶτα τῷ ἑαυτοῦ βήματι παρίστησε τούτους ὁ δικαστής· καὶ, Οὐδὲ ὁ τοσοῦτος, φησὶ, χρόνος παρέσχεν ὑμῖν μεταβουλεύσασθαί τι σωτήριον; Οἱ δὲ, Τὸ μὲν δοκοῦν ἡμῖν, εἶπον, ἤδη πολλάκις σοι παρεστήσαμεν· σὺ δὲ τὰ προστεταγμένα σοι ποίει. Καὶ ὁ ἡγεμὼν θατέρῳ τοῖν ποδοῖν εὐθὺς κατὰ γόνυ τὸν Σαμωνᾶν κλιθῆναι προστάττει, καὶ σιδηροῦν δεσμὸν ἐμβληθῆναι τῷ γόνατι· οὗ δὲ γεγονότος τοῦτον μὲν κατὰ κεφαλῆς τοῦ κεκλιμένου ποδὸς ἀναρτᾷ, ἄχθει τὸν ἕτερον ἀμυθήτου σιδήρου καθέλκων, καὶ διασπαράξαι ταύτῃ τὸν ἀθλητὴν μηχανώμενος· ὅτε καὶ τῆς κοτύλης τῇ βίᾳ ἑαυτῆς ἕδραν ἀπολιπούσης χωλεύειν, οὕτω τῷ Σαμωνᾷ περιίστατο. Τὸν δὲ Γουρίαν διὰ τὸ ἀσθενικὸν εἶναι καὶ ὕπωχρον, ἀτιμώρητον εἴα, οὐκ εὐμενὲς προσβλέψας, οὐκ οἶκτον τῆς ἀσθενείας λαβὼν, ἀλλὰ τιμωρίας μᾶλλον ἐπιθυμίᾳ τὴν φειδὼ ποιησάμενος· μὴ λάθῃ γὰρ, φησὶ, προαναλωθεὶς τῶν κολάσεων.

Ηʹ. Ὥρα μὲν δὴ τῆς ἡμέρας ἀναρτωμένῳ δευτέρα τῷ Σαμωνᾷ· πέμπτη δὲ ἤδη παρῆν, καὶ μετέωρος οὗτος ἦν. Οἵ τε περιεστηκότες στρατιῶται συμπαθείᾳ τὰ σπλάγχνα ἐβάλλοντο καὶ πεισθῆναι τῷ τοῦ βασιλέως προστάγματι παρεκάλουν. Ἀλλ' ὁ τῶν ἁμαρτωλῶν ἔλεος τὴν κεφαλὴν οὐκ ἐλίπαινε

τοῦ ἁγίου· ἐκεῖνος γὰρ, καίτοι πικρῶς πιεζόμενος (A) ὑπὸ τῆς βασάνου, ἀλλ' οὖν αὐτοὺς μὲν οὐδὲ ἀποκρίσεως ἠξίου τινὸς, οἰμώζειν ἐῶν, καὶ ἑαυτοὺς μᾶλλον ἐλέους, οὐκ ἐκεῖνον ἡγεῖσθαι ἄξιον· εἰς οὐρανὸν δὲ τὸ ὄμμα διάρας, τῷ Θεῷ ἐκ βάθους τῆς καρδίας προσηύχετο, καὶ τῶν ἐξ αἰῶνος αὐτὸν ἐμίμνησκε θαυμασίων, Κύριε ὁ Θεὸς, λέγων, οὐ καρδίαν πλατύνας τῷ Δαυῒδ ἐν ταῖς θλίψεσιν, ὁ τῷ προφήτῃ Δανιὴλ κατὰ λεόντων ἰσχὺν δεδωκὼς, ὁ τοὺς Ἀβραμιαίους παῖδας τυράννου νικητὰς καὶ φλογὸς ἀναδείξας, αὐτὸς καὶ νῦν, Κύριε, τὸν καθ' ἡμῶν ἔπιδε πόλεμον, ὁ τῆς ἡμετέρας εἰδὼς φύσεως τὴν ἀσθένειαν· πειρᾶται γὰρ ὁ ἐχθρὸς τὸ τῆς σῆς πλάσμα χειρὸς δόξης ἀποστῆσαι τῆς παρὰ σοί. Ἀλλ' αὐτὸς, φιλανθρώπῳ σου ὄμματι εὐμενὲς ἡμῖν (B) ἐπιβλέψας, ἄσβεστον μὲν τὸν λύχνον τῶν σῶν ἐντολῶν ἐν ἡμῖν διατήρησον, τῷ σῷ δὲ φωτὶ τὰς τρίβους ἡμῶν κατεύθυνον, καὶ τῆς ἐν σοὶ ἀπολαῦσαι μακαριότητος καταξίωσον· ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ταύτην μὲν οὖν ἐκεῖνος τῷ ἀγωνοθέτῃ Θεῷ τὴν εὐχαριστίαν ἀνέπεμπε. Τῶν ὑπογραφέων δέ τις παρεστὼς διεχάραττε τὰ λεγόμενα.

Θ'. Καὶ ὁ ἡγεμὼν ἀνεῖναι τῆς τιμωρίας αὐτὸν τῷ κομενταρησίῳ ἐκέλευεν. Ὁ δὲ οὕτω πεποιηκὼς, καὶ μετὰ τῶν συνόντων διαβαστάσας ἀπειρηκότα ἤδη ταῖς ἀλγηδόσιν, ἐν τῇ προτέρᾳ φυλακῇ φέροντες, τῷ ἱερῷ Γουρίᾳ παρατιθεῖσι. Καὶ δὴ πεντεκαιδεκάτην ἀναβαίνοντος τοῦ Νοεμβρίου νυκτὸς οὔσης (C) περὶ ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς, ἀνέστη ὁ ἡγεμών· λαμπάδες τε καὶ δορυφόροι τούτου προῄεσαν. Καὶ τὴν βασιλικὴν λεγομένην καταλαβὼν ὅποιπερ αὐτῷ τὸ δικαστήριον συγκεκρότητο, ἐπὶ τοῦ βήματος σοβαρῶς προκαθέζεται· καὶ τοὺς ἀθλητὰς Γουρίαν καὶ Σαμωνᾶν μεταστέλλεται. Καὶ ὁ μὲν ἧκει μέσος δυοῖν πορευόμενος, καὶ ταῖς ἑκατέρου χερσὶν ὑποστηριζόμενος· ἥ τε γὰρ ἀσιτία ἐπίεζε, καὶ τὸ γῆρας ἐβάρυνε, μόνης αὐτὸν τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος ἀναψυχούσης. Ὁ δὲ Γουρίας καὶ αὐτὸς διαβασταζόμενος ἄγεται, μηδὲ βαδίζειν ὅλως δυνάμενος, ἅτε χαλεπῶς αὐτῷ τοῦ ποδὸς ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ πληγέντος. Πρὸς οὓς ὁ τῆς ἀσεβείας ὑπασπιστὴς, Ἀδείας, ἔφη, λαβόμενοι, περὶ τοῦ λυσιτελοῦς ὑμῖν συνδιεσκέψασθε ἄν· φράσατε οὖν εἴ τι καινότερον ὑμῖν ἔσκεπται, (D) καὶ εἰ μετάνοιά τις εἰσῆλθεν ὑμᾶς ἐπὶ τοῖς προτέροις, καὶ τῇ τοῦ θειοτάτου βασιλέως προστάξει πείθεσθε· οὕτω γὰρ ἂν τῶν τε οἰκείων κτημάτων ὁμοῦ καὶ χρημάτων, ἀλλὰ καὶ τοῦ γλυκυτάτου τοῦδε φωτὸς ἀπολαύσητε. Πρὸς ταῦτα οἱ μάρτυρες, Οὐδεὶς, εἶπον, τῶν εὖ φρονούντων ἀσπάσαιτο τῶν ῥεόντων τὴν ἐν ὀλίγῳ παραμονήν. Ἱκανὸς γὰρ ἡμῖν καὶ ὁ προλαβὼν χρόνος πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῶν καὶ θέαν, καὶ οὐδενὸς τούτων ἐσμὲν ἐν ἐπιθυμίᾳ. Ὃν δὲ νῦν ἡμῖν θάνατον ἐπισείεις, πρὸς ἀθανάτους οὗτος ἡμᾶς διαβιβάσει σκηνὰς, καὶ τῆς ἐκεῖθεν μετασχεῖν παρασκευάσει μακαριότητος.

fecit [8]. Ille enim etsi acerbe premeretur a tormento, ipsos ne ullo quidem dignabatur responso, sinens eos lugere, et se potius, non illum dignum censere misericordia. In cœlum autem tollens oculos, precabatur Deum ex profundo cordis, et ei revocabat in memoriam miracula, quæ a sæculo facta sunt: Domine Deus, dicens, sine quo nec passerculus quidem cadet in laqueum [9]: qui Davidi dilatasti cor in afflictionibus [10]; qui prophetæ Danieli vim dedisti etiam contra leones [11]: qui pueros Abramiæos et tyranni et flammæ victores effecisti [12]; tu quoque nunc, Domine, aspice ad bellum, quod contra nos geritur, qui nostræ naturæ nosti imbecillitatem. Conatur enim inimicus figmentum tuæ dexteræ avertere ab ea quæ est apud te gloria. Sed tu benignis tuis nos intuens oculis, conserva in nobis, quæ exstingui non potest, lucernam tuorum mandatorum: tua autem luce dirige nostras semitas, et dignare nos frui ea, quæ est in te, beatitudine: quoniam es benedictus in sæcula sæculorum. Atque ille quidem agonothetæ Deo emittebat hanc gratiarum actionem: quidam autem scriba, qui aderat, litteris mandavit quæ dicta sunt.

IX. Jussit autem præses commentariensi eum solvere a supplicio. Ille vero cum sic fecisset, et portasset cum iis qui aderant jam doloribus defessum et confectum, in priorem ferentes custodiam, deponunt juxta sanctum Guriam. Cum autem esset Novembris decimus quintus, noctu circiter galli cantum surrexit judex: eum vero præcedebant lampades et satellites: et cum ad basilicam venisset, quæ dicitur, ubi erat judicium, cum magno fastu sedet pro tribunali, et accersit athletas Guriam et Samonam. Et hic quidem venit ambulans in medio duorum et fultus utriusque manibus. Nam et premebat inedia, et gravabat senectus, bona spe solummodo eum refrigerante. Gurias autem ipse quoque portatus ducitur, ut qui nec posset omnino ingredi, utpote quod pes ei fuisset graviter a vinculo sauciatus. Ad quos defensor impietatis: Cum data, inquit, fuerit vobis potestas, de eo quod est vobis conducibile, simul deliberastis. Dicite ergo, an novi aliquid sit a vobis consideratum, et an priorum vos aliqua subierit pœnitentia: et parete jussui divinissimi. Sic enim vestris opibus et possessionibus, quin etiam hac suavissima quoque luce fruemini. Ad hæc martyres: Nemo, inquiunt, qui sapit, magnifecerit parum manere in iis, quæ fluunt. Sufficit enim nobis tempus, quod præcessit, ad usus eorum et aspectum: nec eorum aliquid desideramus. Quam autem mortem nunc nobis intentas, ea nos ad immortalia transmittet tabernacula, et efficiet, ut simus participes ejus, quæ est illic, beatitudinis.

[8] Psal. CXL, 5. [9] Matth. X, 29. [10] Psal. IV, 2. [11] Dan. VI et XIV. [12] Dan. III, 1 seqq.

X. Præses autem : Quæ a vobis, inquit, dicta sunt, nostras aures magna affecerunt tristitia. Ego autem paucis exponam id, quod videtur. Nam si aræ quidem thus imponitis, et imagini Jovis sacrificatis, recte se habuerit, et unusquisque vestrum domum abibit. Sin vero adhuc pergitis imperatoris jussui non parere, amputabuntur vobis omnino capita ; hoc enim vult et statuit magnus imperator. Ad quæ respondens generosissimus Samonas : Si nos, inquit, tanto affeceris beneficio, ut liberemur quidem ab iis quæ hic sunt molestiis, transmittamur autem ad eam, quæ est illic, beatitudinem, quantum in nobis quidem situm est, tibi reddetur merces ab eo qui nostra dispensat ad id, quod est utile. Ad hæc cum respondisset præses, ut videbatur, benignius, et dixisset : Ego toleranter hucusque tuli, longas illas sustinens orationes, ut mora temporis mutati, traduceremini ad id quod est utile, et supplicium mortis non subiretis. Qui morti, quæ est ad tempus, inquit Smonaas, se tradunt propter Christum, clarum est fore ut ii liberentur ab æterna. Qui enim mundo moriuntur, vivunt in Christo. Nam Petrus quoque, qui resplendet in choro apostolorum, cruce fuit condemnatus et morte ; et filius tonitrui Jacobus, ab Herode Agrippa fuit interfectus gladio [13]. Quinetiam Stephanus quoque fuit appetitus lapidibus, qui primus percurrit stadium martyrii [14]. Quid autem dixeris de Joanne ? an ne ejus quidem admittes egregiam illam constantiam, et loquendi libertatem, quod mori maluerit, quam cubilis tacere impudicitiam : adultera vero ejus caput acceperit præmium saltationis [15] ?

XI. Rursus autem præses : Non ut vestros, quos dicitis, sanctos enumeretis, vos fero toleranter, sed ut, mutato consilio, jussis cedentes imperatoris, ab acerbissima morte liberemini. Si enim sitis nimium audaces et insolentes, quid aliud, quam vos majora excipient supplicia, quibus oppressi, vel inviti facietis id quod nos exigimus ? quo tempore nec omnino quidem poteritis refugium habere ad misericordiam? Nam quod fit per vim, ne potest quidem provocare ad commiserationem, quomodo contra quod sponte fit, est dignum misericordia. Christi autem confessores et martyres dixerunt : Non opus est multis verbis. Ecce enim nos sumus tibi præsto ad omnia subeunda supplicia. Quod ergo tibi fuit imperatum, ne differas exsequi. Nos enim Christi veri Dei sumus adoratores, et rursus dicimus : Cujus regni non erit finis. Qui etiam potest solus vicissim glorificare eos, qui ejus nomen glorificant [16]. Interim autem dum hæc dicerentur a sanctis, præses tulit in eos sententiam, ut mortem subirent gladio. Illi vero lætitia, quæ verbis non potest explicari, affecti : Te vere decet gloria et laudatio, qui es Deus universorum clamabant : quod tibi pla-

A Ι′ Ὁ δὲ ἡγεμὼν, Τὰ παρ' ὑμῶν, ἔφη, λεχθέντα πολλὴν τῆς ἡμετέρας ἀκοῆς τὴν ἀηδίαν κατέχεεν. Ἐγὼ δὲ τὸ δοκοῦν ἐν βραχεῖ παραστήσω. Εἰ μὲν γὰρ ἐπιτίθετε τῷ βωμῷ λιβανωτὸν, καὶ θύετε τῇ τοῦ Διὸς εἰκόνι, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ ἕκαστος οἴκαδε ἀπελεύσεται · εἰ δὲ καὶ ἔτι περὶ τὴν τοῦ κρατοῦντος πρόσταξιν ἀπειθεῖτε, τὰς κεφαλὰς πάντως ἀποτμηθήσεσθε · τοῦτο γὰρ καὶ βασιλεὺς ὁ μέγας βούλεται καὶ νομοθετεῖ. Πρὸς ἅπερ ὁ γενναιότατος ὑπολαβὼν Σαμῶνας · Εἰ τοιαῦτα, εἶπεν, εὐεργετήσεις ἡμᾶς, ὡς ἀπαλλαγῆναι μὲν τῶν ἐνταῦθα λυπηρῶν, πρὸς δὲ τὴν ἐκεῖθεν διαβῆναι μακαριότητα, ἀποκείσεταί σοι τό γε ἐφ' ἡμῖν καὶ μισθὸς παρὰ τοῦ τὰ ἡμέτερα πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομοῦντος. Πρὸς ταῦτα τοῦ ἡγεμόνος φιλανθρωπότερόν τι τῷ δοκεῖν ἀποκριναμένου,
B καὶ εἰρηκότος, ὡς Ἐγὼ διὰ τοῦτο μᾶλλον μακροθύμως ἤνεγκα μέχρι καὶ νῦν τῶν μακρῶν ἐκείνων ἀνεχόμενος λόγων, ὡς ἂν τῇ τοῦ χρόνου παρατάσει πρὸς τὸ λυσιτελὲς μεταβάλητε, καὶ μὴ τὴν τοῦ θανάτου ὑπόσχητε τιμωρίαν. Οἱ τῷ προσκαίρῳ θανάτῳ, φησὶν ὁ Σαμωνᾶς, ἑαυτοὺς παραδιδόντες διὰ Χριστὸν, εὔδηλον ὡς τοῦ αἰωνίου ῥυσθήσονται· οἱ γὰρ τῷ κόσμῳ θνήσκοντες ἐν Χριστῷ ζῶσιν. Ἐπεὶ καὶ Πέτρος ὁ τοῦ τῶν μαθητῶν ἐκλάμπων χοροῦ σταυρὸν κατεκρίθη καὶ θάνατον · ὅ τε τῆς βροντῆς υἱὸς Ἰάκωβος, μαχαίρᾳ ὑπὸ Ἡρώδου ἀνῃρέθη τοῦ καὶ Ἀγρίππα· καὶ Στέφανος δὲ τοῖς λίθοις, πρῶτος διαδραμὼν τοῦ μαρτυρίου τὸ στάδιον. Τί δ' ἂν εἴποις περὶ Ἰωάννου; ἢ μηδὲ τοῦτον τῆς καλῆς
C ἐκείνης ἐνστάσεως καὶ παῤῥησίας ἀποδέχῃ, ὅτι θανεῖν εἵλετο μᾶλλον ἢ σιωπᾷν ἐπὶ κοίτης ἀκολασίᾳ, μοιχαλὶς δὲ τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν ἆθλον τῆς ὀρχήσεως εἴληφε;

ΙΑ′. Καὶ ὁ ἡγεμὼν αὖθις, Οὐχ .να τοὺς καθ' ὑμᾶς, ὥς φατε, ἁγίους ἀπαριθμήσησθε, οὐ διὰ τοῦτο ὑμῶν ἀνέχομαι μακροθύμως, ἀλλ' ὅπως μεταβουλευσάμενοι, καὶ τῇ βασιλικῇ ῥοπῇ εἴξαντες, τοῦ πικροτάτου τέλους ἀπαλλαγῆτε. Θρασυνομένους γὰρ ὑμᾶς τί γε ἄλλο ἢ μείζονες παραλήψονται κολάσεις, αἷς δήπουθεν πιεζόμενοι καὶ ἄκοντες τὸ παρ' ἡμῶν ἀπαιτούμενον ἔσεσθε ποιοῦντες, ἡνίκα πάντως οὐδὲ καταφυγεῖν πρὸς οἶκτον δυνήσεσθε; τὸ γὰρ ἐν τούτοις βίᾳ γινόμενον οὐδὲ τὸν ἔλεον ἐκκαλεῖσθαι δύναται, ὥσπερ τοὐναντίον ἐλέους ἄξιον τὸ
D αὐθαίρετον. Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ ὁμολογηταὶ καὶ μάρτυρες, Οὐ χρεία πολλῶν, ἔφησαν, λόγων· ἰδοὺ γάρ σοι πρὸς πᾶσαν αἰκίαν ἡμεῖς ἕτοιμοι. Ὃ οὖν προσετάγη; πράττειν μὴ ἀναβάλλῃ. Χριστοῦ γάρ ἐσμεν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ προσκυνηταὶ, καὶ πάλιν φαμὲν, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος, ὃς καὶ ἀντιδοξάζειν δύναται μόνος τοὺς τὸ αὐτοῦ δοξάζοντας ὄνομα. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα παρὰ τῶν ἁγίων ἐλέγετο, ὁ ἡγεμὼν τὴν κατ' αὐτῶν ἐξῆγεν ἀπόφασιν, ὥστε τὸν διὰ ξίφους θάνατον ὑποστῆναι. Οἱ δὲ ἡδονῇ ἀφράστῳ ληφθέντες · Σοὶ δόξα πρέπει ὄντως καὶ αἴνεσις τῷ τῶν ὅλων, ἐβόων, Θεῷ, ὅτι τὸν προκείμενον ἡμᾶς ἀγῶνα τελέσαι ηὐδόκησας, ὡς

[13] Act. xii, 2. [14] Act. vii, 1 seqq. [15] Matth. xiv, 1-12. [16] I Reg. ii, 30.

ἂν καὶ τῆς ἀθανάτου παρὰ σοὶ λαμπρότητος κατα- A ξιωθῶμεν.

ΙΒ'. Ἐπεὶ οὖν τὸ ἀμετάθετον τοῦ φρονήματος αὐτῶν ὁ ἡγεμὼν ἐθεάσατο, καὶ ὅπως ἐν ἀγαλλιάσει ψυχῆς τὴν τελευταίαν ψῆφον ἐδέξαντο, πρὸς μὲν τοὺς ἁγίους, Ὁ Θεὸς τῶν γινομένων ἐπόπτης, ἔλεγεν, ἔστω, ὡς οὐ δι' ἐμοῦ τὴν ὑμῶν τελείωσιν ἐβουλόμην γενέσθαι, ἀλλὰ τὸ ἀπαραίτητον τῆς τοῦ κρατοῦντος ἐπιταγῆς πρὸς τοῦτό με καὶ ἄκοντα συνελάσετο. Τῷ δὲ σπεκουλάτωρι κελεύει τοὺς μάρτυρας παραλαβεῖν, ἐπ' ὀχήματός τινος ἀναβιβάσαι, καὶ πόῤῥω τοῦ ἄστεως μετὰ στρατιωτῶν ἀπαγαγεῖν, κἀκεῖσε τὸ διὰ ξίφους αὐτοῖς τέλος ἐπενεγκεῖν. Καὶ ὃς διὰ τῆς Ῥωμανησίας πύλης τοὺς ἁγίους νύκτωρ ἐξαγαγών, ἡνίκα μάλιστα τοὺς κατὰ B τὴν πόλιν ὕπνος εἶχε, κατὰ τὸ πρὸς ἄρκτον τῆς πόλεως, εἰς τὸ Βιθελαχιχλᾶ ὄρος ἀπάγει. Οἱ δὲ ἐν τῷ τόπῳ γενόμενοι ἐν εὐφροσύνῃ καρδίας καὶ ἀνδρείῳ ψυχῆς παραστήματι, τοῦ ὀχήματος ἀποβάντες τὸν σπεκουλάτωρα καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν καιρὸν ᾔτουν εἰς προσευχὴν, καὶ ἐλάμβανον. Ὥσπερ γὰρ οὐχ ἱκανῶν ὄντων τῶν βασάνων καὶ τοῦ αἵματος ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβεύειν, διὰ μετριοφροσύνης ὑπερβολὴν ἔτι καὶ προσευχῆς ἐδέοντο. Τὸ ὄμμα τοίνυν εἰς οὐρανοὺς ἀνατείναντες, καὶ ἐκτενῶς προσευξάμενοι· Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετ' εἰρήνης δέξαι τὰ πνεύματα ἡμῶν, τελευταῖον εἶπον. Καὶ ὁ Σαμωνᾶς, ἐπιστραφεὶς πρὸς τὸν σπεκουλάτωρα. Τὸ κελευσθὲν, εἶπε, πλήρωσον· καὶ τὸ γόνυ κλίνας ἅμα Γουρίᾳ τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνονται, πεντεκαιδεκάτην τότε τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ἄγοντος. Τὰ μὲν δὴ τῶν μαρτύρων τοιαῦτα.

ΙΓ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν τρίτον ὁ ἀριθμὸς ἐζήτει, ὡς ἂν κἀν τούτοις ἡ Τριὰς δοξασθῇ, εὗρεν, εὖγε τῆς ἀρίστης προνοίας! τῷ χρόνῳ μὲν ὕστερον Ἄβιβον, τὴν αὐτὴν δὲ τοῖς προλαβοῦσιν ὁδὸν ἀνῦσαι προῃρημένον, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἡμέραν τοῦ μαρτυρίου τελειωθέντα. Ὁ μέγας τοίνυν ἐν μάρτυσιν Ἄβιβος, τῆς αὐτῆς μὲν ἐκείνοις πατρίδος, ἀπὸ Θελσαίης τῆς κώμης ὡρμᾶτο, τῷ ἱερῷ δὲ τῆς διακονίας κεκόσμητο χρίσματι. Λικιννίου δὲ τῶν σκήπτρων τῆς Ῥωμαίων ἐπειλημμένου καὶ Λυσανίου τὴν τῆς Ἐδέσσης ἡγεμονίαν ἐγχειρισθέν- D τος, διωγμὸς κατὰ Χριστιανῶν καὶ αὖθις ἠγείρετο, καὶ πρὸς Ἄβιβον ὁ πᾶς κίνδυνος περιΐστατο. Περιῄει γὰρ οὗτος τὴν πόλιν τὰς θείας ἅπαντας ἐκπαιδεύων Γραφὰς καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἐκθύμως ἐπιστηρίζων. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἰς..... ἧκε τῷ Λυσανίᾳ, Λικιννίῳ τῷ βασιλεῖ παρ' αὐτοῦ γνωρίζεται. Ἔσπευδε γὰρ ὅπως τὴν κατὰ Χριστιανῶν καὶ μάλιστα τοῦ Ἀβίβου τιμωρίαν ὑπ' ἐκείνου ἐπιτραπείη· οὐδὲ γὰρ ἦν αὐτῷ πρότερον ἐπιτετραμμένον, ὃς γράμμασι τούτῳ τὸν Ἀβίβου θάνατον ἐπιτρέπει. Ἀναδοθέντων γραμμάτων τῷ Λυσανίᾳ, ζήτησις τοῦ Ἀβίβου, πανταχοῦ γίνεται. Καὶ αὐτὸς κατά τι

cuerit, ut susceptum certamen peragеremus, ut a te quoque immortalem splendorem assequamur.

XII. Cum ergo vidisset præses immutabilem eorum constantiam, et quemadmodum in animæ exsultatione extremam accepissent sententiam, sanctis quidem, Deus, inquit, eorum, quæ fiunt, sit inspector, quod non per me volebam vos vitæ finem accipere, sed inexorabilis jussus me ad id cogit imperatoris. Spiculatori autem jubet accipere martyres, et in curru imponere, et procul a civitate abducere cum militibus, et eis illic finem afferre gladio. Ille autem cum per portam Romanensem sanctos noctu eduxisset, cum altus sopor teneret cives, ad septentrionalem partem civitatis abducit in montem Bethelabicla. Illi vero cum fuissent in eo loco, et in lætitia cordis et magna animi constantia e vehiculo descendissent, a spiculatore et iis qui sub eo erant tempus ad orationem petierunt, et acceperunt. Perinde enim ac si non sufficerent tormenta et sanguis ad intercedendum pro eis, propter summam modestiam adhuc etiam opus habebant precatione. Cum itaque oculos in cœlum sustulissent, et intense precati essent : Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi : Suscipe in pace spiritus nostros, postremo dixerunt. Samonas autem conversus ad spiculatorem : Exsequere, inquit, id quod est tibi imperatum, cumque genu simul inclinasset cum Guria, C eis amputantur capita decimo quinto Novembris. Atque hoc modo quidem se habuerunt res martyrum.

XIII. Cum autem tertium quoque quæreret numerus, ut in his glorificaretur Trinitas, invenit (o optimam providentiam!) tempore quidem postea Abibum, qui autem idem cum iis qui præcesserant, iter ingredi constituerat, et illo ipso martyrii die fuit consummatus. Magnus ergo inter martyres Abibus, ex eadem quidem, ex qua illi patria, nempe ex Thelsæa vico erat ortus : sacro autem diaconatus fuerat honoratus chrismate. Cum vero Licinius teneret sceptra imperii Romanorum, et Lysanias creatus fuisset præses Edessæ, excitata rursus erat persecutio adversus Christianos, et Abibo universum imminebat periculum. Is enim obibat civitatem, divinas cunctos docens Scripturas, et magno animo confirmans ad pietatem (3). Cum autem hæc venissent ad aures Lysaniæ, ea Licinio imperatori ab eo significantur. Studebat enim, ut ipse ei committeret quæstionem habendam de Christianis, et maxime de Abibo. Neque enim fuerat ei prius commissa. Ille vero, litteris datis, jubet ut morte Abibum afficiat. Litteris ergo redditis Lysaniæ, quæritur ubique Abibus. Ipse autem degebat in quadam parte civitatis, propter

(3) Id muneris diaconis incubuisse testatur S. Cyprian. epist. II edit Pamel. vide Bar. an. 316.

ἐπηγγελμένην ἡμῖν ἀντίδοσιν ἀπιδεῖν βουληθείης, τάχα ἂν μετὰ Παύλου ἐρεῖς, ὅτι « Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. » Ἐπεὶ δὲ μωρίαν τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων ὁ ἡγεμὼν κατεγίνωσκε, καὶ νῦν μὲν θωπεύων καὶ μακροθυμίας προσωπεῖον ὑποδυόμενος, νῦν δὲ ἀπειλῶν καὶ πικρὸν αὐτῷ θάνατον ἐπισείων, πρὸς οὐδέτερον τούτων ὑποδιδόντα ἑώρα· Οὐκ ἀθρόον σοι τὸ τέλος ἐπάξω, πρὸς αὐτὸν ἀπεφήνατο, ἀλλὰ μαλθακῷ πυρὶ κατὰ βραχύ σε διατακέντα τὴν ἀμείλικτον ἀποθέσθαι παρασκευάσω ψυχήν. Εἶπε, καὶ δὴ κατὰ τὸ ἀρκτῷον ἔξω τοῦ ἄστεως τῆς ὕλης συλλεγείσης, ἐπὶ τὴν πυρὰν ἤγετο, ἑπομένης μὲν τῆς μητρὸς, ἑπομένων δὲ καὶ τῶν ἄλλως αὐτῷ προσηκόντων κατὰ συγγένειαν. Ὁ δὲ μετὰ τὸ προσεύξασθαι καὶ πάντας εὐλογῆσαι, μεταδοῦναι δὲ καὶ τοῦ ἐν Κυρίῳ φιλήματος, ἐπειδὴ τὴν ὕλην οἱ πρὸς τὰ τοιαῦτα ὑπηρετοῦντες ἀνῆψαν, ἐμβάλλεται τῷ πυρὶ, διάρας τε τὸ στόμα καὶ τὴν φλόγα δεξάμενος τῷ δεδωκότι τὸ πνεῦμα παρέθετο. Εἶτα τοῦ πυρὸς οἷον ῥαΐσαντος, οἱ προσήκοντες ὀθόνην αὐτῷ πολυτελῆ περιέβαλον, μύροις τε ἤλειψαν καὶ ψαλμοὺς καὶ ὕμνους ὡς προσῆκον ἦν ᾄσαντες παρὰ Σαμωνᾶν καὶ Γουρίαν κατέθεντο, εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, τῆς θείας καὶ ἀδιαιρέτου Τριάδος, ᾗ πρέπει τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. [(1) *Τὸ περὶ τὴν Κέρνη, θαῦμα τῶν ἁγίων.*] Τοιοῦτον μὲν δὴ καὶ ὁ μάρτυς Ἄβιβος ἐπὶ τῶν Λικιννίου καιρῶν εὗρε τὸ τέλος, καὶ τοιαύτης τῆς μετὰ τῶν ἁγίων ἔτυχε καταθέσεως, καὶ οὕτω κατάπαυσιν τῶν διωγμῶν τοῖς εὐσεβέσι διέθετο. Τὸ γὰρ ἀπὸ τοῦδε Λικίννιος μὲν ἐλικμᾶτο τὴν ἐξουσίαν, Κωνσταντίνῳ δὲ τὸ κράτος ἐπήνθει, καὶ τὰ Ῥωμαίων αὐτῷ σκῆπτρα ηὐξάνετο, ὃς πρῶτος ἐν βασιλεῦσιν ἐπαῤῥησιάσατο τὴν εὐσέβειαν, καὶ Χριστιανοῖς τὸ ζῆν ὡς Χριστιανὸς ἐχαρίσατο. Ἀλλ' ὅπως ἂν ἔχοιτε γνῶναι οἵας τῆς χάριτος οἱ μάρτυρες παρὰ Θεοῦ ἔτυχον, διεξελθεῖν ἄνωθεν ἀναγκαῖον.

ΙϚ'. Οὖννοι μὲν οἱ Ἐφθαλῖται Περσῶν ὅμοροι, καὶ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον οἰκοῦντες· τὸ σκαιὸν ἔθνος τουτὶ καὶ βάρβαρον χρόνοις οὐκ ὀλίγοις ὕστερον μετὰ τὴν τῶν μαρτύρων τελείωσιν εἰς τοσοῦτον ἐπέθεντο Ῥωμαίοις, ὡς καὶ μέχρις αὐτῆς Ἐδέσσης ἐλάσαι, καὶ τὰ πέριξ ληΐσασθαι. Οἱ δὲ Ῥωμαίων βασιλεῖς σφόδρα τε ἤμυνον τῇ πόλει, καὶ τὴν στρατιὰν ἐν βραχεῖ πᾶσαν συνέλεξαν, ὥστε ὑπερμαχέσασθαι τῆς Ἐδέσσης, ἀνάλωτον αὐτὴν φυλάξαι βουλόμενοι, καὶ μάλιστα τοῖς τοῦ Χριστοῦ λόγοις θαῤῥοῦντες οἷς ἐπέστειλεν Αὐγάρῳ, ὡς οὐδὲ ἡ πόλις ποτὲ βαρβάροις ἔσται ἁλώσιμος, καὶ τῷ ἐν αὐτῇ πρώτῃ τὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Χριστοῦ ἐκμαγεῖον τῷ Αὐγάρῳ πεμφθῆναι. Ἤλασαν μὲν οὖν παρὰ τὴν πόλιν τὸ Οὐννικὸν, ἑλεῖν αὐτὴν ῥᾳδίως οἰόμενοι· Ῥωμαῖοι δὲ συμμαχίαν Ἐδεσσηνοῖς πέμπουσιν, ὡς

A spem et promissam nobis remunerationem, forte etiam dices cum Paulo: « Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad gloriam, quæ est revelanda in nobis [17]. » Cum autem præses ea quæ dicebantur damnaret stultitiæ, et nunc quidem blandiens et subiens personam patientiæ, nunc vero minans et acerbam ei mortem intentans, neutri eorum eum videret cedere: Non tibi repentinum et totum simul vitæ finem afferam, sententiam ei pronuntiavit: sed te lento igne paulatim liquefactum, efficiam immitem et implacabilem animam deponere. Dixit, et cum versus septentrionem extra civitatem collecta fuisset materia, ducebatur ad rogum, sequente quidem matre, sequentibus autem iis quoque, qui alias cognatione B ad eum attinebant. Ille vero postquam esset precatus, et benedixisset omnibus, et eis osculum dedisset in Domino, accensa autem esset materia ab iis qui ad id serviebant, in ignem injicitur: et cum aperto ore flammam accepisset, apud eum, qui dederat, spiritum deposuit. Deinde cum ignis esset sedatus, qui ad eum attinebant, pretioso linteo eum circumdederunt, et unguentis unxerunt: cumque psalmos et hymnos, ut par erat, cecinissent, prope Samonam et Guriam eum deposuerunt, ad gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti, quæ est divina Trinitas, et in quam non cadit divisio. Quam decet honor et adoratio nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Talem quidem vitæ C finem invenit martyr Abibus tempore Licinii, et talem cum sanctis nactus fuit depositionem, et sic piis attulit requiem a persecutionibus. Nam deinceps quidem Licinio fuit diminuta potentia; Constantino autem floruit dominatio, et creverunt ei sceptra Romanorum: qui primus inter imperatores libere professus est pietatem, et Christianis concessit vivere ut Christianos. Sed ut possitis cognoscere, qualem gratiam martyres apud Deum sunt assecuti, necesse est rem ab alto repetere.

XVI. Hunni quidem Ephthalitæ, Persarum finitimi, et qui ad solem habitabant orientem: hæc gens, inquam, importuna et barbara, non paucis annis post martyrum consummationem, usque adeo D invaserunt Romanos, ut facerent incursiones usque ad ipsam Edessam, et prædas agerent ex agris, qui circa ipsam siti sunt. Romanorum autem imperatores acriter defenderunt civitatem, et brevi totum collegerunt exercitum, ut opem ferrent Edessæ, volentes efficere, ne ea caperetur: et maximo verbis Christi confidentes, quæ scripserat ad Augarum, quod civitas nunquam esset capienda a barbaris: et quod in eam primam Domini nostri et Christi effigies missa sit ad Augarum. Itaque ad civitatem castra moverunt Hunni, putantes se facile eam esse capturos; Romani autem mittunt au-

[17] Rom. VIII, 18.

(1) Inclusa rubris litteris exarata sunt in mss. 1522 et 1549 et in capite sequentium posita.

xilium Edessenis, ne in manus Hunnorum veniret civitas. Cum vero, qui missi fuerant a Romanis, jam venissent Edessam, accidit ut quidam Gotthus inter eos, et moribus barbarus, et mente perniciosus, diversaretur in domo cujusdam mulieris, nomine Sophiæ. Ei autem erat unica filia, nomine Euphemia, viventi in viduitate, et de sola filia sollicitæ. Educabatur ergo matri filia, tanquam germen recens pullulans, temperantiam exercens et virginitatem, et studium adhibens, ne cerneretur a masculorum oculis. Erat autem puella facie decora, et insigni pulchritudine. Cum ergo in ea habitatione diu versatus esset Gotthus, nescio quomodo aspexit puellam, et ita captus fuit ejus amore, ut nusquam mentem alio converteret, quam ad virginem. Personam itaque induens bonitatis, et se amicum esse simulans, abiit ad matrem, et assentationibus conans ei persuadere, et bonorum promissis, ut ei daret filiam in matrimonium. Illa autem graviter ferebat, et animum non adhibebat iis quæ ab ipso dicebantur. Eo vero se insolenter jactante, et valde minitante, illa : Unicam, inquit, quæ mihi est, filiam viro conjungere barbaro nunquam sustinuerim. Ne ergo assenteris, nec mineris. Nam nec me emollies adulationibus, neque minis terrebis. Ille autem pergebat eadem rursus facere, et rursus suam ostendebat impudentiam, et de iisdem assidue cum matre loquebatur. Deinde etiam pretiosa afferebat ad eam ornamenta, et affirmabat eam fore dominam multorum aliorum. Mater autem puellæ ne sic quidem præbebat aurem iis quæ ab ipso dicebantur.

XVII. Deinde illo perseverante, rursus Sophia (cum nescio unde didicisset) : Sunt tibi et filii et uxor, ei respondit : nec ego tibi meam filiam dederim in matrimonium. Ille vero partim quidem amore puellæ victus, partim autem timoris Dei nullam ducens rationem, Deum testatur se nunquam habuisse uxorem, nec filios, sed se ejus filiam velle ducere uxorem, et omnium suorum bonorum eam facere dominam. Vincitur itaque mater puellæ a Gotthi verbis. Quid enim erat factura, cum esset femina, quæ facile decipitur, et sacramentorum audiret examina, et ei metu quateretur animus? Itaque manus in cœlum tollens : Pater orphanorum, et defensor viduarum, Domine et Deus, inquit, ne despexeris hanc puellam, quæ viro ignoto conjungitur. Te enim ejus promissorum accipio inspectorem ; et te freta, unicam meam filiam trado huic peregrino. Et interim scribitur contractus matrimonii, et cum aliquantum temporis Hunni Edessam circumsedissent, socii autem et adjutores urbem defendissent, hostiumque impetum propulsassent, fit puella prægnans ex Gotthi conjunctione. Nondum vero tempus pariendi advenerat, et Hunni quidem, cum nihil potuissent facere eorum quæ speraverant, jam in animo habebant proficisci in patriam, socii autem et adjutores volebant redire Romam. Cum

A μὴ ὑπὸ Οὔννων χειρωθῆναι τὴν πόλιν. Ἐπεὶ δὲ οἱ πρὸς Ῥωμαίων σταλέντες, τὴν Ἔδεσσαν ἤδη κατέλαβον, ἔτυχέ τινα Γότθον ἐν αὐτοῖς, βάρβαρόν τε τὸν τρόπον καὶ τὴν γνώμην ὀλέθριον, ἔν τινος οἴκῳ καταλῦσαι Σοφίας ὄνομα γυναικός. Τῇ δὲ ἦν θυγάτηρ μονογενὴς Εὐφημία, χηρείᾳ τε συζώσῃ, καὶ ἐπὶ μόνῃ τῇ θυγατρὶ σαλευούσῃ. Ἀνήγετο οὖν, ὥς τι νεοθαλὲς ἔρνος ἡ παῖς τῇ μητρὶ, σωφροσύνην τε ἀσκοῦσα καὶ παρθενίαν, καὶ τὸ μὴ ἀῤῥένων ὄμμασι θεαθῆναι διὰ σπουδῆς ἔχουσα. Ἦν δὲ ἡ παῖς ἄρα τὴν ὄψιν εὐπρεπὴς καὶ τὸ κάλλος ἀμήχανος. Ἐπειδὴ τοίνυν συχνὸς ἐν τῇ καταγωγῇ τῷ Γότθῳ χρόνος ἐτρίβετο, οὐκ οἶδ' ὅπως θεᾶται τὴν κόρην, καὶ οὕτως αὐτῆς ἑάλω τῷ ἔρωτι, ὡς μηδὲν κατὰ νοῦν ἕτερον στρέφειν ἢ τὴν παρθένον. B Προσωπεῖον τοιγαροῦν χρηστότητος ὑπελθὼν καὶ φίλος εἶναι ὑποκρινάμενος, ἄπεισι παρὰ τὴν μητέρα, κολακείαις τε αὐτὴν ἐπιχειρῶν πεῖσαι, καὶ ἀγαθῶν ἐπαγγελίαις πρὸς γάμον αὐτῷ ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα. Ἡ δὲ βαρέως τε ἔφερε, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ λεγομένοις ἥκιστα προσεῖχε τὸν νοῦν. Τοῦ δὲ θρασυνομένου καὶ μεγάλα διαπειλοῦντος, ἐκείνη, Τὴν μόνην ἐμοὶ θυγατέρα, ἔφη, βαρβάρῳ συζεῦξαι ἀνδρὶ οὐκ ἂν ἀνασχοίμην ποτέ· μὴ κολάκευε τοίνυν, μηδὲ ἀπείλει· οὔτε γὰρ χαυνώσεις ταῖς κολακείαις, οὔτε φοβήσεις ταῖς ἀπειλαῖς. Ὁ δὲ τῶν ὁμοίων καὶ πάλιν εἴχετο, καὶ πάλιν τὸ ἀναιδὲς ἐπεδείκνυτο, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν ὁπόσαι ὧραι τῇ μητρὶ διελέγετο, εἶτα καὶ κόσμους αὐτῇ πολυτελεῖς προσεκόμιζε, καὶ πολλῶν ἄλλων C ἔσεσθαι κυρίαν διεβεβαίου. Ἡ δὲ τῆς παιδὸς μήτηρ οὐδὲ οὕτω τοῖς παρ' αὐτοῦ λεγομένοις παρεῖχε τὸ οὖς.

ΙΖ'. Εἶτα, ἐκείνου τοῖς προτέροις ἐμμένοντος, αὖθις ἡ Σοφία, οὐδ' οἶδ' ὅθεν μαθοῦσα, Ἔστι σοι καὶ τέκνα καὶ γυνὴ, πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο, καὶ οὐκ ἂν ἐγώ σοι πρὸς γάμον τὴν ἐμὴν παῖδα ἐκδοίην. Ὁ δὲ τοῦτο μὲν τῷ ἔρωτι τῆς κόρης νικώμενος, τοῦτο δὲ καὶ θείου φόβου μὴ φροντίδα ποιούμενος, ἐμαρτύρετο τὸν Θεὸν μηδέ ποτε γυναῖκα μηδὲ τέκνα σχεῖν, ἀλλὰ καὶ εἰς σύζυγον ἀγαγέσθαι τὴν κόρην βούλεσθαι, καὶ τῶν αὐτοῦ πάντων κυρίαν αὐτὴν ποιήσασθαι. Ἡττᾶται τοιγαροῦν ἡ τῆς παιδὸς μήτηρ τῶν τοῦ Γότθου ῥημάτων. Καὶ τί γὰρ ἔμελλε δρᾷν καὶ γυνὴ οὖσα τὸ εὔκολον εἰς D ἀπάτην, καὶ ὅρκων ἑσμοὺς ἀκούουσα, καὶ φόβῳ τὴν ψυχὴν βαλλομένη; Τὰς χεῖρας οὖν εἰς οὐρανοὺς ἀνατείνασα· Ὁ Πατὴρ τῶν ὀρφανῶν, καὶ προστάτης τῶν χηρῶν, Δέσποτα καὶ Θεὲ, ἔφη, μὴ τὴν ὀρφανὴν τήνδε περιίδῃς ἀγνώστῳ συζευγνυμένην ἀνδρί. Σὲ γὰρ τῶν αὐτοῦ ὑποσχέσεων ἔφορον δέχομαι, καί σοι πεποιθυῖα, τὴν μόνην ἐμοὶ παῖδα τῷ ξένῳ τούτῳ ἐκδίδωμι. Οὕτως ἔφη, καὶ μεταξὺ γαμικὰ συμβόλαια γράφονται. Καὶ δή τινα χρόνον τοῖς παρὰ τὴν Ἔδεσσαν τόποις τῶν Οὔννων στρατοπεδευσαμένων, καὶ τῶν συμμάχων τῇ πόλει προσεδρευόντων, καὶ τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον ἀποκρουομένων, ἐγκύμων ἡ κόρη τῇ τοῦ Γότθου γίνεται συναφείᾳ. Οὔπω οὖν ὁ καιρὸς αὐτῇ τῶν ὠδίνων ἐπέστη, καὶ τὸ μὲν Οὐννικὸν, οὐδὲν ὧν ἤλπισεν

ἐργάσασθαι δυνηθὲν, ἀπαίρειν ἤδη πρὸς τὴν οἰκείαν διενοοῦντο· οἱ σύμμαχοι δὲ ἀπιέναι πάλιν πρὸς Ῥώμην ἐβούλοντο. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ Γότθος συναπιέναι Ῥωμαίοις ἡτοίμαστο, ἠνιᾶτό τε ἡ μήτηρ τῷ τῆς παιδὸς χωρισμῷ, καὶ τὰ σπλάγχνα ἐκόπτετο. Ἐντεῦθεν εἴχετο τῆς παιδὸς καὶ συναποδημεῖν τῷ Γότθῳ οὐκ εἴα, κἂν οὐχὶ καὶ κατασχεῖν αὐτὴν ἠδυνήθη νόμῳ γάμου καὶ φύσεως τῷ ἀνδρὶ ἕπεσθαι τῆς γυναικὸς βουλομένης.

ΙΗ'. Ἄρτι τοίνυν ἀποδημοῦντας ἡ μήτηρ παραλαβοῦσα, τὴν τῶν ὁμολογητῶν καταλαμβάνει σορὸν, καὶ πρὸς τὸν Γότθον· Οὐκ ἂν ἐγώ σοι τὴν ἐμὴν παῖδα πιστεύσω, φησὶ, εἰ μὴ, τῆς τιμίας σοροῦ τῆσδε τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ παθόντων ἀψάμενος, ἐγγυητάς μοι τούτους παράσχῃς μὴ μόνον μηδέν B τι πρὸς τὴν παῖδα λυπηρὸν διαπράξασθαι, ἀλλὰ καὶ πάσης αὐτὴν ἀξιῶσαι τῆς θεραπείας. Καὶ ὁ Γότθος εὐθὺς, ὥσπερ τὸ πάντων εὐκολώτατόν τε καὶ ἀφοβώτατον δράσειν ἐπιτραπεὶς· Ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, ἅγιοι, τὴν κόρην, εἶπε, παραλαμβάνω, καὶ τῇ μητρὶ ἐγγυητὰς ὑμᾶς δίδωμι ὡς οὐδ' ὁτιοῦν αὐτῇ παρ' ἐμοῦ γενήσεται λυπηρὸν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ πρὸς πᾶν ὅ τι βούλοιτο, ἕτοιμον ἕξει με πληροῦντα ταύτῃ τὰ καταθύμια. Οὐ ταῦτα μόνον ὁ ἀλιτήριος, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν μεγάλην τοῦ Θεοῦ δύναμιν ὄμνυσι τὰς ὑποσχέσεις ἐπὶ τῶν ἔργων φυλάξαι. Δεξαμένη τοίνυν ἡ μήτηρ τὸν ὅρκον· Ὑμῖν, ἅγιοι, τὴν παῖδα μετὰ Θεὸν ἀνατίθεμαι, καὶ δι' ὑμῶν τῷ Γότθῳ, τοῖς μάρτυσιν, ἐπεβόησεν. Ἐπὶ τούτοις εὐξάμενοι τῷ Θεῷ, καὶ ἡ μήτηρ τὴν παῖδα περιβα- C λοῦσα καὶ περιπτυξαμένη τὰ ποθεινότατα, αὐτὴ μὲν οἴκαδε ἐπανῄει, ὁ δὲ Γότθος τῆς ὁδοῦ μετὰ τῆς παιδὸς εἴχετο. Εἶτα τὴν χώραν ἧς ὁ Γότθος ὥρμητο καταλαβόντες, ἐπεὶ ἤδη πρὸς τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἤγγιζον οἰκίαν, ἐπιλαθόμενος μὲν ὁ δεινὸς ἐκεῖνος τῆς πρὸς τὴν γυναῖκα στοργῆς, καταφρονήσας δὲ ὅρκων καὶ συνθηκῶν, τὸν τοῦ Θεοῦ τε φόβον ἀφ' ἑαυτοῦ ποιησάμενος, ὢ μέχρι πόσου προήκει κακία! ἀφαιρεῖ μὲν αὐτῆς τὰ ἱμάτια, προσαφαιρεῖται δὲ καὶ τὸν χρυσὸν, ῥάκος τε αὐτὴν οἷα δούλην ἀτίμως περιβαλὼν, Ἐμοὶ, εἶπεν, ὦ γύναι, καὶ τέκνα εἰσὶ καὶ γυνή· διὸ καὶ δούλην αἰχμάλωτόν σε αὐτὴν κάλει, καὶ πρὸς τὴν ἐμὴν γυναῖκα, πᾶσαν ἔσο φυλάττουσα τὴν ὑποταγὴν, ὡς κυρίαν αὐτὴν καὶ τιμῶσα καὶ ὀνομάζουσα. Εἰ γὰρ ἔκφορα τὰ ἡμέτερα θήσεις, ἢ καὶ τῷ τῆς ἐμῆς συζύγου θελήματι ἀπειθήσεις, θάνατον ἕξεις τὴν τιμωρίαν.

ΙΘ'. Τί πρὸς ταῦτα παθεῖν οἴεσθε γυναῖκα γυμνω- D θεῖσαν μὲν μητρὸς, γυμνωθεῖσαν δὲ πατρίδος, φίλων πάντων καὶ συγγενῶν, καὶ πρὸς μόνην τὴν ἐκείνου ψυχὴν βλέπουσαν, τοιοῦτόν τε τὸ πέρας τῶν μακρῶν ἐκείνων ἐλπίδων ἰδοῦσαν; Πάντως, εἰ μὴ λίθος ἦν, εἰ μὴ σίδηρος, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀψύχων, πληγεῖσαν τῷ ἀνελπίστῳ τῆς ἀκοῆς, εὐθὺς τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι, ἀλλ' οἱ τῆς μητρὸς ἐγγυηταὶ ταύτην ἔσωζον, οὓς εἰλήφει ἐκείνη παρὰ τοῦ Γότθου ἐπὶ κακῷ μὲν τῆς μιαρᾶς αὐτοῦ κεφαλῆς, δείγματι δὲ τῆς μεγίστης αὐτῶν χάριτος. Μέγα τοίνυν στενάξασα καὶ βύθιον ἀπὸ τῆς ψυχῆς· Σοὶ, Κύριε, εἶπε, καὶ τῷ σῷ ἀφάτῳ ἐλέει ἐπὶ πᾶσι τούτοις εὐχαριστῶ. Εἶτα καὶ πρὸς τὸν Γότθον ἐπιστραφεῖσα, Εὖγέ σοι,

A ergo Gotthus quoque paratus esset simul abire cum Romanis, et cruciaretur mater filiæ separatione, eique scinderentur viscera, apprehendit puellam, nec sinebat eam cum Gottho discedere, etiamsi eam non poterat retinere, cum lege matrimonii et naturæ vellet sequi maritum.

XVIII. Cum jam ergo abirent, mater eos assumens, accedit ad capsam confessorum, et dicit Gottho: Ego tuæ fidei meam filiam non committam, nisi tangens hanc pretiosam capsam eorum qui pro Christo passi sunt, eos dederis mihi fidejussores, quod non solum ei nihil sis molesti facturus, sed etiam ejus, quam par est, curam sis gesturus. Gotthus autem protinus, tanquam jussus facere id, quod esset omnium facillimum, et omni penitus metu vacuum: A manibus vestris, inquit, o sancti, accipio puellam: et vos do matri fidejussores, quod ei a me nihil fiet molesti, sed me potius habebit paratum ei implere, quæcunque volenti erunt cordi. Nec hæc solum sceleratus, sed magnas quoque jurat Dei vires, se promissa reipsa conservaturum. Mater ergo, accepto jurejurando, sanctis acclamavit martyribus: Vobis, o sancti, meam filiam post Deum committo, et per vos Gottho. Post hæc Deum precati, mater quidem amantissime filiam amplexa, domum revertitur; Gotthus autem iter init cum puella. Deinde cum venissent in regionem, ex qua ortus erat Gotthus, et jam essent prope ejus domum, oblitus quidem vir iste inhumanus amoris in uxorem, contempto vero jurejurando et pactis conventis, et Dei metu procul a se amandato, (o, quousque procedit vitium!) ei quidem aufert vestes, aurum quoque ei aufert: eaque tanquam serva pannis turpiter induta: Mihi, inquit, o mulier, sunt liberi et uxor. Quamobrem voca te ancillam bello captam, et te meæ uxori omnibus modis submitte, et ei morem gere, eam tanquam dominam honorans et nominans. Si enim, quomodo se habeant res nostræ, enuntiaveris, aut etiam meæ uxoris voluntati non parueris, erit tibi mors supplicium.

XIX. Quomodo his affectam censetis fuisse mulierem, quæ matre quidem erat privata, privata autem patria omnibusque amicis et cognatis, et ad illius solam aspiciebat animam, et quæ longæ illius spei talem viderat exitum? Omnino si non esset lapis, si non ferrum, aut aliquid aliud inanimum, iis quæ præter spem acciderant, auditis perculsa, protinus emisisset animam; sed eam conservabant matris fidejussores, quos illa a Gottho acceperat, ad malum quidem exsecrandi ejus capitis, ad ostendendam autem maximam eorum gratiam. Valde ergo ingemiscens, et suspirans ex profundo cordis: Tibi, aiebat, o Domine, et ineffabili tuæ misericordiæ propter hæc omnia ago gratias. Deinde etiam ad Gotthum conversa: Bene tibi sit, inquit,

μὴ ἀληθῆ λέγειν αὐτὴν ἰσχυρίζετο· προετρέπετο δὲ ὡς δούλῃ κεχρῆσθαι, Τοῦτό σε πιστώσεται, λέγων, μηδέποτε ταύτῃ συνελθεῖν ἐμέ. Οὐδὲ γὰρ ἄν σοι πάντως εἰς ἐξουσίαν οὕτως ἐδέδοτο· κιρνῶσι γὰρ φιλίας, οὐ διιστῶσιν οἱ ἔρωτες.

ΚΑ'. Τότε τοίνυν ὁ ἐκ πολλοῦ τῷ ἀνθρωπείῳ γένει πολέμιος, τὴν τοῦ Γότθου σύζυγον ὑπελθὼν, ἐξέμηνε κατὰ τοῦ παιδὸς, καὶ διὰ τοῦτο πόνον τε συνελάμβανε, καὶ ἀνομίαν ἀπέτικτε, καί τι δηλητήριον ὑπὸ κόλπον αὐτῆς ἐνθεμένη τὴν μὲν τοῦ παιδὸς μητέρα κατά τινα δῆθεν χρείαν τῆς οἰκίας ἐκπέμπει. Καὶ ἡ μὲν ἔξεισιν ἀνύσαι τὸ προσταχθέν· ἡ δὲ τῷ τοῦ παιδὸς στόματι ἐμβάλλει τὸ δηλητήριον, καὶ τῷ δηλητηρίῳ θάνατος εὐθὺς ἠκολούθει. Ἐπανελθοῦσα τοίνυν μετ' ὀλίγον ἡ μήτηρ, καὶ νεκρὸν μὲν τὸ παιδίον εὑροῦσα, περικεχυμένον δὲ τοῖς χείλεσιν ἐκείνου τὸ δηλητήριον, πλήττεται μὲν τὴν καρδίαν, καὶ πάσχει τὴν ψυχὴν ἰσχυρῶς· κρύπτει δὲ ὅμως τὸ πάθος ἐν ἀποῤῥήτῳ, τὸ μὲν ὡς μήτηρ παθοῦσα, τὸ δὲ ὡς νουνεχὴς φυλάξασα. Εἶτα κώδιον ἐρέας λαβοῦσα, καὶ τὸ στόμα τοῦ βρέφους ἐκμάξασα παρ' ἑαυτῇ κατεῖχε τὸ ἔριον, γνῶναι διὰ τῆς πείρας τἀληθὲς βουλομένη. Μετὰ γοῦν ἡμέρας ὀλίγας τῶν φίλων καὶ συγγενῶν τινας ἐπὶ δεῖπνον τοῦ Γότθου παραλαβόντος, ἁρπάζει τὸν καιρὸν ἡ κόρη καὶ τῇ κύλικι ἐναποπλύνει τὸ ἔριον, τοῦ Γότθου τὸ τῇ γυναικὶ ἀναδίδωσι, τἀληθὲς, ὥσπερ ἔφην, μαθεῖν βουλομένη εἴτε φαρμάκῳ τὸν παῖδα ἐζημιώθη, εἴτε καὶ καιρίῳ θανάτῳ τοῦτον ἀπέβαλεν. Ὤετο μὲν γὰρ ὡς, εἰ πιοῦσα τοῦ φαρμάκου ζήσοι, εὔδηλον ὅτι μηδὲ ὁ παῖς φαρμάκῳ ἀνῄρητο· εἰ δὲ καὶ τοῦτο αὐτὴν ἀνέλοι, ἐκεῖνο πείσεται πάντως, ὅπερ αὐτὴ δέδρακεν. Ἐπεὶ οὖν ἡ τοῦ Γότθου γυνὴ μηδὲν πονηρὸν ὑφεώρα μηδὲ ὑπώπτευε δεξαμένη, πίνει τὴν κύλικα, καὶ εὐθὺς ἐπέστρεφεν ὁ πόνος εἰς κεφαλὴν, καὶ ἐπὶ κορυφὴν ἡ ἀδικία αὐτῆς κατέβαινεν, εἰς βόθρον τε ἐνέπιπτεν ὃν εἰργάσατο, καὶ ἐν παγίδι ᾗ ἔκρυψε δικαίως συνελαμβάνετο. Ἔκειτο μὲν οὖν ἐκτάδην νεκρὰ, τοὺς καρποὺς ἀξίους τῶν πόνων κομισαμένη· ἀθυμία δὲ τὸν Γότθον, τοὺς προσήκοντας, τοὺς ἐπιτηδείους κατεῖχεν· ὅλον ἐπλήρου τὸν οἶκον ἀηδία, στυγνότης, κατήφεια ἐπὶ τῇ ἀώρῳ ταύτῃ τῆς γυναικὸς τελευτῇ. Ἀλλ' ὅμως καὶ θρηνεῖται παρ' αὐτῶν τὰ εἰκότα, ταφῆς τε λαμπρᾶς ἀξιοῦται, καὶ πολυτελῶς κατατίθεται.

ΚΒ'. Ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν ταφὴν ἑπτὰ παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ἱκανῶς περὶ τὸ πάθος ἠσχόληντο, ἔννοιά τις αὐτοῖς γίνεται τῇ τῆς αἰχμαλώτιδος ἐπιβουλῇ τεθνάναι τούτοις τὴν συγγενῆ. Ἐντεῦθεν ἐβούλοντο μὲν αὐτὴν παραδοῦναι τῷ ἡγεμόνι, ὅπως ὑπ' ἐκείνου ἀναιρεθείη· οὐ γὰρ ἐξῆν αὐτοῖς ἀνθρώπῳ σίδηρον ἐπιτρέπειν· ἐπεὶ δὲ ἀποδημῶν οὗτος ἔτυχεν, αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς συνδιασκεψάμενοι, ἐν ᾧπερ ἡ τοῦ Γότθου σύζυγος ἐντέθαπτο μνήματι τό γε νῦν ἔχον αὐτὴν κατακλείουσι, λίθῳ τε τραχεῖ τὸν τάφον διασφαλίζονται, καὶ φύλακας αὐτῷ ἐφιστᾶσι. Προσβαλούσης δὲ αὐτῇ τῆς τοῦ νεκροῦ δυσωδίας, πολλῆς ἀναπλησθεῖσα τῆς ἀηδίας· Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἡ παῖς ἔλεγεν, ὁ τὰ τῶν σῶν

A ancilla, dicens : Hoc fidem faciat, me nunquam cum ea esse congressum. Neque enim a me unquam omnino in tuam tradita fuisset potestatem. Amicitias enim conjungunt amores, non disjungunt.

XXI. Tunc autem qui longo abhinc tempore humano generi est inimicus, Gotthi uxorem subiens, eam adversus infantem furore concitavit, et propterea concepit laborem, et peperit iniquitatem, et cum quoddam venenum in sinum immisisset, pueri quidem matrem emittit ad faciendum aliquid, quod erat opus. Et ea quidem egreditur ad exsequendum id quod fuerat imperatum; illa autem venenum immittit in os pueri, et venenum B mors statim est consecuta. Paulo post ergo reversa mater, cum infantem quidem invenisset mortuum, illius vero labris infusum venenum, in corde quidem sauciatur, et gravi animi dolore afficitur, eum tamen celat, et tenet in abdito : dolore quidem affecta, ut mater, secretum autem tenens, ut prudens et cordata. Deinde cum vellus sumpsisset, et os infantis abstersisset, lanam apud se detinuit, experientia volens scire veritatem. Paucis certe post diebus, cum ex amicis et cognatis Gotthus invitasset aliquos, puella arripit occasionem, et lanam intingit in calice, et Gotthi tradit uxori, volens, ut dixi, verum scire, venenone privata sit infante, an communi morte eum amiserit. Nam existimabat quidem, quod si epoto medicamento C vixisset, evidens esset, quod nec filius ejus fuisset necatus veneno. Quod si id eam interfecisset, illud omnino passura esset, quod ipsa fecit. Cum ergo Gotthi uxor nihil mali suspicaretur, accipiens ebibit calicem, statimque labor conversus est in caput, et in ejus verticem descendit iniquitas, et cecidit in foveam quam fecit : et juste comprehensa fuit in laqueo, quem absconderat. Atque illa quidem jacebat mortua, extenso corpore, fructus ferens dignos laboribus. Animi autem ægritudo invaserat Gotthum, ejusque necessarios, et qui genere ad eum attinebant : totam implebat domum mœror et tristitia ob immaturam ejus uxoris mortem. Ab eis tamen lugetur, ut erat consentaneum, et præclaram consequitur sepulturam, D et magnifice deponitur.

XXII. Cum autem septem dies præteriissent post sepulturam, et satis temporis consumpsissent in mœrore, venit eis in mentem, captivæ insidiis mortuam esse eorum cognatam. Hinc factum est, ut eam quidem vellent tradere præsidi, ut ab illo tolleretur de medio; non enim licebat eis ferro illam invadere. Cum autem is abesset, ipsi cum inter se consultassent, in monumento, in quo fuerat sepulta uxor Gotthi, eam includunt in præsentia, et sepulcrum muniunt aspero lapide, et ei adhibent custodes. Cum vero ad eam veniret odor cadaveris, magna repleta molestia : Domine Deus virtutum, dicebat puella, qui tuorum martyrum et confessorum pro te fusum sanguinem, tanquam

vivum accepisti sacrificium, ad me aspice, quæ propter tuum et eorum qui propter te passi sunt, sanctorum nomen, viro ignoto et alienigenæ meipsam credidi, et sum propterea damnata ad hoc tormentum; tu mihi tuum da auxilium, et me libera a præsenti periculo. Vos quoque, sancti Christi, qui illa innumerabilia certamina propter ipsum sustinuistis, et eum esse vivum Deum coram regibus confessi estis, quos matri meæ præbuit Gotthus propter me fidejussores, ipsi nunc adeste mihi in malis adjutores: nec eam despiciatis, quæ se vobis dedicavit. Cum ita esset precata, non tardarunt fidejussores, neque distulerunt ei ferre auxilium. Sed videt tres viros luce circumdatos, ad quam non patet aditus, et fœtor ille mox conversus fuit in bonum odorem, adeo ut mirabilis quidam et suavis odor ad eam accederet. Et, Bono animo esto, ei dicunt, o mulier, nec time; cito enim salutem assequeris, nihil omnino grave passa, nec ingratum. Neque enim fallemus fidejussionem, neque dilatione utemur in salute.

A μαρτύρων καὶ ὁμολογητῶν ὑπὲρ σοῦ αἵματα ὡς ζῶσαν προσδεξάμενος θυσίαν, ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, τὴν ἐπὶ τῷ σῷ τε καὶ τῷ τῶν διὰ σὲ παθόντων ἁγίων ὀνόματι, ἀγνώστῳ ἀνδρὶ καὶ ἀλλοφύλῳ ἑαυτὴν ἐμπιστεύσασαν, καὶ διὰ τοῦτο ταύτην καταχριθεῖσαν τὴν βάσανον, αὐτός μοι τὴν παρὰ σοῦ παράσχου βοήθειαν, καὶ τοῦ παρόντος ἐξελοῦ κινδύνου. Καὶ ὑμεῖς δὲ, οἱ τοῦ Χριστοῦ ἅγιοι, οἱ τοὺς μυρίους ἐκείνους ἄθλους δι' αὐτὸν ὑποστάντες καὶ τοῦτον ζῶντα Θεὸν ἐναντίον βασιλέων ὁμολογήσαντες, οὕς τε ἐμῇ μητρὶ παρέσχεν ὁ Γότθος ἐγγυητὰς ἐπ' ἐμοὶ, αὐτοί μοι νῦν πρὸς τὰ δεινὰ παράστητε βοηθοὶ, μηδὲ τὴν ὑμῖν ἀναθεμένην τὰ κατ' αὐτὴν περιόψεσθε. Ταῦτα προσευξαμένης, οὐκ ἔμελλον οἱ ἐγγυηταὶ, οὐδὲ πρὸς τὴν αὐτῆς βοήθειαν ἀνεβάλλοντο, ἀλλὰ τρεῖς ἄνδρας B φῶς ἀπρόσιτον περικειμένους ὁρᾷ· καὶ τὰ τῆς δυσωδίας εὐθὺς εἰς εὐωδίαν μετέβαλλεν, ὥστε θαυμαστήν τινα καὶ ἡδεῖαν προσβάλλειν αὐτῇ τὴν ὀσμήν. Καὶ θάρσει, γύναι, φασὶ πρὸς αὐτὴν ἐκεῖνοι, καὶ μὴ φοβοῦ· ταχείας γὰρ τεύξει τῆς σωτηρίας, δεινὸν οὐδὲν, οὐδὲ ἄχαρι ὑπομείνασα· οὔτε γὰρ τὴν ἐγγύην ψευσόμεθα, οὔτε ἀναβολῇ περὶ τὴν σωτηρίαν χρησόμεθα.

XXIII. Cum hæc ergo sancti ei dixissent, ea statim tanquam a se discessisset, resolvitur in soporem, Deique invicta, eorumque qui ipsum confessi fuerant, virtute, (o miraculum dignum Dei benignitate et potentia!) quomodo alius quidam Habacuc propheta momento temporis Hierosolymis translatus fuit Babylonem [18]: aut ut discipulus Philippus a facie eunuchi Æthiopis raptus a Spiritu [19]: eodem modo ipsa quoque dormiens transfertur a monumento et restituitur in templum confessorum simul et martyrum. Reddita ergo huic templo martyrum, cum mane eam somnus remisisset, videt ei rursus astantes Christi confessores, et dicentes: Scisnam modo ubi sis? Cum huc ergo et illuc circumspexisset, et veluti ad se rediisset, et ædem agnovisset oratoriam, impleta fuit omni gaudio, et magna affecta fuit admiratione. Lætabatur videns, stupebat animo cogitans, sibi diffidebat, nesciebat quid ageret: postremo procidit ad pedes sanctorum, et eis agit gratias. Illi autem ei dixerunt: Nostra impleta est fidejussio. Vade in pace ad matrem tuam. Et illi quidem ex oculis statim evanuerunt. Illa autem ad eorum capsam accedens, et ardenter amplectens, et lacrymas voluptate et timore simul mistas effundens: Deus noster, dicebat, in cœlo et in terra, omnia quæcunque voluit, fecit: emisit e cœlo, et me servavit. Benedictus es, Domine, qui servas eos qui sperant in te. Vespere habitavit mecum luctus, et mane exsultatio [20].

ΚΓ'. Ταῦτα τοίνυν τῶν ἁγίων αὐτῇ διαλεχθέντων, αὐτίκα ὥσπερ ἐν ἐκστάσει γενομένη ὕπνοϊ τῇ τοῦ Θεοῦ τε ἀμάχῳ καὶ τῶν αὐτὸν ὁμολογησάντων δυνάμει, ὢ θαύματος ἀξίου τῆς τοῦ Θεοῦ χρηστότητός τε καὶ δυνάμεως! καθάπερ τις ἄλλος Ἀμβακοὺμ προφήτης ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύ- C μων πρὸς τὴν Βαβυλῶνα μετετέθη· ἢ ὡς ὁ μαθητὴς Φίλιππος ἀπὸ προσώπου τοῦ εὐνούχου ἡρπάγη ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, τὸν αὐτὸν δήπου καὶ αὐτὴ τρόπον τοῦ μνήματος καθεύδουσα μετατίθεται, καὶ τῷ ναῷ τῶν ὁμολογητῶν ὁμοῦ καὶ μαρτύρων ἀποκαθίσταται. Τῷ τοιῷδε οὖν ἀποκαταστᾶσα τῶν μαρτύρων νεῷ, κατὰ τὸ περίορθρον τοῦ ὕπνου αὐτὴν ὑπανέντος, παρεστῶτας αὐτῇ τοὺς τοῦ Χριστοῦ μάρτυρας καὶ αὖθις ὁρᾷ, καὶ, Οἶσθα ποῦ ἄρτι εἶ; λέγοντας. Περιβλεψαμένη οὖν τῇδε κἀκεῖσε καὶ ὥσπερ ἐν ἑαυτῇ γενομένη καὶ τὸν εὐκτήριον τῶν μαρτύρων οἶκον ἀναγνωρίσασα, πάσης τε ἡδονῆς πεπλήρωτο, καὶ πολλῷ τῷ θαύματι κατεπλήττετο, ἔχαιρεν ὁρῶσα, ἐξίστατο ἐννοοῦσα, ἑαυτῇ διηπίστει, οὐκ εἶχεν ὅ τι καὶ γένοιτο. Τέλος, τοῖς τῶν ἁγίων προσπίπτει D ποσὶ, καὶ τὰς εὐχαριστηρίους εὐχὰς ἀποδίδωσιν. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν, Τὰ τῆς ἡμετέρας ἰδοὺ, φασὶν, ἐγγύης πεπλήρωται. Πορεύου παρὰ τὴν μητέρα τὴν σὴν ἐν εἰρήνῃ. Καὶ οἱ μὲν εὐθὺς τῶν ὀφθαλμῶν ἐκείνης διέστησαν· ἡ δὲ τῇ τούτων προσελθοῦσα σορῷ, θερμῶς τε περιπτυξαμένη καὶ δάκρυα ἡδονῆς ὁμοῦ καὶ φόβου συμμιγῆ καταχέασα, Ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἔλεγεν, ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν, ἐξαπέστειλεν ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἔσωσέ με. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, ὁ σώζων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σοί. Τὸ ἑσπέρας ηὐλίσθη μοι κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωῒ ἀγαλλίασις.

XXIV. Cum ergo satis longo tempore preces cum lacrymis producentem puellam videret sacerdos, qui erat in templo, et audiret gratiarum actionem,

ΚΔ'. Ἐφ' ἱκανὸν οὖν τῆς ὥρας τὰς εὐχὰς δάκρυσιν παρατείνασαν, ὁ ἐν τῷ ναῷ ἱερεὺς τὴν κόρην ὁρῶν, καὶ τῶν εὐχαριστηρίων ἀκούων, διαπορῶν

[18] Dan. XIV, 35. [19] Act. VIII, 39. [20] Psal. CXXXIV, 6.

ἦν. Εἶτα ἤρετο προσελθὼν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὕτω A προσευχομένη ὠδύρετο, καὶ τοσαῦτα ἐκχέοι τὰ δάκρυα, καὶ ὑπὲρ ὅτου τὰς εὐχαριστίας προσφέροι. Ἡ δὲ αὐτῷ πάντα διεξῄει τὰ κατ' αὐτὴν, ὅπως τε τῷ Γότθῳ παρὰ τῆς μητρὸς συναφθείη, καὶ ὡς τούτῳ συναποδημῆσαι τοῖς ὅρκοις πιστεύσασα, ὅπως τε τὸ τεχθὲν αὐτῇ ὑπὸ τῷ Γότθῳ φαρμάκῳ ζημιωθείη, καὶ ὅπως τῷ τάφῳ κατακλεισθείη, καὶ οἵας τῆς τύχης πειράσαιτο, καὶ οἵας τῆς ἀπαλλαγῆς παρὰ τῶν ἁγίων τύχοι. Τούτων ὁ ἱερεὺς ἀκούσας, ἐξίστατο ἑαυτοῦ, διηπορεῖτο τῷ μεγέθει τοῦ θαύματος, πρὸς ἀπιστίαν καὶ πίστιν τὴν ψυχὴν ἐμερίζετο. Ὅθεν καὶ τελεώτερον τὰ κατ' αὐτὴν πιστωθῆναι βουλόμενος τίς τε ἡ μήτηρ τῆς κόρης ἐπυνθάνετο, καὶ ἥστινος ὥρμητο τῆς οἰκίας. Τῆς δὲ B ταῦτα τῷ ἱερεῖ ἀποκριναμένης τὴν μὲν κόρην οὕτως ἐν τῷ ναῷ κατέχει, μεταστέλλεται δὲ τὴν μητέρα πρὸς ἑαυτόν. Ἡ δὲ τὸν εὐκτήριον οἶκον καταλαβοῦσα, καὶ τὴν θυγατέρα, τῷ ἱερεῖ παρεστῶσαν ἐξαίφνης θεασαμένη, πρῶτα μὲν περιβάλλει ταύτην καὶ θερμῶς προσπτύσσεται, τοῦ φίλτρου πάντως ἁπλῶς ποιοῦντος τὸ ἴδιον· εἶτα ἐπὶ πολὺ καὶ ἀλλήλαις ἐφησυχάζουσαι, τῆς οἰμωγῆς αὐταῖς τὴν φωνὴν ἐπεχούσης, καὶ τῶν δακρύων τὴν ὁμιλίαν διακοπτόντων· τῆς μὲν γὰρ ὑπέθραττε τὴν ψυχὴν ἡ παῖς ὁρωμένη ἐν δουλικοῖς ἐνδύμασι καὶ προσχήμασι, ἡ θυγάτηρ δὲ πάλιν ἐπλήττετο τὴν καρδίαν ὅτι ἐπὶ χρησταῖς ἐλπίσι τῆς μητρὸς διαζυγεῖσα, οὕτως ἐπανῆκεν ἀτίμως, ὡς ἐκκαλεῖσθαι καὶ ἀπὸ μόνης τῆς θέας τὸν ἔλεον. Μόλις γοῦν ἡ μήτηρ τῆς C πικρᾶς ἐκείνης ἀνενεγκοῦσα συγχύσεως ἀνεπυνθάνετο τῆς παιδὸς τίνα τε αὐτῇ τὰ συμβεβηκότα, καὶ ὅπως ἐπανῆκε, καὶ τί τὸ δουλικῶς αὐτὴν οὕτω περιβεβλῆσθαι ποιῆσαν. Ἡ δὲ πάντα τὰ κατ' αὐτὴν ὡς εἶχε τῇ μητρὶ διεξῄει, ἡδέα μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν ὄντα καὶ λέγεσθαι, καὶ ἀκούεσθαι. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡ μήτηρ, τὰ τοῦ Θεοῦ τε καὶ τῶν ὁμολογητῶν αὐτοῦ καὶ μαρτύρων εἰς τὴν θυγατέρα γεγονότα τεράστια ἐπύθετο παρ' αὐτῆς, πᾶσαν ἐκείνην τὴν ἡμέραν ὁ εὐκτήριος τῶν μαρτύρων οἶκος ἀμφοτέρας εἶχε μεγαλυνούσας τὸν Κύριον· ἑσπέρας δὲ ἄρτι καταλαβούσης ἐξίασι τοῦ νεὼ, καὶ τῷ οἴκῳ μὲν ἑαυτῶν ἀποδίδονται· τῇ ἐπιούσῃ δὲ πανταχῇ τε τὸ γεγονὸς διεδίδοτο, καὶ τὸ πλῆθος ἐπὶ τὴν κόρην καὶ τῶν ἄλλως προσηκόντων συνέρρεον, τὸν Θεόν τε ἅμα αὐτῇ καὶ τοὺς δι' αὐτὸν παθόντας ἁγίους ἐδόξαζον.

A dubitabat. Deinde accedens, rogabat causam, cur sic orans lamentaretur, et tam multas effunderet lacrymas, et pro quo offerret gratiarum actionem. Illa autem ei narravit rem omnem, quemadmodum et Gottho a matre juncta fuisset matrimonio, et quemadmodum cum eo abiisset, fidem habens dato ab eo jurejurando : et quemadmodum fetus, qui Gottho ex ea erat natus, veneno periisset: et quemadmodum fuisset inclusa in sepulcro, et qualem experta esset fortunam, et qualem a sanctis assecuta esset liberationem. Hæc cum audiisset sacerdos, a se plane discedebat, dubitabat propter magnitudinem ejus, quod narrabatur : incredulitate et fide ejus dividebatur animus. Unde etiam volens B de ea certior fieri, rogabat quænam esset mater puellæ, et e qua domo esset orta. Cum ea autem respondisset sacerdoti, is quidem puellam in templo detinet, matrem autem ad se accersit. Illa vero cum ad ædem venisset oratoriam, et filiam sacerdoti assistentem repente aspexisset, primum quidem eam ardenter amplectitur, amore omnino suo fungente officio. Deinde diu inter se silent, luctu vocem reprimente, et lacrymis sermonem interrumpentibus. Nam matris quidem frangebat animum filia, quæ cernebatur in servili vestitu et habitu. Filia autem rursus animo sauciabatur, quod bona spe, a matre disjuncta, tam turpiter rediisset, ut vel solo aspectu provocaret ad misericordiam. Cum ergo vix tandem mater se colle- C gisset ab acerba illa confusione, rogavit filiam, quænam ei accidissent, et quemadmodum rediisset, et quidnam fecerit eam indui tam serviliter. Illa autem narravit omnia matri, ut se habebant, quæ post liberationem erant jucunda et dictu et auditu. Cum ergo mater, quæ a Deo et ejus confessoribus et martyribus facta fuerant in filiam miracula, ab ea audivisset, totum illum diem oratoria ædes martyrum ambas habuit Dominum laudantes. Cum venisset autem vespera, egrediuntur e templo et domum revertuntur. Die vero sequenti, et quod factum fuerat, in omnem partem fuit disseminatum : et multitudo confluebat ad puellam eorum qui alioqui ad eam attinebant, Deumque simul cum ea, et eos, qui propter ipsum passi fuerant, glorificantes.

ΚΕ'. Χρόνῳ δὲ ὕστερον, Θεὸς ὁ τῶν ἐκδικήσεων Κύριος, ἐπαῤῥησιάσατο, ὑψώθη ὁ κρίνων τὴν γῆν, ἀπέδωκεν ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις. Πέρσαις γὰρ Οὔννων προσθεμένων, καὶ τοὺς περὶ τὴν Ἔδεσσαν τόπους ἔτι κατατρεχόντων, στέλλεται μὲν καὶ αὖθις Ἐδεσσηνοῖς εἰς συμμαχίαν παρὰ Ῥωμαίων στρατὸς, ἐφ' ᾧ τῶν δὲ εἷς ἦν καὶ ὁ πολὺς τὴν μοχθηρίαν Γότθος, καὶ τῇ τῆς γυναικὸς οἰκίᾳ πάλιν ἐπιδημεῖ· ἐπιδημεῖ δὲ πεποιθότως ἅτε γαμβρὸς ἑστίᾳ πενθερικῇ καὶ μηδὲν ὧν ἐν τῷ ἀφανεῖ ἐπεβούλευσε φανερὸν γενέσθαι ὑπονοῶν. Γνοῦσα τοίνυν ἡ τῆς παιδὸς μήτηρ τὴν τοῦ ἀνδρὸς παρουσίαν, τὴν μὲν θυγατέρα τῇ

D XXV. Aliquando autem post tempore Deus Dominus ultionum libere egit, in altum elatus est qui judicat terram, reddidit superbis remunerationem. Nam cum Hunni Persis se adjunxissent, et in loca, quæ erant circa Edessam, adhuc facerent incursiones, rursus quidem ad Edessenos in auxilium a Romanis mittitur exercitus. Unus autem ex iis erat etiam sceleratissimus Gotthus; et venit rursus in domum mulieris. Venit autem confidenter, tanquam gener in domum socrus, nihil eorum, quæ occulte perpetrarat, manifestum evasisse suspicans. Cum ergo cognovisset mater ejus adventum, filiam quidem includit in domo interiore, cogitans rem

facere sapientiorem, quam quæ videatur posse A cadere in mulierem. Illa autem eum excipit cum gaudio, quomodo ipse se habeat, interrogans; quomodo vero filia iter in ejus domum confecerit; et quomodo sit conservata; et quemadmodum, cum esset gravida, pepererit: et quod pepererat, essetne masculus, an femina. Ego enim, inquit, de vobis eram valde sollicita, ne vobis in via, et maxime filiæ meæ grave aliquid accideret, ut quæ esset prægnans, et pariendi tempus jam ei appeteret. Gotthus autem, ut qui non ex iis quæ ipse fecerat, sed ex iis quæ ineffabilis dispensaverat bonitas, responderet: Omnia, dicebat, recte tuis successere precibus. Sine ulla autem molestia viam cum tua filia peregimus, et ad ædes meas alacriter pervenimus; peperit autem filium masculum, et B nunc sana et læta tibi plurimam per me dicit salutem. Quod nisi repente missi essemus ad ferendum auxilium, ipsa quoque ad te mecum rediisset.

XXVI. Hæc cum mater audiret, ira replebantur et versabantur ejus viscera, ut quæ abominaretur bona verba, factis injustis illita. Deinde cum non posset amplius ferre justam iram, quæ in manifestam insultabat iniquitatem, infremuit tunc in virum, omni ex parte longe injustissimum; et, O fraudulente, inquit, et parricida, quid fecisti cum mea filia? Hæcne mihi jurejurando dato es pollicitus? Propter hæcne fidejussores et martyres mihi dedisti eos, qui passi sunt propter Christum? Sed C ipsi omnino, quos dedisti fidejussores, ipsi te punient propter malam tuam mentem, et pœnas sument de his injustis insidiis; eos ergo invocabo ad vindictam, quos tunc accepisti fidejussores. Hæc cum dixisset, educit e domo filiam; et: Nostine quænam hæc sit, o impie, nosti? dixit, eam Gotthо ostendens, et ubi eam incluseris, et quali morte eam tradere volueris, non leges, inquit, non maximum illud a te datum jusjurandum reveritus? Sed Christi confessores et martyres, Samonas, Gurias et Abibus, quibus ego confidens eam barbaræ tuæ commisi dexteræ, illi mihi præter spem omnem eam conservarunt et in meum sinum restituerunt.

XXVII. Hæc postquam audiit Gotthus et astantem vidit puellam, præ pudore et metu ei vox D exstincta est: eratque mutus, ne os quidem valens aperire. Deinde cum res esset aperta et convictus esset hæc fecisse puellæ, ne ei quidem loquendi potestatem facientes, qui aderant, eum tuto includunt. Mater autem cum filia, adducto scriptore, cum quæ evenerant omnia recensuissent, sanctissimo Edessæ episcopo (is autem erat Eulogius) ea tradunt. Ille vero cum ea perlegisset, simul cum universo clero, vadit ad prætorem civitatis, et ei *tradit, quæ* scripta fuerant. Qui cum ea legisset, *primum quidem* affectus fuit admiratione, et eam *rem habuit* pro miraculo: et laudavit Deum universorum. Qui per suos martyres hoc novum, et

ἐνδοτέρᾳ οἰκίᾳ ἐγκατακλείει, σοφώτερον ἢ κατὰ γυναῖκα πρᾶγμα δρᾶσαι διανοουμένη. Ἡ δὲ μετὰ περιχαρείας αὐτὸν ὑποδέχεται, ὅπως μὲν οὕτως ἔχοι διερωτῶσα, ὅπως δὲ τὴν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα τούτου ὁδὸν ἡ θυγάτηρ διήνυσεν, ὅπως τε διεσώθη, καὶ ἐγκύμων οὖσα τέτοκε, καὶ ὅ τι τὸ τεχθὲν, ἄῤῥεν ἢ θῆλύ ἐστιν. Ἐγὼ γάρ, φησί, πολλὴν τὴν περὶ ὑμῶν ἐποιούμην φροντίδα, μή πού τι κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ὑμῖν καὶ μάλιστα τῇ ἐμῇ θυγατρὶ συνενεχθῇ δυσχερὲς, ἐγκύμονί τε καὶ ἤδη πρὸς τὸ τίκτειν καθισταμένῃ. Καὶ ὁ Γότθος ὥσπερ οὐχ ἀφ' ὧν αὐτὸς ἔδρασεν, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἡ ἄῤῥητος ᾠκονόμησεν ἀγαθότης τὰς ἀποκρίσεις ποιούμενος· Ἐν καλοῖς, ἔλεγε, πάντα ταῖς σαῖς προσῆλθον εὐχαῖς. Ἀλύπως δὲ καὶ τὴν ὁδὸν ἅμα τῇ σῇ θυγατρὶ διηνύσαμεν, καὶ τοῖς ἐμοῖς εὐθύμως ἀπεσώθη, καὶ ὅτι τέκοι παιδίον ἄῤῥεν, καὶ νῦν ἐν ὑγείᾳ οὖσα καὶ εὐθυμίᾳ, πολλά σε δι' ἐμοῦ προσαγορεύει τε καὶ ἀσπάζεται. Εἰ δὲ μὴ ἐκ τοῦ ἀφνιδίου πρὸς συμμαχίαν ἐστάλημεν, ἐπανῆκεν ἂν σοι καὶ αὐτὴ σὺν ἐμοί.

ΚϚ'. Τούτων ἡ μήτηρ ἀκούσασα, ὀργῆς τε ἐπληροῦτο καὶ τὰ σπλάγχνα ἐστρέφετο, ἔργων ἀδίκων ἐπίπλαστον μυσαττομένη χρηστολογίαν. Εἶτα μηκέτι δυναμένη διενεγκεῖν θυμὸν δίκαιον εἰς φανερὰν ᾄττοντα παρανομίαν, ἐνεβριμήσατό τε τῷ τὰ πάντα ἀδίκῳ ἀνδρὶ καὶ, Δόλιε, φησὶ, καὶ φονεῦ, τί με τὰ τῆς ἐμῆς πεποίηκας θυγατρός; Τοιαῦτά μοι μεθ' ὅρκων ἐπηγγείλω, ἐπὶ τούτοις ἐγγυητὰς ἐμοὶ καὶ μάρτυρας τοὺς διὰ Χριστὸν παθόντας παρέσχες; Ἀλλ' αὐτοί σε πάντως, οὓς ἐγγυητὰς δέδωκας, αὐτοί σε τῆς πονηρᾶς τιμωρήσονται γνώμης, καὶ τῆς ἀδίκου ταύτης ἐπιβουλῆς εἰσπράξονται δίκας· αὐτοὺς εἰς ἄμυναν ἐγὼ καλέσω, οὓς εἰς ἐγγύην σὺ τότε παρείληφας. Ταῦτα ἡ μήτηρ εἰποῦσα ἐξάγει τῆς οἰκίας τὴν θυγατέρα, καὶ, Οἶδας τίς αὕτη, φησὶν, ἀνόσιε; τῷ Γότθῳ δείξασα· οἶδας ταύτην καὶ ὅπου ταύτην κατέκλεισας, καὶ οἵῳ ἠβουλήθης παραδοῦναι θανάτῳ, μὴ φύσιν, μὴ νόμους, μὴ ὅρκους τοὺς μακρὰν ἐκείνους εὐλαβηθείς; Ἀλλ' οἱ τοῦ Χριστοῦ ὁμολογηταὶ καὶ μάρτυρες Σαμωνᾶς, Γουρίας καὶ Ἄβιβος, ἐφ' οἷς ἐγὼ θαῤῥήσασα τῇ βαρβάρῳ σου ταύτην ἐπίστευον δεξιᾷ, ἐκεῖνοί μοι παρ' ἐλπίδα πᾶσαν αὐτὴν διεσώσαντο καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐπέδωκαν κόλποις.

ΚΖ'. Τούτων ἐπειδὴ ὁ Γότθος ἤκουσε, καὶ παρεστῶσαν εἶδε τὴν κόρην, ὁπότε τῆς αἰσχύνης αὐτῷ καὶ τοῦ φόβου τὸ φθέγμα ἐσβέσθη, καὶ ἄφωνος ἦν μὴ ἀναπτύξαι τὸ στόμα δυνάμενος, εἶτα ἐπειδὴ ἔλεγχος ἦν ἀκριβὴς, καὶ φανερὸς ὑπῆρχε τοιαῦτα κατὰ τῆς κόρης διαπραξάμενος, μηδὲ λόγου μεταδόντες αὐτῷ οἱ παρόντες, ἀσφαλῶς κατακλείουσιν. Ἡ δὲ μήτηρ σὺν τῇ θυγατρὶ τὸν ὑπογραφέα παραστησάμεναι, καὶ τὰ συμβεβηκότα πάντα διαχαράξασαι, τῷ τὰ πάντα ὁσίῳ τῆς Ἐδέσσης ἐπισκόπῳ, Εὐλόγιος δὲ οὗτος ἦν, ἐγχειρίζουσι. Καὶ ὃς, ταῦτα διεξελθὼν, σύναμα τῷ κλήρῳ παντὶ παρὰ τὸν τῆς πόλεως ἄπεισι στρατηλάτην, καὶ τὸ γραμματεῖον αὐτῷ ἀναδίδωσιν. Ὁ δὲ καὶ αὐτὸς τὰ γεγραμμένα ἐπιλεξάμενος, πρῶτα μὲν ἐν θαύματος λόγῳ τὰ τοῦ

πράγματος ἐποιεῖτο, καὶ τὸν ἐπὶ πάντων ὑμνεῖ Θεὸν, ὡς διὰ τῶν αὐτοῦ μαρτύρων τὸ καινὸν τοῦτο καὶ πᾶσαν ὑπερεκπλῆττον ἀκοὴν θαῦμα πεποίηκεν· ἔπειτα πολὺς ἦν κατὰ τοῦ Γότθου φερόμενος, τοιούτῳ ἑαυτὸν τολμήματι ἐπιδόντος. Χαλεπήνας τοίνυν ὁ στρατηλάτης, συγκάθεδρον μὲν ἑαυτοῦ τὸν ἐπίσκοπον ποιεῖται, ἔπειτα τὸν Γότθον καὶ τὴν κόρην παρίστησι, καὶ εἰς ἐπήκοον τοῦ ὄχλου παντὸς, πολὺς δὲ ἄρα συνδεδραμήκει, τὰ κατὰ τοῦ Γότθου ἀναγνωσθῆναι διακελεύεται. Ἀναγνωσθέντων οὖν, εἰ ἀληθῆ ταῦτα εἶεν τοῦ Γότθου ἀνεπυνθάνετο. Ὁ δὲ (τί γὰρ ἂν καὶ δράσειέ τις ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἀληθείας φανερῶς ἐλεγχόμενος; μηδὲν τούτων ψευδὲς εἶναι) διωμολόγει, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ᾔτει συμπάθειαν. Καὶ ὁ στρατηλάτης, Ἄδικε, φησὶ, καὶ φονεῦ, τί δῆτα μηδὲ τὴν κρίσιν ἔδεισας τοῦ Θεοῦ, μηδὲ τὸν ὀφθαλμόν; εἴ τε καὶ ἀνθρώπους λανθάνειν ἐξῆν, τί μὴ τοὺς ὅρκους ἐδυσωπήθης, τί μὴ τοὺς Ῥωμαίων ᾐδέσθης νόμους, οὕτως ἀνοσιωτάτῳ ἐπιχειρήσας τολμήματι; Ἐπεὶ οὖν πάντων τούτων ἠλέγχθης καταφρονῶν, βαρυτέραν καὶ τὴν κόλασιν εἰσπραχθήσῃ. Εἶπε, καὶ ξίφει τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀποκοπῆναι προστάττει, καὶ κατὰ πυρὸς αὐτοῦ τὸ σῶμα ῥιφῆναι, ὡς ἂν μηδὲ ὁ χοῦς αὐτοῦ κοινωνήσοι χοὸς, μηδὲ τῇ κοινῇ πάντων δοθείη μητρὶ τοιαῦτα περὶ τὸ συγγενὲς ἐνδειξάμενος.

ΚΗ'. Ἐν ὅσῳ δὲ οἱ στρατιῶται τοῦ προστάγματος εἴχοντο, ὁ τῷ Θεῷ φίλος ἐπίσκοπος ἐδεῖτο τοῦ στρατηλάτου φιλανθρωπίας ὅσον εἰκὸς τὸν ἄνδρα τυχεῖν, μηδὲ τῇ ἑαυτοῦ ἀπονοίᾳ συναπολέσθαι. Ὁ δὲ, Τοὺς τοῦ Χριστοῦ, φησὶ, δέδοικα μάρτυρας, οὓς οὗτος ἐγγυητὰς αὐτοῦ δέδωκεν. Οὗτοι γὰρ οἷα παρ' αὐτοῦ ψευσθέντες, εἰ μὴ δίκας ὑπ' ἐμοῦ τῶν τετολμημένων οὗτος ἐκτίσει δικαίας, ἐμοὶ πάντως, οὐκ αὐτῷ τὴν ὀφειλομένην ἐπάξουσι τιμωρίαν. Ἄλλως τε καὶ πολλοὺς ἑτέρους ὁμοίους γενέσθαι παρασκευάσει, μὴ δικαίαν τὴν δίκην ἐπὶ τοῖς φθάσασι δεδωκώς. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἐπίσκοπος προσέκειτο πλέον καὶ θερμοτέραν τὴν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς ἐποιεῖτο πρεσβείαν, ἀφαιρεῖ μὲν τῆς τιμωρίας ὁ στρατηλάτης τὸ πῦρ, τὴν δὲ διὰ τοῦ ξίφους ἐκκοπὴν τῆς κεφαλῆς ἐπιτείνει. Παραλαβόντες οὖν τὸν Γότθον οἱ στρατιῶται, καὶ τῆς πόλεως ἐξαγαγόντες ξίφει κατὰ τὸ κελευσθὲν αὐτοῖς ἀφαιροῦσι τούτου τὴν κεφαλήν. Ἐφ' ᾧ παρὰ πάντων αἶνος τῷ σωτῆρι Χριστῷ καὶ τοῖς δι' αὐτὸν παθοῦσιν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀνεπέμπετο μάρτυσιν· ὅτι τοῖς ὑπερηφάνοις ἀπέδωκεν ἀνταπόδοσιν εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A quod omnium aures obstupefacit, fecit miraculum. Deinde vero vehementer in Gotthum est invectus, qui tale ausus fuerat facinus. Ægre ferens ergo prætor, secum quidem facit considere episcopum. Deinde Gotthum et puellam jubet sisti : et audiente tota multitudine (concurrerat autem maxima), jubet ea legi, quæ scripta erant de Gottho. Cum ea ergo lecta essent, an hæc vera essent, Gotthum interrogat. Ille autem (quid enim faceret, qui a seipso et a veritate aperte convincebatur?) nihil horum esse falsum confitebatur, et pro his petebat misericordiam. Prætor autem : Scelerate, inquit, et parricida, cur ne Dei quidem timuisti judicium, nec ejus, quem nihil latet, oculum, etiamsi homines latere liceat? Cur
B non timuisti jusjurandum? cur non leges Romanorum es veritus, tam impium aggressus facinus? Quoniam ergo convictus es hæc omnia despicere, a te etiam gravius exigetur supplicium. Dixit, et jubet gladio caput ejus amputari, et corpus ejus in ignem projici, ut ne pulvis quidem sit ejus pulveris particeps, nec tradatur communi omnium matri, qui se ita gesserit in cognatos.

XXVIII. Cum autem ad rem exsequendam se pararent milites, Dei amicus episcopus oravit prætorem ut, quantum fieri posset, in eum uteretur
C clementia : neque is sua periret amentia. Ille vero : Timeo, inquit, Christi martyres, quos is dedit sui fidejussores. Ii enim, ut quos ipse fefellerit, nisi eorum, quæ admisit, ego justas de eo sumpsero pœnas, mihi omnino, non ipsi, quod debetur, inferent supplicium : et alioqui efficiet, ut multi se gerant similiter, nisi pro iis, quæ fecit, justas pœnas luerit. Cum autem magis instaret episcopus, et vehementius pro eo intercederet, a supplicio quidem prætor aufert ignem : persevérat autem in eo, quod ejus caput gladio amputetur. Cum ergo Gotthum accepissent milites, et extra civitatem eduxissent, gladio, ut eis jussum fuerat, illi caput adimunt. Propter quod Servatori Christo, et iis, qui propter ipsum passi sunt, mar-
D tyribus emittebatur laudatio ab omnibus, quod superbis reddiderit remunerationem, ad gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

enim sum curata, qui quidem sunt hujus mei arcani participes. Eos tu quando videris, dabis eis meam benedictionem, dicens: Cæcilia me misit ad vos, ut ostendatis mihi sanctum senem Urbanum, quoniam ad ipsum habeo secreta ab ea responsa, quæ ei reddam. Eum quando videris, narra quæcunque tibi dixi, et quando te lustraverit, induet te indumentis novis et splendidis, cum quibus illico veniens in hoc cubiculum, videbis sanctum angelum, qui tuus evadet amicus, et quæcunque petes ab ipso, invenies.

Tunc profectus est Valerianus, et convenienter signis, quæ accepit ab ipsa sancta Cæcilia, invenit sanctum Urbanum episcopum qui, cum secundo fuisset confessor, latebat occultus in sanctorum martyrum monumentis. Cui quidem postquam dixit B omnia, quæ dixerat Cæcilia, magno gaudio est affectus, et genibus humi flexis, et manibus in cœlum extensis, dixit cum lacrymis: Domine Jesu Christe, pastor sancte et bone, Cæcilia tua ancilla, tanquam multis laboribus exercita agna, tibi est dedicata, quandoquidem sponsum suum, qui perinde ac leo cohiberi non poterat, accepit, et erga te tanquam agnum reddidit mansuetissimum. Is enim nisi credidisset, ad nos non venisset. Aperi, Domine, ostium cordis ejus verbis tuis, ut cum te cognoverit esse ejus effectorem et Dominum, renuntiet diabolo et operibus ejus, et dolis ejus. Hæc et his similia orante sancto Urbano episcopo, senex ante eum repente apparuit, indutus candidis vesti- C mentis sicut nix, tenens in manibus tabellam, aureis inscriptam litteris. Quem cum vidisset Valerianus, stupefactus et cadens in terram, factus est tanquam mortuus. Tunc senex eum erexit, dicens: Lege, o fili, contextum hujus libri, ut dignus habearis, qui purgeris et videas angelum, cujus conspectum tibi virgo Cæcilia cum prompto animi studio est pollicita. Tunc Valerianus, defixis oculis, cœpit in eo legere. Erat autem hæc scriptura, quæ erat in tabella: « Unus Deus, una fides, unum baptisma; unus Deus et Pater omnium, qui est super omnia, et in omnibus. Amen [a]. »

V. Postquam ergo hæc apud se legit, dixit ei sacerdos: Credis, fili, hæc ita esse, an adhuc dubitas? Tunc Valerianus clamavit magna voce: D Non est revera aliud sub cœlo, cui verius credi possit. Postquam ergo hæc dixit Valerianus, ille senex ex ejus oculis evanuit. Tunc sanctus Urbanus, cum eum admonuisset, et catechismo instituisset, baptizavit eum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, et cum eum docuisset omnem regulam fidei, dimisit ad Cæciliam, ei jactis optime fundamentis. Cum autem venisset Valerianus in indumentis candidis, invenit Cæciliam orantem in cubiculo, et angelum Domini stantem prope eam, fulgentem pennis flammeis, et scintillanti specie, duas coronas habentem in manibus refulgentes, rosisque et liliis splendentes. Quarum unam quidem dedit Cæciliæ, alteram vero Valeriano, dicens: Has coronas corde immaculato et puro corpore custodite; eas enim ex paradiso Dei ad vos attuli. Hoc autem erit vobis signum: Nunquam marcescent a vobis, neque unquam amittent suavitatem odoris, neque unquam poterunt ab aliis aspici, nisi ab illis quibus sic placebit castitas, quomodo probatum est eam vobis placere. Et quoniam tu, o Valeriane, assensus es consilio castitatis, me ad te misit Dominus Jesus Christus, ut eam accipias quam voles petitionem. Ille autem cum audiisset, adoravit et dixit: Nihil mihi est in hac vita dulcius, quam charissimi et unici fratris præsentia. Quamobrem merito arguar impietatis, si me liberato ab errore simulacrorum, fratrem meum majorem despexero in periculo interitus. Hanc unam ex omnibus propono petitionem, et supplex contendo, ut fratrem meum Tiburtium, sicut me, dignetur liberare, et faciat nos ambos perfectos in confessione ejus nominis. Cum hæc autem audiisset angelus, læto vultu ei dixit: Quandoquidem a Christo petiisti, quod est honestius, is Deum, sicut tu, colet. Quomodo enim te per ancillam Cæciliam lucrifecit Dominus, ita per te fratrem quoque tuum lucrifaciet, et cum ipso venies ad certamen martyrii.

VI. His ergo finitis sermonibus, forma visionis angelicæ assumpta est in cœlis, illisque in Christo lætantibus, et in ædificatione sancta loquentibus, accessit Tiburtius frater Valeriani, et ingressus, tanquam suam sponsam osculatus est caput sanctæ Cæciliæ, et dixit: Valde miror, hoc tempore hic rosas et lilia olfaciens. Nam si ipsas rosas et lilia tenerem in manibus, ne sic quidem mihi possent præbere tam suavem odorem. Fateor vobis, o charissimi, ita ego ad me redii, ut putem me totum repente esse renovatum. Dicit ei Valerianus: Bonum odorem accepisti, o frater, cum ego rogarim Deum, ut acciperes. Te autem jam credente, accipies etiam amaranthinam coronam incorruptionis, et lætari in ipsa rosea, et mente eum percipere, cujus in rosis sanguis florescit, et in liliis cujus corpus albescit et anima. Habemus enim coronas, quas tui oculi non possunt percipere, igneo rosæ rubore et nivis candore refulgentes. Dicit ei Tiburtius: In somnis ne hæc audio, an veritate hæc dicis, o frater Valeriane? Respondit Valerianus: In somnis hucusque viximus, o frater charissime. Nam jam Dei gratia et voluntate, sumus in omni veritate, et non est in nobis mendacium. Dii enim, quos hucusque coluimus, revera sunt mali dæmones et immundi. Dicit ei Tiburtius: Quomodo hoc cognovisti, o frater? Respondit Valerianus: Angelus Dei me docuit, quem tu quoque poteris intueri, si fueris mundus ab omnibus sordibus idolorum. Dicit ei Tiburtius:

[a] Ephes. v, 6.

unum esse Deum in tribus personis, ei aperte probaverit.

X. Conversus itaque ad fratrem suum dixit : De uno Deo mihi fuisse satisfactum confiteor, sed meam quæstionem, sicut prius inceperam, vellem scire. Dixit sancta Cæcilia : De ea mecum loquere, quoniam brevitas temporis est fratri tuo impedimento, quominus reddat responsum. Me autem, quam Christi sapientia docuit a teneris unguiculis, de quacunque re me volueris interrogare, non poteris invenire imparatam. Dicit ei Tiburtius : Hoc nuper quæsivi, et nunc quoque quæro : Quisnàm ex iis qui illic sunt, huc veniens, ostendit nobis aliam vitam, quam vos prædicatis? Sancta dixit Cæcilia : Unigenitum suum Filium Pater per sanctam Virginem Mariam misit in terram, qui stans in sancto monte, magna voce clamavit, dicens : Venite ad me, omnes populi, et ego dabo vobis vitam æternam. » Concurrit autem ad eum omnis caro, omnis ætas, omne genus hominum. Tunc dixit omnibus : « Pœnitentiam agite propter vestram ignorantiam : quoniam appropinquavit regnum Dei, quod tollet regnum hominum [a]. » Suum autem regnum vult Deus dividere iis qui credunt, in quo ille exsistit sublimior. Illic ergo peccatores quidem consummabuntur æternis doloribus, et igne, qui nunquam terminabitur : justi autem accipient lucem æternæ gloriæ et gaudii, quæ nullum unquam finem accipit. De cætero nolite, o filii hominum, hujus vitæ fugientem quærere lætitiam, ut lætitiam illius vitæ æternam possideatis, quæ hanc vitam excipit. In hac enim vita breve tempus vivitis ; in illa vero, in omne ævum.

XI. Cum hæc autem audiissent omnes populi infideles, una voce dixerunt: Et quis illic fuit, et cum illinc huc venisset, potuit docere vera esse, quæ dicis? Tunc Dei Filius dixit eis : Si ostendero vobis surrexisse mortuos, non creditis veritati ? Ut autem dubitationis et suspicionis nullum remaneret vestigium, cum populis profectus est ad sepulcra, et triduanis et quatriduanis et jam fœtentibus mortuis, quam amiserant vitam, ut Deus reddidit. Transmisit mare, super fluctus ambulans non madefactis pedibus. Imperabat ventis, castigabat fluctus, et quæ excitabantur tempestates et tumultus sedabat. Cæcis visum reddebat, aridas manus reddebat sanas, claudis ingressum, mutis vocem reddebat, et surdis auditum. Paralyticos verbo curabat, leprosos dicto mundabat, infirmis medebatur, lunaticos restituebat, et dæmones fugabat. Sed cum mente capti et impii Pharisæi et Pontifices ei invidissent, propterea quod populi, eis relictis, ejus sequebantur vestigia, sternentes vestes suas ante pedes ejus, et clamantes : Benedictus qui venit in nomine Domini [b] : in eum ira perciti Pharisæi, cuidam Pilato præsidi eum tradi-

A derunt, vocantes eum magum et impium : et seditionem excitarunt in populo, ut eum cruci affigerent. Hoc autem ille præsciens, pro mundi salute permisit se apprehendi et illudi, injuriis affici, flagris cædi et occidi. Sciebat enim ut Deus, quod non aliter nisi per pretiosam et intemeratam suam passionem, esset captivum redditurus diabolum, malisque et immundis spiritibus malas inferret pœnas.

XII. Propterea ergo ille fuit comprehensus, qui peccatum non fecit, ut liberaretur genus humanum, quod detinebatur vinctum in vinculo peccati. Qui est benedictus, fuit sub maledicto ut nos a maledicto eximeret; sustinuit illusiones, ut nos liberaret ab illusione dæmonum, qui versantur in B hoc mundo. Spineam coronam accepit in capite, ut capitalem tolleret sententiam, quæ ex spinis peccatorum in nos lata fuerat. Fel in cibo accepit, ut dulcem primi hominis gustum, unde mors in mundum fuit ingressa, commutaret. Potatus est aceto, ut acrimoniam, qua noster sanguis ebulliit, in se susciperet, et hunc bibit calicem passionis, qui nostris debebatur vitiis. Nudatus est, ut nostrorum parentum nuditatem, quam passi sunt consilio serpentis, niveis tegeret indumentis. In ligno fuit suspensus, ut ligni transgressionem, per passionem ligni crucis suæ aboleret. Mortem ad se venire admisit, ut secum luctantem sauciaret, et regnum quod invenit per serpentem, C amitteret, et cum ipso serpente sauciata, per Christum fieret captiva. Quamobrem omnia elementa cum vidissent suum effectorem sublime, actum in crucem, magno metu contremuerunt. Nam ex una parte mota est terra, et ex altera fracta sunt templa et petræ, fugit dies; sol fuit conterritus, et obscuratus texit tenebris universum mundum ; luna suæ lucis splendorem nube cruenta operuit; astra cœli luce resplendentia, omnia simul sunt mutata. Stridet terra, et veluti pariens, cœpit multos sanctos reddere ex sepulcris : qui quidem hoc dabant testimonium, quod Servatoris descensus ad inferos dissolvit regnum diaboli, et mortuus mortem affecit ignominia, et percussam vinxit, et subjecit pedibus servorum D suorum. Illinc clarum est, quod pro nomine ejus puniti gaudemus et gloriamur in persecutionibus, quod hanc nostram vitam, quæ ad tempus et in quam cadit interitus, æterna et quæ nunquam desinit vita excipit : quam Dei Filius, cum surrexisset a mortuis, suis ostendit apostolis, quibus aspicientibus, assumptus fuit in cœlos.

XIII. Hoc ergo si in trium conventu ostendisset, intelligentium cogitationes non possent dubitare. Quanto autem magis, quod non solum duodecim discipulis, sed plus quam quingintis simul seipsum dignatus est ostendere, ne vestigium quidem relinquens ullius dubitationis ? Illi

[a] Matth. IV, 17. [b] Matth. XXI, 9.

XVII. Ad hæc respondit Valerianus : Ludentes et ridentes, et in variis deliciis luxuriose vitam agentes, vidi hiemis tempore per campos transeuntes. In quibus campis stabant agricolæ plantantes, palmites infigentes, et spinosos rosarum ramos ingeniose toto animo componentes. Alii autem oliveta inserentes : alii vero radicitus imbecilla exscindentes, et quæ sunt opera convenientia, magno labore peragentes. Tunc illi, qui deliciis fruebantur et lætabantur, cœperunt eos qui laborabant, ludificari et dicere : Miseri et miserabiles, hunc qui vos affligit laborem deponite, et nobiscum lætantes, vos deliciis explete et libidinibus, et cur tanquam insipientes duro labore dissolvimini, et vestræ vitæ tempora in negotiis, quæ vos affligunt, consumitis ? Hæc dicentes, solvebantur in risum, et dabant plausum manibus, magnoque sono eos cachinnantes irridebant. Hæc autem illis facientibus, pluvios hiemis menses tranquillissima tempora exceperunt : et ecce pulchrorum et variorum florum fragrantibus omne genus odoribus prata exornabantur, et molles botrorum series producebant palmites, et e vario genere arborum rami stillantes melle fructus producebant, in quibus animadvertimus usque in hodiernum diem abundare simul et gratiam, et fructum, et decorem. Tunc cum lætarentur illi, qui existimabantur esse insipientes, cœperunt lugere ii, qui existimabantur esse cives : et qui erant gloriosi in sua intelligentia, perierunt in acri ratiocinatione : et tandem ducti pœnitentia, inter se murmurantes et gementes dicebant : Hi sunt, quos habuimus ludibrio; eorum laborem probrum existimabamus : eorum vitam nihili faciebamus, tanquam miserabilem; eorum figuram judicabamus esse indignam, et intelligentiam eorum sine honore. Ii autem inventi sunt intelligentes : et nos quidem probamur tunc fuisse miserabiles, insipientes et stulti, quando neque nobisipsis operabamur, neque iis qui operabantur, dedimus in opere auxilium : qui quidem cum essemus in deliciis, eos valde irrisimus, et ipsos credidimus esse insipientes, quos quidem nunc resplendentes animadvertimus et florentes [7].

XVIII. Ad hæc dixit præfectus : Te quidem video esse sapienter hæc persecutum : sed ad meum responsum non videris respondere. Valerianus dixit : Dixisti nos esse stultos et insipientes, qui facultates nostras damus egentibus, proselytos excipimus, viduis suppeditamus quæ sunt necessaria, orphanis subvenimus, corpora insepulta tegimus, et cum maximo honore celebramus martyrum depositiones. Nos autem insipientes judicasti et delirantes, qui cum iis qui lætantur, non lætamur, nec in deliciis vivimus, nec nostras explemus libidines, nec illiberaliter sumus lascivis et impudicis oculis, ostendentes nos esse liberos et ingenuos. Veniet tempus, quo accipiemus mille cuplos fructus nostræ afflictionis, et nobis lætantibus flebunt illi, qui nunc efferuntur lætitiis; est enim nunc tempus seminandi. Qui ergo in hac vita seminant, quæ sunt ad tempus, lacrymas, in illa beata et æterna vita metent gaudium sempiternum [8]. Dixit præfectus : Ergo et nos, et invicti imperatores luctum æternum habebimus; vos autem æternum gaudium possidebitis? Respondit Valerianus : Quid enim estis vos, aut vestri imperatores? Impleto enim vestro tempore morientes, eo majorem Deo estis reddituri rationem, quo vobis ab eo major data fuit potestas. Dixit præfectus Almachius : Quid in verbis volvendis immoramur? Aut diis thus offerte, et illæsi recedite : aut male estis et acerbe morituri. Ambo responderunt et dixerunt : Nos non diis, sed Deo quotidie offerimus sacrificia. Dixit præfectus : Quis est Deus, cui dicitis vos vestrum offerre sacrificium? Sancti responderunt et dixerunt : Et quis est alius Deus præter ipsum? Cur de Deo nos interrogas? Est enim alius Deus, præter unum? Dixit præfectus : Quem unum esse dicitis, ejus nomen requiro. Dixit Valerianus : Dei nomen non inveneris, etiamsi possis volare pennis. Dixit præfectus : Jovis ergo nomen non est Deus? Dixit Valerianus : Est nomen corruptoris et adulteri, quem fuisse occisorem vestri auctores memorant, et accusatorem nostræ ostendunt Scripturæ. Hunc tu Deum miror quanam impudentia nominasti, cum Deus dici non possit, nisi qui est ab omni peccato alienus, qui est etiam plenus omnipotentia. Dixit præfectus : Ergo errat omnis mundus, et tu cum tuo fratre Deum verum cognovisti? Dixit Valerianus : Innumerabilis multitudo Christianismi accepit sanctitatem. Imo vero vos pauci estis, qui remansistis tanquam scissæ e naufragio tabulæ, ad nihil aliud proficientes, nisi ut in igne jaciamini.

XIX. Tunc iratus præfectus, jussit eum cædi virgis. Ille autem confestim dum verberaretur, lætus cœpit dicere : Ecce hora, quam valde desiderabam, et ecce dies omni festo mihi jucundior. Dum beatus verberaretur, præco magna voce clamabat : Deos et deas noli maledictis incessere. Ille autem ad populum clamabat, dicens : Viri cives Romanorum, videte, ne hæc plaga vos a veritate avertat, sed state fortiter, et deos lapideos et ligneos, quos colit Almachius præfectus, in calcem convertite. Nam omnes, qui eos colunt, erunt in afflictione et supplicio æterno. Tunc qui cum præfecto considebat Tarquinius, qui etiam dictus est Laccas, præfecto dicit in secreto : Invenisti occasionem, domine mi, tolle eos quamprimum a terra. Nam si tardaveris, et de die in diem traxeris, omnes suas facultates distribuent pauperibus, et eis supplicio affectis, tu nihil invenies. Tunc præfectus, cum ei placuisset illius consilium, jussit lictoribus, ut eos abducerent, ubi erat Jovis

[7] Sap. v, 1 seqq. [8] Psal. cxxv, 5

autem, qui in his rebus erant initiati, et in omnem mundum missi ad prædicandum, signis et magnis prodigiis confirmabant suam prædicationem. Nam et omnes infirmitates curarunt in ejus nomine, fugarunt dæmones, et vitam reddiderunt mortuis. Nullam tibi arbitror remanere quæstionem, nisi ut hanc vitam animo et corpore despicias, et illam vehementer et constanter inquiras. Nam qui credit in Dei Filium, et ejus adhæret præceptis, quando morietur, ejus corpus a morte nulla afficietur injuria, sed a sanctis angelis in ulnis excipietur, et in locum paradisi abducetur. Hinc mors cum diabolo efficit, ut diversis pravitatibus mentes hominum colliget, et in variis non animadversis necessitatibus occupet : et nunc quidem damni terrore afficit, nunc autem ad gulam excitat, ex diversis abstrahens studiis, de hac sola vita facit miseros homines esse sollicitos, ut ex corpore egredientes inveniat miseros et nudos, et nihil secum portantes præter peccata. Hoc tibi paucis exposui, o charissime. Si quid autem tibi deesse existimas, rursus quære.

XIV. Tunc Tiburtius ad ejus pedes provolutus, dixit cum gemitibus fletuque et lacrymis : De hac vita de cætero si vel cogitatione exquisiero, vel animo agitavero, in illa vita nunquam inveniar. Habeant ergo insipientes lucrum præsentis temporis. Ego autem, qui in hodiernum usque diem vixi sine ratione, absit ut sine ratione de cætero vitam agam! Et hæc cum dixisset, ad suum fratrem conversus, dixit : Miserere mei, frater dilecte, et abrumpe tarditatem, quam transegi in ignorantia. Quocirca vereor moras; pondus ferre non possum; rogo te, duc me ad hominem Dei, ut me perfecte purificatum, illius vitæ faciat participem. Tunc Valerianus deduxit fratrem suum ad sanctissimum papam Urbanum. Cui postquam narravit omnia, quæ dicta et facta fuerant, benigno Deo egit gratias. Acceptum autem cum omni gaudio et exsultatione Tiburtium, cum admonuisset, catechismo instituisset, baptizasset in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, jussit secum esse, donec ea deponeret, quæ recentis sunt illuminationis. Quæ quidem cum perfecta fuissent ejus doctrina, post septem dies Christi militem restituit. Tantam autem gratiam a Christo est consecutus, ut etiam Dei angelos videret quotidie ; et quæcunque a Deo petebat, facile impetrabat. Sed quoniam longum esset omnia ordine exponere, qualia et quam multa fecit Dominus per eos admirabilia, convertamur ad gloriosas eorum perpessiones.

XV. *Turcius*, qui etiam Almachius, cum esset *præfectus urbis*, et sanctos Dei martyres occideret *quotidie*, jubebat eorum corpora relinqui *insepulta*. *Tiburtius* autem et Valerianus ad hoc *operam quotidie* adhibebant, ut sanctorum corpora *ad sepeliendum* componerent et humi mandarent, *eleemosynis* vacantes et divino cultui. Cum ii

A ergo in eis versarentur, quomodo solent boni odio haberi ab improbis, eos mali criminantur apud Almachium, præfectum urbis, omnia referentes, quæ per ipsos Dominus faciebat in egenos : et quod improbe ac malitiose, quos ille jubebat occidi, isti mandabant sepulturæ. Itaque a militari cohorte comprehensi, adducuntur ad Almachium præfectum. Quos quidem Almachius his verbis est allocutus : Cum vos character nobilitatis gloria insignes reddiderit, cur propter, nescio quam religionem, vos ignobiles redditis et infelices? Nam vestras facultates in nescio quas abjectas personas audio vos erogantes consumpsisse, et eos qui castigati fuerunt propter sua scelera, cum omni gloria mandare sepulturæ. Quo-
B circa licet suspicari, vos esse initiatos iisdem mysteriis, quibus ii, quos propter conjurationem mandatis sepulturæ. Respondit Tiburtius, et dicit præfecto : Utinam nos dignentur referre in numerum suorum servorum, quorum tu nos conjicis esse socios, qui quidem respuerunt id esse quod videtur et non est, et invenerunt illud, quod videtur non esse et est.

XVI. Almachius præfectus dixit : Et quid est, quod videtur esse et non est? Dixit Tiburtius : Omnia quæ sunt in mundo, quæ animas vocant ad mortem æternam per brevis temporis lætitiam. Dixit Almachius præfectus : Et quid est, quod non videtur esse et est? Tiburtius dixit : Vita,
C quæ futura est justis, et supplicium, quod dabitur injustis; ex utraque enim parte cognovimus verum esse ea ventura : et in fausta distributione, quod oculis cordis nostri cognoscimus, id corporis nostri oculis spectandum referimus, ut in nostra conscientia quæ sunt bona, malis obumbremus rationibus. Dixit præfectus Almachius : Non puto te mente tua loqui. Dixit Tiburtius : Non loquor mente mea, sed illius, quem accepi in visceribus mentis meæ. Dixit Almachius præfectus. Numquid nosti quod dicis? Dixit Tiburtius : Et novi, et didici, et credo, quod omnia, quæ a me dicta sunt, permanent. Almachius præfectus : dixit : Et ego cur non intelligo, quod ago, a quo hæc sunt condita? Tiburtius dixit : Quoniam homo
D belluinus non sentit, quæ sunt spiritus. Spiritalis autem dijudicat omnia ; ipse vero a nullo dijudicatur. Tunc ridens præfectus, jussit auferri quidem Tiburtium; coram eo autem sisti Valerianum. Cui etiam dixit : Quoniam non est frater tuus sani cerebri, tu poteris respondere sapientius? Dicit ei Valerianus : Falluntur aures tuæ, quoniam scopum nostræ orationis non potes intelligere. Dixit præfectus : Nemo ita errat, ut vos erratis, qui relictis necessariis numeris et responsis, malos sequimini : quæ sunt jucunda respuentes, lætitiam nihili facientes, et ea despicientes, quæ data sunt ad vitæ alimentum, maxima benevolentia illud complectimini, quod saluti invenitis contrarium, et iis quæ sunt jucunda, inimicum.

XVII. Ad hæc respondit Valerianus : Ludentes et ridentes, et in variis deliciis luxuriose vitam agentes, vidi hiemis tempore per campos transeuntes. In quibus campis stabant agricolæ plantantes, palmites infigentes, et spinosos rosarum ramos ingeniose toto animo componentes. Alii autem oliveta inserentes : alii vero radicitus imbecilla exscindentes, et quæ sunt opera convenientia, magno labore peragentes. Tunc illi, qui deliciis fruebantur et lætabantur, cœperunt eos qui laborabant, ludificari et dicere : Miseri et miserabiles, hunc qui vos affligit laborem deponite, et nobiscum lætantes, vos deliciis explete et libidinibus, et cur tanquam insipientes duro labore dissolvimini, et vestræ vitæ tempora in negotiis, quæ vos affligunt, consumitis? Hæc dicentes, solvebantur in risum, et dabant plausum manibus, magnoque sono eos cachinnantes irridebant. Hæc autem illis facientibus, pluvios hiemis menses tranquillissima tempora exceperunt : et ecce pulchrorum et variorum florum fragrantibus omne genus odoribus prata exornabantur, et molles botrorum series producebant palmites, et e vario genere arborum rami stillantes melle fructus producebant, in quibus animadvertimus usque in hodiernum diem abundare simul et gratiam, et fructum, et decorem. Tunc cum lætarentur illi, qui existimabantur esse insipientes, cœperunt lugere ii, qui existimabantur esse cives : et qui erant gloriosi in sua intelligentia, perierunt in acri ratiocinatione : et tandem ducti pœnitentia, inter se murmurantes et gementes dicebant : Hi sunt, quos habuimus ludibrio; eorum laborem probrum existimabamus : eorum vitam nihili faciebamus, tanquam miserabilem; eorum figuram judicabamus esse indignam, et intelligentiam eorum sine honore. Ii autem inventi sunt intelligentes : et nos quidem probamur tunc fuisse miserabiles, insipientes et stulti, quando neque nobisipsis operabamur, neque iis qui operabantur, dedimus in opere auxilium : qui quidem cum essemus in deliciis, eos valde irrisimus, et ipsos credidimus esse insipientes, quos quidem nunc resplendentes animadvertimus et florentes [7].

XVIII. Ad hæc dixit præfectus : Te quidem video esse sapienter hæc persecutum : sed ad meum responsum non videris respondere. Valerianus dixit : Dixisti nos esse stultos et insipientes, qui facultates nostras damus egentibus, proselytos excipimus, viduis suppeditamus quæ sunt necessaria, orphanis subvenimus, corpora insepulta tegimus, et cum maximo honore celebramus martyrum depositiones. Nos autem insipientes judicasti et delirantes, qui cum iis qui lætantur, non lætamur, nec in deliciis vivimus, nec nostras explemus libidines, nec illiberaliter sumus lascivis et impudicis oculis, ostendentes nos esse liberos et ingenuos. Veniet tempus, quo accipiemus mille cuplos fructus
A nostræ afflictionis, et nobis lætantibus flebunt illi, qui nunc efferuntur lætitiis; est enim nunc tempus seminandi. Qui ergo in hac vita seminant, quæ sunt ad tempus, lacrymas, in illa beata et æterna vita metent gaudium sempiternum [8]. Dixit præfectus : Ergo et nos, et invicti Imperatores luctum æternum habebimus; vos autem æternum gaudium possidebitis? Respondit Valerianus : Quid enim estis vos, aut vestri imperatores? Impleto enim vestro tempore morientes, eo majorem Deo estis reddituri rationem, quo vobis ab eo major data fuit potestas. Dixit præfectus Almachius : Quid in verbis volvendis immoramur? Aut diis thus offerte, et illæsi recedite : aut male estis et acerbe morituri. Ambo responderunt et dixerunt :
B Nos non diis, sed Deo quotidie offerimus sacrificia. Dixit præfectus : Quis est Deus, cui dicitis vos vestrum offerre sacrificium? Sancti responderunt et dixerunt : Et quis est alius Deus præter ipsum? Cur de Deo nos interrogas? Est enim alius Deus, præter unum? Dixit præfectus : Quem unum esse dicitis, ejus nomen requiro. Dixit Valerianus : Dei nomen non inveneris, etiamsi possis volare pennis. Dixit præfectus : Jovis ergo nomen non est Deus? Dixit Valerianus : Est nomen corruptoris et adulteri, quem fuisse occisorem vestri auctores memorant, et accusatorem nostræ ostendunt Scripturæ. Hunc tu Deum miror quanam impudentia nominasti, cum Deus dici non possit,
C nisi qui est ab omni peccato alienus, qui est etiam plenus omnipotentia. Dixit præfectus : Ergo errat omnis mundus, et tu cum tuo fratre Deum verum cognovisti? Dixit Valerianus : Innumerabilis multitudo Christianismi accepit sanctitatem. Imo vero vos pauci estis, qui remansistis tanquam scissæ e naufragio tabulæ, ad nihil aliud proficientes, nisi ut in igne jaciamini.

XIX. Tunc iratus præfectus, jussit eum cædi virgis. Ille autem confestim dum verberaretur, lætus cœpit dicere : Ecce hora, quam valde desiderabam, et ecce dies omni festo mihi jucundior. Dum beatus verberaretur, præco magna voce clamabat : Deos et deas noli maledictis incessere. Ille autem ad populum clamabat, dicens : Viri cives
D Romanorum, videte, ne hæc plaga vos a veritate avertat, sed state fortiter, et deos lapideos et ligneos, quos colit Almachius præfectus, in calcem convertite. Nam omnes, qui eos colunt, erunt in afflictione et supplicio æterno. Tunc qui cum præfecto considebat Tarquinius, qui etiam dictus est Laccas, præfecto dicit in secreto : Invenisti occasionem, domine mi, tolle eos quamprimum a terra. Nam si tardaveris, et de die in diem traxeris, omnes suas facultates distribuent pauperibus, et eis supplicio affectis, tu nihil invenies. Tunc præfectus, cum ei placuisset illius consilium, jussit lictoribus, ut eos abducerent, ubi erat Jovis

[7] Sap. v, 1 seqq. [8] Psal. cxxv, 5

statua, et jussit ut, nisi ambo vellent imagini Jovis sacrificare, simul subirent supplicium capitis. Tunc venerandi et gloriosi Christi martyres Valerianus et Tiburtius abducti sunt a Maximo præfecti cubiculario in locum, qui dicitur Pagus. Qui quidem Maximus cœpit eos deflere, et dicere: O pretiosa et florens juventus! O vinculum magnæ fraternitatis! O par pulcherrimum et generosum! Cur vos in malum et impium finem volentes vos ipsos projicere, et ad maximum tendere exitium, ita festinatis tanquam qui ad lætitiam, et magnificam et lautam cœnam vocemini? Tunc dixit Tiburtius: Nos si non vere didicissemus aliam esse vitam æternam, quæ vitam præsentem sequitur, non gauderemus eam amittere. Dicit eis Maximus: Et quænam potest esse alia vita? Respondit Tiburtius, et dixit: Quomodo corpus induitur indumentis, ita etiam anima induitur corpore. Et corpus quidem tanquam semen terrestre, per libidinem in terrenam matricem immittitur: genitum autem et nutritum, et lapsum in mortis interitum, et in pulverem conversum, tanquam phœnix futuræ lucis specie excitabitur. Anima vero si sit sancta, feretur in paradisi delicias, ut florens in deliciis, exspectet tempus suæ resurrectionis. Dicit eis Maximus: Vellem ego quoque hanc vitam respuere, si de iis quæ dicis possem fieri certior. Dicit ei Valerianus: Quoniam dicis tibi nihil superesse, nisi ut probes vera esse, quæ tibi diximus: ea hora, qua faciet Dominus nos corporis tunicam exuere in gloriosa nominis ejus confessione, aperiet Dominus oculos tuos, et faciet te aspicere, cum quanta gloria illa vita redditur, si tamen promittas nobis, quod ex toto animo venies ad tui erroris pœnitentiam.

XX. Tunc Maximus anathemate seipsum devovit, dicens: Flammis ignis consumar, nisi ab hac hora illum solum Deum confitebor, qui facit, ut post hanc vitam alia vita sequatur, hoc mihi solum vos ostendite, quod estis polliciti. Ei dicunt sancti martyres Tiburtius et Valerianus: Jube lictoribus, ut nos in domum tuam abducant, et faciemus, ut illuc ad te veniat purificator: qui hac nocte, postquam fueris purificatus, faciet ut videas id, quod tibi promisimus. Cum autem Maximus jussisset lictoribus, abduxerunt eos in domum ejus. Quorum prædicatione ipse Maximus cum tota sua familia et ipsis lictoribus crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum. Tunc sancta Cæcilia venit ad ipsos noctu cum sacerdotibus, et fuerunt omnes baptizati in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Cum autem exoriens matutinum, nocti finem dedisset, magno silentio facto, dixit sancta Cæcilia: Estote forti et magno animo, o Dei milites; abjicite opera tenebrarum, et induimini arma lucis *. Pulchrum certamen certavistis, cursum peregistis, fidem conservavistis. De cætero

A proficiscimini ad coronam justitiæ, quam reddet vobis justus Judex: non solum autem vobis, sed etiam omnibus, qui diligunt adventum ejus **. Locus autem, qui dicitur Pagus, erat situs quarto lapide ab urbe Roma, ad quem erat transeundum prope portam templi, ut quicunque illac transibat, nisi Jovis simulacro thus offerret, puniretur. Cum in eum autem locum venissent sancti Tiburtius et Valerianus, pretiosum thus obtulerunt, Deo offerentes suos accusatores: et sic flexis genibus, fuere cæsi gladio, et amisso hoc caduco et mortali corpore, æternam et quæ non potest marcescere, martyrii coronam accepere.

XXI. Tunc Maximus jurans dicebat: Vidi angelos Dei tanquam solem resplendentes, ea hora qua

B gladio sunt percussi, et exeuntes eorum animas e corporibus, tanquam virgines e thalamo. Quas cum ulnis excepissent angeli, strepentibus alis ferebantur in cœlum. Hæc Maximo narrante cum lacrymis, multi crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum, et conversi ab errore simulacrorum, seipsos tradiderunt sancto Vibano suo magistro. Cum autem ad Almachium urbis præfectum venisset fama, quod Maximus cubicularius cum omnibus suis factus esset Christianus, jussit eum tandiu verberari globis plumbeis, donec spiritum emitteret. Quem sancta Christi martyr Cæcilia cum posuisset proxime sanctos Dei martyres Tiburtium et Valerianum, deposuit in arca, et jussit ut in arca ejus insculperetur phœnix, ad osten-

C dendam ejus fidem, qui se inventurum esse resurrectionem phœnicis exemplo admiserat. Facta est autem post hæc inquisitio. Cœpit enim Almachius præfectus amborum fratrum quærere facultates, propter quas volebat etiam quærere sanctam Cæciliam, ut Valeriani conjugem, et jussit eam apud se sisti. Quæ quidem postquam omnia, quæ superfuerant ex eorum facultatibus, fideliter distribuisset pauperibus, cœpit ille urgere, ut ea thus offerret. Tunc dixit ministris, qui eam urgebant, ut hoc faceret:

XXII. Audite me, cives et fratres: Vos estis ministri vestri præsidis, et videtur vobis, quod desideratis esse alieni ab ejus impietate. Mihi au-

D tem est gloriosum et valde desiderandum, omnia pati gravia pro Christi confessione. Nam cum hac vita nunquam statui ullam habere amicitiam. Sed ne sitis de nostra solliciti juventute, quam omnis curæ estis expertem redditturi. Facite ergo, quod ab iniquo præside est vobis imperatum. Tunc illi cœperunt lamentari et conqueri quod tam electa puella, et tam intelligens et nobilis, cuperet interfici: et eam rogabant, dicentes, ne talem decorem amitteret, neque talem speciem converteret ad mortem. Quibus flentibus et dolore vexatis sic sancta respondit Cæcilia: Hoc, o fratres, non est perdere juventutem, sed commutare; dare lutum,

* Rom. XIII, 12. ** II Tim. IV, 7.

et aurum accipere; dare tabernaculum breve et miserabile, et magnam speciosamque et amplam domum accipere, ex lapidibus pretiosis et auro ædificatam: dare angulum tenebrosum, et locum accipere lucidum, margaritis resplendentem cœlestibus: dare possessionem quæ perit, et accipere possessionem quæ non cognoscit finem, et ignorat mortem; dare lapidem miserabilem, quem pedibus conculcatis, et accipere lapidem pretiosum, qui forma resplendet in regio diademate. Hodie si quis sic offerat aureos, ut minimam nummorum quantitatem ex iis alacri animo proventum accipiat; num vos quoque lubenter curreretis ad talem negotiationem, et omnes parentes, et notos, et cognatos, dilectosque, et propinquos, et amicos vobiscum faceretis currere? Si quis autem vos currentes averteret, dicendo vos inutiliter omnes vestros nummos esse daturos, num eos essetis irrisuri ut ignorantes, et qui nihil cognoscerent: vos autem læti curreretis, quod cum pretioso auro essetis permutaturi æs miserabile, et non magni pretii? Et vos quidem pondus pro pondere gaudetis accipere; Deus autem non dat pondus pro pondere, sed accipit simplum, et reddit centuplum; præterea vero vitam quoque æternam.

XXIII. Cum hæc autem dicta essent a beata Cæcilia, ascendit supra petram, quæ erat prope pedes ejus, et dicit omnibus: Creditis ea, quæ dixi vobis? Illi autem una voce dixerunt omnes: Certe credimus in Christum Filium Dei, eum esse verum Deum qui te talem habet ancillam. Dicit eis sancta Cæcilia: Ite de cætero, et dicite infelicissimo Almachio, quod ego unum donum peto, ne nimis acceleret is meam decertationem. Ego autem faciam, ut in domum meam veniat sanctissimus papa Urbanus, ut faciat vos omnes vitæ æternæ participes, et sic Dei providentia ego quoque consummabor. Tunc cum in ejus domum venisset sanctissimus papa Urbanus, baptizavit plusquam quadringentos, diversi sexus, fortunæ et ætatis. Inter quos erat vir clarissimus, nomine Gordianus. Is cum papæ precibus domum sanctæ Cæciliæ vocavit ex suo nomine, ut in occulto ex illo die, ex quo illic Christi peractum est baptisma, fieret Ecclesia Dominica; adeo ut sanctissimus quoque papa Urbanus illic occulte habitaret; indies autem Christi redemptionis lucra illic crescerent, et diaboli essent damna innumerabilia.

XXIV. Cum hæc autem fierent, Almachius urbis præfectus jubet coram se sisti Cæciliam; quam interrogans, ei dicit: Quod est nomen tuum, o puella? Respondit sancta: Cæcilia. Dixit præfectus Almachius: Cujus es conditionis? Dixit Cæcilia: Ingenua ex clarissimis. Dixit præfectus: Ego te rogo de religione, non autem de genere. Sancta dixit Cæcilia: Interrogatio tua stultum cepit principium, quæ duo responsa videtur elicere ex una quæstione. Dixit præfectus: Undenam est tibi hæc fiducia? Respondit sancta: Ex bona conscientia, et fide non simulata. Dixit præfectus: Ignoras quænam sit mihi potestas? Dixit sancta Cæcilia: Ignoras tu, quænam sit mihi potestas? Nam si tu me rogaveris de tua potestate, veris verbis tibi aperiam. Dicit ei præfectus: Dic, si quid nosti. Sancta dixit Cæcilia: Omnis hominis potestas est perinde ac uter vento plenus: quem si una acu pupugeris, omnis tumor ejus colli flaccescit. Quin etiam si invenietur in ipso aliquid portare, inflectitur. Dixit præfectus: Cœpisti a contumelia, et perseveras in contumeliis. Dixit sancta Cæcilia: Non dicitur contumelia, nisi in eos qui pauca peccant, non teneatur moderatio. Quamobrem vel doce contumeliam, si falsum sum locuta; vel teipsum castiga, subeuntem judicium. Dixit Almachius præfectus: Ignoras, quod domini invicti imperatores jusserunt ut qui non negaverint se esse Christianos, puniantur; qui autem negaverint, dimittantur. Dixit sancta Cæcilia: Sic vestri semper errant imperatores, sicut etiam vestra celsitudo. Nam quæ ab ipsis processit sententia, vos quidem testata est esse impios, nos autem esse ostendit innocentes. Si enim malum esset hoc nomen, nos quidem negavissemus. Vos autem, ut nos confiteamur, omnino coegissetis. Dixit præfectus: Pro pietate sua hoc valuerunt statuere, ut sua benignitate vitam donando, vobis gratificentur. Dixit sancta Cæcilia: Nihil est æque impium, nihil vero tam innocentiæ inimicum, quam reis omnia inferre supplicia ad hoc, ut suam iniquam testentur qualitatem, et de eorum in mysterio sociis gravissimam habere quæstionem. Nos autem quos innocentes cognoscitis, nominis solum accusatis. Sed nos, qui sanctum nomen Christi cognoscimus, id omnino negare non possumus. Est enim melius mori feliciter, quam vivere infeliciter. Nos enim vera dicentes, vos punimus, quibus est persuasum, ut falsum audiatis.

XXV. Dixit Almachius præfectus: Elige tu unum ex duobus: aut sacrifica, aut nega te esse Christianam, ut delicti tibi detur venia. Tunc dixit ridens sancta Cæcilia: O judicem pudore necessario affectum! Vult me negare, et esse me innocentem, ut ipse me faciat crimini obnoxiam. Si vis accusare, cur me adhortaris, ut negem? Sin autem vis absolvere, cur non vis inquirere? Dixit præfectus Amalchius: Adsunt accusatores, qui testantur te esse Christianam. Si ergo quamprimum negaveris, impones finem eorum accusationibus. Sin autem nolueris negare, hoc tuæ imputabis amentiæ, quando in te lata fuerit sententia. Dixit sancta Cæcilia: Eorum accusatio est mihi desideranda, et punitio tua est victoria. Noli me ergo corrigere tanquam errantem: sed teipsum increpa, qui existimas fore ut Christum negem. Dixit præfectus: Misera, nescis vitæ et necis potestatem mihi datam esse ab imperatoribus? Cur loqueris cum tanta superbia? Dixit sancta: Alio modo licet dicere superbum, et alio confidentem. Ego confidenter, non autem superbe, sum locuta. Nam

Romani seditio nomine Clementis: et exorta inter se invicem confusione, alius aliud in ipsum dicebat. Aliqui autem contra dicebant: Quid enim mali fecit? aut quid non boni recte gessit? Nam quemcunque ægrotorum visitavit, is sanitatem ab eo est consecutus. Quicunque ad eum abiit affectus tristitia, is lætus est reversus. Nullum unquam læsit, omnibus vero profuit. Alii autem diabolico spiritu accensi, clamabant: Magicis artibus hæc faciens, deorum nostrorum cultum evertit. Jovem dicit non esse deum; Herculem autem nostrum custodem esse dicit immundorum spirituum; sanctam Venerem refert fuisse meretricem; Vestam autem magnam deam, igne fuisse consumptam, impie asserit. Similiter sanctissimam quoque Minervam, Dianamque et Mercurium, Saturnumque et Martem calumniatur. Omnia nostrorum deorum nomina et templa probris insectatur et contumeliis. Aut diis nostris sacrificabit, aut ipse delebitur.

II. Tunc Mamertinus urbis præfectus non ferens populi seditionem, beatissimum Clementem jussit ad se adduci. Quem cum vidisset, cœpit dicere: Ex generosa quidem radice processisti, ut testimonium fert Romanus populus; sed errorem suscepisti, et ideo non possunt in animum inducere, ut taceant. Nam nescio quemnam Christum colis, et contra deos admittis. Quamobrem oportet te deponere omnem superfluam superstitionem, et colere deos, quos de more colimus. Tunc dixit B. Clemens: Optarem excellentiæ tuæ prudentiam attendere meam defensionem et non propter imperitorum seditionem, sed propter meam doctrinam, me accusare. Nam etiamsi multi canes nos allatraverint et conciderint, non possunt nobis auferre, quin simus homines rationis participes: illi autem, canes latrantes. Semper enim constat seditionem proficisci ab imperitis, ut nihil habeat tutum, nec verum. Quamobrem quæratur ratio silentii, in quo pro sua salute homo particeps rationis, et per se incipiat consultare et disserere ut verum Deum inveniat, cui suam fidem honorifice commendet. Tunc Mamertinus urbis præfectus mittens ad Trajanum imperatorem, detulit nomen B. Clementis, dicens: Hunc Clementem seditiosis clamoribus populus non cessat quærere, et non potest in eum inveniri fide digna probatio. Tunc rescripsit Trajanus imperator, oportere eum vel consentire sacrificantem, aut ultra mare Pontum in desertam civitatem suam prope Chersonem relegari.

III. Quando autem Trajani jussus fuit confirmatus, cogitabat apud se Mamertinus, quonam modo Clemens voluntarium non peteret exsilium, sed diis potius offerret libamina. Sed B. Clemens contendebat ipsius quoque judicis animum ad fidem Christi traducere, et ostendere, sed potius eligere exsilium, quam id timere. Dominus autem Clementi præbuit tantam gratiam, ut Mamertinus urbis præfectus defleret, et diceret: Deus, quem tu sincere colis, ipse tibi opem feret in hoc, quo fuisti damnatus, exsilio, navemque ei constituit; et cum omnia in eam immisisset quæ erant ad usum necessaria, dimisit. Porro autem multi quoque ex populo viri pii eum sunt secuti. Cum autem pervenit ad locum, in quem erat relegatus, ad opus fodiendi et cædendi marmoris, illic invenit plusquam duo millia Christianorum, qui ad longissimum tempus erant condemnati. Qui quidem cum vidissent sanctum et egregium Clementem, omnes unanimes cum gemitibus et lacrymis accedentes, dicebant: Ora pro nobis, sancte pontifex, ut efficiamur digni Christi promissione. Quos cum cognovisset sanctus Clemens propter Christum fuisse relegatos, dixit: Non ab re me huc misit Dominus, sed ut, cum fuissem particeps vestrarum perpessionum, præberem etiam exemplum consolationis et tolerantiæ.

IV. Ab eis autem accepit, quod a sex milliaribus portabant aquam suis humeris. Statim itaque Clemens rogavit eos, dicens: Precemur Dominum nostrum Jesum Christum ut fidei suæ confessoribus aquæ fontem aperiat; et qui percussit petram in terra deserta Sina, et abunde fluxerunt aquæ, ipse copiosum nobis præbeat fluentum, ut lætemur ejus suppeditatione. Impleta autem precatione, in eo loco ad quem aspexerat, vidit agnum stantem, qui dexterum pedem levavit, veluti sancto Clementi locum indicans. Tum sanctus Clemens cogitans esse Dominum, quem ipse solus aspexit, et nullus alius, profectus est ad locum, et dixit: In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti pulsate in hoc loco; et cum omnes circumcirca fodissent ligonibus, et non ipsum locum, in quo stetit agnus, parvo ligone accepto, parvo ictu sanctus pulsavit locum, qui erat sub pede agni, unde repente emersit fons pulcherrimus aquis scaturientibus, qui magno impetu effusus fecit fluvium. Tunc sanctus Clemens dixit omnibus exsultantibus: « Fluminis impetus lætificat civitatem Dei [1]. » Propter hanc ergo famam accurrit omnis provincia, et omnes, qui venerant ad doctrinam sancti Clementis, conversi sunt ad Dominum; adeo ut quotidie quingenti et plures baptizati recederent. Intra unum autem annum factæ sunt illic a fidelibus septuaginta quinque ecclesiæ; et confracta sunt omnia simulacra, omnia templa regionis quæ erat circumcirca, sunt diruta; omnes luci, qui erant ad trecenta milliaria, omnino in orbem sunt concisi et constrati.

V. Tunc ergo odiosa narratio pervenit ad Trajanum imperatorem, quod illic ad multitudinem innumerabilem auctus esset populus Christianorum; et ab eo missus fuit præses Aufidianus,

[1] Psal. XLV, 5.

liquias eis ostenderet, quod etiam factum est, Deum supplices rogarent, protinus immensum illud pelagus desistens et retrocedens, effecit ut profundum adiri posset a fidelibus usque ad tria milliaria. Ingressi autem, invenerunt habitaculum instar templi marmorei, et illic in capsa lapidea sanctissimas et gloriosissimas martyris Christi repositas reliquias. Qui cum statuissent sanctissimas ex profundo tollere reliquias noctu accedens sanctus, eos sic est allocutus: Reliquias quidem nolite tollere; hanc autem vobis concedo gratiam, ut singulis annis die meæ decertationis septem dies mare retrocedens, præbeat iter per siccum ingrediendum hucusque. Quod autem dixerat, deductum est ad effectum. Ab eo enim tempore usque in hodiernum diem singulis annis fit hoc miraculum. Quid est hoc minus faciendum, quam Mosis miraculum? Quid vero Elisei vilius, aut minus gloriosum? Imo vero est longe majus et gloriosius. Ille enim virga et vivus et semel mare scindens, maris profundum ut iter esset, effecit: hic vero similiter pelle ovilla secans Jordanem, semel quoque hoc fecit miraculum: ambabus aquis post transitum redactis ad suam naturam, quibus hoc nunquam factum est postea. Hic autem post mortem, et non semel, sed ab eo tempore usque in hodiernum diem. O miraculum et gloriam martyris, quale donum est assecutus singulis annis die gloriosæ suæ decertationis? Septem enim dies, sicut prius diximus, recedens mare illud infinitum, piis præbet iter facile.

IV. Cum hoc ergo sic factum (1) omnes pii, tam qui erant in regione, quam cives Chersonis audivissent, perrexerunt ad contemplandum miraculum. Cum quibus quidam quoque vir pius cum pia uxore et filio masculo, ad sacrosancti martyris templum viam peregerunt prompto et alacari animo. Cum autem ad locum pervenissent, et miraculum quod adhuc fiebat, aspexissent, ingressi sunt illud templum quod ad Deo ædificatum fuerat in profundo; et cum ad capsam accessissent, supplices sanctum rogabant, petentes ut per ipsum sibi daretur veniam peccatorum; et precantur, ut filio daretur vita longa, et nullis obnoxia calamitatibus, et opum copia, et quæ consentaneum est petere parentes filio unico. Postquam ergo preces peregissent, et sancti osculati fuissent reliquias, redierunt. Qui cum egressi essent, aqua rursus in suum locum rediit. Illi autem conversi, et quod prius erat iter, pelagus aspicientes, huc et illuc circumspicientes, filium quærere aggrediebantur. Is autem in arca sancti remanserat; et hoc non oblivione parentum, sed Dei voluntate factum est, ut in hoc quoque martyrem faceret magis admirabilem.

V. Cum ergo parentes non invenirent filium, et cogitassent puerum fuisse a se oblivioni in profundo mandatum, quid opus est dicere et patris lamentationes, et matris ejulatus? Præclarum enim illud festum converterunt in lamentationem. Quid enim non dicebant? Quid non faciebant ex iis quæ consentaneum est, vel ipsum lapidem posse movere ad lacrymas? Mater enim oculos ad mare extendens, et manus in altum extollens, sancto tales voces emittebat: Hæ sunt, o sancte, tuæ remunerationes? hancne reddis gratiam iis qui tanto tui desiderio ad te accurrerunt? Hancne reddidisti mercedem pro labore, quem passa sum, ex quo accessi? Ubi est mihi filius? Ubi nati mei viscera marina bellua laceravit? Quisnam autem vehemens insurgens fluctus, eum vivum tanquam sepulcrum operuit? Quemnam modo aspiciam oculis? Pro quo vero orabo? Quis autem erit meæ senectutis baculus? Cur, o sancte, non fecisti me esse sociam mortis filii mei, ut quomodo ad te accessi eum manu tenens, ita etiam eum ulnis ferens, infelix ad inferos descenderem: O mare et profundum, quonam tui sinu meum tenebis filium? Quomodo autem eum quoque ales? Hei mihi, miserande fili; fili, rapte ante tempus; fili, quomodo a meis oculis recesisti? Quibus pedibus es conversus? Quemnam autem tanquam agnum aspiciam exsilientem? Pater vero rursus et manus et oculos feriens, sic conquerebatur: Cur, o sancte, me repente orbum fecisti liberis? Cur permisisti, ut meus filius moreretur morte tam miserabili? Cur mihi obtigerunt contraria iis quæ speravi? Hacne fide ad te accessimus? Taliane sunt dona martyrum in eos qui ad ipsos magno accedunt desiderio? Revera non tu, sed procellæ meorum peccatorum mari tradiderunt filium. O fili mi, quis tui mortui claudet oculos? Quis te autem componet ad sepulcrum? Quænam vero theca pulchrum tuum et jucundum teget tabernaculum? An omnino quidem tuos oculos texit mare, et sepeliit profundum, et tibi theca fuit venter piscium!

VI. Cum sic autem plangerent et lamentarentur parentes, quidam ex iis qui illuc convenerant, vix tandem eis persuaserunt, ut cessarent a lamentatione. Cum a luctu autem parum cessassent, domum abierunt. Cum ergo tempus processisset, et memoriæ sancti martyris dies venissent, hæc inter se dicebant, recordati sui filii: Agedum proficiscamur ad sanctum, ut, si ullæ reliquiæ, quod fieri non potest, remanserint nostri filii, eas accipiamus, et cum sancto, judicio contendamus; ut, si fieri possit, illic moriamur, mortis societatem ineuntes cum filio. Cum hæc ergo dixissent, nondum iis quæ dicebantur, finem imposuerant, et cœperunt iter ingredi. Cum vero accessissent, et ad locum pervenissent, et mare retrocessisset, Deo hic quoque honor ante martyrem filii sui desi-

(1) Hucusque c. 35, Greg. Tur. lib 1. *De gloria martyrum.*

derio stimulati, primi profundum insilierunt, eosque sequens vadebat multitudo. Cum autem pervenissent ad imprimis venerandum templum martyris, (o miraculum!) vident suum filium vivum, lætum et exsilientem. Cum sic autem a miraculis in miraculum incidissent, reque insigni et admirabili essent obstupefacti, primum quidem Deum laudarunt; deinde martyri quoque egerunt gratias. Deinceps vero adolescentem interrogarunt, quomodo esset servatus, quonam vivificante, quonam servante, et quonam nutriente? Puer autem una quidem manu tenens arcam, altera autem manu digito indicans eum qui intus jacebat, respondit interrogantibus: Hic post Deum meus custos et vita et alimentum fuit, et propulsator belluarum marinarum. Hic me quotidie alebat splendidissime.

VII. Parentes autem admiratione et lætitia affecti, et martyris fide magis confirmati, per quem filium, quem putabant mortuum, viventem acceperunt, priores luctus converterunt ad gratiarum actionem, sancto sic acclamantes: Vere ergo admirabilis est Deus in sanctis suis [6], et eorum qui ipsum timent, faciens voluntatem [7], et audiens eorum precationem. Servasti, o sancte, nostrum filium; reddidisti nobis eum qui non sperabatur. O cœlum et terra, et tu profundum, quod nos prius exsecrabamur admirare magnum hoc opus, quod naturam superat. Esto autem tu quoque, o sancte, nobis propitius, et ea nobis condona quæ animo cruciati in terdiximus et fecimus. Ne pro nostris in te maledictis parem referas gratiam. Filium recepimus; eum, qui erat mortuus, per te nunc in vitam revocatum accepimus, senectutis nostræ baculum rursus habemus tuo auxilio. Quid pluribus opus est? Non trium dierum, sed unius anni mortuum, et non lapide, sed aqua conditum: et non a vermibus, quod est naturæ humanæ proprium, consumptum, sed a piscibus, ut existimabamus, devoratum, salvum per te accepimus. O gratiam, o gloriam, o virtutem et beneficentiam o sante. Cum sic ergo sanctum cum lacrymis essent et laudibus prosecuti, accipientes filium, venere domum, narrantes omnibus miraculum.

VIII. Quidnam ergo cum his conferemus? Aiunt Eliam aliquando filium, qui erat mortuus, vivum matri reddidisse; quod quidem est magnum, et valde admirabile [8]. Quin etiam ad Elisei aliquando, ut Litteris est proditum, monumentum, quemdam a quibusdam homicidis interfectum, et in eo projectum, surrexisse et vixisse [9]: quod quidem est magnum, et valde admirandum. Porro autem Petrus quoque in nostris libris, Petrus, inquam, princeps apostolorum, illam, quæ pauperes alebat, viduam Tabitham mortuam, eadem hora ad vitam suscitavit precibus [10]. Et sunt hæc quidem admirabilia et longe clarissima: præsens autem miraculum quantum ea exsuperat? Attentius autem mihi considera miraculi excellentiam. Elias quidem ut prius diximus, nuper mortuum puerum, et qui nondum refrixerat, sed adhuc servabat naturæ calorem, suscitavit. Elisei vero virtus duabus de causis fecit miraculum: una quidem ostendens prophetam, qui ignorabatur: alteram autem non concedens cædem etiam post mortem. Petrus vero sua virtute, et adjutus etiam eorum precibus, qui a vidua fuerant affecti beneficio, ipse quoque excitavit eam modo mortuam. Sanctus autem martyr Clemens (o miraculum!) non recens, sed jam anno uno mortuum, vel ut melius dicam, in uno quoque puncto, et ejus tenuissima parte morientem, conseravit. Scitis autem omnes, qui ejus fecistis, periculum, quanto tempore verisimile erat conservari puerum in profundo tam vasto. Sed mihi diligenter consideranti non unum mortuum, sed quanto temporis spatio scimus puerum in aqua suffocari, id tempus repetentes et remetientes, inveniemus sanctum tot suffocasse mortuos. Quod autem est admirabilius, non ab aquarum solum suffocatione, sed a bestiarum etiam læsione conservavit puerum. O gratiam, o virtutem, quæ utrumque efficit: nempe et aquas alligat, et propulsat belluas. Ad hæc quid dicitis? Non alia superat miraculum? Nisi quis nos male reprehendat, quod id extollamus supra miracula prophetica. Nulla ea de causa in nos cadet reprehensio. Aperte enim scitis sanctum martyrem esse in eadem gloria et iisdem tabernaculis, in quibus sancti martyres, apostoli et prophetæ, et ipsi angeli.

IX. Sed o martyrum splendor et decus sanctorum, primitiæ antistitum, vide nunc quoque hunc præsentem cœtum pium et religiosum, qui a vitæ fluctibus quotidie obruitur. Eum tuis precibus illæsum custodi et conserva: et qui tanquam feræ immanes insiliunt dæmones, et minantur se esse devoraturos animæ nobilitatem, tuarum intercessionum jaculo repelle, o sanctissime. Sed nos quoque, o fidelissime cœtus, rogo, ut per bona et Deo grata opera efficiamus nos dignos sancti gratiis et donis. Et primum quidem in Deum et inter nosipsos sinceram et non perturbatam conservemus charitatem. Deinde ab omni maledicto, et omni mendacio, et omni perjurio nosipsos repurgemus. Ante hæc autem et post hæc, faciamus eleemosynam, quæ scit Deum magis placare, et propitium reddere nostris peccatis. Quis enim ejus oblitus, regnum Dei possederit? Nemo nostrum prætexat paupertatem, nemo viduitatem et liberorum nutricationem. Sunt hi frigidi et perniciosi prætextus. Nemo vestrum est illa vidua pauperior, quæ nihil aliud habebat, quam pugillum farinæ: idque cum alendi ei essent liberi: neque tamen suam aut

[6] Psal. LXVII, 36. [7] Psal. CXLIV, 19. [8] III Reg. VII, 1 seqq. [9] IV Reg. XIII, 21 seqq. [10] Act. IX, 39.

filii vitam prætulit misericordiæ [11]. Ne excusationes quæramus in peccatis, « Deus non irridetur [12]. » Penaria nostra mente intueamur. Videamus an quotidiani alimenti nihil nobis redundet. Ne mensium circulos metiamur, et annorum ambitus, est enim alius qui providet, et eorum curam gerit, etiamsi nos ignoremus. Nosipsos constituamus nostrarum rerum examinatores : etsi, ut prius quidem diximus, quotidiani alimenti nostri nihil superfuit, scit Deus misereri eorum, qui premuntur inopia. Sin autem viderimus nostra penaria non A solum cibo et potu repleta, sed etiam auro et argento, et aliis, quæ eos consequuntur, qui divitiis delectantur et possessionibus, esurientibus aliis et frigore enectis, sciamus quod æternum et qui nunquam desiit ignem nobis recondimus. Ut eum ergo effugiamus, in Dei mandatis pro viribus ambulemus, ut et sancti martyris fruamur intercessionibus, et ineffabilia et æterna Dei bona consequamur, gratia, et benignitate Domini nostri Jesu Christi : cui gloria, potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[11] III Reg. XVII, 1 seqq. [12] I Galat. VI, 7.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ

—

VITA ET CONVERSATIO

S. P. N.

GREGORII, EPISCOPI AGRIGENTINI

(Latine apud Surium ad diem 23 Novembris; Græce ex codd. mss. Reg. 1525, 1549 et 1534.)

—

Α'. Κάλλιστόν τι χρῆμα ἡ ἀρετὴ, καὶ δόξαν ὅσην A ἐγκόσμιόν τε καὶ ὑπερκόσμιον προξενοῦσα τοῖς ἐρασταῖς. Οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ μέλλοντι μόνον τὰς ἀμοιβὰς ἀποδίδωσιν, ἀλλά γε καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον τοὺς μετιόντας περιφανεῖς ἐργάζεται. Ταύτην οὖν καὶ Γρηγόριος ὁ πάντα καλῶς εἰς ἄκρον ἀσκήσας οὐ κληρονόμος μόνον τῆς ἀλήκτου ζωῆς, ἀλλὰ καὶ περιὼν ἔτι τῷ βίῳ θαυμαστὸς κατέστη καὶ περιβόητος, ὃν εἰ Σικελῶν μὲν ἐβλάστησε γῆ. Σικελῶν γὰρ ἡ Ἀκραγαντίνων, ὡς πάντες ἴσασι, Σιὼν δὲ ἁγία ἐκεῖθεν ἐκδεξαμένη, καθάπερ τι φυτὸν εὐγενὲς ἐθρέψατό τε καὶ τὰ κάλλιστα ἐκδιδάξασα, τῇ πατρίδι πάλιν περιφανῶς ἀποδίδωσιν. Ἐμοὶ μὲν οὖν ἥδιστόν τι πρᾶγμα δοκεῖ καὶ σπουδῆς ἄξιον τὸν αὐτοῦ βίον ἄνωθεν ἀναγράψασθαι καὶ τοῖς ἔπειτα καλοῦ παντὸς θέσθαι παράδειγμα καὶ ἀρχέτυπον· C ὑμῖν δὲ οἶδ' ὅτι καὶ αὐτοῖς τὰ καλὰ καὶ ἀκούειν καὶ ζηλοῦν βουλομένοις εὐκταῖον τὸ πρᾶγμα φανεῖται, καὶ μεθ' ἡδονῆς ἄγαν τὰς ἀκοὰς εἰσδυόμενον. Ἀρχὴν τοίνυν τοῦ λόγου ταύτην θετέον, ἣν δὴ κἀκεῖνος τοῦ βίου ἔσχεν ἀρχήν.

Β'. Κώμη τις ἤνεγκε τὸν μακάριον, ἡ Πραιτώρια μὲν καλεῖται, ἔγγιστα δὲ κεῖται τῆς Ἀκραγαντίνων πόλεως, τὸ πρότερον δὲ ἀφανὴς οὖσα

I. Pulcherrima res est virtus, quæ maximam gloriam, et altissimum ornatus cumulum sui amatoribus affert. Si quidem non illos solum post mortem remuneratur, sed vivos utque præsentes illustres efficit. Hanc cum Gregorius omnibus in rebus egregie ad extremum usque tempus exercuisset, non solum hæres vitæ perpetuæ est institutus, sed cum adhuc etiam viveret, admirabilem se ac celebrem præstitit. Sicilia quidem oriundus. Siculis enim finibus, ut omnes norunt, Agrigentum continetur ; cæterum cum sancta illum Sion suscepisset, ac uti plantam quamdam apprime nobilem enutritum, disertissime erudivisset, patriæ rursus conspicuum reddidit. Et quidem jucundissimum mihi ac æstimabile valde videtur, ejus vitam altius repetitam describere, et tanquam specimen quoddam, et omnis virtutis exemplar, litterarum monumentis posteris consignare : vobis vero, quibus tam splendida audire libet ac imitari, res isthæc optabilis esse, vestrasque ingenti cum voluptate aures subire debet. Quod igitur ille vitæ principium habuit, hoc ipsum nostræ orationis exordium statuendum est.

II. Vicus quidam, qui Prætoria nomine dicitur, Agrigento civitati proximus, sanctum virum edidit. Prius quidem ille obscurus et incognitus :

nunc vero tanto alumno clarus et illustris emicat. Parentes vero (quæ Dei gratia ac benignitas fuit) viri luculentis ornati divitiis, ac probata vita florentes, plurima sua pauperibus erogabant. Hi quo marem filium procrearent precibus insistentes, voti tandem sui compotes fiunt, filiumque non natura tantum, sed animo, marem suscepere : quemadmodum et tempus, quo ille perturbationis est impetitus, et contra malorum impressiones altitudo animi postulabat : quæ sane omnia sermo quoque, subsequens indicabit. Hunc igitur a sacro baptismate vir virtute clarus Potamion, qui tum sacris ac religioni Agrigenti civitatis præerat, suscipit. Postea vero quam puer octavum ætatis annum attigit, hunc ad divum Potamionem parentes adducunt, ut puero ille prospera omnia precaretur, et præterea ipsum præceptori traderet erudiendum. Qui cum pro pueri salute Dominum (ut par era) orasset, grammatici cujusdam, cui Damiano nomen erat, fidei illum commisit, disciplinisque accurate ac sedulo incumbere præcepit. At puer ab ipsis litterarum elementis, ut aiunt, præstantiam animi præ se ferens, utpote qui ingenii acumine, et acri promptitudine usus est, plures breviter disciplinas percurrit. Nam prima ipsa elementa, odasque Davidicas, rationem item ac convenientiam numerorum, adde etiam ecclesiasticos hymnos, biennii tantum spatio didicit. Proinde ob celeritatem, qua tot disciplinis excultus est, omnibus admirationi fuit. Ubi vero duodecimum annum prætergressus est, episcopum rursus ac cæteros Ecclesiæ ministros parentes adeunt, multisque hunc ipsum in eorum collegium cooptari precibus orant. Cumque ille æquo animo sermonem audisset (jam enim interiori mentis oculo cernebat, quam splendidum ac lucidum oculum regendæ Ecclesiæ esset admoturus), in sacrum cœtum ascivit, et illum organum selectissimum fore, ac quidquid in posterum futurus esset, præfatus est. Ita divus Gregorius clericorum cœtui additus, Donato Ecclesiæ archidiacono traditur, qui tum sacrorum voluminum curam agebat : cujus cum familiari convictu ac consuetudine uteretur, longe disertior evasit : perspicuumque fuit post delitescentem apud ipsum virtutis odorem, disciplinas quidem perlustrare, mores vero in graviores ac venustiores permutasse, atque adeo sese divinis scriptis attentiorem præstitisse, a quibus et animo imprimis illuminatus, et illarum incredibili affectus dulcedine, totum Deo se ipse dedit, viamque, qua illi propius inhæreret, celeriusque occurrenti sibi appropinquaret, inire studebat.

III. Illum igitur sacra invisendi loca, eorumque sanctitudinis esse participem, cogitatio incessit. Cumque magno hujusce rei desiderio flagraret, exinde Deum obsecrabat, ne votum suum frustraretur. Jamque duodevicesimum ætatis annum agebat. Quadam vero nocte cum in archidiacoui, cujus mentionem fecimus, contubernio degeret, ipse templum ingressus, Deum, ut ejusmodi se propo-

καὶ ἄγνωστος, νῦν δι' αὐτὸν ἐπίσημός τε καὶ περιφανὴς δείκνυται. Οἱ φύντες δὲ Χαρίτων καὶ Θεοδότη, ἄνθρωποι, πλούτῳ λαμπρῷ κομῶντες, καὶ βίῳ χρηστῷ θάλλοντες, καὶ τῶν προσόντων τὰ πλεῖστα τοῖς πένησιν ἀπονέμοντες, οὗτοι δι' εὐχῆς ποιούμενοι παῖδα σχεῖν ἄῤῥενα τυγχάνουσι τῆς εὐχῆς, οὐ τὴν φύσιν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἄῤῥενα κληρωσάμενον· ὥσπερ οὖν ὁ τῶν πειρασμῶν καιρὸς ἔδειξε, καὶ ἡ πρὸς τὰς τῶν κακῶν ἐπιφορὰς γενναιότης, ἃ δὴ καὶ προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει. Τοῦτον γοῦν ἀπὸ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀναδέχεται ὁ πολὺς τὴν ἀρετὴν Ποταμίων, ὁ τότε τῆς Ἀκραγαντίνων πόλεως τὰς ἱερὰς ἀνέχων φροντίδας. Ἐπειδὴ δὲ τὸν ὄγδοον χρόνον ὁ παῖς τῆς ἡλικίας παρήμειβε, Ποταμίωνι τὸν θεῖον τοῦτον προσάγουσιν οἱ γεννήτορες, εὐλογίας τε ἀξιῶσαι, καὶ παιδευτῇ παραδοῦναι βουλόμενοι. Καὶ ὃς αὐτῷ κατὰ τὸ εἰκὸς ἐπευξάμενος, γραμματιστῇ τινι παραδίδωσιν ᾧ Δαμιανὸς ὄνομα, σπουδαίως αὐτὸν καὶ φιλοπόνως ἐκπαιδεύειν τὰ τῶν μαθημάτων ἐγκελευσάμενος. Ὁ δὲ δὴ παῖς τὸ τῆς ψυχῆς μεγαλοφυὲς ἐξ αὐτῆς, ὡς ὁ λόγος, γραμμῆς ὑποφαίνων, ἅτε δὴ φύσεως ὀξύτητι καὶ προθυμίᾳ συντόνῳ χρώμενος, δι' ὀλίγου τὰ πολλὰ τῶν μαθημάτων διῄει, ὡς ἐν δυσὶ μόνοις ἔτεσι τήν τε τῶν πρώτων στοιχείων παράδοσιν, τούς τε Δαυϊδικοὺς ψαλμοὺς, καὶ τὰς τῶν ἀριθμῶν ἀναλογίας, προσέτι δὲ καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ὕμνους ἐκμαθεῖν. Ἀμέλει καὶ παρὰ πᾶσιν ἀξιοθαύμαστος ἐπὶ τῷ τάχει τῆς τούτων περιλήψεως ἐνομίζετο. Ὡς δὲ καὶ τοῦ δωδεκάτου ἔτους προβαίνων ἥπτετο, προσίασιν οἱ τεκόντες αὖθις τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τῷ κλήρῳ τοῦτον ἐγκαταλεγῆναι τῆς ἐκκλησίας ἀντιβολοῦσι. Καὶ ὃς, ἀσμένως τὸν λόγον δεξάμενος, ἑώρα γὰρ ἤδη τῷ διορατικῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ οἷον περικαλλῆ καὶ φωτεινὸν ὀφθαλμῷ τῇ Ἐκκλησίᾳ μέλλοι χαρίζεσθαι, τῇ ποίμνῃ τοῦτον συναριθμεῖ, σκεῦος ἐκλογῆς αὐτὸν προειπὼν ἀποβήσεσθαι, καὶ ὅσα ὕστερον ἐκεῖνος ἔμελλεν ἔσεσθαι. Οὕτως ὁ ἱερὸς Γρηγόριος τῷ τῶν κληρικῶν χορῷ συγκαταλεχθεὶς, Δονάτῳ παραδίδοται τῷ ἀρχιδιακόνῳ τῆς ἐκκλησίας, ὃς δὴ καὶ τῶν ἱερῶν βιβλίων τηνικαῦτα τὴν φυλακὴν ἐπιτέτραπτο, ᾧτινι καὶ εἰσαεὶ διάγων ἑαυτὸν τρανότερον παρεδείκνυ· καὶ δῆλος ἦν ἀπὸ τοῦ κρυπτομένου παρ' αὐτῷ τῆς ἀρετῆς μύρου, σπουδαίως μὲν τὰ μαθήματα διιὼν, ἤθους δὲ σεμνοτέρου μεταποιούμενος, προσεκτικώτερον δὲ καὶ περὶ τὰς θείας ἔχων Γραφὰς, ἐξ ὧν δὴ καὶ μάλιστα τὴν ψυχὴν φωτισθεὶς καὶ τῷ ἡδίστῳ τούτων θελχθεὶς μέλιτι, ὅλως τῷ Θεῷ προσανέχων ἦν, καὶ ὁδὸν ἐζήτει, δι' ἧς αὐτῷ καὶ τελεώτερον συναφθείη, καὶ ἐγγίσαι τάχιον τῷ ἐγγίζοντι.

Γ'. Λογισμὸς τοίνυν αὐτὸν θεόθεν λαμβάνει τοὺς ἁγίους τόπους ἰδεῖν, καὶ τοῦ ἐξ αὐτῶν ἁγιασμοῦ μετασχεῖν. Καὶ δεῖ πρὸς τοῦτο λίαν ἐρωτικῶς ἔχων, ἐδεῖτο λοιπὸν τοῦ Θεοῦ μὴ διαμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ. Καὶ χρόνον μὲν ὀκτωκαιδέκατον ἤδη γεγονὼς ἦν, ἐν μιᾷ δὲ τῶν νυκτῶν τὸν ῥηθέντα κατακοιμίσας ἀρχιδιάκονον, αὐτὸς εἴσω τοῦ ναοῦ γίνεται, καὶ πολλὰ τοῦ Θεοῦ δεηθεὶς, συνάρασθαι τούτῳ τοῦ

προκειμένου καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὴν ἐπιθυμίαν πρὸ τῆς τοῦ Δονάτου κλίνης τῇ γῇ προκατακλιθεὶς, τῷ ὕπνῳ ἑαυτὸν δίδωσι. Παραστὰς δέ τις αὐτῷ, Γρηγόριε, λέγει. Ὁ δὲ εὐθὺς, Ἰδοὺ ἐγὼ, κύριε, καὶ στὰς τοῦ ἀρχιδιακόνου ἐπίπροσθεν, Τί με κέκληκας, ἔφη, κύριε; Καὶ αὐτὸς, Οὐ κέκληκά σε, τέκνον, φησίν. Αὖθις οὖν ὑποστρέψας, τῇ στρωμνῇ κατεκλίνετο. Εἶτα πάλιν ὁ καλῶν τὸ δεύτερον παραστὰς, Γρηγόριε, ἔφη. Ὁ δὲ καὶ αὖθις ἀναπηδήσας σπουδῇ, πρὸ τῆς κλίνης ἵσταται τοῦ ἀρχιδιακόνου, καὶ Ἰδοὺ ἐγὼ, κύριε· τί κέκληκάς με, φησίν. Ὁ ἀρχιδιάκονος οὖν ἐπὶ τῷ πράγματι διαταραχθεὶς, εἶτα καὶ τὴν κλῆσιν ἄνωθεν εἶναι μὴ ἀγνοήσας, Ἐγὼ μὲν, εἴρηκε πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ νῦν κέκληκά σε, τέκνον, πλὴν ἀλλ' εἰ αὖθις οὕτω κληθείης, ἀπόκριναι τῷ καλοῦντί σε, Τί ἐστι, Κύριε, τί προστάττεις τῷ σῷ οἰκέτῃ; Ὡς οὖν καὶ τρίτον ὁ καλῶν ἐπέστη προφωνῶν τὸ Γρηγόριε, ἀποκρίνεται οὗτος ὥσπερ ἄρα καὶ διδαχθεὶς ἔτυχεν. Εὐθὺς δὲ ὁ καλῶν, ἄγγελος δὲ τοῦ Θεοῦ ἦν οὗτος, Ἤκουσταί σου, ἔφη, ἡ δέησις. Δεῖ οὖν σε τὸ τάχος παρὰ τὸν αἰγιαλὸν γενέσθαι, καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους τόπους τοῖς ἀπάξουσιν ἐντυχεῖν.

Δ'. Ἐπὶ τούτοις ὁ Γρηγόριος εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ καὶ οἷς ἤκουσεν εὐπειθήσας ἔξεισιν ἔτι κατεχόμενον ὕπνῳ καταλιπὼν τὸν ἀρχιδιάκονον, καὶ πλοίῳ περιτυχὼν, ἠρώτα πότε καὶ ὅπου μέλλοιεν τὸν ἀπόπλουν ποιεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν ὡς ἤδη πλεῖν μέν εἰσιν εὐτρεπεῖς, εἰς Καρθαγέναν δὲ τὸν ἀπόπλουν ποιεῖσθαι βούλοιντο, σύμπλουν καὶ αὐτὸν ἠξίου παραλαβεῖν. Ὁ τοῦ πλοίου τοίνυν προεστηκὼς, ἅμα μὲν τὸ κατεσπουδασμένον αὐτοῦ τῆς ὁρμῆς ὑποπτεύσας, ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὸ ταπεινὸν τοῦ σχήματος ἀπιδὼν, Μή τί γε ἄρα δοῦλός τε εἶ, καὶ τὸν Δεσπότην ἀποδιδράσκεις τὸν ἑαυτοῦ; ἤρετο. Ὡς δὲ ἐκεῖνος Χριστοῦ μὲν δοῦλος εἶναι ἔλεγεν, ἀνθρώπου δὲ οὐδενὸς, ἐμβῆναι μὲν εἰς τὸ πλοῖον ἐφῆκεν, οὐδὲν δὲ φιλάνθρωπον οὐδὲ δίκαιον ἐπ' αὐτῷ δράσειν ἐσκόπει, ἀποδόσθαι τοῦτον εἰς δουλείαν ἀπανθρώπως διανοούμενος. Ἡ μὲν οὖν ναῦς, ἐπιφόρῳ χρησαμένη τῷ πνεύματι, ἐν τρισὶν ἡμέραις τὴν Καρθαγέναν κατειλήφει· ὁ δὲ δὴ ναύκληρος ἐκεῖνος, συνεχῶς τὸν παῖδα παρατηρῶν, ὅτι προσευχαῖς τε καὶ ἀγρυπνίαις παρ' ὅλην νύκτα προσκείμενος ἦν, ἠρέμα τοῦ ὄντος ἐγίνετο, καὶ ἔννοιαν περὶ αὐτοῦ τὴν προσήκουσαν κατὰ μικρὸν ὑπεδέχετο, ὡς ἄρα οὐκ ἀνθρώπων τινὸς, ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις μάλιστα τῶν τοῦ Θεοῦ δούλων ἐστίν. Ὅθεν λύπη τε αὐτὸν ἰσχυρὰ καὶ δεινὴ μεταμέλεια ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν εἰσῄει, καὶ δάκρυσι τοιούτοις φαρμάκοις τὴν ἄδικον ὥσπερ ἐνθύμησιν τῆς ψυχῆς ἐξιάσασθαι βουλόμενος.

Ε'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁρμισάμενοι τῆς πόλεως ἔνδον γεγόνασιν, ὁ ναύκληρος εἰς τὰ ἑαυτοῦ ξενίζει τὸν παῖδα, καὶ ἰδιαζούσῃ τοῦτον οἰκίᾳ σχολάζειν δίδωσι· καὶ δὴ καὶ τὸν ἄτοπον αὐτῷ λογισμὸν ἐκκαλύψας (οὐ γὰρ ἀνῆκε πλῆττον τὸ συνειδὸς διὰ τὴν τοῦ πρὸς ὃν ἡμάρτανεν ἁγιότητα), ἐδεῖτο καὶ συγγνώμης ἀξιωθῆναι, ἧς δὴ καὶ τυγχάνει παρὰ τῆς συμπαθοῦς ἐκείνης καὶ φιλανθρώπου ψυχῆς. Καὶ ὁ μὲν οὕτως· ὁ δὲ δὴ Γρηγόριος ἐπικλεισάμενος ἑαυτὸν ἐν ᾧ οἰκή-

A sito liberaret, et ad exitum optata perduceret, precibus obtestabatur: ac mox humi prope a lecto Donati procumbens, somno se dedit. Assistens autem quidam illum proprio nomine, Gregori, appellavit. Is vero confestim: Ecce ego, domine; et stans coram archidiacono; Quid me (inquit), domine, vocasti? Cui ille: Non te, ait, fili, vocavi. Cumque ille rursus lecto stratus recumberet, mox qui vocarat, secundo assistens: Gregori, dixit. At ille denuo festinanter resiliens, archidiaconi lecto præsto fuit: Ecce, inquiens, ego, domine; quid me vocasti? Quamobrem archidiaconus sub hæc perterritus, vocationem illam cœlitus illapsam esse non ignorans, sic illum affatur: Neque sane nunc te, fili, vocavi. Verumenim rursum si vocere, percon- B tanti respondeas velim: Quid me vis, Domine? quid præcipis servo tuo? Postquam igitur tertio, Gregori, advocans astitisset, ille uti edoctus fuerat, respondit. Porro statim qui vocarat (angelus enim is Dei fuerat): Exaudita est, inquit, precatio tua. Quocirca ad littus concedas oportet, ut ad loca sancta tendentibus obvius fias.

IV. In his Gregorius Deo gratias egit, atque ejusmodi verbis fidem habens, egreditur, et archidiaconum necdum somno solutum reliquit, navigioque occurrens, unde illi advecti, et quo navigaturi essent, percontabatur. At ubi navigationi accinctos quidem illos, verum Carthaginem esse navigaturos audivit, cum iis pariter navigationem subire decrevit. Atque navis præfectus, acrem C ejus cupiditatem et affectum suspectum habens, simulque ad humile vestimenti genus oculos adjiciens, nunquiuam ille servus esset, dominumque refugeret suum, interrogavit. Is vero Christi se servum dixit esse, non hominis. Cæterum liberale aut justum in ipsum nihil molitus, eumdem in servitutem tradere flagitiosissimo cogitavit. Atque navis quidem prospera usa navigatione, Carthagini triduo appulsa est. Nauclero vero ille sedulo juvenem observans precibus ac vigiliis totam noctem insomnem ducere, veritatem sensim edoctus est, atque opinionem de illo consentaneam paulatim induit: nimirum cujusvis hominum servum non esse, sed inter primos atque præcipuos D Dei ministros numerandnm. Hinc illum ingens dolor accepit, ejusque animum præsumptæ opinionis subiit pœnitentia. Lacrymis item, ac amaris ejusmodi remediis virum sanctum propitium sibi reddere studebat, injustæ illi quasi humanæ cogitationi mederi cupiens.

V. Postea vero, quam civitatem ingressi sunt, nauclerus hospitio domi suæ juvenem excipit, eique familiariter pro arbitrio vitam agendi facultatem impertit. Cumque illi absurdam sane cogitationem palam fecisset (neque enim perculsa conscientia, ejus ipsius, in quem offenderat, permotus sanctitate, secus facere poterat), obtestabatur sibi veniam dari. quam ab animo illo benigno, et ad promerendos homines nato facile consequitur. Ac

nunc vero tanto alumno clarus et illustris emicat. Parentes vero (quæ Dei gratia ac benignitas fuit) viri luculentis ornati divitiis, ac probata vita florentes, plurima sua pauperibus erogabant. Ili quo marem filium procrearent precibus insistentes, voti tandem sui compotes fiunt, filiumque non natura tantum, sed animo, marem suscepere : quemadmodum et tempus, quo ille perturbationis est impetitus, et contra malorum impressiones altitudo animi postulabat : quæ sane omnia sermo quoque, subsequens indicabit. Hunc igitur a sacro baptismate vir virtute clarus Potamion, qui tum sacris ac religioni Agrigenti civitatis præerat, suscipit. Postea vero qnam puer octavum ætatis annum attigit, hunc ad divum Potamionem parentes adducunt, ut puero ille prospera omnia precaretur, et præterea ipsum præceptori traderet erudiendum. Qui cum pro pueri salute Dominum (ut par era) orasset, grammatici cujusdam, cui Damiano nomen erat, fidei illum commisit, disciplinisque accurate ac sedulo incumbere præcepit. At puer ab ipsis litterarum elementis, ut aiunt, præstantiam animi præ se ferens, utpote qui ingenii acumine, et acri promptitudine usus est, plures breviter disciplinas percurrit. Nam prima ipsa elementa, odasque Davidicas, rationem item ac convenientiam numerorum, adde etiam ecclesiasticos hymnos, biennii tantum spatio didicit. Proinde ob celeritatem, qua tot disciplinis excultus est, omnibus admirationi fuit. Ubi vero duodecimum annum prætergressus est, episcopum rursus ac cæteros Ecclesiæ ministros parentes adeunt, multisque hunc ipsum in eorum collegium cooptari precibus orant. Cumque ille æquo animo sermonem audisset (jam enim interiori mentis oculo cernebat, quam splendidum ac lucidum oculum regendæ Ecclesiæ esset admoturus), in sacrum cœtum ascivit, et illum organum selectissimum fore, ac quidquid in posterum futurus esset, præfatus est. Ita divus Gregorius clericorum cœtui additus, Donato Ecclesiæ archidiacono traditur, qui tum sacrorum voluminum curam agebat : cujus cum familiari convictu ac consuetudine uteretur, longe disertior evasit : perspicuumque fuit post delitescentem apud ipsum virtutis odorem, disciplinas quidem perlustrare, mores vero in graviores ac venustiores permutasse, atque adeo sese divinis scriptis attentiorem præstitisse, a quibus et animo imprimis illuminatus, et illarum incredibili affectus dulcedine, totum Deo se ipse dedit, viamque, qua illi propius inhæreret, celeriusque occurrenti sibi appropinquaret, inire studebat.

III. Illum igitur sacra invisendi loca, eorumque sanctitudinis esse participem, cogitatio incessit. Cumque magno hujusce rei desiderio flagraret, exinde Deum obsecrabat, ne votum suum frustraretur. Jamque duodevicesimum ætatis annum agebat. Quadam vero nocte cum in archidiaconi, cujus mentionem fecimus, contubernio degeret, ipse templum ingressus, Deum, ut ejusmodi se propo-

A καὶ ἄγνωστος, νῦν δι' αὐτὸν ἐπίσημός τε καὶ περιφανὴς δείκνυται. Οἱ φύντες δὲ Χαρίτων καὶ Θεοδότη, ἄνθρωποι, πλούτῳ λαμπρῷ κομῶντες, καὶ βίῳ χρηστῷ θάλλοντες, καὶ τῶν προσόντων τὰ πλεῖστα τοῖς πένησιν ἀπονέμοντες, οὗτοι δι' εὐχῆς ποιούμενοι παῖδα σχεῖν ἄῤῥενα τυγχάνουσι τῆς εὐχῆς, οὐ τὴν φύσιν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἄῤῥενα κληρωσάμενον· ὥσπερ οὖν ὁ τῶν πειρασμῶν καιρὸς ἔδειξε, καὶ ἡ πρὸς τὰς τῶν κακῶν ἐπιφορὰς γενναιότης, ἃ δὴ καὶ προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει. Τοῦτον γοῦν ἀπὸ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀναδέχεται ὁ πολὺς τὴν ἀρετὴν Ποταμίων, ὁ τότε τῆς Ἀκραγαντίνων πόλεως τὰς ἱερὰς ἀνέχων φροντίδας. Ἐπειδὴ δὲ τὸν ὄγδοον χρόνον ὁ παῖς τῆς ἡλικίας παρήμειβε, Ποταμίωνι τὸν θεῖον τοῦτον προσάγουσιν οἱ γεννήτορες, B εὐλογίας τε ἀξιῶσαι, καὶ παιδευτῇ παραδοῦναι βουλόμενοι. Καὶ ὃς αὐτῷ κατὰ τὸ εἰκὸς ἐπευξάμενος, γραμματιστῇ τινι παραδίδωσιν ᾧ Δαμιανὸς ὄνομα, σπουδαίως αὐτὸν καὶ φιλοπόνως ἐκπαιδεύειν τὰ τῶν μαθημάτων ἐγκελευσάμενος. Ὁ δὲ δὴ παῖς τὸ τῆς ψυχῆς μεγαλοφυὲς ἐξ αὐτῆς, ὡς ὁ λόγος, γραμμῆς ὑποφαίνων, ἅτε δὴ φύσεως ὀξύτητι καὶ προθυμίᾳ συντόνῳ χρώμενος, δι' ὀλίγου τὰ πολλὰ τῶν μαθημάτων διῄει, ὡς ἐν δυσὶ μόνοις ἔτεσι τήν τε τῶν πρώτων στοιχείων παράδοσιν, τούς τε Δαυϊδικοὺς ψαλμοὺς, καὶ τὰς τῶν ἀριθμῶν ἀναλογίας, προσέτι δὲ καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ὕμνους ἐκμαθεῖν. Ἀμέλει καὶ παρὰ πᾶσιν ἀξιοθαύμαστος ἐπὶ τῷ τάχει τῆς τούτων περιλήψεως ἐνομίζετο. Ὡς δὲ καὶ τοῦ δωδεκάτου C ἔτους προβαίνων ἥπτετο, προσίασιν οἱ τεκόντες αὖθις τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τῷ κλήρῳ τοῦτον ἐγκαταλεγῆναι τῆς ἐκκλησίας ἀντιβολοῦσι. Καὶ ὃς, ἀσμένως τὸν λόγον δεξάμενος, ἑώρα γὰρ ἤδη τῷ διορατικῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ οἷον περικαλλῆ καὶ φωτεινὸν ὀφθαλμῷ τῇ Ἐκκλησίᾳ μέλλοι χαρίζεσθαι, τῇ ποίμνῃ τοῦτον συναριθμεῖ, σκεῦος ἐκλογῆς αὐτὸν προειπὼν ἀποβήσεσθαι, καὶ ὅσα ὕστερον ἐκεῖνος ἔμελλεν ἔσεσθαι. Οὕτως ὁ ἱερὸς Γρηγόριος τῷ τῶν κληρικῶν χορῷ συγκαταλεχθεὶς, Δονάτῳ παραδίδοται τῷ ἀρχιδιακόνῳ τῆς ἐκκλησίας, ὃς δὴ καὶ τῶν ἱερῶν βιβλίων τηνικαῦτα τὴν φυλακὴν ἐπιτέτραπτο, ᾧτινι καὶ εἰσαεὶ διάγων ἑαυτὸν τρανότερον παρεδείκνυ· καὶ δῆλος ἦν ἀπὸ τοῦ κρυπτομένου παρ' αὐτῷ τῆς ἀρετῆς μύρου, σπουδαίως μὲν τὰ μαθήματα διιὼν, D ἤθους δὲ σεμνοτέρου μεταποιούμενος, προσεκτικώτερον δὲ καὶ περὶ τὰς θείας ἔχων Γραφὰς, ἐξ ὧν δὴ καὶ μάλιστα τὴν ψυχὴν φωτισθεὶς καὶ τῷ ἡδίστῳ τούτων θελχθεὶς μέλιτι, ὅλως τῷ Θεῷ προσανέχων ἦν, καὶ ὁδὸν ἐζήτει, δι' ἧς αὐτῷ καὶ τελεώτερον συναφθείη, καὶ ἐγγίσαι τάχιον τῷ ἐγγίζοντι.

Γ'. Λογισμὸς τοίνυν αὐτὸν θεόθεν λαμβάνει τοὺς ἁγίους τόπους ἰδεῖν, καὶ τοῦ ἐξ αὐτῶν ἁγιασμοῦ μετασχεῖν. Καὶ δεῖ πρὸς τοῦτο λίαν ἐρωτικῶς ἔχων, ἐδεῖτο λοιπὸν τοῦ Θεοῦ μὴ διαμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ. Καὶ χρόνον μὲν ὀκτωκαιδέκατον ἤδη γεγονὼς ἦν, ἐν μιᾷ δὲ τῶν νυκτῶν τὸν ῥηθέντα κατακοιμίσας ἀρχιδιάκονον, αὐτὸς εἴσω τοῦ ναοῦ γίνεται, καὶ πολλὰ τοῦ Θεοῦ δεηθεὶς, συνάρασθαι τούτῳ τοῦ

προκειμένου καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὴν ἐπιθυμίαν πρὸ τῆς τοῦ Δονάτου κλίνης τῇ γῇ προκατακλιθεὶς, τῷ ὕπνῳ ἑαυτὸν δίδωσι. Παραστὰς δέ τις αὐτῷ, Γρηγόριε, λέγει. Ὁ δὲ εὐθὺς, Ἰδοὺ ἐγὼ, κύριε, καὶ στὰς τοῦ ἀρχιδιακόνου ἐπίπροσθεν, Τί με κέκληκας, ἔφη, κύριε; Καὶ αὐτὸς, Οὐ κέκληκά σε, τέκνον, φησίν. Αὖθις οὖν ὑποστρέψας, τῇ στρωμνῇ κατεκλίνετο. Εἶτα πάλιν ὁ καλῶν τὸ δεύτερον παραστὰς, Γρηγόριε, ἔφη. Ὁ δὲ καὶ αὖθις ἀναπηδήσας σπουδῇ, πρὸ τῆς κλίνης ἵσταται τοῦ ἀρχιδιακόνου, καὶ Ἰδοὺ ἐγὼ, κύριε· τί κέκληκάς με, φησίν. Ὁ ἀρχιδιάκονος οὖν ἐπὶ τῷ πράγματι διαταραχθεὶς, εἶτα καὶ τὴν κλῆσιν ἄνωθεν εἶναι μὴ ἀγνοήσας, Ἐγὼ μὲν, εἴρηκε πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ νῦν κέκληκά σε, τέκνον, πλὴν ἀλλ' εἰ αὖθις οὕτω κληθείης, ἀπόκριναι τῷ καλοῦντί σε, Τί ἐστι, Κύριε, τί προστάττεις τῷ σῷ οἰκέτῃ; Ὡς οὖν καὶ τρίτον ὁ καλῶν ἐπέστη προφωνῶν τὸ Γρηγόριε, ἀποκρίνεται οὗτος ὥσπερ ἄρα καὶ διδαχθεὶς ἔτυχεν. Εὐθὺς δὲ ὁ καλῶν, ἄγγελος δὲ τοῦ Θεοῦ ἦν οὗτος, Ἤκουσταί σου, ἔφη, ἡ δέησις. Δεῖ οὖν σε τὸ τάχος παρὰ τὸν αἰγιαλὸν γενέσθαι, καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους τόπους τοῖς ἀπάξουσιν ἐντυχεῖν.

Δ'. Ἐπὶ τούτοις ὁ Γρηγόριος εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ καὶ οἷς ἤκουσεν εὐπειθήσας ἔξεισιν ἔτι κατεχόμενον ὕπνῳ καταλιπὼν τὸν ἀρχιδιάκονον, καὶ πλοίῳ περιτυχὼν, ἠρώτα πότε καὶ ὅπου μέλλοιεν τὸν ἀπόπλουν ποιεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν ὡς ἤδη πλεῖν μέν εἰσιν εὐτρεπεῖς, εἰς Καρθαγέναν δὲ τὸν ἀπόπλουν ποιεῖσθαι βούλοιντο, σύμπλουν καὶ αὐτὸν ἠξίου παραλαβεῖν. Ὁ τοῦ πλείου τοίνυν προεστηκὼς, ἅμα μὲν τὸ κατεσπουδασμένον αὐτοῦ τῆς ὁρμῆς ὑποπτεύσας, ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὸ ταπεινὸν τοῦ σχήματος ἀπιδὼν, Μή τί γε ἄρα δοῦλός τε εἶ, καὶ τὸν Δεσπότην ἀποδιδράσκεις τὸν ἑαυτοῦ; ἤρετο. Ὡς δὲ ἐκεῖνος Χριστοῦ μὲν δοῦλος εἶναι ἔλεγεν, ἀνθρώπου δὲ οὐδενὸς, ἐμβῆναι μὲν εἰς τὸ πλοῖον ἐφῆκεν, οὐδὲν δὲ φιλάνθρωπον οὐδὲ δίκαιον ἐπ' αὐτῷ δράσειν ἐσκόπει, ἀποδόσθαι τοῦτον εἰς δουλείαν ἀπανθρώπως διανοούμενος. Ἡ μὲν οὖν ναῦς, ἐπιφόρῳ χρησαμένη τῷ πνεύματι, ἐν τρισὶν ἡμέραις τὴν Καρθαγέναν κατειλήφει· ὁ δὲ δὴ ναύκληρος ἐκεῖνος, συνεχῶς τὸν παῖδα παρατηρῶν, ὅτι προσευχαῖς τε καὶ ἀγρυπνίαις παρ' ὅλην νύκτα προσκείμενος ἦν, ἠρέμα τοῦ ὄντος ἐγίνετο, καὶ ἔννοιαν περὶ αὐτοῦ τὴν προσήκουσαν κατὰ μικρὸν ὑπεδέχετο, ὡς ἄρα οὐκ ἀνθρώπων τινὸς, ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις μάλιστα τῶν τοῦ Θεοῦ δούλων ἐστίν. Ὅθεν λύπη τε αὐτὸν ἰσχυρὰ καὶ δεινὴ μεταμέλεια ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν εἰσῄει, καὶ δάκρυσι τοιούτοις φαρμάκοις τὴν ἄδικον ὥσπερ ἐνθύμησιν τῆς ψυχῆς ἐξιάσασθαι βουλόμενος.

Ε'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁρμισάμενοι τῆς πόλεως ἔνδον γεγόνασιν, ὁ ναύκληρος εἰς τὰ ἑαυτοῦ ξενίζει τὸν παῖδα, καὶ ἰδιαζούσῃ τοῦτον οἰκίᾳ σχολάζειν δίδωσι· καὶ δὴ καὶ τὸν ἄτοπον αὐτῷ λογισμὸν ἐκκαλύψας (οὐ γὰρ ἀνῆκε πλήττον τὸ συνειδὸς διὰ τὴν τοῦ πρὸς ὃν ἡμάρτανεν ἁγιότητα), ἐδεῖτο καὶ συγγνώμης ἀξιωθῆναι, ἧς δὴ καὶ τυγχάνει παρὰ τῆς συμπαθοῦς ἐκείνης καὶ φιλανθρώπου ψυχῆς. Καὶ ὁ μὲν οὕτως· ὁ δὲ δὴ Γρηγόριος ἐπικλεισάμενος ἑαυτὸν ἐν ᾧ οἰκή-

A sito liberaret, et ad exitum optata perduceret, precibus obtestabatur : ac mox humi prope a lecto Donati procumbens, somno se dedit. Assistens autem quidam illum proprio nomine, Gregori, appellavit. Is vero confestim : Ecce ego, domine; et stans coram archidiacono ; Quid me (inquit), domine, vocasti ? Cui ille : Non te, ait, fili, vocavi. Cumque ille rursus lecto stratus recumberet, mox qui vocarat, secundo assistens : Gregori, dixit. At ille denuo festinanter resiliens, archidiaconi lecto præsto fuit : Ecce, inquiens, ego, domine ; quid me vocasti ? Quamobrem archidiaconus sub hæc perterritus, vocationem illam cœlitus illapsam esse non ignorans, sic illum affatur : Neque sane nunc te, fili, vocavi. Verumenim rursum si vocere, percon-
B tanti respondeas velim : Quid me vis, Domine? quid præcipis servo tuo? Postquam igitur tertio, Gregori, advocans astitisset, ille uti edoctus fuerat, respondit. Porro statim qui vocarat (angelus enim is Dei fuerat) ; Exaudita est, inquit, precatio tua. Quocirca ad littus concedas oportet, ut ad loca sancta tendentibus obvius fias.

IV. In his Gregorius Deo gratias egit, atque ejusmodi verbis fidem habens, egreditur, et archidiaconum necdum somno solutum reliquit, navigioque occurrens, unde illi advecti, et quo navigaturi essent, percontabatur. At ubi navigationi accinctos quidem illos, verum Carthaginem esse navigaturos audivit, cum iis pariter navigationem
C subire decrevit. Atque navis præfectus, acrem ejus cupiditatem et affectum suspectum habens, simulque ad humile vestimenti genus oculos adjiciens, nunquiuam ille servus esset, dominumque refugeret suum, interrogavit. Is vero Christi se servum dixit esse, non hominis. Cæterum liberale aut justum in ipsum nihil molitus, eumdem in servitutem tradere flagitiosissimo cogitavit. Atque navis quidem prospera usa navigatione, Carthagini triduo appulsa est. Nauclero vero ille sedulo juvenem observans precibus ac vigiliis totam noctem insomnem ducere, veritatem sensim edoctus est, atque opinionem de illo consentaneam paulatim induit : nimirum cujusvis hominum servum non esse, sed inter primos atque præcipuos
D Dei ministros numerandnm. Hinc illum ingens dolor accepit, ejusque animum præsumptæ opinionis subiit pœnitentia. Lacrymis item, ac amaris ejusmodi remediis virum sanctum propitium sibi reddere studebat, injustæ illi quasi humanæ cogitationi mederi cupiens.

V. Postea vero, quam civitatem ingressi sunt, nauclerus hospitio domi suæ juvenem excipit, eique familiariter pro arbitrio vitam agendi facultatem impertit. Cumque illi absurdam sane cogitationem palam fecisset (neque enim perculsa conscientia, ejus ipsius, in quem offenderat, permotus sanctitate, secus facere poterat), obtestabatur sibi veniam dari. quam ab animo illo benigno, et ad promerendos homines nato facile consequitur. Ac

sic quidem ille : Gregorius vero in eo quod dictum est, domicilio cœlesti gloriæ intentus, priorem vitæ rationem ac institutum servabat, psalmis innocenter vacans, biduo ac triduo cibum semel capiens, plerumque etiam totam hebdomadam jejunus transigebat. Proinde hospitii Dominus ejusmodi, quod ipse sibi imperasset, vivendi studium admiratus, hunc ipsum urbis episcopo manifestum fecit : confestimque coram magno et inclyto viro sistitur. Cui episcopus : Unde venis, inquit, fili, et quo tendis ? Ille, Agrigento civitate illuc se advectum, cæterum sanctam Sion petere, dixit. His auditis, episcopus bona illi precatus : Dominus, inquit, perficiat gressus tuos, ac iter tuum dirigat. Ille vero pedibus ejus non sine lacrymis provolutus : Mihi utinam (respondit) ex sententia tua contingat. Interea vero episcopus convivii illum participem admisit, tandiuque secum versari voluit, donec festi dies sacrique (neque enim procul aberant) advenirent. Cujus ille dicto cum paruisset, essetque ejus convictu familiariter usus, domicilium, in quo prius diversabatur, repetit, et consuetum vivendi institutum capessit.

A ματι λέλεκται, τῆς προτέρας ἀσκήσεως εἴχετο, ψαλμοῖς τε καὶ ἀναγνώσεσι προσέχων, καὶ διὰ δύο ἢ καὶ τριῶν ἡμερῶν τροφῆς ἅπαξ ἁπτόμενος, πολλάκις δὲ καὶ παρ' ὅλας ἑπτὰ διατελῶν ἄσιτος. Ὁ τοίνυν τοῦ οἴκου κύριος τὸ ἐπιτεταμμένον τοῦτο τῆς ἀσκήσεως ἐκπληττόμενος, δῆλον αὐτὸν τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ ποιεῖ. Καὶ ὃς μετάκλητον τὸν μέγαν εὐθὺς θέμενος, Πόθεν ἥκεις, ἔλεγε, τέκνον, καὶ ποῦ πορεύει ; Ὁ δὲ τῆς Ἀκραγαντίνων μὲν ὁρμᾶσθαι πόλεως ἔφησεν, ἐπὶ τὴν ἁγίαν δὲ Σιὼν ἀφικνεῖσθαι. Τούτων ἐκεῖνος ἀκούσας ὁ μὲν αὐτῷ τὰ ἀγαθὰ ἐπηύχετο, Καταρτίσαι σου Κύριος τὰ διαβήματα, λέγων, καὶ αὐτὸς ἔσται σοι τὴν ὁδὸν διευθύνων· ὁ δὲ καὶ συνδειπνεῖν αὐτὸν ὁ ἐπίσκοπος καὶ συνεῖναι μέχρι τῶν ἱερῶν ἑορτῶν, οὐ πόῤῥω γὰρ ἦσαν, ἠξίου. Ὁ δὲ, B ὑπακούσας καὶ τροφῆς αὐτῷ κοινωνήσας, αὖθις ἐφ' ὃν ἡσύχαζε τόπον ἀφίκετο, καὶ τῆς συνήθους ἀγωγῆς εἴχετο.

VI. Porro non multis post diebus, cum in sacro illustris martyris Juliani templo sederet ac legeret, tres quidam monachi, cum moribus venerandi, tum decenti atque ornato corporis habitu animi præ se speciem ac pulchritudinem ferentes, illi apparuere, quos Gregorius intuitus, mirifice hilaris factus est : quippe cujus animus ob illorum præsentiam exsiliret : siquidem non absque magno aliquo bono ad se illos venisse sensit. Cum vero Deum adorassent, unus illorum sedit ; reliqui vero duo magno cum timore, reverentia item admirabili, illi assistebant. Hunc Gregorius pariter veneratus, sese aliis adjunxit. In quem monachus, qui sederat, conjectis oculis : Quid hæc, inquit, ad te, Gregori serve Dei, qui bonam partem elegisti, quæ abs te (ut de sententia Evangelii loquar[1]) non auferetur ? Hunc ille ob primam nominis cognitionem admiratus, pedibus ejus confestim advolvitur, ac lacrymas ab oculis distillans, efflagitabat, ut suis se precibus dignum faceret. Ille vero hunc erexit, nihilque circa se magni quidquam existimare jussit, ac ipsum, aliosque itidem duos monachos secum sedere curavit. Mox blande illum affatur : Scito, inquit, fili, consilia tua nobis omnia a Deo prodita esse. Verum lætus nos lætos sequere : quandoquidem horum index Deus, te quoque in comitatu nostro ad se adducere, et sacrosancta nobiscum loca, ad quæ jampridem nos navigatione contendimus, conspicere præcepit. Ob hæc Gregorius admiratione ac gaudio perfusus, se ipso continuere nequibat : sed rursus assurgens, ac pedes monachi complexatus, lacrymas plures prioribus præ gaudio effundebat, ac lætitia totus gestiens, quas majores poterat, in his Deo gratias agebat. Postea vero ad domicilium concessere, ac hospitii Dominus multam in illos hilaritatem ac comitatem ostendens, omnia ad

ϛ'. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας καθημένῳ αὐτῷ καὶ ἀναγινώσκοντι ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ μεγάλου μάρτυρος Ἰουλιανοῦ, τρεῖς τινες μοναχοὶ ἐπιφαίνονται, σεμνοί τε τῷ ἤθει, καὶ τῇ ἐκτὸς καταστάσει τὴν ἔνδον ὑποφαίνοντες ὡραιότητα. Οὓς ὁ Γρηγόριος θεασάμενος περιχαρής τε γενόμενος οἷα τῆς ψυχῆς αὐτῷ ἀνασκιρτησάσης ἐπὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν παρουσίᾳ συνῆκε C μὲν μὴ ἄνευ μεγάλου τινὸς ἀγαθοῦ παρ' αὐτὸν ἐκείνους ἐλθεῖν. Ἐπεὶ δὲ καὶ προσηύξαντο, καὶ ὁ μὲν αὐτῶν ἐκαθέσθη, οἱ δὲ δύο σὺν φόβῳ πολλῷ καί τινι ἀῤῥήτῳ αἰδοῖ παρειστήκεισαν, προσκυνήσας τούτῳ καὶ ὁ Γρηγόριος, καὶ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις συμπαρειστήκει. Πρὸς ὃν ἐμβλέψας ὁ καθήμενος μοναχὸς, Τί σοι τὰ ἐνταῦθα, φησὶ, δοῦλε τοῦ Θεοῦ, Γρηγόριε, τῷ τὴν ἀγαθὴν ἐκλεξαμένῳ μερίδα, ἥτις, εὐαγγελικῶς εἰπεῖν, οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπὸ σοῦ ; Καὶ ὃς, θαυμάσας αὐτὸν ἐκ πρώτης τῆς τοῦ ὀνόματος γνώσεως, βάλλει μὲν αὐτὸν εὐθέως πρὸ τῶν ἐκείνου ποδῶν, δάκρυά τε τῶν ὀφθαλμῶν ἀποστάζων, εὐχῆς ἠξίου τῆς παρ' ἐκείνου τυχεῖν. Ὁ δὲ ἀναστήσας αὐτὸν, καὶ μηδὲν οἴεσθαι μέγα περὶ αὐτοῦ εἰρηκὼς, ἐκέλευέ τε καθέζεσθαι, καὶ τοῖς δυσὶν ὁμοίως σὺν D αὐτῷ μοναχοῖς. Εἶτα προσσχὼν ἐκείνῳ, Τέκνον ἔσο, φησὶν, γινώσκων ὅτι τὰ κατὰ σὲ ἅπαντα δῆλα ἡμῖν κατέστη παρὰ Θεοῦ. Ἀλλὰ ἡμῖν χαίρων χαίρουσιν ἡμῖν ἕπου. Καὶ γὰρ ὁ ταῦτα γνωρίσας Θεὸς μεθ' ἑαυτῶν ἐκέλευσε καὶ σὲ συμπαραλαβεῖν, καὶ κοινῇ τοὺς ἱεροὺς ὄψεσθαι τόπους, ἐφ' οὓς καὶ ἡμεῖς ἤδη τὴν ὁρμὴν πεποιήμεθα. Θαύματος οὖν καὶ χαρᾶς ἐπὶ τούτοις πληρωθεὶς ὁ Γρηγόριος, οὐχ οἷός τε ἦν ἑαυτὸν κατέχειν, ἀλλὰ καὶ αὖθις ἐξαναστὰς καὶ τοῖς τοῦ μοναχοῦ ποσὶ συμπλακεὶς, δάκρυά τε ὑφ' ἡδονῆς ἔῤῥει τῶν προτέρων πλείονα καὶ παντοῖος ἦν, χάριν ὅσην ἐν τούτοις ὁμολογῶν τῷ Θεῷ. Μετὰ δὲ πρὸς καταγωγὴν ᾔεσαν, καὶ ὁ τοῦ οἴκου κύριος πολλὴν ἐνδεικνύμενος τὴν φιλοφροσύνην ἀφθόνως πάντα τὰ

[1] Luc. x, 43.

πρὸς τροφὴν παρετίθει, καὶ γευσαμένους ἀΰπνους A αὐτοὺς ἄχρις ὄρθρου εἶχεν ἡ νὺξ, τούς τε ἱεροὺς ὕμνους ᾄδοντας καὶ τοὺς θείους λόγους ἀναγινώσκοντας. Ἔνθα δὴ καὶ οἱ μοναχοὶ τὴν τοῦ παιδὸς σύνεσιν καὶ λίαν ὑπερηγάσθησαν οὕτως εὐρύθμως πάντα καὶ ἀσφαλῶς αὐτοῦ διιόντος.

Ζ'. Τετάρτης οὖν ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς ἐπιγενομένης ἡμέρας, ἰδοὺ τῶν μοναχῶν ὁ πρῶτος ἐμέμνητο, καὶ τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης ἐξίασι τῆς πόλεως ἅμα. Εἴκοσι δὲ ἡμέρας ὁδεύσαντες, εἰς Τρίπολιν ἀφικνοῦνται, καὶ πρὸς τὸν τοῦ ἁγίου Λεοντίου ναὸν ἀπέρχονται· ὅθεν δή καὶ πρεσβύτερός τις τῶν σεμνῶν καὶ κοσμίων, ἐκείνους παραλαβὼν, εἰς τὸν αὐτοῦ οἶκον ξενίζει. Διακονῶν δὲ ἦν αὐτοῖς ὁ Γρηγόριος, ὃ καὶ διὰ θαύματος οἱ βλέποντες εἶχον ὁποίαν B ἦν ποιούμενος τὴν ὑπηρεσίαν, οὐ σπουδαίαν μόνον καὶ καρτερικὴν καὶ φιλόπονον, ἀλλά τι καὶ οὕτω καταπονῶν ἑαυτὸν, διὰ δύο τε καὶ τριῶν ἡμερῶν μόλις πρὸς τροφὴν ἑώρα, καὶ οὐδ' ἂν οὐδὲ τότε, εἰ μὴ πολὺς ἦν ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος ἐγκείμενός τε καὶ τροφῆς αὐτὸν ἅψασθαι βιαζόμενος, λόγους περὶ τῶν τεκόντων ἐκείνῃ', ἐφῆκε Εἰπέ μοι, λέγων, Γρηγόριε, ἆρά σε λυπεῖ τὰ φίλτατα, γονεῖς τε καὶ συγγενεῖς καὶ πατρὶς, ὑπὸ μνήμην ἰόντα; Ὁ δὲ, θείας συνέσεως καὶ μετριοφροσύνης ὑπόπλεως ὢν, Τοὐναντίον μὲν οὖν, ἔφη, ὦ Πάτερ, καὶ λίαν λυπεῖ, ὅτι τοῦ Κυρίου διαῤῥήδην βοῶντος, « Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος, » καὶ, « Ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής, » ἐμοὶ τούτων ἄξιον οὐδὲν πέπρακται. C Πλὴν ἀλλὰ παράσχοι ἄνωθεν ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγὸς, ἐμοί τε τῆς ἀσθενείας ἐπικουρίαν, ἐκείνοις δὲ τῆς ἀθυμίας παράκλησιν. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

victum necessaria abunde illis apposuit. Qui cum gustassent, totam noctem cum divinas laudes canendo, tum sacros sermones lectitando, ad diluculum usque duxerunt insomnem. Ubi monachi prudentiam juvenis quod tam concinne tutoque sua omnia enarrasset, vehementer quidem admirati sunt.

VII. Quartus igitur cum esset dies, quo apud illos erat, monachorum primus vitæ mentionem fecit, ac appetente vespera, civitate una egrediuntur. Cumque viginti dies iter fecissent, Tripolim perveniunt, atque ad D. Leontii templum proficiscuntur. Proinde venerandus ac ornatus quidam presbyter domi suæ hospitio illos suscepit, quibus Gregorius ministrabat, quod aspicientes, uti miraculum censebant, nimirum quam bona fide illis præstaret obsequium, idque non sedulo solum ac patienter, sed cum usque adeo binis atque etiam trinis diebus labore se confecisset, vix ad cibum respicere: ac ne tum quidem, nisi monachus ille, saneque molestus, hunc ipsum cibum capere compulisset. Hic generosam ejus mentem pertentans, sermonem illi de parentibus injecit: Age fare (inquiens), Gregori, num dulcissimi tum parentes, tum affines, tum etiam patria memoriam subeuntes tuam, molestia te afficiunt? At ille divina prudentia et singulari modestia præditus, Valde illa quidem, o Pater, inquit, sed aliter atque tu opinaris afficiunt. Siquidem Domino luculenter clamante: « Qui amat patrem aut matrem supra me, non est me dignus [1]; » et: « Qui non valedixerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus [2]; necdum horum a me quidquam est egregie præstitum. Verumtamen bonorum suppeditator imbecillitatis mihi auxilium, illis vero doloris consolationem utinam cœlitus afferat. Hæc itaque se habent.

Η'. Ἡμέρας δὲ τριάκοντα ἐν Τριπόλει διενεγκόντες, καὶ μηδενὶ πρὸς γνῶσιν ἐλθόντες, ἐξίασι ταύτης, τῆς ὁδοῦ καὶ αὖθις καὶ τοῦ οἰκείου σκοποῦ ἐχόμενοι. Μηνῶν οὖν τεσσάρων ἤδη παρῳχηκότων κατέλαβον τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ περιῆλθον τὰ ἐκεῖσε, πᾶν ὅτιπερ ἀγαθὸν τῶν αὐτόθι φροντιστηρίων ἀπανθιζόμενοι, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀσκουμένων τοῖς ἐπισημοτέροις τὴν ἀρετὴν συγγινόμενοι. Ἑνὶ δὲ τῶν φροντιστηρίων τούτων, οὐ μακρὰν ἀπέχοντι τῆς D ἁγίας πόλεως, τὰς ἱερὰς τῆς Τεσσαρακοστῆς ἡμέρας διήγαγον, ἐν αἷς καὶ ὑπερφυεῖς ἀγῶνας ἐπιδειξάμενος ὁ Γρηγόριος, θαύματος τὰς τῶν μοναχῶν ἐνέπλησε διανοίας. Διορατικώτατον δὲ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα καὶ προφητικὸν ἔχων ὁ τῆς μονῆς προεστὼς τὰ τῷ Γρηγορίῳ συμβήσεσθαι μέλλοντα καθαρῶς αὐτῷ προδιαγορεύει, τήν τε πρὸς τὸν ἱεραρχικὸν φημὶ θρόνον ἀνάβασιν, καὶ τοὺς ἐκδεξαμένους αὐτὸν βαρεῖς τε καὶ πολυειδεῖς πειρασμοὺς, εἶτα καὶ τὴν εἰς ὕστερον οὐκ ἀπαλλαγὴν αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκείνου λαμπρὰν ἀνακήρυξιν. Ὑπετίθει δὲ αὐτῷ καὶ τὰ δέοντα, διδάσκων τῷ τοῦ Θεοῦ φόβῳ στοιχειοῦσθαι διαπαντὸς, καὶ μὴ τῇ ἑαυτοῦ γνώσει

Porro triginta dies Tripoli commorati, nemini noti facti, illinc egrediuntur, denuoque iter capessunt, ac ad proprium se propositum accingunt. Quamobrem cum quatuor jam mensibus peregrinati fuissent, Hierosolymam pervenerunt. Locisque ibidem omnibus perlustratis, quidquid in monasteriis ac monachis illic degentibus erat præclarum, id totum assumentes, cum illustrioribus virtute viris consuetudinem habuere. In quodam vero ex illis monasterio, quod a sancta civitate non procul aberat, sacros Quadragesimæ observationis dies egere, in quibus eximius juvenis Gregorius tale sui meditatione ac exercitatione mentis documentum præbuit, ut stupor monachorum mentes opprimeret. Atque hospitii præses, cum esset oculis animi perspicax, itemque fatidicus, ea omnia quæ Gregorio usuventura erant, longe ante illi manifeste prædixit, nempe ad sacram illam pontificiam sedem provectum, ac multis insultibus, variisque impressionibus impetitum iri, cæterum non modo iis liberandum esse, sed luculentum ac insigne futurum ejus præconium. Mox consentanea quædam

[1] Matth. x, 37. [2] Luc. xiv, 33.

subdidit, docens oportere omnino illum Dei timore institui ac informari, non proprio sensu intumescere, non paupertatem despicere, non vilem quemlibet aut abjectum deprimere, sed afflictiones ac futuras petitiones æquo animo perferre. Talibus monitis Gregorius, non secus ac terra fertilis irrigata, ac pulchra semina jucunde suscipiens, fecundam virtutis aristam producit.

IX. Cum vero hebdomada qua Servator crucis supplicio est affectus, advenisset, ipsa duce res admirandas peragi vidit, nempe homines in cœlo a terra tolli: alios quidem instituto ac ratione vivendi nihilo angelis inferiores: alios item in corpore exsistentes, perinde ac sine corpore essent, cibi expertes degere. Fluxus vidit lacrymarum, fontium fere flumina superantes. Atque ita stupore detentus, ipse se deplorabat, et animo vehementer angebatur. Hei mihi, inquiens, quis sum ego? Quonam ego pacto cum his viris Dei judicio sistam? Rursus nolens desperationis profundo demergi: Si Dominus, aiebat, prope adest iis qui confracto sunt corde, et eos, qui dejecto sunt animo, salvos facit; potest itidem Deus me servare ac mercedem, non aliter atque iis, qui undecima hora conducti sunt [b], qui omnino nihil operis egerunt, impertire. Hunc igitur cum etiam monachus, qui hunc ipsum illuc adduxerat, sic graviter angi atque tristari cernentes, separationem a rebus domesticis, doloris eam ingentis causam illi præbere suspicati sunt. Itaque consolatoriis illum verbis sic alloquuntur: Ne tristere, dicentes, fili; confidimus enim Deo, non multo post domesticos te invisurum, satisque voto facturum esse. Quam procul mihi videmini, Patres (illis inquit), a consiliis meis aberrare. Neque enim iis de causis affligor animo, nempe non licere mihi non parentes, non affines, non denique patrium solum intueri, est enim mihi instar horum omnium, atque adeo pluris cæteris omnibus, oculus Dei in quem aspiciens, et ab ipso inspectus, tristem ac afflictum consolor animum, sed nihil de illius sententia egisse conscium esse, hoc mihi, idque totum, mœroris causam affert. Nam quod ab humanis parentibus absim (parum dicere vereor), his ad consequendum patrem Deum divitiis cumulatus, magis etiam lætor. Verumenim necesse habeo, ut vos (quæ vestra est sanctitas) pro imbecillitate ac humilitate mea oretis. Hæc Gregorius cum ex animo intimaque conscientia dixisset, non eum amplius illi consolari sunt aggressi, quando ipse abunde quidem alios consolari posse videretur.

X. Cum vero dies illa dierum omnium ac celebritatum facile princeps, qua Christus ab inferis excitatus, humano generi vitam dedit, advenisset, confestim omnes una cum præside monachi, Gregorio item, ac tribus illis viris comitibus, in sanctam civitatem ascenderunt. Porro cum illum

[a] Psal. xxxv, 11. [b] Matth. xx, 19.

A φυσᾶσθαι, μήτε μὴν περιορᾷν πένητα, ἤ τινος τῶν εὐτελῶν κατεπαίρεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ μεθ' ὑπομονῆς δέχεσθαι τοὺς μέλλοντας ὑπέρχεσθαι πειρασμούς· οἷς ὁ Γρηγόριος ὥσπερ τις εὔφορος γῆ λίαν ἀρδόμενος, καὶ τὰ καλὰ τῶν σπερμάτων ἡδέως δεχόμενος, τῆς ἀρετῆς πολύχουν ἐκαρποφόρει τὸν ἄσταχυν.

Θ'. Τῆς δὲ τοῦ σωτηρίου πάθους ἑβδομάδος καταλαβούσης, ἐν ᾗ διῆγε μονῇ εἶδεν ὑπερφυῆ τελούμενα πράγματα, εἶδεν ἀνθρώπους ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν αἱρομένους, εἶδε πολιτείαν οὐδὲν τῶν ἀγγέλων ἀπεοικυῖαν, εἶδεν ἀσιτίαν ἐν σώματι τῶν ἀσωμάτων σχεδὸν οὐκ ἀπέχουσαν, ἑώρακε δακρύων ῥεύματα, μικροῦ τοῖς ῥείθροις τῶν πηγῶν παρισούμενα. Θάμβει
B γοῦν συσχεθεὶς ἑαυτὸν ἀπεκλαίετο, καὶ τὴν ψυχὴν συνετρίβετο, Οἴμοι, λέγων, τίς γένωμαι; πῶς μετὰ τούτων τῶν ἀνδρῶν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως παραστήσομαι; Αὖθις δὲ μὴ θέλων ἑαυτὸν τῷ τῆς ἀπογνώσεως ἐπαφεῖναι βυθῷ, μεταβαλὼν, Ἐγγὺς Κύριος, ἔλεγε, τοῖς συντετριμμένοις τῇ καρδίᾳ, καὶ τοὺς ταπεινοὺς τῷ πνεύματι σώσει. Δυνατός ἐστιν ὁ Θεὸς σῶσαι κἀμὲ καὶ δοῦναι μισθὸν ὡς τοῖς περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν οὐδὲν ὅλως ἐργασαμένοις. Οὕτως οὖν ὁρῶντες αὐτὸν κατηφῆ καὶ περίλυπον ὅ τε τῆς ποίμνης ταύτης ποιμὴν ὅ τε μὴν ἀγαγὼν αὐτὸν ἐκεῖ μοναχὸς, τὴν ἀπόλειψιν τῶν οἰκείων αἰτίαν εἶναι καὶ τῆς λύπης ὑπώπτευον. Ὡς δὲ δὴ καὶ λόγους προσῆγον αὐτῷ παρακλήσεως, Μὴ λυποῦ, λέγοντες, τέκνον· πιστεύομεν γὰρ τῷ Θεῷ ὡς οὐ μετὰ πολὺ
C τούς τε οἰκείους ἀπολήψῃ, καὶ παραμυθήσει τὸν ἔρωτα. Ἀλλ' ὑμεῖς γε, εἶπεν ἐκεῖνος, ὦ Πατέρες, καὶ πάνυ μοι δοκεῖτε τῆς ἐμῆς γνώμης καὶ διανοίας πόῤῥω βαδίζειν. Οὐδὲ γὰρ διὰ ταῦτα βαρέως ἐγὼ φέρω, ὅτι μοι μὴ τοὺς τεκόντας μηδὲ τὸ τῆς πατρίδος ἔδαφος ἔξεστι βλέπειν· ἔστι γάρ μοι πρὸ πάντων, μᾶλλον δὲ ἀντὶ πάντων τούτων, ὁ τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸς, πρὸς ὃν ἐγὼ βλέπων, καὶ ὑφ' οὗ πάλιν βλεπόμενος, τὴν ὀδυνωμένῳ μοι παραμυθοῦμαι ψυχήν. Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι καὶ μόνον τῆς λύπης αἴτιον, ὅτι μηδὲν ἐμαυτὸν σύνοιδα κατὰ τὸ ἐκείνου θέλημα δράσας, ἐπεί τοί γε ὅτι τόπῳ τῶν κατὰ σάρκα γεννητόρων διείργομαι, μικροῦ δέω λέγειν ὅτι καὶ ἥδομαι μᾶλλον, οὕτω πεπλουτηκὼς ὡς τὸν Θεὸν μόνον
D εὐτυχῆσαι πατέρα. Ἀλλ' εὔχεσθαι μόνον δέομαι τῆς ὑμῶν ἁγιότητος ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας καὶ μετριότητος. Οὕτως εἰπόντος τοῦ Γρηγορίου μετὰ πολλῆς τῆς κατὰ πνεῦμα συνέσεως, οὐκ ἔτι προσέθεσαν αὐτοὶ παραινεῖν, τῷ καὶ ἄλλοις παραινεῖν μᾶλλον ἱκανῶς ἔχοντι.

Ι'. Τῆς δὲ κυρίας καὶ πρώτης καταλαβούσης τῶν ἡμερῶν ἅμα καὶ ἑορτῶν, ἡ ζωηφόρος αὕτη τῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως, εὐθὺς οἵ τε μοναχοὶ πάντες σὺν ἅμα τῷ προεστῶτι Γρηγορίῳ τε καὶ τοῖς τρισὶν ἐκείνοις ἀνδράσιν, εἰς τὴν ἁγίαν ἀνήρχοντο πόλιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὴν ἁγίαν εἰσῆλθον ἀνάστασιν, καὶ τοὺς

A ἄλλους τῶν ἱερῶν περιῆλθον τόπους καὶ προσεκύνησαν, ἠγαλλιάσατο τὴν ψυχὴν ὁ θεῖος Γρηγόριος, πλήρης τε θαύματος κατέστη καὶ ἡδονῆς τὴν περὶ τοὺς ὕμνους καὶ τὰς θείας ᾠδὰς τῶν ἐκεῖσε κατάστασιν θεασάμενος, καὶ οὐδὲν ἀγγέλων ἀπᾴδουσαν εἶναι νομίσας. Τῷ ἀρχιεπισκόπῳ εἰς ὁμιλίαν ἐλθόντες ξενίζονται παρ' αὐτῷ, καὶ τῆς ὀρθρινῆς αὐτοῖς τελεσθείσης δοξολογίας, ὡς εἰθισμένον ἐστὶ, προκαθίσας, τούτους ἐκάλει, πρώτους ἀσπασομένους, εἶθ' ἑξῆς, τοὺς ἐπισκόπους καὶ κληρικοὺς καὶ τοὺς ἄλλους τῶν συμπαρόντων, ἐκεῖνά τε συλλαλήσας αὐτοῖς, ἅ τὸ κέρδος οἶδε φέρειν εἰς τὴν ψυχὴν, τὸ μὲν λοιπὸν ἄθροισμα λύει, τὸν ἀγαγόντα δὲ τὸν Γρηγόριον προσκαλεσάμενος μοναχὸν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, Χαίροις, Κύριε Μάρκε, φησί· πόθεν ἄρα σοι καὶ B πρὸς ἡμᾶς ἧκται ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος Γρηγόριος καὶ πόθῳ θερμοτάτῳ, τοὺς σωτηρίους ἄρτι τόπους κατειληφώς; Καὶ ὁ μοναχὸς, Οὐχ ἡμεῖς τοῦτον, εἶπεν, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἤγαγε, δέσποτα, καὶ ἡ σὴ τιμία εὐχή. Ἐκπλαγεὶς δὲ ὁ Γρηγόριος ἐπὶ τοῦ ὀνόματος κλήσει αὐτοῦ τε καὶ τοῦ μοναχοῦ Μάρκου, οὐδέπω γὰρ οὐδενὶ τῶν τῆς ἁγίας πόλεως ἐδηλώθησαν, τῇ ἄκρᾳ αἰδοῖ τε καὶ συστολῇ μὴ τολμήσας ἐρέσθαι τι, ἐνεὸς εἱστήκει. Εἶτα καὶ τοὺς ἑτέρους δύο τῶν ἀδελφῶν φωνήσας ὁ πατριάρχης, Κύριε ἀββᾶ Σεραπίων, λέγει, καὶ σὺ, Κύριε Λεόντιε, χάριν ἔχω Θεῷ τῷ διαφωτίσαντι τὰς ὑμετέρας ψυχὰς, τοιοῦτον ἄνδρα μεθ' ὑμῶν, εἰς τοὺς ἁγίους τούσδε συμπαραλαβεῖν τόπους, οὕτω μὲν, ἀποστολικῶς φάναι, τῷ πνεύματι ζέοντα, καὶ τῷ κυρίῳ δουλεύοντα, οὕτω δὲ προσευ- C χῆς ἀμώμου καὶ μετριοφροσύνης ἐπιμελούμενον· οὐδὲ γὰρ ἀποκρύψεται ἀφ' ἡμῶν τὰ κατ' αὐτόν· δῆλα δὲ καὶ ὑμῖν ἔσται· ἐροῦμεν γὰρ περὶ αὐτῶν, εὐθέτου τυχόντες καιροῦ. Ὥρα δὲ νῦν τὴν θείαν καὶ μυστικὴν ἱερουργίαν τῷ Κυρίῳ προσαγαγεῖν.

ΙΑ'. Ταῦτα εἰπὼν πρὸς τὸν ἱερὸν ἄπεισι ναὸν, τὴν ἱερὰν λειτουργείαν ἐπιτελέσων. Ἔστη δὲ καὶ ὁ θεῖος Γρηγόριος ἐν δεξιᾷ τοῦ ἄμβωνος, κελεύσαντος οὕτω τοῦ πατριάρχου. Πολλῆς δὲ αὐτὸν κατανύξεως καὶ τότε διαλαβούσης ἵστατο κάτω νεύων καὶ ποταμοὺς δακρύων τῶν ὀφθαλμῶν ἀφιείς. Οὕτως οὖν ἔχοντι Γρηγορίῳ, καὶ πνεύματι ταπεινώσεως ἀκριβοῦς θαλπομένῳ, δῆλα καὶ τοῦ πατριάρχου γίνεται καὶ τὴν D ἐπισκιάζουσαν αὐτὸν χάριν τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος ἐναργῶς ἐθεάσατο, ὡς καὶ πολλοῖς εἰς ὕστερον διηγήσατο. Εἰς γοῦν τὴν ἐπιοῦσαν, ὁ μοναχὸς Μάρκος ἐδεῖτο τοῦ ἀρχιεπισκόπου αὐτόν τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μοναχοὺς ἀποπέμψαι, ὥστε τοῖς ἐκεῖσε συντάξασθαι ἀδελφοῖς, καὶ οὕτω τῆς οἴκαδε φερούσης ἐπιλαβέσθαι. Καὶ γίνεται τοῦτο κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν προσεπισκήψαντος τοῦ ἀρχιεπισκόπου, μέχρι τῆς καινῆς Κυριακῆς αὖθις ἐπανελθεῖν ὡς αὐτόν. Καὶ οὕτω, φησὶν, οἴκαδε πορευθήσεσθε· ταῦτα δὲ δῆλα τῷ Γρηγορίῳ ἥκιστα ἦν· οὐδὲ γὰρ συμπαρῆν τηνικαῦτα τοῖς μοναχοῖς. Ὡς οὖν ἐκεῖνοι τῆς ὁδοῦ

locum, ubi Christus a morte suscitatus est, introissent, cæteraque loca perlustrassent ac adorassent, D. Gregorius animo gloriabatur, ac tum admiratione, tum voluptate plenus, summum illum in hymnis ac divinis cantibus ordinem atque concentum intuitus, nihil illum ab angelis discrepare credidit. Proinde cum in D. Macarii episcopi congressum atque colloquium venissent, apud illum diversantur. Cumque illi summo mane Deum (qui perpetuus est illis mos) illustri laude cumulassent, hos residens accersivit, primumque illos, deinceps episcopos ac clericos, alios item, qui præsentes aderant, osculatos communiter ea est allocutus, quæ animo novit utilitatem afferre: ac mox reliqua dimissa multitudine, accers toque monacho, ac iis qui illum adduxerant: Si perpetuo lætere, inquit, Marce Pater, undenam tecum ad nos Gregorius Dei servus ivit, qui loca isthæc salutaria nuper adivit? Cui monachus: Non nos, inquit, istum, sed Christus, o Pater, tuaque advexit precatio. Verum Gregorius timore perculsus ob sui ac Marci monachi appellationem (necdum enim cuipiam sanctæ civitatis innotuerant), rubore sane ac moderatione quadam animi nihil quidquam ausus loqui, stupefactus manebat. Deinde duos alios fratres patriarcha ille appellans, Domine, ait, abba Serapion, ac tu Leonti Pater, gratias ago Deo, qui vestros animos illuminavit, talem virum ad sancta isthæc loca vobiscum assumere, spiritu quidem (ut Apostoli more loquar *) ferventem, temporique servientem, emaculatis præterea precibus ac vitæ innocentiæ sedulo studentem. Neque enim nos ejus vitæ rationem diu celavit Dominus, ut hæc vobis pariter manifesta fierent, de quibus opportuno fortasse tempore dicemus. Instat autem nunc, ut divinum et arcanum sacrificium Domino celebremus.

XI. Hæc ille locutus, templum sacrum, rem divinam facturus, petit. Porro ipse quoque divus Gregorius in dextro altaris latere, patriarcha sic præcipiente, astabat. Pleraque vero ejus animum perturbatione subeunte commotus, infra positus ministrabat, flumina interim lacrymarum ab oculis effundens. Cumque ita sese Gregorius haberet, ingentis animi humilitatis spiritu inflammatus, omnia patriarchæ consilia habuit explorata et Spiritus sancti gratiam ipsum adumbrantem, ut plerisque ille secutis temporibus enarravit, evidenter vidit. Postridie igitur ejus diei Marcus monachus archiepiscopum precabatur, ut se, ac qui cum ipso erant, monachos missos faceret, quo cum cæteris illic agentibus fratribus institutam vitam sequeretur, et ita recta domum abiret, cum id nihilo secius de sententia ac voluntate illius fieri vellet. Hoc illis cum archiepiscopus petentibus annuisset, ad novum sese Dominicum diem reversuros pollicentibus, proficisci domum imperavit. Verum cum

* Rom. XII, 11

hæc haudquaquam Gregorio perspecta essent, quod is tum monachis præsens non adfuisset, cum illi sese viæ dedissent, Macarius Gregorium accersivit, eique, quæ gesta essent, edisserit; addit etiam, nulla ipsum ob id molestia affici oportere; maturam enim fratrum reditionem ac propediem fore. Quod ubi se illis destitutum iri rescivit, molestissime tulit. At tum sese, lacrymans, illius ad pedes ac genua projecit, illumque hortabatur ac orabat, se ubinam illi terrarum essent, edoceret. (Existimabat enim, illos procul a locis sanctis abiisse.) Ille vero non plus viginti stadiis Romanorum, vicum a civitate dixit, distare quo non ita pridem illos pervenisse simile veri erat: propterea nihil de illis sollicitum esse, neque vereri sese illorum precibus cariturum, monebat. Quamobrem bono animo illum esse jussit, spopónditque non se illos prius huic itineri dedituros, quam ad se denuo revertantur. Qui cum esset hunc in modum locutus, multum ille de dolore remisit, et exinde archiepiscopo tum in precibus, tum in sacris cœtibus adhærescebat: cernensque ejus vitam, uti quoddam virtutis exemplar, illam apud se sedulo ac diligenter observabat.

A ἥψαντο, μεταχαλεσάμενος ὁ Μακάριος τὸν Γρηγόριον, ταῦτά τε αὐτὸν φράζει, καὶ μηδὲν ἐπὶ τούτοις ἀνιαθῆναι λέγει, ταχεῖα γὰρ καὶ ὅσον οὔπω τοῖς ἀδελφοῖς ἡ ἐπάνοδος. Τῷ δὲ ἀκούσαντι πικρὸν μὲν ἐδόκει τὸ ἐκείνων ὅλως ἀποληφθῆναι, ποδῶν δὲ καὶ γονάτων αὐτοῦ ἁπτόμενος ἔνδακρυς παρεκάλει, καὶ ἅμα μαθεῖν ἐδεῖτο ποδαποὺς εἶναι τοὺς ἄνδρας· ᾤετο γὰρ αὐτοὺς ἐκ τῶν ἁγίων ὡρμῆσθαι τόπων. Ὁ δὲ τῆς Ῥωμαίων μὲν ἔφησεν εἶναι, ἐκ κώμης οὐ πλέον ἢ σταδίους εἴκοσι τῆς πόλεως ἀπεχούσης, ἐφ' ἣν ὅσον οὔπω καὶ μέλλειν αὐτοὺς ἀφικέσθαι. Μηδὲν δὴ παρῄνει περὶ αὐτὸν δεδοικέναι, μηδὲ τῶν εὐχῶν αὐτῶν ἐλπίζειν ἀπολειφθήσεσθαι· ἐβεβαίου γὰρ ὡς οὐ πρότερον ἅψονται τῆς ὁδοῦ ταύτης πρὶν ἂν καὶ αὖθις πρὸς αὐτὸν ἐπανέλθωσιν. Ταῦτα εἰπὼν, τὸ
B πολὺ τῆς λύπης παρείλετο, καὶ ἦν τὸ μετὰ τοῦτο παρεδρεύων τῷ ἀρχιεπισκόπῳ ἔν τε ταῖς προσευχαῖς καὶ ταῖς συνάξεσι, καὶ ὡς εἰς ἀρχέτυπον τὸν ἐκείνου βίον ὁρῶν, καὶ ὅλον παρ' ἑαυτῷ φιλοπόνως ἐξακριβούμενος.

XII. Cum vero dies Domini proximus advenisset, monachi, ut imperatum illis fuerat, præsto fuere: quos cum D. Gregorius vidit, omni voluptate refertus est, ac totam illam noctem una cum illis insomnem pertulit, precibus item ac lacrymis in fervore spiritus insistens, pro se sancte Dominum obtestabatur, uti exercitationis ac meditationis istius cursum perficeret, ipsisque hæreditatem ac partem communicaret. Deinde ita simul summo mane archiepiscopum Marcus adit, ejusque pedibus provolutus orabat ut suis se precibus tanquam viatico quodam bene instructo communitos dimitteret. Horum vero ille singulis imposita manu, ac sublatis in cœlum oculis: Deus, inquit, qui cœlum, terram ac mare, et quidquid in eis est, condidisti, qui omnia ante ortum illorum probe nosti, ipse hos servos tuos, qui sacrosancti tui nominis causa, sancta isthæc loca inviserunt, fructumque tua dignum majestate, Gregorium, inquam, qui præsens nobis adest, servum tuum attulerunt, conserva, ac in via illorum dirige, siquidem sanctus es in sæcula. Ac cum omnes, Amen, subdidissent, complexatus illos in pace dimisit. Hos abeuntes Gregorius conspicatus, acriter animo doluit, ac præpropere festinans, illorum ad pedes projectus, solum se ibi relinqui lamentabatur. Heu mihi (inquiens) quis sum, et quo me vertam? Quonam ego pacto vobis, Patres ac servatores, destituar? Vos secundum Deum salutis meæ auctores, ipsi boni probatæ mihi vitæ magistri fuistis, ipsi errantem invenistis, invenientes rectæ viæ reddidistis, multis item fluctibus naufragum ac pene demersum, in tranquillum ac securum portum advexistis. Nunc porro quomodo tam miserabiliter divellar a vobis? Quomodo separationem hanc a vobis feram? Hæc cum Gregorius gemebundus diceret, præ seque maximam animi turbationem

ΙΒ'. Τῆς δὲ καινῆς καταλαβούσης Κυριακῆς, καὶ οἱ μοναχοὶ κατὰ τὸ ἐπιταχθὲν παρῆσαν· οὓς ἐπεὶ ὁ θεῖος εἶδε Γρηγόριος, πάσης τε ἡδονῆς ἐπλήσθη, καὶ παρ' ὅλην ἐκείνην τὴν νύκτα συνῆν αὐτοῖς διακαρτερῶν ἄϋπνος καὶ δεήσεις μετὰ θερμοῦ πνεύματος καὶ δακρύων προσάγων ὑπερεύχεσθαί τε αὐτοῦ, καλῶς τὸν τῆς ἀσκήσεως διανύσαι δρόμον καὶ τοῦ κλήρου καὶ τῆς μερίδος αὐτοῖς κοινωνῆσαι. Εἶθ' οὕτως
C ἅμα πρωῒ πρόσεισι τῷ ἀρχιεπισκόπῳ ὁ Μάρκος, ἠξίου τε πρὸ τῶν ἐκείνου ποδῶν κείμενος ταῖς ἰδίαις εὐχαῖς ὥσπερ ἀγαθοῖς ἐφοδίοις αὐτοὺς ἱκανώσαντα παραπέμψαι. Ὁ δὲ ἑκάστῳ τούτων τὴν χεῖρα ἐπιθεὶς, εἶτα καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς διάρας εἰς οὐρανὸν, Ὁ Θεὸς, εἶπεν, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ὁ πρὶν γενέσεως αὐτῶν ἅπαντα ἐπιστάμενος, αὐτὸς τοὺς δούλους σου τούτους τοὺς διὰ τὸ σὸν ἅγιον ὄνομα εἰς τούσδε τοὺς ἁγίους τόπους πεφοιτηκότας καὶ καρπὸν ἄξιον τῷ σῷ κράτει προσαγαγόντας, τὸν δοῦλόν σοῦ φημι Γρηγόριον τὸν συμπαρεστηκότα ἡμῖν, διάσωσον καὶ συμπορεύθητι τούτοις ἐν τῇ ὁδῷ αὐτῶν· ὅτι ἅγιος εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Καὶ πάντων τὸ ἀμὴν ἐπειπόντων ἀσπασάμενος αὐτοὺς, ἐν εἰρήνῃ ἔπεμψε.
D Τούτους ἀπιόντας ἰδὼν ὁ Γρηγόριος, ἤλγησέ τε ἰσχυρῶς, καὶ προσδραμὼν ἐν σπουδῇ, ποσῶν τε ἥπτετο, καὶ τὴν μόνωσιν ἀπωδύρετο, Οἴμοι, λέγων, τίς γένωμαι; ποῖ τράπωμαι; πῶς ὑμῶν ἐγὼ, πατέρες καὶ σωτῆρες, ἀπολειφθήσομαι; Αὐτοὶ μετὰ Θεὸν τῆς ἐμῆς σωτηρίας πρόξενοι, αὐτοί μοι τῆς ἀγαθῆς πολιτείας ἀγαθοὶ διδάσκαλοι, αὐτοί με καὶ πλανώμενον εὕρετε, καὶ εὑρόντες εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν καθωδηγήσατε, καὶ ἐν πολλῷ κλύδωνι ναυαγοῦντα καὶ βαπτιζόμενον εἰς γαληνὸν λιμένα καὶ ἀκύμαντον προσωρμήσατε. Νυνὶ δὲ πῶς ὑμῶν ἐλεεινῶς χωρισθήσομαι; πῶς τὴν ἀφ' ὑμῶν ἐνέγκω διάζευξιν; Ταῦτα τοῦ Γρηγορίου περιπαθέστατα λέγοντος, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς σύγχυσιν τοῖς δάκρυσι διαγγέλλοντος,

ὁ προορᾷν ὥσπερ οὕτω καὶ παρακαλεῖν ψυχὰς δυνάμενος, ὁ θαυμάσιος Μάρκος ἀνελάμβανέ τε αὐτὸν πατρικῶς.

A lacrymis ferret, Marcus vir admirandus, tam futuris prædicendis, quam solandis amicis potens, hunc paterne excepit.

ΙΓ'. Καὶ, Μὴ οὕτως, ἔλεγε, τέκνον πνευματικόν· οὐδὲ γὰρ μόνον ἐῶμεν, ἀλλὰ Χριστῷ μὲν προηγουμένως, τῷ κλήσει ἁγίᾳ καλέσαντί σε καὶ συναρίθμιον ἔχοντι τῷ τῶν Πατέρων χορῷ, ἔπειτα δὲ καὶ τῷ κοινῷ τούτῳ καὶ πνευματικῷ Πατρὶ παρατίθεμεν, ὃς καὶ καλῶς οἰκονομήσει τὰ κατὰ σὲ, καὶ δεξιῶς ὡς οἷόν τε συναντιλήψεται. Οὕτως εἶπε καὶ τοῖς χειρὸς ἐκείνου λαβόμενος, πρὸ τῶν ποδῶν αὐτὸν βάλλει τοῦ πατριάρχου, Πάτερ τίμιε, λέγων, καὶ οὗτος τῆς τοῦ Χριστοῦ ποίμνης ἐστὶ, καὶ μέλλει καὶ αὐτὸς Ἐκκλησίαν πιστεύεσθαι, καὶ τῷ τῆς διδασκαλίας λόγῳ ὥσπερ οἴακι πνευματικῶς διακυβερνῆσαι. Φρόντισον οὖν B καὶ τῆς τούτου ψυχῆς, ὑποστηρίζων αὐτὴν ταῖς διδασκαλίαις σου, καὶ πείθων τοῖς τῆς ἀσκήσεως πόνοις ἐγκαρτερεῖν, ἀειλαμπῆ τε διαφυλαχθῆναι καὶ μὴ τοῖς τῆς νεότητος λογισμοῖς, οἷά τινα λευκοτάτην ὄψιν καὶ ὥρᾳ θάλλουσαν, σπίλοις τισὶ διαμολυνθῆναι. Ταῦτα τοῦ μοναχοῦ λέγοντος, ὅ τε Γρηγόριος ἔτι καὶ μάλιστα τὴν ψυχὴν ἐπαθαίνετο, καὶ δάκρυσι θερμοῖς ἐῤῥαντίζετο· ἐφ' ᾧ δὴ καὶ οἱ παρεστῶτες, ὁρῶντες ταῦτα, συνέπασχον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πατριάρχης εἰς οἶκτον κατήγετο, καὶ τὸν Γρηγόριον ἔτι κείμενον ἀναστήσας, Ὁρῶ σε, ὦ τέκνον, λίαν περιαλγοῦντα τῷ χωρισμῷ τῶν ἀνδρῶν. Εἰ μὲν οὖν ἀρεστόν σοι σὺν ἡμῖν εἶναι, μεθ' ἡμῶν ἔσο, καὶ πάντα τὰ κατὰ σὲ θέσει καλῶς ὁ Χριστὸς, ὥσπερ ἂν καὶ αὐτὸς βούλοις· εἰ δὲ τὸ ἀπιέναι C σε μᾶλλον κατὰ γνώμην ἐστὶν, ἐν εἰρήνῃ δὴ σὺν αὐτοῖς καὶ πορεύου. Ὁ δὲ Γρηγόριος, Τοῦτο μὲν οὔ, φησὶ, μηδὲ γένοιτό μοί ποτε, δέσποτα, τοὺς ἐνταῦθα τόπους ἀπολιπεῖν, οὓς καὶ δι' εὐχῆς ἐποιούμην ἰδεῖν καὶ ὑπὲρ ὧν τὴν μακρὰν ταύτην ἀποδημίαν εἱλόμην. Πλὴν ἀλλὰ τί πάθω; λίαν μὲν γὰρ καὶ τούτων ἐρωτικῶς περιέχομαι· ἐπεὶ δὲ τὸ ἀπιέναι τούτους ἀναγκαῖον ὁρῶ, ἀξιῶ γοῦν ἀντ' αὐτῶν ὥσπερ τι φυλακτήριον καὶ κλῆρον ζωῆς τὰς ἱερὰς αὐτῶν εὐχάς μοι καταλιπεῖν· πέποιθα γὰρ τῷ Θεῷ καὶ πάλιν αὐτοὺς ὄψεσθαι ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ. Ταῦτα αὐτοῦ εἰρηκότος, περιχυθέντες αὐτῷ οἱ μοναχοὶ καὶ θερμῶς περιφύντες, σύμβολά τε σαφῆ τῆς ἐπὶ τῷ χωρισμῷ λύπης τὰ δάκρυα παρασχόντες, βίᾳ καὶ μόλις ἀποσπασθέντες καὶ συνταξάμενοι ἀνεχώρησαν.

XIII. Ac, Non sic tu quidem, fili mi, dixeris (ait), non. Neque enim solum te esse putabamus, quando præsertim Christus sua te vocatione sancta dignatus, in Patrum chorum cooptarit. Atque huic te quoque communi et optimo Patri, qui, quæ ad te spectant, recte administrabit, et quam fieri poterit, feliciter suscipiet, ipse commendo. Sic ille locutus, manum apprehendens, ad patriarchæ pedes illum statuit, Pater venerande (inquiens), et hic est ex grege Christi, isque fide Ecclesiam fundaturus, ac eam doctrinæ cœlestis prædicatione, uti clavo, divine gubernaturus est. Quamobrem ejus animæ curam habeas, illamque tua sustentes doctrina oportet, persuadeasque meditationis ac exercitationis laboribus insistere, splendentem se conservare, non pulcherrimum, ac uti veris tempore florentem aspectum, juvenilibus cogitationibus quasi maculis quibusdam inquinare. Hæc tum dicebat monachus, cum Gregorius gravis animo tristaretur, ac lacrymas abundantiores effunderet. In quo quidem et qui præsentes aderant, hæc cernentes condolescebant: quin et ille ipse patriarcha misericordia permotus est, Gregoriumque adhuc jacentem erigens: Video te, inquit, fili, horum virorum separatione graviter affectum. Quare, si placet, ut hac nostra utaris consuetudine, nobiscum esto, tuaque omnia Christus, ut velle ipse videris, recte constituet; at vero si discedere magis libet, in pace cum illis abi. At qui Gregorius: Non hoc quidem (inquit), domine, accidat, averseturque Deus, ut hæc loca, quæ videre precatus sum, et pro quibus hanc tam longam peregrinationem confeci, derelinquam. Verum facere non possum, cum vehementer illos diligam, quin aliquantulum afficiar. Quoniam vero illos abire necessarium fuit, existimo sacras illorum preces uti tutelam quamdam ac eventum vitæ instar ipsorum, mihi non defore. Confido enim Deo, hac ipsa etiam præsenti vita illos iterum me conspecturum. Talia locutum monachi circum astantes, ac ardenter circumplexi, lacrymis manifestam procul dubio significationem fecerunt, D quam ægre ab illo separarentur: a quo vix tandem avulsi, ac in ordinem compositi, inviti abierunt.

ΙΔ'. Ὁ δὲ, ὑπομείνας ἐν Ἱεροσολύμοις, τοὺς σεπτοὺς τόπους καὶ ἱεροὺς περιήρχετο, τά τε μοναστήρια καὶ τὰ τῶν ἀσκητῶν καταγώγια, τὴν φιλεργὸν μέλιτταν ζηλῶν ἀτεχνῶς κατὰ τῶν ἀρετῶν ἄνθη φιλοπόνως ἀπανθιζόμενος. Καὶ ὁ μὲν ἐν τούτοις ἦν. Οἱ δὲ μοναχοὶ, καταλαβόντες τὴν Τρίπολιν, καὶ εἰς πλοῖον ἐμβάντες, τῇ Σικελίᾳ προσορμισάμενοι, κατήχθησαν εἰς Ἀκράγαντα. Ἔν τινι δὲ μοναστηρίῳ ἐν γειτόνων ὄντι παραγενόμενοι τῷ ἡγουμένῳ ξενίζονται, ὃν ὁ προφητικώτατος Μάρκος καὶ μή πω ἰδὼν, Παῦλον ἐξ ὀνόματος αὐτόθι καλέσας, εἰς θάμβος ἐνέβαλε· καὶ περὶ τοῦ προῤῥηθέντος δὲ

XIV. Porro cum Hierosolymis hic permansisset, veneranda illa ac sacra loca, nec non monasteria ac monachorum domicilia perlustravit, et operosam apim sedulo imitatus, virtutum flores diligenter excerpsit. Atque iis sese studiis Gregorius continebat. Verum monachi cum Tripolim pervenissent, navi conscensa in Siciliam navigantes, Agrigentum sunt advecti; monasterium vero, quod ibi proximum erat, adeuntes, apud præsidem diversantur; quem quidem Marcus futurorum præscius cum nunquam vidisset, proprio nomine Paulum appellans, in stuporem conjecit. Ac

de prædicto sancto Potamione, quem nunquam antea illi cognitum esse existimarat, percontatus, nihilo minorem admirationem injecit. Itaque cum mensa illis esset apposita, ac panis et aquæ (uti illis moris est) mutuo participem fecissent, viros episcopo manifestat, et ut Marcus hominem quem nunquam viderat, nominatim appellarit, quo ille nuntio mirifice gavisus est, idque inexspectato lucro apponens, ad ipsum confestim properat. Porro cum illos obvios habuisset, complexatus, et per illos, quidnam apud eos ageretur, quinam essent, quove hac peregrinatione contenderent, cognoscens, et rursus cujus rei causa navigationem facerent, cum illis brevi commoratus, ac divina quædam commentatus, ad ecclesiam, mysticum sacrificium celebraturus, proficiscitur. Is enim Petri et Pauli summorum apostolorum dies festus erat.

A ὁσίου Ποταμίωνος, μήπω πρότερα αὐτῷ γνωσθῆναι δοκοῦντος πυθόμενος, οὐδὲν ἧττον ἐξέπληξεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τράπεζα παρετέθη αὐτοῖς, καὶ ὧν ἔθος εἶχον μετέσχον, ἄρτου καὶ ὕδατος, μηνύει τῷ ἐπισκόπῳ τοὺς ἄνδρας, καὶ ὅπως ὁ Μάρκος ὃν οὐδέπω τεθέαται, ὀνομαστὶ τοῦτον ἐκάλει. Ὁ δὲ πάνυ τε ἥσθη τῷ λόγῳ, καὶ τούτους ἕρμαιον ποιησάμενος, αὐτίκα μεταπέμπεται παρ' αὐτόν· παραγεγονότας δὲ ἀσπασάμενος, καὶ δι' αὐτῶν τὰ κατ' αὐτοὺς γνοὺς, τίνες τε εἶεν, καὶ τίνα τὴν ἀποδημίαν ἐστάλησαν, καὶ οὗ πάλιν τὸν ἀπόπλουν ποιοῦνται, συνεδριάσας αὐτοῖς πρὸς βραχύ καί τινα θεοφιλῆ συνωμιληκὼς, πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀπῄει, τὴν ἱερὰν τελέσων μυσταγωγίαν· ἦν γὰρ καὶ ἡ τῶν κορυφαίων ἀποστόλων ἑορτὴ Πέτρου καὶ Παύλου.

XV. Postera autem die post matutinas laudes, cum episcopus illis adesset, deque rebus divinis ac salutaribus cum illis familiariter loqueretur, statim Gregorii parentes in urbem ingressi sunt, ut illi tanquam mortuo parentarent; eodem namque die mortuus illis visus fuerat. Atqui cum mater Gregorii æquævos pueros vidisset, filii memoriam subiens, visceribus est graviter intercisa, quippe horum aspectus fletus illi causam ministravit: Hei mihi (dicens), fili dilectissime, illi tam ingens inter æquales splendor, quam sol inter astra. Illos quidem tui causa omnes intueor; tu vero ubi es terrarum? Cur es (oro) in lucem editus? Utinam mortis tuæ genus agnoscerem! utinam locum, ubi occubuisti! atque utinam scirem, si qui tibi fuerunt mortis auctores! Tuæ namque calamitatis ignoratio mihi dolorem auget, facitque ut, cum sic lugere cogar, ignorem, in quo mihi jure sit lamentandum. Alias enim omne mortis genus suspectum facit, alias omnibus compellit diffidere. Num quæ silvestris te fera rapuit? At ferarum tecta sunt silvæ. Num qui te latrones interfecere? Sed quis tam dirus atque cruentus animus, et humanæ tam expers naturæ, ac ut reipsa ad crudelitatem lapis esset, qui non tuam (obsecro) juvenilem ætatem vereretur? qui non ob formæ speciem misericordia flecteretur? Sed quid hæc frustra lamentor? Deus, a quo consolationem infelix invenio, ubinam ipse sis scire solus potest. Talia cum mater lamentaretur, plerique omnes cives illuc convenerant, ejusque luctu commovebantur.

B ΙΕ'. Τῇ ἐπαύριον δὲ μετὰ τὰς ἑωθινὰς ᾠδὰς τοῦ ἐπισκόπου συνόντος αὐτοῖς καὶ συνομιλοῦντος τὰ θεοφιλῆ καὶ σωτήρια, αὐτίκα καὶ οἱ τοῦ Γρηγορίου γονεῖς τὴν πόλιν εἰσῄεσαν, ὡς ἐπὶ νεκρῷ τὰ ἐκείνου τελέσαι μνημόσυνα· κατὰ ταύτην γὰρ τὴν ἡμέραν ἀφανὴς αὐτοῖς ἐγεγόνει. Τοὺς ἥλικας οὖν τῷ Γρηγορίῳ παῖδας θεωμένη ἡ μήτηρ εἰς ὑπόμνησίν τε αὐτοῦ ἰοῦσα, καὶ τὰ σπλάγχνα δεινῶς κοπτομένη, ἀφορμὴν θρήνων τὴν ἐκείνων ὅρασιν ἐποιεῖτο, Οἴμοι, λέγουσα, τέκνον φίλτατον, τέκνον, τοσοῦτον ἐν ἥλιξι διαλάμπον, ὅσον ἐν ἀστράσιν ἥλιος, τούτους μὲν τοὺς κατὰ σὲ πάντας ὁρῶν, σὺ δέ μοι μονογενὲς ποῦ νῦν ἄρα τυγχάνεις; τί γέγονας; Εἴθε σου τὸν τρόπον ἐγίνωσκον τοῦ θανάτου· εἴθε καὶ τὸν τόπον, οὗ πέπτωκας· εἴθε καὶ εἴ τινές σοι τοῦ θανάτου C γεγόνασιν αἴτιοι. Αὔξει μοι τὸ πάθος τῆς συμφορᾶς ἡ ἄγνοια, καὶ θρηνεῖν ἀναγκαζομένῃ, μηδὲ ἐφ' ᾧ θρηνεῖν εἰδέναι καλῶς δίδωσι· πάντα μὲν γὰρ θανάτου τρόπον ὑποπτεύειν ποιεῖ, πᾶσι δὲ πάλιν ἀπιστεῖν ἀναγκάζει. Ἆρά σε θηρίον τι τῶν ἀγρίων ἥρπασε; ἀλλὰ θηρίων ὁ τόπος ἔρημος. Ἆρά σε λησταὶ διεχρήσαντο; ἀλλὰ τίς οὕτω μιαιφόνος ψυχὴ καὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἔξω φύσεως, κἂν αὐτόχρημα λίθος ἦν εἰς ὠμότητα, ἥτις σου μὴ τὸ νέον ἐδυσωπήθη τῆς ἡλικίας, ἥτις σου μὴ τὸ κάλλος ἠλέησε τῆς μορφῆς; Ἀλλὰ τί μάτην ταῦτα θρηνῶ; Θεὸς ἂν εἰδείη μόνος οὗ τυγχάνεις αὐτὸς, καὶ παρ' οὗ μόνου τὴν παράκλησιν ἡ δυστυχὴς εὕροιμι. Τοιαῦτα τῆς μητρὸς ὀλοφυρομένης συνῄεσαν σχεδὸν οἱ τῆς πόλεως ἅπαντες, καὶ τὸν θρῆνον αὐτῇ συνέπλεκον.

D

XVI. Verum cum ululatus in altum tolleretur, et Marcus ejulantem sensisset, ejus causam ab episcopo sciscitabatur, multum et ipse amareque ingemiscens, lacrymas verbis commiscebat. Ego, Pater, inquit episcopus, gravem tibi casum edisseram. Vir quidam honesto genere, ex vico nostræ civitati proximo oriundus, cum divitiis florens, tum mente locupletiore præstans, sua omnia pauperibus communicabat. At uxorem piam admodum et ornatam ducens, filium ex ea precum ergo genuit, quem a sacro baptismate ipse suscepi. Videns igitur pater prolis susceptionem, et preces voto

ΙϚ'. Ὡς δὲ ἐπὶ μεῖζον ὁ κωκυτὸς ᾔρετο, καὶ ὁ Μάρκος τοῦ πένθους αἰσθόμενος τοῦ ἐπισκόπου διεπυνθάνετο, καὶ τῆς ὀλολυγῆς τὴν αἰτίαν ἐζήτει μαθεῖν, μέγα τι καὶ πικρὸν ἀνοιμώξας ἐκεῖνος καὶ δάκρυσι συμμίξας τοὺς λόγους, Ἐγώ σοι τὸ συμβὰν ὅπερ ἐνταῦθα δεινὸν, ἔφη, καὶ διηγήσομαι. Ἀνήρ τις τῶν εὖ γεγονότων ἀπὸ τῆς ἐν γειτόνων τῇ πόλει ἡμῶν κώμης ὁρμώμενος, πλούτῳ τε θάλλων, καὶ γνώμῃ πλουσιωτέρᾳ χρώμενος, καὶ τὰ αὐτοῦ πάντα τῶν πενήτων ποιῶν, γυναῖκά γε λίαν ἔχων εὐσεβῆ καὶ κοσμίαν, παιδὸς ἄρρενος δι' εὐχῆς ἐγεγόνει πατὴρ, ὃν αὐτὸς ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀναδέχομαι. Ἰδὼν οὖν ὁ πατὴρ

τοῦ γένους διαδοχὴν, καὶ τὴν εὐχὴν εἰς ἔργον ἐκβᾶσαν, τὸ ἐπὶ τούτοις τῆς γυναικὸς μὲν ἀπέσχετο, τὸν παῖδα δὲ ἤδη γεγονότα ἔτη ὀκτὼ λαβόντες ἄγουσι παρ' ἐμοί. Κἀγὼ πρῶτα μὲν παραδίδωμι τοῦτον διδασκάλῳ γραμματιστῇ· ἔπειτα κείρας αὐτὸν καὶ τῷ ὑπ' ἐμὲ κλήρῳ ἐγκαταλέξας τῷ ἀρχιδιακόνῳ μου παρατίθημι, ἄκρως αὐτὸν τὰ τῆς Γραφῆς ἐκπονῆσαι διὰ ταχέων ἐγκελευσάμενος· ὃς οὕτω φύσει τε καὶ σπουδῇ διὰ πάντων ἐξέλαμψεν ἐν βραχεῖ, ὡς μηδένα παράμιλλον αὐτῷ καθ' ὅλην τὴν Σικελῶν εὑρίσκεσθαι. Οὗτος οὖν ὁ παῖς εἴτε δαίμονος βασκανίᾳ, ἢ οὐκ οἶδ' ὁποίᾳ τύχῃ χρησάμενος, αἰφνίδιον ἀφανὴς γίνεται, μηδενὸς αὐτῷ τὸ συμβὰν συνειδότος, μή τε μὴν ἄχρι καὶ τήμερον εἰς γνῶσιν ἀφικομένου· πολλὰ δὲ καὶ τὴν νῆσον πᾶσαν περιελθόντες οὐδέν τι πλέον εὑρεῖν ἢ μαθεῖν ὅλως ἰσχύσαμεν. Ἔχομεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὴν περὶ αὐτοῦ λύπην ἀπαρηγόρητον μηδὲν ἡμῖν δηλῶσαι μέχρι καὶ νῦν τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ εὐδοκήσαντος. Ἐπεὶ δὲ μᾶλλον τῶν ἄλλων αἱ τῶν αὐτοῦ πατέρων ψυχαὶ τοῦ πάθους ᾔσθοντο, πάρεισι νῦν πενθοῦντες καὶ τὴν ἐκείνου μνήμην ἐπιτελέσοντες, κατὰ ταύτην δήπου τὴν ἡμέραν καθ' ἣν καὶ τὸ πατέρες καλεῖσθαι ἀπώλεσαν, ἀφανοῦς αὐτοῦ γενομένου.

ΙΖ'. Ταῦτα ὁ Μάρκος ἀκούσας ἐννεὸς ἐγεγόνει ἐπὶ πολὺ, καὶ μετὰ ταῦτα δακρύων ὑποπλησθεὶς, τοὺς τοῦ παιδὸς γονεῖς παράγειν εἰς τὸ μέσον ἠξίου· τῶν δὲ εἰσεληλυθότων τίς ἡ πολλὴ αὕτη τῶν θρήνων σύγχυσις, ἤρετο, καὶ ὅτου ἕνεκα δεινῶς οὕτω κόπτοιντο. Τῶν δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν συνεχούσης αὐτοὺς ἀθυμίας καὶ τὴν φωνὴν ὥσπερ ἐγκοπτομένων, καὶ μηδὲ τὴν αἰτίαν φράζειν αὐτῷ δυναμένων, ὁρῶν ἐκεῖνος τὴν τοῦ πάθους ὑπερβολὴν καὶ ἅμα τὰς ὄψεις ἀκριβέστερον ἐπιβαλὼν τῷ Χαρίτωνι καί τινας ὑποφαινομένας ἰδὼν ὁμοιότητας· ἦν γὰρ δὴ κἀκεῖνος τήν τε ὄψιν μάλα καλὸς, καὶ τὴν κώμην ξανθός· καὶ, συνελόντα φάναι, ἀκριβῆ σώζοντα τὸν χαρακτῆρα κατανοήσας καὶ ὡς οὐκ ἂν εἴη τὸ λοιπὸν ἐνδοιάσιμα πρὸς ἑαυτὸν εἰρηκώς· Ἔδει, φησὶν, ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, τῷ Θεῷ πάντως χάριν ὁμολογεῖν, ὅ τι ποτὲ ἂν ᾖ τὸ συμβὰν, τῷ τοῖς ἀῤῥήτοις αὐτοῦ καὶ ἀκατανοήτοις κρίμασιν οὕτω πάντα οἰκονομοῦντι καλῶς· ἀλλὰ μὴ οὕτως ἀκρίτως πενθεῖν ὡς ἂν ἀπολωλότος ὑμῖν ἤδη τοῦ παιδός. Εἰ γὰρ καὶ ὑμῖν ἀποκέκρυπται πάντως, ἀλλά γε τῷ Θεῷ δῆλός ἐστι. Τούτων ὁ Χαρίτων ἀκούσας καὶ ἄλλως παραμυθίας ἕνεκα τὸν λόγον εἰρῆσθαι νομίζων· Τοῦτο μὲν οὖν, ἔφη, πανάληθες· εἰ γὰρ κατὰ Γραφὴν ᾅδης καὶ ἀπώλεια φανερὰ παρὰ Κυρίῳ, πῶς οὐχὶ καὶ αἱ καρδίαι τῶν ἀνθρώπων; εἰ τοίνυν καὶ πεφόνευται τὸ τέκνον ἡμῶν, ἀλλ' οὖν ἡ τούτου ψυχὴ ἐν χερσὶ πάντως ἐστὶ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Χαρίτων.

ΙΗ'. Ἡ δὲ τοῦ Γρηγορίου μήτηρ, τῷ τοῦ Μάρκου στόματι τὸν ὀφθαλμὸν ἀπερείσασα, ἀτενὲς ἑώρα, καὶ τὸν λόγον προσδεχομένη τὴν καρδίαν ἐπάλλετο καὶ μετέωρος ἦν. Εἶτα πάλιν ὁ μοναχὸς, εἰπὼν, ὡς

A stetisse, ex eo tempore ab uxore abstinuit. Porro filium octo jam annos natum accipientes, ad me adducunt, quem ego magistro primum grammaticis instituendum trado: deinde ipsum tondens ac in Ecclesiæ collegium, cui præsum, asciscens, in archidiaconi mei fidem committo, mandans ut quam celeriter fieri posset, in divinam legem accurate incumberet. Qui ita tum natura adjutus, tum studio, brevi in omnibus evasit conspicuus, ut nemo per universam Siciliam illi comparandus inveniretur. Itaque puer vel dæmonis invidia, vel nescio qua sortis malignitate usus, oculis nostris repente tollitur, nec postea tanta ejus calamitas cuivis innotuit, neque sane quidquam de illo in hunc usque diem nobis est B proditum; utcunque universam Siciliam diu multumque obierimus, nihilo plus invenire aut discere quivimus. Quocirca nos itidem inconsolabili prope illius causa dolore cruciamur, nihil nobis hactenus (quæ Dei Opt. Max. voluntas fuit) exploratum esse. Sed cum cæteris multo vehementius parentum ejus animi dolore conflictentur, nunc lugentes adsunt, ejus memoriam hodierno die celebraturi, in quo patres, amisso filio, appellari desierunt.

XVII. His auditis, ille diu elinguis ac post lacrymis plenus, in medium illos prodire petiit, et quænam hæc esset, cur tam graviter cæderentur, interrogavit. Cumque ii, præ tristitia quam C plurimum illos opprimente, intercisam ac impeditam vocem haberent, neque causam ipsi fari possent, cernens ille affectus vehementiam, simulque aspectus (oculis in Charitonem conjectis) accuratius perpendens, quasdam non obscuras similitudines ac veluti characteres agnovit: siquidem ipse quoque valde decorus erat aspectu, et coma flavus, ac (ut paucis expediam) certa servantem signa perspiciens, nihilque reliquum esse, quod non optime quadraret, secum ipse colligens: Præstat, inquit, vos, fratres, omnino Deo gratias agere, quandoquidem quidquid unquam accidit, ad abdita illius et incognita judicia (ipso probe omnia gubernante) est referendum: non autem sic inconsulto lugere, non D secus sane, ac si filius vester vobis jampridem pessum abiisset; licet enim is vos lateat, nihilo tamen minus Deo est manifestus. Hæc cum Chariton audisset, ac ejusmodi verba sui consolandi gratia fieri incassum arbitraretur: Hoc, Pater (ait), verum esse omnino fateor: si enim ex divinis Scriptis inferi et interitus Deum non latent, quomodo non etiam hominum corda illi erunt manifesta? Proinde si et filius noster interiit, ejus animam saltem Dei manibus contineri credendum est. Atque hactenus quidem Chariton.

XVIII. Porro Gregorii mater ad os Marci oculos adjiciens, fixius intuebatur: ac ejusmodi sermonem audiens, animo suspensa, corde nutabat. Deinde cum monachus dixisset recte cum illorum

filio agi, illisque fletum reprimere præcepisset, Donatum archidiaconum confestim accersit, et assistenti silentium ut vitium acriter objicit: Quid causæ (inquit) est, o homo, cur nequam illum servum imitatus, talentum Dei magnum in terram abdideris [y], non illud potius palam feceris, ut sic voluptatis, non mœstitiæ, tum parentibus pueri, tum communi huic Patri et archipræsuli auctor fieres? Nunc ergo cujus criminis reus es, et qua pœna plectendus? quippe qui tam ingentis illis mœroris anctor factus, Dei gratiam, quantum in te fuit, occultaveris? His verbis archidiaconus pallore infectus est, ac artus ejus omnes tremor invadens, illius faciem mutavit: seseque in terram abjiciens, amare flere ac ingemiscere cœpit; ac Davidis verba contra se pronuntians: « Peccavi in Dominum meum, et in vos omnes [z], » aiebat. Data igitur illi venia, humi jacentem erexerunt, ac omnia Gregorii acta accurate illum dicere, nihil omnino prætermittentem, imperarunt. Sed ille exorsus, rem sigillatim omnem edisserit, et quemadmodum cum se somno dedisset, quædam vox per quietem puerum inclamaverit, et ut ille assurgens sibi præsto fuerit, quotiesque illi vox insonuerit, et demum quæ abs se, qualiave didicerit nempe qui vocarat, e cœlo advenisse, ac quemadmodum postrema vox apparuerit, ejus ipsius aures percellens littus sibi protinus petendum: futurum enim ut illic inveniret quibuscum mare celeriter trajiceret. His in excusationem dictis, finem lacrymis fecit, hanc silentii causam fuisse afferens, veritum se, ne quando fide indignus inveniretur, neve insimularetur in adolescentem mali aliquid fuisse molitum. Atque archidiaconus in hunc est modum locutus.

XIX. At Marcus quæ ab illo de puero dicta fuerant, affirmans, ipse quoque adjecit, Gregorii vitam sibi esse perspectam ac exploratam, isque ita loqui cœpit: Cum essemus Romæ, inque templo summorum Apostolorum oraremus, duo nobis formidabiles viri astiterunt, qui mihi, Surge, inquiunt, Marce, repente cum duobus, qui tecum sunt monachis, et Carthaginem navigatione contendite, ibique Gregorium quemdam Siculum ab Agrigenti Ecclesia illuc advectum inquirite; is enim naucleri cujusdam, qui Varus dicitur, convictu familiari utitur, eique totus hæret. Hunc vobiscum assumentes, Hierosolyma usque perducatis: quo appulsi patriarchæ, cui, quæ illo facere oporteat, injunximus, illum sistite. His dictis, ab aspectu atque oculis mihi sublati sunt. Proinde ego cum a somno solutus essem, ad flumen cum his duobus monachis maturo proficisci, ubi navem velis passis (Deo sic annuente) velificari Carthaginem, comperi: quam conscendentes, Carthaginem trajicimus, eamque obeuntes, adolescentem ad ædem divi martyris Juliani, lectioni vacantem, offendimus: quem complexi et allocuti, quæ se

A Ἐν ἀγαθοῖς ἄρα ἐστὶν ὁ υἱὸς ὑμῶν, καὶ τὸν θρῆνον αὐτοῖς ἐπισχεῖν κελεύσας, τὸν ἀρχιδιάκονον Δονάτον αὐτίκα μετακαλεῖται. Τῷ δὲ παραστάντι τὴν σιωπὴν πρότερον πικρῶς ὀνειδίζει. Καὶ τίνος ἕνεκεν, φησὶν, ὦ ἄνθρωπε, τὸν πονηρὸν ἐμιμήσω δοῦλον ἐκεῖνον ὥσπερ τάλαντον τὸ τοῦ Θεοῦ μεγαλεῖον καταχωννὺς, ἀλλὰ μὴ φανερὸν αὐτὸ καθιστῶν, ἵν' οὕτω μᾶλλον ἡδονῆς, ἀλλ' οὐκ ἀθυμίας, τοῖς τε τοῦ παιδὸς πατράσι καὶ τῷ κοινῷ ἡμῶν Πατρὶ τῷδε καὶ ἀρχιερεῖ κατέστης παραίτιος. Νῦν οὖν ὀφλήσεις τὸ ἐπιτίμιον, τοσαύτης μὲν τούτοις ὀδύνης πρόξενος γεγονὼς, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δὲ χάριν τό γε σὸν μέρος συγκρύψας. Ταῦτα λεγόμενα τὸν ἀρχιδιάκονον ὠχριᾷν ἐποίει, καὶ ἠλλοιοῦτο τὴν ὄψιν, καὶ τρόμῳ τὰ μέλη συνείχετο· ἐπὶ πρόσωπον δὲ πεσὼν ἀνέκλαυσέ τε πικρῶς καὶ μέγα ἀνῴμωξε, B ταῦτα δὴ τὰ τοῦ Δαυῒδ ἑαυτοῦ καταψηφιζόμενος· « Ἡμάρτηκα τῷ Κυρίῳ μου καὶ πᾶσιν ὑμῖν. » Δόντες οὖν αὐτῷ συγγνώμην, καὶ τῷ ἐδάφει κείμενον ἀναστήσαντες λέγειν ἀκριβῶς τὰ περὶ Γρηγορίου, μηδ' ὁτιοῦν παραλείποντα ἐκέλευον. Ὁ δὲ ἀρξάμενος πάντα κατὰ μέρος ἐπῄει, ὅπως τε, κοιμωμένου αὐτοῦ, φωνή τις ἀοράτως τὸν παῖδα ἐκάλει, καὶ ὅπως ἐκεῖνος αὐτῷ παρασταίη, ποσάκις τε πρὸς αὐτὸν ἡ φωνὴ γένοιτο, καὶ τέλος οἷα παρ' αὐτοῦ διδαχθείη, θεόθεν εἶναι συμβαλομένου τὴν κλῆσιν, καὶ οἷα τὴν ἐσχάτην φάναι φωνὴν, λεπτῶς πως καὶ αὐτοῦ τούτου περιηχούσης τὰ ὦτα, ὅτι τε Πορεύθητι παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ ὡς Ἐκεῖ εὑρήσεις, ὑφ' ὧν ἄρα τὸ τάχος περαιωθήσει. Ταῦτα εἰπὼν, C εἰς παραιτήσεις ἐτελεύτα καὶ δάκρυα, ταύτην αἰτίαν τῆς σιωπῆς εἶναι φάμενος τοῦ μή ποτε, φησὶ, καὶ ἀπιστεῖσθαι δόξω, μᾶλλον δὲ καὶ ὕποπτος ἔσομαι, οὐκ ἀγαθόν τι περὶ τὸν παῖδα διαπραξάμενος. Καὶ οὕτω μὲν ὁ ἀρχιδιάκονος.

ΙΘ'. Ὁ δὲ Μάρκος, τὰ παρ' ἐκείνου τοῖς παρ' αὐτοῦ βεβαιῶν, καὶ αὐτὸς προστίθησιν ὅπως αὐτῷ πάντα σαφῶς ἐδηλώθη τὰ κατὰ τὸν Γρηγόριον, καὶ ἤρξατο λέγειν ὡδί· Ἐν τῇ πατρίδι Ῥώμῃ διατριβόντων ἡμῶν, καὶ τῷ τῶν κορυφαίων ἀποστόλων ναῷ τὰς εὐχὰς ποιουμένων, ἄνδρες ἡμῖν δύο νυκτὸς ἐφίστανται φοβεροὶ, Ἀνάστα, Μάρκε ταχέως, λέγοντες, μετὰ τῶν σὺν σοὶ δύο μοναχῶν, καὶ ὡς ἐς Καρχηδόνα τὸν ἀπόπλουν ποιεῖσθε, εἶτα ἐν Καρθαγένῃ γενόμενοι, Γρηγόριόν τινα Σικελιώτην ἐπιζητήσατε, D τῆς Ἀκραγαντίνων μὲν ἐκκλησίας ὁρμώμενον, ἐν οἴκῳ δέ τινος ναυκλήρου καλουμένου Οὐάρου τὴν διαγωγὴν ἔχοντα καὶ τῷ Θεῷ προσανέχοντα. Τοῦτον ὑμεῖς συμπαραλαβόντες ἄχρις Ἱεροσολύμων ἔσεσθε διασώζοντες· ἐκεῖσε δὲ γενόμενοι τῷ πατριάρχῃ τοῦτον συστήσατε· κἀκείνῳ γὰρ περὶ τοῦδε, ᾗ προσῆκον ἐνετειλάμεθα. Ταῦτα οἱ μὲν εἰπόντες, ἐξ ὀφθαλμῶν μοι κατέστησαν· ἐγὼ δὲ τοῦ ὕπνου ἡμᾶς ὑπανέντος, αὐτίκα παρὰ τὸν ποταμὸν ἅμα τοῖν δυοῖν τούτοιν μοναχοῖν παραγίνομαι, καὶ τοῦ Θεοῦ ταῦτα οὕτω τιθέντος πλοῖον καταλαμβάνομεν τὸ ἱστίον αἶρον ἤδη καὶ εὐθὺς Καρχηδόνος τὸν ἀπόπλουν ποιούμενον οὗ δὴ ἐπιβάντες, εἰς Καρθαγένην

[y] Matth. xxv, 25 seqq. [z] II Reg. xii, 13.

περαιούμεθα· καὶ ταύτην περιελθόντες, τὸν παῖδα A πρὸς τὸ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰουλιανοῦ ναῷ τῇ ἀναγνώσει προσκείμενον εὕρομεν, καὶ προσειπόντες καὶ ἀσπασάμενοι, διδάξαντές τε τὰ φανέντα ἡμῖν πάντα καὶ παρ' ἐκείνου πάλιν τὰ ἐκείνου μεμαθηκότες, χαίροντες χαίροντα παραλαβόντες, μέχρι τῶν ἱερῶν ἀπηνέγκαμεν τόπων, λόγου τε δεξιότητι καὶ βίου λαμπρότητι καθ' οὓς ἂν γένοιτο, πάντας πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπώμενον. Ταῦτα τοῦ Μάρκου διεξελθόντος γίνεταί τι λόγου καὶ μνήμης ἄξιον. Τὸ μὲν γὰρ πλῆθος ἅπαν οἷά τινι βακχείᾳ τῇ διηγήσει κεκινημένοι, λίαν τε σκιρτῶσιν ἡδὺ καὶ μέγα κροτοῦσι καὶ τὴν φωνὴν αἴρουσι, βοῆς τε τὸν ἀέρα πληροῦντες καὶ τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος εὐχαριστοῦντες ἅμα, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ δοξάζοντες ὄνομα. Καὶ οὕτω μὲν τὸ πλῆθος κοινὴν εὐφροσύνην B τὸ πρᾶγμα ποιούμενοι· οἱ δέ γε τοῦ Γρηγορίου πατέρες μικροῦ καὶ εἰς ἔκστασιν τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἡδονῆς ἦχον, καὶ ἡμιθνῆτες εἰς γῆν κατέπιπτον. Ἐκστατικὸν γὰρ ὥσπερ ἀμετρία λύπης, οὕτως οὐδὲν ἧττον καὶ ἡδονή, καὶ κίνδυνος πολλάκις ἐξ ἀμφοτέρων ἐπῆλθεν.

nostro oculorum sensui obtulerant, edicimus, et quæ ad illum contra pertinerent, omnia cognoscimus. Tum læti, lætum ipsum accipientes, ad sacra loca deduximus, tam verborum dexteritate, quam splendore morum, omnes ad se trahentem. Cum hæc Marcus percurrisset, res quædam contigit cognitione atque memoria digna. Siquidem universa multitudo, hoc sermone tanquam insania quadam percita, exsilire valde ac jucunde admodum plaudere cœpit; sublata item voce aerem clamore implentes, Deo ob rem tam admirandam gratias agebant, ejusque nomen miris laudibus cumulabant. Atque hinc quidem multitudo magna communiter perfusa lætitia, tum præsertim parentes Gregorii, præ voluptatis ubertate a constantia mentis descivere, in terramque semimortui ceciderunt. Ut enim immoderatus dolor plerumque in stuporem agit, sic nihilominus voluptatis magnitudo homines a mente discedere compellit, ut utrinque grave periculum impendere constet.

Κʹ. Εἶτα πρὸς τοῦ Μάρκου διαναστάντες καὶ μόλις ἑαυτῶν γενόμενοι, διηπίστουν, καὶ τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς χαρᾶς ἴσως κατὰ τὸ ἱερὸν λόγιον τό, Ἔτι διαπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς, ὅθεν καὶ πίστιν ᾔτουν τῶν λεγομένων, ὡσπερεὶ δεδιότες μὴ καὶ ὄναρ ᾖ τὰ λεγόμενα· καί, Ὄντως ὁ παῖς, φασί, ζῇ ὁ ἡμέτερος, ὁ μονογενής, ὁ φίλτατος; Ὁ δέ, καὶ ζῆν καὶ καλῶς ἐν Θεῷ ζῆν ἔφασκεν. Ἵνα δὲ μηδὲν ἀμφίβολον αὐτοῖς C ᾖ, καὶ τὴν μορφὴν ὑπέγραφεν, ὅτι νεανίας ἐστὶ σφόδρα καλός, καὶ τῷ πατρὶ πάνυ παρεοικώς, πυῤῥὸς τὸ χρῶμα, τοὺς ὀφθαλμοὺς χαροπός, τὴν φωνὴν λίαν ἡδυμελής, καὶ τὴν ἀκοὴν ὀξύς. Εἶτα καὶ τὰ τοῦ ἤθους καθόσον ἐνῆν διεξῄει, ὡς ἀεὶ μὲν σύννους ἐστὶ καὶ συνεσταλμένος καὶ κάτω νεύων, τοὺς δὲ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς ἄνω τείνων καὶ πάντοθεν συγκεκροτημένος, περὶ τὰς θείας δὲ Γραφὰς ἐσπουδακὼς ἀεὶ καὶ ταχὺς μὲν τὰ χρηστὰ καὶ εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι, βραδὺς δὲ προέσθαι ῥῆμα· φαῦλον δέ τι εἰπεῖν ἢ ἀκοῦσαι τὸ παρ' ἅπαν οὐκ ἀνεκτός, γέλωτος εἴπερ τις κρατῶν, πρὸς δὲ καὶ πόνοις συντόνοις ἀσκήσει προσκείμενος τραχυτάτῃ. Ταῦτα καὶ τὰ τούτων ἔτι πλείω τοῦ μοναχοῦ περὶ τοῦ Γρηγορίου διεξιόντος, ἡδονῆς ὁ σύλλογος ἐπληροῦτο, καὶ τοῖς γονεῦσιν ὁ D τοῦ παιδὸς ἔπαινος ἀντὶ τοῦ παιδὸς εἰς παραμυθίαν καθίστατο. Ἐδόκουν γὰρ αὐτὸν ἐκεῖνον ὁρᾷν, οὕτω σαφῆ τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἀκούοντες ἴχνη τε καὶ γνωρίσματα. Καὶ τὰ μὲν κατ' αὐτοὺς ὧδέ πη εἶχεν. Οἱ δὲ μοναχοὶ ἡμέρας ἐκεῖ διαγαγόντες τρεῖς, τὴν ἑαυτῶν πορεύεσθαι διεγνώκεισαν, καὶ εἰς πλοῖον ἐμβάντες, ἐπιφόρου τυχόντες πνεύματος, διὰ ταχέων, ἐν Πανόρμῳ τε προσορμίζονται, κἀκεῖθεν τὴν πατρίδα Ῥώμην καὶ τὸ ἑαυτῶν καταλαμβάνουσι φροντιστήριον. Καὶ τούτοις μὲν τοιοῦτον τὸ τῆς ἀποδημίας πέρας.

XX. Mox coram Marco assurgentes, vixque sui compotes facti, dictis fidem, idque fortasse præ gaudio (juxta divina scripta) : Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio, non habebant. Proinde dictorum fidem, perinde atque isthæc verba somnium essent, fieri sibi postulabant. Numquidnam filius noster unigenitus, dilectissimus vivit? At ille hunc bene beateque in Deo vivere dixit. Ut vero nihil illis, de quo ambigerent, relinqueretur, formam ejus effinxit, adolescentem illum sane quam decorum patrem valde referre suum, colore fulvum, pulchrum oculos, prædulci voce, acutis auribus esse: ac demum mores ejusdem per omnia recensebat. Quam ille prudens, quam sciens, humili loco positus, mentis oculos in cœlos tolleret, ac undique favorabili exceptus plausu, in divina scripta semper incumberet. Ac velox quidem optimis quibusque tum loquendis, tum audiendis, cum alioqui tardus ad loquendum foret: levitatis vero quamlibet minimum, nec dicere nec audire nunquam omnino sustinuit. Risus, quam qui maxime, continens erat. Assiduis præterea laboribus, asperrimæque exercitationi hærebat. Cum hæc atque his longe majora monachus loqueretur, illa hominum frequentia lætitiis omnibus incessit, puerique laus parentibus pro filio in consolationem stetit. Illum ipsum enim intueri videbantur, sic ejus indicia animi atque vestigia manifesta percipiebant. Ac de his quidem hactenus. Porro monachi triduo illic commorati, iter suum persequi instituerunt. Quocirca navim subeuntes, Panormo secundissimo vento celeriter applicuerunt. Illinc Romam patrium solum suum suumque ipsorum monasterium petunt. Et is quidem eorum peregrinationem finis excepit.

ΚΑʹ. Ὁ δέ γε Γρηγόριος, ὑπομείνας ἐν Ἱεροσολύμοις, ὡς προλαβὼν ὁ λόγος ἐδήλωσε, καὶ τὸν ἑαυτοῦ δρόμον τρέχων, μᾶλλον δὲ ἀεὶ νικῶν ἑαυτὸν καὶ

XXI. Gregorius vero Hierosolymis (ut sermo superius indicavit) exsistens, cursumque suum conficiens, quin potius seipsum vincens, secumque de-

certans, diaconus a patriarcha Macario deligitur: a quo divus Gregorius commeatum Olivarum montis, Patrumque in illa sanctæ civitatis solitudine degentium visendorum gratia petiit, cujus cum arbitrio hoc ipsum permitteretur, iter, quo fertur in interiorem eremum, aggreditur. Cumque tres dies iter fecisset, ad sextam fere horam monachum consuetis vacantem precibus reperit: quem cum convenisset, in sermonemque familiarem incidisset, quando ille nihil minus hunc ipsum virtutis deprehenderat amatorem, in vitæ secum contubernium accepit. Verum cum post viginti dies una cum Gregorio illac iter faceret, locum, in quo monachi domicilium duæque palmæ erant, indicavit: Ingens hic, o fili (locum digito signans, subdidit ille), thesaurus est abditus, nempe exercitationis laude pater eminentissimus, tuusque, id nisi ipse detrectes, servator futurus. Proinde accede, et pulsans fores, obviam tibi prodeuntem habebis; quod si psallendo distinebitur, cantum cum illo, foris alioquin stans, prosequere; cum vero canendi finem fecerit, hinc tibi curæ sit, quominus hac ipsa frustreris indagine. Hæc sane cum ille dixisset, essetque Gregorium amplexatus, discessit.

XXII. At vero cum hic flexis genibus, oculos sursum in cœlum tollens, orasset, seseque crucis signo præmuniisset, fidenter gradiebatur. Cumque ad locum pertingeret, canentem quasi turbam audivit: sed cum propius accessisset, non tum multitudinem, sed veluti tres canentes audire, sibi visus est. Quare timore perculsus, ad januam silens appropinquabat; sed ille cum cantum intus explesset, per transennam aspiciens, voce Gregorium inclamavit. Hic vero multo magis ob nominis appellationem pertimescere cœpit. et vocanti parens, ingreditur, seseque lacrymis ac sudoribus circumfusus, illius ad pedes projecit. Cumque ab eo, Deum ut pro se oraret, petiisset, sibique illud ipsum præstitum esset, apud senem commoratur, grammaticamque et quidquid poetarum libris continetur, rhetoricam item, ac philosophiam illam, quæ animo et contemplatione cernitur (nam quæ in rerum actione versatur, jam pridem didicerat), edocetur. Siquidem senex ab his omnibus belle paratus erat, litterarumque Græcarum doctorem se præstabat eximium. Tam affabre Gregorius litterarum divitiis auctus, nec minori morum atque virtutis, accessione facta, illi adhærescebat: a quo, quænam se vexationes invasuræ essent, edoctus (erat enim divinus ille vir inter cætera venturi præscius), rursus ad sacra loca pergit: in quibus cum per annum vixisset, illinc in Antiochiam abit: apud quam moram trahens, annum itidem commoratus est. Cumque esset plures eruditos sermones interpretatus, nec paucos ipse composuisset, omnibus sui admiratione injecta, ad magnam ac regiam Constantini civitatem concessit: quando divina illum omnino providentia eo compelleret, et a cæteris quidem mundi curis abstractum, ad munus illud, ad quod obeundum vocatus fuerat, hortaretur.

A πρὸς ἑαυτὸν ἁμιλλώμενος, διάκονος παρὰ τοῦ πατριάρχου Μακαρίου χειροτονεῖται, ὃν δὴ ἀξιώσας ὁ θεῖος Γρηγόριος, τό τε ὄρος τῶν ἐλαιῶν ἰδεῖν καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἔρημον τῆς ἁγίας πόλεως Πατέρας περιελθεῖν, καὶ ἐπιτραπεὶς ἄρχεται τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὴν ἐνδοτέραν φερούσης ἔρημον. Ἡμέρας δὲ τῇ ὁδοιπορίᾳ τρεῖς διανύσας, σχεδόν που περὶ τὴν ἕκτην ὥραν καταλαμβάνει τινὰ μοναχὸν τὰς συνήθεις εὐχὰς ποιούμενον. Τούτῳ δὴ συγγενόμενος καὶ εἰς λόγους ἐλθὼν ἐπεὶ κἀκεῖνος αὐτὸν ἔγνω ἀρετῆς ἄκρως μεταποιούμενον, μεθ' ἑαυτοῦ παραλαμβάνει. Ἐν ἡμέραις δὲ εἴκοσι τὴν αὐτὴν ὁδεύσας τῷ Γρηγορίῳ, δείκνυσι τόπον αὐτῷ τινα ἐν ᾧ σκηνή τε μοναχοῦ ἦν, καὶ δύο φοίνικες ἐπεφύκεσαν. Τοῦτον αὐτῷ τῷ δακτύλῳ δείξας καὶ εἰπών, Ἐνταῦθα, φησὶ, B ὦ παῖ, μέγας ἐγκέκρυπται θησαυρὸς, μέγας ἐν ἀσκήσει πατὴρ καὶ σὸς, εἰ θέλῃς, σωτήρ. Ἀλλὰ πρόσιθι καὶ κόψας τὴν θύραν, ἕξεις αὐτὸν ὑπακούοντα. Ἂν δέ γε ψάλλων τυγχάνῃ, πλήρου σὺν αὐτῷ τὴν ᾠδὴν ἑστὼς ἔξωθεν· καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι, σοὶ τὸ ἐντεῦθεν μελέτω ὅπως τῆς θήρας μὴ διαμάρτῃς. Ὁ μὲν, τοσαῦτα εἰπὼν καὶ τὸν Γρηγόριον ἀσπασάμενος, ἀνεχώρει.

ΚΒ'. Ὁ δὲ τὰ γόνατα κλίνας, τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ἄνω πρὸς οὐρανὸν τείνας καὶ προσευξάμενος, τῷ τύπῳ τε τοῦ σταυροῦ σφραγισάμενος, ἐχώρει θαῤῥῶν, καὶ πλησίον τοῦ τόπου γενόμενος, ἤκουσεν ὥσπερ ὄχλου τινὸς ᾄδοντος. Ἐγγίσας δὲ πλησιέστερον, οὐχὶ πλήθους τότε, ἀλλ' ὅσον τριῶν C ψαλλόντων ἀκήκοε. Τὸν μὲν οὖν δέος εἶχε, καὶ παρὰ τὴν θύραν σιωπῶν εἱστήκει. Ὁ δὲ, ἐπειδὴ τὴν ᾠδὴν ἔνδον τελέσειε, παρακύπτει τῆς θύρας, καὶ φωνεῖ λέγων· Γρηγόριε. Ὁ δὲ καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῇ τοῦ ὀνόματος κλήσει καταπλαγεὶς καὶ τῷ καλοῦντι πεισθεὶς, εἰσελθὼν προσπίπτει τοῖς τούτου ποσὶ, δάκρυσί τε καὶ ἱδρῶσι περιῤῥεόμενος, καὶ εὐχὴν ἐξαιτούμενος. Τυχὼν δὲ τῆς εὐχῆς μένει παρὰ τῷ γέροντι, καὶ παρ' αὐτῷ διὰ τεττάρων ἐτῶν γραμματικήν τε παιδεύεται, καὶ ὅσα τῶν ποιητῶν, ῥητορικήν τε καὶ φιλοσοφίας ὅσον τὸ θεωρητικόν· τὸ γὰρ δὴ πρακτικὸν ἤδη καὶ προλαβὸν ἐξήσκητο, πεπαίδευτο δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ γέρων ἱκανῶς, καὶ λόγων Ἑλληνικῶν ἄκρως διδάσκαλος ἦν. Τοσαῦτα παρὰ τούτου Γρηγόριος D περὶ τὸν λόγον κερδάνας, οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ βίου καὶ τῆς ἀρετῆς ἀπονάμενος, συνταξάμενος αὐτῷ μετὰ ταῦτα, καὶ τοὺς ἐκδεξομένους αὐτὸν πειρασμοὺς παρ' αὐτοῦ διδαχθεὶς· ἦν γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ προφητικὸς ὁ θεῖος ἀνήρ· ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς τόπους καὶ αὖθις φοιτᾷ, καὶ τούτοις ἐνδιατρίψας ἐνιαυτὸν, ἐκεῖθεν εἰς Ἀντιόχειαν ἄπεισι· καὶ παρ' αὐτῇ πάλιν ἐνιαυτὸν ἕνα διαγενόμενος σχολῆς τε λαβόμενος, καὶ τῶν δογματικῶν λόγων πολλοὺς μὲν ἀναγνοὺς, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ αὐτὸς ἐκθέμενος, καὶ θαῦμα πᾶσιν ἀπολιπὼν, εἰς τὴν μεγάλην πόλιν καὶ βασιλίδα τὴν Κωνσταντίνου χωρεῖ, τῆς ἄνω πάντως Προνοίας αὐτὸν ἀπαγούσης, εἰς ἣν δὴ ἐκλήθη τάξιν ὥσπερ προβιβαζούσης.

ΚΓ'. Ταύτην καταλαβὼν καὶ παρὰ τοῦ φιλαρέτου A μοναχοῦ ξενίας τυχὼν, ὃς ἤδη καὶ τῆς τῶν ἁγίων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου καθηγεῖτο μονῆς, ἔργον μὲν ἐν πρώτοις οὐ μικρὸν ἐποιεῖτο Ἰωάννου τοῦ χρυσοῦ τὴν γλῶτταν τοὺς χρυσοῦς ἐπιέναι λόγους· εἷλκε γὰρ καὶ τοῦτον ἡ ἐκείνου σειρὴν καὶ τό τε πλῆθος τῶν νοημάτων, καὶ τὸ κάλλος τῶν ὀνομάτων, καὶ τὴν καινὴν ἐκείνην καὶ σφόδρα θέλγουσαν συνθήκην ὁρῶν, καὶ ὅτι δὴ τὰ ἐκείνου πάντα χαρίτων μεστά. Κἀντεῦθεν πάλιν τὸ ἐκείνου τῆς ψυχῆς μέγεθος ὡς οἷόν τε ἦν ἀναδιδασκόμενος διεθερμαίνετο τὴν ψυχὴν, καὶ ὡς πρὸς ἀρχέτυπόν τι κομιδῇ κάλλιστον τὸν ἐκείνου βίον ὁρῶν, καθ' ὅσον δύναμις ζηλοῦν ἔσπευδεν. Ἐντεῦθεν καὶ συντονωτέραις ἑαυτὸν νηστείαις ἐκδέδωκε, καὶ ἀγρυπνίαις B ἐξέθηκε καὶ προσευχαῖς ἀδιαλείπτοις ἐχρῆτο. Ἃ δὲ αὐτὸς πρὸς τὸν μέγαν Ἰωάννην ἔπασχε, ταῦτα δὲ πρὸς αὐτὸν καὶ ὁ τῆς μάνδρας ἐκείνης προεστὼς ἐπεπόνθει· ὁρῶν γὰρ κἀκεῖνος τό τε ὑπερβάλλον τῆς ἀσιτίας· οὐδὲ γὰρ ὅτι μὴ δι' ὅλων ἑπτὰ ἡμερῶν ἐσιτεῖτο, λάχανα δὲ καὶ τότε μόνοις ἅλσιν ἡδυνόμενα· ταῦτά τε οὖν ὁρῶν, καὶ τὸ τῆς ἀγρυπνίας σχεδὸν ὑπὲρ ἄνθρωπον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν πόνοις ἀήττητον, καὶ τὸ περὶ τὴν προσευχὴν ἔμμονόν τε καὶ θεωρητικὸν, ὅλως ἐκπλήξεως μεστὸς ἦν. καὶ σιγῇ ταῦτα κρύπτειν οὐχ οἷός τε ὢν, καὶ τὸν πατριάρχην κοινωνὸν ἐποιεῖτο, καὶ πάντα ἐξαγγέλλει τὰ κατ' αὐτόν. Καὶ ὃς ἀκούσας, λίαν τε ἥσθη, καὶ βουλεύεται τὴν μὲν πρώτην σοφούς αὐτῷ τινας ἀποστεῖλαι, καὶ δι' αὐτῶν τούτων ἀπόπειραν C ἐκείνου λαβεῖν· ἔπειτα δὲ καὶ τὸν Γρηγόριον μετάκλητον θέσθαι παρ' ἑαυτόν. Ὁρίζεται δὲ καὶ καιρὸς τῆς προσελεύσεως τῶν σοφῶν ὁ τῆς νυκτὸς ὄρθρος, ἐν ἡμέρᾳ γὰρ ἀθέατος ἦν τὰ πολλὰ καὶ ἀπρόϊτος, καὶ πέμπεται πρὸς αὐτὸν Μάξιμός τε φιλόσοφος καὶ Κωνσταντῖνος ὁ τηνικαῦτα χαρτοφύλαξ τῆς Ἐκκλησίας, ἄνδρες λέγειν τε δεινοὶ, καὶ κρίνειν τοὺς λέγοντας ἱκανοὶ, καὶ φιλοσοφίαν ἄκρως ἐξησκημένοι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἦθος ἀνθρώπου καὶ γνώμην καταμαθεῖν λίθος ἀτεχνῶς ἡ Λυδία. Οὗτοι δὴ αὐτῷ συγγενόμενοι, καὶ ἰδόντες φρόνημά τε ψυχῆς εὐγενὲς καὶ ἦθος ἐπιτερπὲς, λόγον τε μέλιτος ἥδιω ῥέοντα, καὶ γλῶτταν πάσης προβαλλομένης ἀπορίας κρείττονα· οὐδὲν γὰρ ὅ τι τῶν περὶ θεολογίας καὶ τῶν σφόδρα δυσλύτων εἶναι δοκούντων, Γρηγορίου, φημὶ, τῆς θεολόγου γλώττης καὶ οὐρανίου D προτεινόντες, εὗρον ἐφ' ᾧ μὴ μᾶλλον ἐκεῖνος αὐτοὺς τῇ ἐπιλύσει κατέπληττε καὶ κομιδῇ θαυμάζειν ἐποίει· ταῦτα δὴ πείρᾳ μαθόντες ὑπέστρεφον οὐ φθόνῳ τὰ καλὰ κρύπτοντες, ἄγγελοι δὲ μᾶλλον καὶ λαμπροὶ κήρυκες πρὸς τοὺς ἄλλους πάντας καὶ αὐτὸν τὸν πατριάρχην γινόμενοι, καὶ ὡς μόνος ἐν ἀνθρώποις Γρηγόριος λέγοντες, τήν τε γνώμην καὶ τὴν γλῶτταν ἀήττητος.

ΚΔ'. Ὡς δὲ μὴ παροπτέος ὁ τηλικοῦτος ἐδόκει, αὐτίκα πρὸς τὸν πατριάρχην μετακαλεῖται. Καὶ ὃς ἄγεται μὲν ἄκων, δεινῶς τῆς ἡσυχίας ἐρῶν, καὶ ἅμα πρὸς τὴν ὑποστροφὴν ἤδη βλέπων, καὶ τὴν ἀνα-

XXIII. Hanc subiens, apud monachum sapientiæ studiosum, qui Sergii et Bachii martyrum domui olim præfuerat, diversatus, rem non parvam quidem effecit, dum Joannis Chrysostomi sermones aureos percurrit. Nam sententiarum illius dulcedo ac ubertas, nec non verborum pulchritudo ipsum illexerat : tum novam illam subinde structuram mire afficientem, omniaque ejus scripta, donis plena cœlestibus, contuitus, hinc illius animi celsitudinem, prout poterat, non segniter edoctus, ardore quodam animi erat accensus, et ad ejus vitam, uti exemplar quoddam longe pulcherrimum, oculos intendens, imitari illam sedulo nitebatur. Hinc crebrioribus se jejuniis dedidit, vigiliis insistebat, precibus vacabat assiduis. Quæ vero illi circa Joannem contigere, eadem domus ejusdem præses sibi circa illum usu venisse comperit. Cum enim et is jejunium admirabile cerneret (neque enim cibum nisi septem singulis diebus, ac tam quidem olera modico condita sale accipiebat) ac vigilias naturam humanam egredi, nihilo secius laboribus invictum, precibus ac contemplationi constantissime inhærere, stupore magno affectus, non continuit, quin hæc ipsa a silentio vindicaret, et patriarcham, cui acta illius omnia manifestat, rerum omnium participem faceret. Ille his auditis, gavisus est vehementer, ac sapientes quosdam viros, per quos aliquod illius periculum faceret, ad illum legare, ac mox Gregorium ipsum accersitum apud se continere decrevit. Tum enim splendor noctis, nempe sapientes, interire cœperant, ac uno die periisse omnes. et ab aspectu hominum procul visi sunt exsulasse. Mittuntur igitur ad illum Maximus quidam philosophus, ac Constantinus, tum Ecclesiæ librorum custos, viri non modo ipsi eloquentes, sed qui alios etiam loquentes judicare possent : philosophia quidem plurimum exculti, atque etiam ad sententiam ac mores hominum rimandos instar Lydii lapides indices. Qui cum ad illum profecti essent, ac sensus generositatemque animi perspexissent, itemque delectabiles mores, ac sermonem melle suaviorem fluere, linguam longe præstantiorem quam ut dubitatione aliqua sibi proposita vinceretur (nihil enim ex his, quæ ad theologiam pertinent, eorumque quæ indissolubilia esse putantur, disertæ atque cœlesti ejus linguæ in quæstionem revocantes, reperire potuerunt, in quo non hos magis ille solutione percelleret, in maximamque traheret admirationem) : hæc cum experientia didicissent, non invidia quæ honesta essent occultarunt : quin potius nuntii atque præcones apud omnes, et ipsum in primis patriarcham illustres facti, Gregorium solum inter homines cum ingenio, tum lingua invictum asserentes, reversi sunt.

XXIV. Ubi vero eximius ille vir haudquaquam spernendus visus est, confestim ad se patriarcha illum accersivit : qui invitus quidem ducitur, erat enim quietis apprime studiosus, simulque postli-

minio redire, illincque proficisci maturabat. Paret A nihilo secius, et coram archipræsule positus, cum moribus esset tranquillus, aspectu venerandus, et alloquii suavitate Sirenas haud fabulose loquendo vinceret: ita illum vehementer devinxit, sibique totum obstrinxit, ut sine illo nullo pacto consistere vellet, idque in primis, quia nihil a sapientibus proponebatur, quod non ille magna cum perspicuitate ac ad persuadendum aptitudine interpretaretur. Proinde viginti illic dies commoratus, interimque cum sapientia, tum singulari mansuetudine ac modestia admirabilis omnibus habitus, abeundi rursus verba fecit. Sed cum patriarcha nollet ipsum dimittere, quin omni illum studio retinere niteretur, alias causas afferens, quibus illi remanendum esset (Monothelitarum B enim hæresis plurimum tum serpebat, et hic solus nexus illorum facile perfringere poterat), tum sane, licet invitus, remanere est persuasus. Jam vero ubique ad bellum conclamatum erat, ab una quidem parte Sergius, Pyrrhus, Paulus, et Cyrus, qui jam hæretici declarati fuerant: ab altera quicunque hæresim detestantes, pro vera pietate stabant. Ipse vero prave sentientes, licet procul adhuc positos, intortis vibratisque jaculis fugabat, variis circa dogma sermonibus editis, quibus omnes illorum opiniones risus et meras esse nugas evidentissime demonstrabat.

XXV. Postea vero quam bellum erumpere palam cœpit, tum hæreseos viri principes occurrerunt, tum ex his, qui recta dogmata sectabantur, præstantiores illuc confluxerunt. Aderant Antiochiæ, Alexandriæ ac Hierosolymorum, simulque omnes C Orientis præsides, itemque ab Occidente omnes, præter Romæ antiquioris, et Sardiniæ præsules. (Hos enim gravis morbus intra fines continuerat.) At Romanus hominem sacris Litteris eruditum, qui suas vices impleret, destinavit. Gregorius vero in Sardonii locum suffectus est. Quocirca cum magnum illo die (ut par erat) de sacris Litteris certamen ortum esset, aliis quidem rerum, aliis vero verborum fiducia fretis, dum hæretici acri ac suasorio quodam sermone, quo veritatem occultare opinabantur, utuntur; ille vere generosus ac inexpugnabilis lingua, qua tum divina opitulante gratia plurimum roboratus est, sic eorum nexus tanta vi orationis et ardore spiritus fregit, ut eos qui dicendi laude plurimum præstabant, mutos omnino D redderet, et eorum linguas penitus auferre videretur, ac ii præterea ipsi silentes, sese victos esse faterentur. Itaque Patrum quidem synodus plaudebat, hæreticorum vero multitudo, alii, et ii quidem illustriores, deposito errore, nostris adhærescebant; alii vero plurimi propter verecundiam in medium prodire non audebant. Hunc exitum synodus habuit, solusque Gregorius per omnium ora, et præsertim Patrum, volitabat.

XXVI. At aliis tum admirantibus, tum vota pro illo facientibus, archipræsul secum illum accipiens, ad regem adducit: Hic, rex optime (dicens), hic,

A χώρησιν ἐπισπεύδων. Πείθεται δ' οὖν ὅμως καὶ κατ' ὄψιν παραστὰς τῷ ἀρχιερεῖ τὸ ἦθος γαληνὸς, τὸ σχῆμα σεμνὸς, τοῖς λόγοις τὰ σειρήνων τὸ μὴ μῦθον εἶναι νικῶν, οὕτω κατάκρας αὐτὸν εἷλε καὶ ὅλον ἑαυτοῦ ἐποιήσατο, ὡς μηδ' ἂν εἴ τι καὶ γένοιτο τούτου ποτὲ χωρὶς αὐτὸν καθεστάναι βούλεσθαι· καὶ μάλισθ' ὅτι μηδὲν τῶν προβαλλομένων παρὰ τῶν ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένων ἦν, ὃ μὴ μετὰ πάσης αὐτὸς ἐπέλυε σαφηνείας καὶ πιθανότητος. Οὕτως οὖν ἐκεῖσε ὅλας ἡμέρας διαγαγὼν εἴκοσι, θαυμαζόμενος ὑπὸ πάντων τῆς τε σοφίας καὶ τῆς ἄγαν ἐπιεικείας καὶ μετριότητος, ὁδοῦ πάλιν ἐμέμνητο. Ἐπεὶ δὲ μὴ ἐφεῖναι, ἀλλὰ πάσῃ μηχανῇ κατέχειν αὐτὸν ὁ πατριάρχης ἠβούλετο, ἄλλας τε λέγων αἰτίας καὶ ὅτι τότε πολλὴ τῶν Μονοθελητῶν ἡ αἵρεσις, μόνος δὲ οὗτος B εὐχερῶς ῥηγνύειν τὰς ἐκείνων πλοκὰς ἱκανὸς τότε δὴ καὶ ἄκων ἐπείθετο. Καὶ συνεκροτεῖτο μὲν ἤδη πανταχόθεν ὁ πόλεμος τῶν μὲν Σεργίου τε καὶ Πύῤῥου, Παύλου τε καὶ Κύρου τῶν κακοδόξων ἀφηγουμένων, τῶν ὀρθοδόξων δὲ πάλιν ὅσοι τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας ἀντείχοντο. Αὐτὸς δὲ καὶ πόῤῥωθεν ἔτι τοὺς κακοδόξους ὑπάρχοντας τοῖς ἀκροβολισμοῖς ἐτρέπετο, λόγους περὶ τὸ δόγμα συνθεὶς, καὶ γέλωτα πάντα τὰ ἐκείνων ἀποδείξας καὶ ἀκριβῆ φλήναφον.

ΚΕ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ μάχη φανερῶς ἐῤῥήγνυτο, καὶ ἀπήντων μὲν οἱ αἱρεσιάρχαι, συνέῤῥεον δὲ καὶ οἱ τῶν ὀρθοδόξων πρόμαχοι, παρῆν μὲν ὁ τῆς Ἀντιοχείας, παρῆν δὲ ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας, παρῆν καὶ ὁ C τῶν Ἱεροσολύμων πρόεδρος, ὁμοῦ τῆς Ἑῴας οἱ πάντες τῆς Ἑσπέρας καὶ οὗτοι πάντες ἄνευ τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τοῦ τὸν ἐν Σαρδοῖ θρόνον ἔχοντος· τούτους γὰρ νόσος βαρεῖα τῶν ὁρίων εἴσω κατεῖχεν. Ἀλλ' ὁ μὲν τῆς Ῥώμης τὸν ἀντ' αὐτοῦ συνεροῦντα τοῖς ὀρθοῖς λόγοις ἔπεμπε. Γρηγόριος δὲ τὸν τοῦ Σαρδῴου τόπον ἐπλήρου. Πολλῆς οὖν λόγων πάλης κατὰ ταύτην δὴ τὴν ἡμέραν ὡς εἰ κινουμένης, καὶ τῶν μὲν τοῖς πράγμασι τὸ θαῤῥεῖν ἐχόντων, τῶν δὲ τοῖς ῥήμασι καὶ δεινῇ τῶν αἱρετικῶν τῇ πιθανολογίᾳ χρωμένων, καὶ ταύτῃ βλάπτειν τὴν ἀλήθειαν οἰομένων, ὁ γενναῖος ὄντως ἐκεῖνος καὶ τὴν γλῶτταν ἀπρόσμαχος, τότε δὴ καὶ μᾶλλον αὐτὴν στομωθεὶς τῇ συνεργίᾳ τῆς χάριτος, οὕτω τὰς ἐκείνων συμπλοκὰς διελύ- D σατο δυνάμει λόγου καὶ πνεύματος καὶ οὕτως ἀφώνους αὐτοὺς τοὺς σφόδρα περὶ τὸ λέγειν ἑτοίμους εἰργάσατο, ὡς καὶ αὐτὰς δόξαι σχεδὸν αὐτῶν καὶ τὰς γλώττας περιελεῖν, καὶ τῷ σιωπᾷν αὐτοὺς ἐκείνους τὴν ἧτταν ὁμολογεῖν. Ἡ μὲν οὖν σύνοδος τῶν Πατέρων ἐκρότουν, ἡ δὲ τῶν αἱρετικῶν πληθὺς οἱ μὲν τῆς πλάνης μεταβαλλόμενοι προσεχώρουν τοῖς ἡμετέροις, καὶ τῶν ἐπισημοτέρων πολλοί· οἱ δὲ πολλῇ τῇ αἰσχύνῃ συνεκαλύπτοντο. Τοιοῦτον δὴ τὸ πέρας τῆς συνόδου λαβούσης μόνος. Γρηγόριος ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν ἦν καὶ πολλὰ δὴ τῶν Πατέρων μὲν ὑπερεκπληττομένων.

ΚϚ'. Τῶν δὲ καὶ ὑπερευχομένων αὐτοῦ, ὁ ἀρχιερεὺς μεθ' ἑαυτοῦ λαβὼν πρὸς τὸν κρατοῦντα εἰσάγει, Οὗτος, λέγων, ὁ ἄριστε βασιλεῦ, οὗτος ὁ

νικητής, οὗτος τὸ τεῖχος τῆς ἡμετέρας πίστεως. Τότε μὲν οὖν τοῦ θαύματος μόνου καὶ τῶν ἐπαίνων ὅ τε βασιλεὺς καὶ ἡ περὶ αὐτὸν πᾶσα βουλὴ γενόμενοι, καὶ Θεῷ τὴν χάριν ὁμολογοῦντες, σὺν αἰδοῖ τοῦτον ὅσῃ καὶ τιμῇ παρέπεμπον· ὕστερον δὲ καὶ ἰδιαζόντως αὐτὸν ὁ κρατῶν μετακαλεσάμενος καὶ εἰς λόγους ἐλθὼν, καὶ γνοὺς τίς τε εἴη καὶ ὅθεν ἥκει, καὶ πόσην ἐπῆλθε γῆν, τίς τε ἡ αἰτία τῆς ἀποδημίας αὐτῷ, καὶ τίνα τὸν μετὰ ταῦτα σκοπὸν τίθεται, σφόδρα τῆς γνώμης αὐτὸν ἀγάμενος, ὡς κρείττονά τε, ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἑώρα καὶ τοῦ αὐτῷ ἐς ὄψιν ἐλθεῖν πολλὰς τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀρχιερεῖ αὐτοῦ χάριτας ὀφείλειν διωμολόγει. Ὁ δὲ Γρηγόριος, τῆς προτέρας γνώμης ἐχόμενος, τὴν μὲν ἐκεῖσε διατριβὴν καὶ τιμὴν λίαν δυσχεραίνων ἦν, παντὶ δὲ τρόπῳ τὴν ἀναχώρησιν πραγματευόμενος. Ἀμέλει καὶ διά τινος Μαρκιανοῦ ὃς ἦν ᾠκειωμένος τῷ βασιλεῖ ταύτην εὕρετο, καὶ ἐπὶ ῥητοῖς τισιν ἀποστέλλεται ἐφ' ᾧ εἰς Ῥώμην τε κατελθεῖν, καὶ τὰ ἐκεῖσε κάλλη περισκεψάμενος, καὶ δὴ καὶ τῶν κορυφαίων προσκυνητὴς γενόμενος ἀποστόλων, αὖθις ὑποστρέψας διὰ ταχέων, καὶ τοῦ λοιποῦ συνεῖναι τῷ βασιλεῖ. Πρότερον δὲ ἢ ἐκεῖνον τὴν Ῥώμην καταλαβεῖν φθάσαντες οἱ πρὸς τοῦ πάππα παρὰ τὴν σύνοδον σταλέντες ἐπίσκοποι, αὐτόν τε τὸν πάππαν, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ περὶ αὐτὸν ἐμπιπλῶσι θαύματος. Ἀσμένοις οὖν καὶ αὐτοῖς ἐκεῖνος ἐπιφανεὶς, μᾶλλον ὁρώμενος εἰς ἔκπληξιν ἦγεν ἢ ἀκουόμενος. Φεύγων δὲ τὰς ὀχλήσεις παρὰ τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Σάβα ἡσυχάζειν διέγνω, τὰς συνεχεῖς ἐκκλίνων προόδους, καὶ πρὸς μηδένα μηδαμῶς παρρησιαζόμενος.

ΚΖ'. Ἐν τούτοις δὲ διατρίβοντος Γρηγορίου, καὶ ὁ Ἀκραγαντίνων ἐπίσκοπος Θεόδωρος οὕτω καλούμενος ὃς ἤδη κεχειροτόνειτο μετὰ Ποταμίωνα, καὶ αὐτὸς ἀπολείπει τὸν βίον. Φύεται δὴ στάσις ἐν τῷ λαῷ καὶ ἄλλων ἄλλον προβαλλομένων, οἷα φιλεῖ τοῖς τοιούτοις συμβαίνειν, ταραχὴ τὸ πλῆθος κατεῖχεν. Οἱ μὲν γὰρ Σαβῖνόν τινα πρεσβύτερον, οἱ δὲ Κρισκεντῖνον, οἱ δὲ τὸν ἀρχιδιάκονον Εὔπλον, καὶ ἕτερος ἕτερον εἰς τὸν θρόνον καθίζειν ἔσπευδε. Τὸ κῦρος οὖν ἑκάστου παρὰ τοῦ πάππα ζητοῦντος, εἰς Ῥώμην διαπερῶσι, καὶ τῷ πάππα ταῦτα κατὰ τὸ ἔθος ἀνατιθέασι. Συνῆν δὲ αὐτοῖς καὶ Χαρίτων ὁ τοῦ Γρηγορίου πατήρ. Εἰσελθόντων οὖν πρὸς αὐτὸν οἱ μὲν περὶ Σαβῖνον ἐν ἑνὶ μέρει ἔστησαν, οἱ δὲ περὶ Κρισκεντῖνον ἑτέρωθι, οἱ δὲ περὶ Εὔπλον καὶ τοὺς λοιποὺς ὀπίσω τούτων ἔταξαν ἑαυτούς. Ὡς δὲ καὶ ἐρωτηθέντες τίνα βούλοιντο χειροτονηθῆναι αὐτοῖς ἐπίσκοπον, οἱ μὲν Σαβῖνον, οἱ δὲ Κρισκεντῖνον ᾐτοῦντο. Ὑμῖν δὲ, φησὶν τοῖς περὶ Εὔπλον ἐπιστραφεὶς ὁ πάππας, τί ποτε ἄρα δοκεῖ; Οἱ δὲ διὰ Χαρίτωνος ἀπεκρίναντο· Ὁ δοκεῖ τῷ Θεῷ μᾶλλον καὶ τῇ σῇ διακρίσει, τοῦτο δὴ καὶ εὐκταῖον ἡμῖν γενέσθαι. Ὃ γὰρ ἂν αὐτὴ δοκιμάσειε, τοῦτο πάντως καὶ ὡς Θεῷ δοκοῦν λογιούμεθα. Εἶτα ὁ πάππας τοῖς περὶ Σαβῖνον καὶ Κρισκεντῖνον, Συμφρονήσαντες,

A inquam, est ille victor, ac nostræ fidei propugnaculum. Tum rex ac universus circumstans senatus admiratione ac laudibus hunc exceperunt. Mox Deo gratias agentes, multa cum reverentia et honore deduxerunt. Deinde rex ipsum accersivit, simulque cum illo locutus, quisnam esset, ac unde gentium veniret, et quas orbis regiones peragrasset, quæ illi demum tantæ peregrinationis causa, quæ præterea mens fuisset, agnovit. Quo factum est, ut illum ex animo vehementer admirans, homine multo majorem æstimaret, quodque in ejus conspectum venisset, multas hoc nomine Deo et archipræsuli gratias debere fateatur. At vero Gregorius priori proposito innixus, consuetudinem illam ac honorem ægre admodum ferebat: quin abitum illinc

B modis omnibus meditabatur. Hunc denique Marciani cujusdam, qui regi perquam familiaris erat, opera consecutus, cautionibus ac legibus quibusdam dimissus est, nimirum inviseret Romam: cumque urbis illius pulchritudinem ac magnificentiam vidisset, essetque summos apostolos veneratus, rursus quam celerrime posset, reverteretur, regis contubernio in posterum adhæsurus. Porro antequam ille Romam adiret, episcopi quos Pontifex Maximus ad concilium miserat, ejus adventum anteverterant, pontificemque ipsum, ac omnes regni ejusdem præsules in maximam illius admirationem evexerant. Quamobrem illustris ille vir exspectatus advenit, et majorem illis sua præsen-

C tia, quam cujusvis sui prædicatione, stuporem induxit. Cæterum turbam vitans, frequentesque hominum congressus declinans, neque temere sese, nec inconsulto cujusvis colloquium dans, juxta divi Sabæ domicilium commorari decrevit.

XXVII. Cum hæc interim apud Gregorium agerentur, Theodorus Agrigenti episcopus, qui jam Potamioni successerat, vita ipse pariter defunctus est. Inde dum alii aliuni proponerent (ut usu fere in ejusmodi suffragiis evenire solet) seditio in populo nascitur, et tumultus a multitudine conflatur. Alii enim Sabinum quemdam presbyterum, alii Crescentinum, alii archidiaconum Euplum, et alii alios in sede collocare studebant. Cumque unusquisque designatum a se auctoritate pontificis fir-

D mari, ratumque fieri vellet, Romam ire perrexerunt, rem (ut moris est) pontificis max. arbitrio permissuri. Horum in comitatu Chariton Gregorii pater aderat. Atqui illis Romam accedentibus, cum hinc Sabinus, inde Crescentinus consisteret, Euplus ac reliqui illos ordine sequebantur. Quocirca interrogati, quemnam sibi vellent episcopum præfici, aliis Sabinum, aliis Crescentinum petentibus, pontifex conversus ad eos, qui erant ab Euplo: Quid vobis, inquit, videtur? Ii per Charitonem responderunt, se illum qui Deo in primis, et illius judicio videretur, suscepturos. Hoc sane nobis (aiunt) erit optabile; quod enim tuo judicio probaveris, idipsum quoque Deo placere omnino existimamus. Deinde pontifex iis qui a Sabino ac

Crescentino stabant, ait: Unum aliquem ex omnibus, qui vobis cordi magis sit, unanimes designate. Cæterum prudenter illi nihil responderunt, quin tumultuose agentes, ipsi inter se conviciis turpiter lacessebant. Propter imprudentem illorum seditionem indignatus pontifex, illorum postulata irrita fecit. Verum post triduum Euplum ac Charitonem accersens illos consilii sui participes facit. Rursus illi Dei placitum exspectare, et quem ille manifeste approbasset, hunc itidem sese dixerunt eligere.

XXVIII. Quamobrem cum pontifex penderet animi, Deumque assiduis precibus oraret, ut quem is probaret, eumdem perspicuum cœlitus faceret, duos homines per quietem sibi vidit assistere, specie ac cultu corporis apostolos referentes, qui se in hunc modum visi sunt alloqui: Cur ob invicem dissidentium contentionem animo cruciaris? Nam qui ad te, ut eligantur, ab iisdem adducti sunt, hoc onere atque conatu haudquaquam sunt digni. At quidam alius est in urbe hospes, vir moribus ornatus ac Deo charus; Gregorio nomen est illi. Hic aliquando in divi Sabæ monasterio hospes egit: sed cum hosce viros adventare ad urbem intellexit, multo magis se occultavit, ac nunc in sacra divi Mercurii æde latet occultus. Hunc accerse, et Agrigenti Ecclesiæ præfectura insignitum, in Siciliam primo quoque tempore transmittito; est enim vir cum sacerdotio dignus, tum regendæ illi Ecclesiæ maxime idoneus. His dictis, simulque cum lineamentis illum corporis indicassent, ab oculis elapsi sunt. Simul ac vero somno ille solutus est, timore ac gaudio perfusus, cum Marco monacho, quæ sibi per visum apparuerant, communicat. Porro hic erat Marcus ille, quem Gregorio comitem itineris missum, ac deinde Romam in patrium solum reversum fuisse, superior sermo demonstravit. Hic pontifici hoc visum gratulatus, monuit oportere illum juxta visionem agere. Tum quidam exploratum mittuntur viri selecti, quique illum probe norant, ac duo præterea episcopi, qui a concilio antea reversi fuerant, quibus alter quidam sacerdos illi cognitus comes additur. Ili simul monasterium divi Sabæ quamprimum adeunt: ubi intelligentes illum biduo antea egressum, ad templum sese divi Mercurii contulisse, illuc maturant proficisci, eumque inde mox digressurum inveniunt. Qui illos eminus conspicatus, et quinam essent, de facie agnoscens, ac demum, quid a se vellent, conjectans, in hortum se in mediis plantis, fugiens, abdidit.

XXIX. Cum vero illi a præposito domicilii ejusdem Gregorium acriter repeterent, hunc si dimitteret, graviter interminati, ille animo atque cogitatione suspensus, ab episcopis moræ paululum impetravit, nec prius acquievit, donec universam domum accuratissime scrutatus perlustrasset. Hortum itidem obiens, et oculos arboribus adjiciens, medium illis obrutum ac latitantem cernit. Accur-

A ἔφη, ἕνα τῶν πάντων ὃς ὑμῖν εἰς ἀρέσκειαν ἀφορίσατε. Ὡς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίναντο συνετὸν, ἀλλ' ἐθορύβουν μᾶλλον καὶ ἀσχημόνως ἀλλήλοις ἐλοιδόρουν, πρὸς τὴν ἀναιδῆ στάσιν αὐτῶν χαλεπήνας ὁ πάππας, τούτους ἀπελαθῆναι κελεύει. Μεθ' ἡμέρας δὲ τρεῖς τοὺς περὶ Εὔπλον καὶ Χαρίτωνα συγκαλέσας, κοινωνοὺς αὐτῷ τῆς γνώμης ἐποίει. Οἱ δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ ψῆφον καὶ αὖθις κρατεῖν ἔφησαν, καὶ ὃν ἐκεῖνος ἐμφανῶς δοκιμάσειε, τοῦτον δὴ καὶ χειροτονεῖν.

ΚΗ'. Ἐν ἀπόρῳ τοίνυν ὁ πάππας γενόμενος καὶ τοῦ Θεοῦ συντόνως δεόμενος, ἐξ οὐρανοῦ δῆλον γενέσθαι τὸν αὐτῷ δόκιμον, ὄναρ ὁρᾷ, δύο τινὸς ἄνδρας ἐπιστάντας αὐτῷ· ἀποστολικὸν δεῖξιν τὸ σχῆμα B τούτοις καὶ ἡ ἀναβολή· οἳ καὶ πρὸς αὐτὸν ἐῴκεσαν λέγειν, Τί δῆτα λύπῃ τὴν ψυχὴν ἐπλήγεις τῆς τῶν στασιαζόντων ἕνεκε φιλονεικίας. Οὗτοι δέ σοι οἱ παρ' αὐτῶν προσαγόμενοι πρὸς χειροτονίαν ἥκιστα τοῦ ἐγχειρήματος ἄξιοι· ἄλλος δέ τίς ἐστιν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ξένος ἀνὴρ, τὸν τρόπον κόσμιος καὶ τῷ Θεῷ φίλος· ἡ κλῆσις αὐτῷ Γρηγόριος. Οὗτος μέχρι μέν τινος τῷ τοῦ ἁγίου Σάβα μοναστηρίῳ ἐπιξενούμενος ἦν· ἐπεὶ δὲ τοὺς ἄνδρας τούτους ἥκοντας ἔμαθεν, ἔτι καὶ μᾶλλον ἀπέκρυψεν ἑαυτὸν, καὶ νῦν τὸ τοῦ ἁγίου Ἑρμοῦ σεμνεῖον ἔχει τοῦτον παρ' ἑαυτῷ κρυπτόμενον· ὅνπερ δὴ μετακαλεσάμενος καὶ τῆς Ἀκραγαντίνων ἐγχειρίσας τὴν προεδρίαν ἐς Σικελίαν ὅτι τάχιστα πέμπε· ἔστι γὰρ καὶ ἱερωσύνης ἄξιος ὁ ἀνὴρ, καὶ τῷ τοιῷδε τόπῳ C μάλιστα προσαρμόζων. Ταῦτα εἰπόντες καὶ ἅμα τὸν αὐτοῦ χαρακτῆρα τῆς μορφῆς παραδείξαντες, ἀφανεῖς ἐγεγόνεισαν. Ὡς δὲ τοῦ ὕπνου λέλυτο, φόβου καὶ χαρᾶς πλήρης ὤν, τῷ μοναχῷ Μάρκῳ κοινοῦται τὴν ὄψιν. Ὁ Μάρκος δὲ οὗτος ἦν ὃν ἤδη φθάσας ὁ λόγος τῷ Γρηγορίῳ συνοδοιπόρον ἐγνώρισε πεμφθῆναι παρὰ Θεοῦ, καὶ πρὸς τὴν πατρίδα Ῥώμην αὖθις ἀνασωθῆναι. Καὶ ὃς συνησθεὶς τῆς ὄψεως τῷ ἀρχιερεῖ, ὅτι τάχος παρῄνει κατὰ τὰ ὁραθέντα ποιεῖν. Καὶ πέμπονται δὴ κατὰ ζήτησιν ἄνδρες ἔκκριτοι, καὶ ἅμα τοῦτον καλῶς εἰδότες, δύο τε τῶν ἐπισκόπων, οἱ ἀπὸ τῆς συνόδου πρότερον ἀφικόμενοι, καί τις ἕτερος ὁ ἱερεὺς καὶ αὐτὸς αὐτῷ γνώριμος. Οὗτοι πρῶτον ἐν τῷ τοῦ ἁγίου D Σάβα μοναστηρίῳ γενόμενοι, καὶ μαθόντες ὅτι δυσὶ πρότερον ἡμέραις ἐξελθὼν εἰς τὴν τοῦ ἁγίου Ἑρμοῦ μετέβη μονὴν, ἐκεῖ καὶ οὗτοι σπουδῇ παραγεγονότες, εὑρίσκουσιν ἤδη κἀκεῖθεν ἐκχωρεῖν μέλλοντα· ὃς καὶ μακρόθεν αὐτοὺς θεασάμενος καὶ οἵτινες εἶεν ἐκ τῆς ὄψεως ἀναγνοὺς, καὶ συμβαλὼν ὅ τι βούλοιντο, τοῦ κήπου δραμὼν ἐνδοτέρω μέσον τῶν φυτῶν ὑπεκρύπτετο.

ΚΘ'. Ἐπεὶ δὲ οὗτοι τῷ προεστῶτι τῆς μονῆς προσελθόντες τὸν Γρηγόριον ἰσχυρῶς ἀπῄτουν, καὶ οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο μεθήσειν αὐτὸν ἔλεγον, ἐν ἀμηχάνῳ καταστὰς ἐκεῖνος, καὶ μικρὸν ὑφεῖναι τοὺς ἐπισκόπους ἐξαιτησάμενος, οὐκ ἀνίει, πάντα τόπον τῆς μονῆς περιιὼν καὶ διερευνώμενος. Ὡς δὲ καὶ περὶ τὸν κῆπον ἐγένετο, καὶ περιεργότερον τὸν ὀφθαλμὸν τοῖς φυτοῖς ἐπέβαλλεν, ὁρᾷ μέσον αὐτῶν

ὑποδεδυκότα καὶ κρυπτόμενον τὸν Γρηγόριον. A Ἐπιδραμὼν οὖν καὶ τῆς χειρὸς ἐκείνου λαβόμενος πρὸς τοὺς ζητοῦντας ἐξῆγε, χαλεπαίνων ἅμα καὶ κεκραγὼς ὅτι μεγάλοις, ὡς ἔοικεν, ἐγκλήμασιν ἔνοχος ὤν, καὶ διὰ ταῦτα καὶ παρὰ ἀνδρῶν τοιούτων ζητούμενος, φυγάς τε πρὸς τὴν μονὴν ἔλθοι καὶ κίνδυνον αὐτοῖς οὐ μικρὸν ἐπαγάγοι κρυπτόμενος. Καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐκεῖνος ᾤετο· ὁ δὲ μηδὲν εἰρηκώς, ἐπεὶ μηδ᾽ εἶχέ τι πρὸς αὐτὸν ὁ λόγος, σιωπῶν ἐξῄει. Ὡς δὲ καὶ εἶδον αὐτὸν οἱ ἐπίσκοποι καὶ ἐπέγνωσαν, τῇ περὶ αὐτῶν αἰδοῖ νικηθέντες, πίπτουσί τε εὐθὺς εἰς γόνατα, καὶ πᾶν ἐκείνου περιεπτύσσοντο μέλος, οὐδὲν μέγα ποιεῖν νομίζοντες, εἰ τὸν τιμῆς τοσαύτης παρά τε τοῖς πρώτοις τῶν ἐν τῇ συνόδῳ Πατέρων καὶ αὐτοῦ βασιλέως ἠξιωμένον καὶ αὐτοὶ τιμᾷν ἔγνωσαν. Οὐ μὴν ἀλλὰ B καὶ ὁ θεῖος Γρηγόριος, σφόδρα τοῦ μετρίου γινόμενος, οὐδὲν αὐτοῖς ἔλαττον τὰ τῆς τιμῆς ἀντεδίδου· εἶτα καὶ τίς αὐτὸν ὁ καλῶν εἴη ἀκηκοώς, τῷ ταῦτα οὕτως οἰκονομοῦντι Θεῷ πειθόμενος εἵπετο. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τὸν ἐκ παιδὸς ἐκείνου βίον ὁ Μάρκος διεξῄει τῷ πάππᾳ τά τε τοῦ τρόπου κατέλεγεν ἀγαθά, καὶ ὅπως αὐτὸν ἐκ θείας ὄψεως ἐκ Σικελίας παραλαβὼν εἰς τοὺς ἱεροὺς ἀπήνεγκε τόπους. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ πάππας ἃ παρὰ τῶν ἐκ τῆς συνόδου κατεληλυθότων ἀκούσοι, κοινοῦται τῷ Μάρκῳ, καὶ ὅπως κἀκεῖ τοῖς λόγοις ἀστράψας τὰ τῶν αἱρετικῶν ἐνέφραξε στόματα.

Λ'. Ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα πρὸς ἀλλήλους διωμιλοῦντο, ἧκον καὶ οἱ ἐπίσκοποι μεθ᾽ ἑαυτῶν ἔχοντες τὸν Γρηγόριον. Ἐπεὶ δὲ καὶ πλησίον ἦν, τὰ τῆς C μορφῆς αὐτῷ ἴχνη πρὸς τὴν ὁραθεῖσαν ὄψιν ἀντιπαραβάλλων ὁ πάππας αὐτὸν ἐκεῖνον ἐπέπειστο βλέπειν τὸν ἐν τοῖς ὕπνοις αὐτῷ ὑποδεδειγμένον. Σφόδρα οὖν φιλοφρόνως αὐτὸν ἀσπασάμενος, καὶ τοὺς τῷ καιρῷ προσήκοντας χαριστηρίους λόγους ἐπιφθεγξάμενος, ἔν τινι θρόνῳ καθεσθῆναι κελεύει. Παρῆν δὲ καὶ ὁ Μάρκος αὐτοῖς συμπάρεδρος, ὃν θεασάμενος ὁ Γρηγόριος καὶ ὑφ᾽ ἡδονῆς δακρύων τοὺς ὀφθαλμοὺς πληρωθείς, τοῦ τε θρόνου ὡς εἶχεν ἀναπηδᾷ καὶ τῶν ποδῶν ἐκείνου λαβόμενος, μυρίας πρὸς Θεὸν εὐχαριστῶν ἠφίει φωνάς, Δόξα σοι, λέγων, Κύριε βασιλεῦ, δόξα σοι. Ἰδοὺ καὶ πάλιν ὁ ἐμὸς οὗτος σωτὴρ ὁ ἐμὸς ὁδηγός, ἡ τῆς ἐμῆς ἐλπίδος ἀρχή. Εἶτα καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Μάρκον, Ἰδού, φησίν, ὦ D Πάτερ, τὸ παρὰ σοῦ μοι προῤῥηθὲν τέλος εἴληφε νῦν, καὶ πάλιν ἀλλήλους κατά γε τὴν παροῦσαν ὁρῶμεν ζωήν. Ταῦτα τοῦ Γρηγορίου πρὸς τὸν Μάρκον οὐκ ἀδακρυτὶ λέγοντος, ἐθαύμαζόν τε οἱ παρόντες, καὶ τῆς χαρᾶς κοινωνοῦντες συνεκοινώνουν καὶ τῶν δακρύων. Ὁ δὲ δὴ πάππας τοὺς μὲν παρεστῶτας ἅπαντας ἐκ μέσου ποιήσας, δύο δὲ μόνους τῶν ἐπισκόπων καὶ τὸν Γρηγόριον μένειν κελεύσας, πάντα, ὡς εἶχε τὰ τοῦ δράματος ἀπαγγέλλει, τά τε τῆς τῶν ὄχλων στάσεως, καὶ τὰ τῆς κατασχούσης αὐτὸν ἀπορίας, εἶτα καὶ τὰ τῆς ἐπιφανείσης αὐτῷ θείας ὄψεως· καὶ ὅτι ἄνωθεν ἤδη ἐπίσκοπος τῆς Ἀκραγαντίνων Ἐκκλησίας κεχειροτόνηται. Οὕτως εἰπόντος τοῦ πάππα ὁ Γρηγόριος τὴν ἱερωσύνην ὀκνῶν ἦν καὶ

A rens ergo, manu illius apprehensa, se quærentibus educebat, in illum sæviens, clamabat magnis illum (ut apparebat) obnoxium et obstrictum esse criminibus, et propterea ab ejusmodi viris inquiri: itemque exsulem ac profugum, templum illud, ut ibi lateret, petiisse, ac grave sibi hoc nomine periculum attulisse. Et ille quidem hæc ita se habere arbitrabatur; ille contra nihil locutus, quasi nulla subesset sibi ratio ad respondendum silens egrediebatur. Ubi vero viderunt illum episcopi et agnoverunt, pudore erga illum affecti, ejusque genibus advoluti, complexantur, magni se nihil agere opinantes, si quem a concilii Patribus, atque adeo a rege ipso honorifice exceptum viderant, ipsi quoque summo honore complecterentur. Verum enimvero divus Gregorius, non segnius se demittens, B honorem illis nihilo minorem rependebat. Sub hæc audiens is qui Gregorium accersierat, talia nutu Dei regi et administrari persuasus, illos sequebatur. Dum hæc aguntur, Marcus, qui ejus ipsius a puero vita, quive innocentes mores fuissent, pontifici max. narrabat, quemadmodum ex divina visione assumptum ex Sicilia ad sancta eum loca advexisset. Identidem pontifex, quæ a synodo profectis audierat, Marco communicat, nimirum ut litterarum præstantia coruscans hæreticorum ora illic obstruxerit.

XXX. Interim vero cum hæc illi mutuo commentantur, episcopi Gregorium secum adducentes C redierunt: qui cum propius accessissent, formæ illius lineamenta ad visionem, quam in somnis viderat, conferens pontifex, eumdem ipsum, qui sibi in quiete visus fuerat, intueri est persuasus. Quare hilariter illum admodum complexatus, Deoque quemadmodum tempus postulabat, gratias agens, in sede locandum præcipit. Aderat et Marcus cæteris assidens. Quem Gregorius conspicatus, ejus sunt elicitæ gaudio lacrymæ, ac a sede, cum primum potuit, exsiliens, sese ad illius pedes projecit, Deoque multiplices et immortales gratias egit: Te gloria, Christe Rex (inquiens), te gloria decet. En tibi rursus servator meus, dux meus, spei meæ principium. Deinde Marcum ipsum alloquitur: Ecce tuum, Pater, jam pridem prædictum D vaticinium nunc finem accepit, fore ut nos denuo, hac etiam præsenti vita, mutuo videremus. His non sine lacrymis a Gregorio dictis, præsentes omnes mirabantur, gaudiique participes facti, lacrymas cum illis communicabant. At vero Pontifex Max. præsentes omnes dimittit, solos episcopos duos atque Gregorium retinet, omnia illis (ut se habent) acta, tum turbæ seditionem, tum dubitationem, quam habuerat, edisserit; eaque addit quæ sibi in somniis divinitus apparuerant, asserens illum Agrigentinorum Ecclesiæ episcopum cœlitus electum esse. Hæc cum pontifex locutus esset, Gregorius sacerdotium detrectare ac recusare, indignum se minusque tanto fastigio idoneum

obnixe asseverans. Porro cum pontifex nihil ob id hortari rursus ac minitari desisteret, Gregorius vir sanctus, veritus ne quodammodo insolenter videretur intumescere, ac suo damno Dei nutibus adversari, exigui temporis, quo rem accuratius perpenderet, inducias petit. Interim cum Marco monacho pernoctans, precibus insistebat, neque multo post eidem per totam noctem somnus obrepsit.

XXXI. Audiens autem, quod Chariton pater una cum illis Agrigentinis adesset, non amplius sibi in reliquum de negotio contendendum ratus est, sed ad fugam capiendam sese totus convertit. Cæterum Marcus, ejus abscessu divina providentia perspecto, pleraque illi, Deo procul dubio linguam ejus moderante, de morandi necessitate disseruit. Demum divini senis vaticinium in memoriam illi revocavit, apud quem continuos quatuor annos (ut superius sermone perstrinximus) philosophiæ perdiscendæ causa commoratus est. Annon hæc tibi, vir ille dierum antiquus, virtutum plenus, divinaque sapientia præditus, ad quem jamdiu disciplinæ causa accessisti : non hæc, inquam, tibi jam pridem ille vaticinatus est? Tune, tune (oro) ita rationibus tuis male prospectum volueris? Scilicet pro tantorum laborum repositis in cœlo præmiis iram, et pro beneficentia exsecrationem referres? Hæc et alia id genus multa Marcus illi locutus, vix a proposito compescuit. Hinc non multi præteriere dies, cum pontifex Siculos omnes adesse imperavit : qui cum per Marcum cognovisset, Charitonem Gregorii patrem esse, hominem fixis oculis, idque quam occultius fieri poterat, intuebatur, et accuratissime considerabat, figuramque et formam conferens mirabatur, quam valde ipsi inter se similes essent. Reliquæ vero multitudini (siquidem frequens aderat) : Eia (inquit) cantibus ac laudibus ad sacrum summorum Apostolorum templum adeamus omnes unanimes, una voce supplicationes Deo peracturi, et super quem admirabile aliquod signum illuxerit, procul dubio erit, qui hujusce populi præfecturam suscipiet. Hæc dixit, protinusque universa civitas commota est, ac omnes cum viri, tum mulieres, tam domini, quam servi procedebant.

XXXII. Postea vero quam rem divinam facere cœperunt, Gregorius Evangelium sibi in hoc traditum ita concinne et apte legit, ut Charitonis cæterorumque auditorum animos voluptate perfunderet. Simul ac vero Evangelium impletum est, columba ab altari advolans, capiti illius insedit. Quamobrem universus populus stupore (ut par erat) affectus, gaudio et admiratione plenus, non amplius orabat exploratum sibi fieri, utrum qui designatus pontifex fuerat, nunc Deo creandus videretur. Itaque crastino die pontifex creatur, traditurque Agrigentinis, imo vero huic isti, uti probo pastori, rationales oves a pontifice Maximo creduntur, eique priorem vitæ rationem, ac institutum suggerebat, et illum ad casus, a quibus impeten-

A ἀναβαλλόμενος, ἀνάξιον ἑαυτὸν εἶναι πράγματος τοσούτου διατεινόμενος. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὖθις ὁ πάππας οὐκ ἀνίει, παρακαλῶν καὶ ἅμα φοβῶν, δείσας ὁ ἱερὸς Γρηγόριος μὴ καθ' ἕτερόν τινα τρόπον θρασύνεσθαι δόξῃ καὶ Θεοῦ νεύμασιν ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτοῦ ἀντιλέγειν, αἰτεῖταί τινα χρόνον βραχὺν εἰς διάσκεψιν. Εἶτα τῷ μοναχῷ Μάρκῳ συνδιανυκτερεύσας, εὐχῇ ἑαυτὸν ἐκδίδωσι, μηδὲ βραχὺ τῷ ὕπνῳ παρ' ὅλην αὐτὴν χρησάμενος.

ΛΑ'. Ἀκούσας δὲ ὅτι καὶ ὁ πατὴρ Χαρίτων σὺν ἅμα τοῖς ἄλλοις Ἀκραγαντίνοις παρῆν, οὐκέτι λοιπὸν ἐπιδοιάζων ἦν ἐν τῷ προκειμένῳ, ἀλλ' ὅλος εἰς φυγὴν ἔβλεψεν. Ὁ δὲ δὴ Μάρκος, θείᾳ προνοίᾳ συγγνοὺς αὐτῷ τὸν δρασμὸν, Θεοῦ πάντως τὴν B γλῶτταν ὑποκινοῦντος, πολλὰ πρὸς αὐτὸν περὶ τοῦ δεῖν μένειν διεξῄει, καὶ τελευταῖον τῆς προῤῥήσεως αὐτὸν τοῦ γέροντος ἀνεμίμνησκε, παρ' ᾧ τέσσαρας ὅλους χρόνους ἐκεῖνος προσφιλοσοφήσας ἐτύγχανεν, ὡς ἤδη φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσεν. Οὐ ταῦτά σοι κἀκεῖνος ὁ παλαιὸς ἡμερῶν καὶ πλήρης ἀρετῶν, ὁ μεστὸς θείας σοφίας, παρ' ᾧ τὸν τοσοῦτον ἐφοίτησας χρόνον, οὐ ταῦτά σοι κἀκεῖνος ἐκ πολλοῦ προεθέσπισε; Μή σύ γε, μὴ οὕτω κακῶς περὶ σεαυτοῦ, μὴ καὶ μᾶλλον ἀποίσῃ ἀντὶ μὲν ἀμοιβῆς τοσούτων πόνων ὀργὴν, ἀντὶ δὲ εὐλογίας κατάραν. Ταῦτα καὶ πολλὰ τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ὁ Μάρκος συνείρων, μόλις ἔστησε τῆς ὁρμῆς. Οὐ πολλαὶ παρῆλθον ἡμέραι, καὶ παρεῖναι κατ' ὄψιν αὐτῷ τοὺς Σικελοὺς ἅπαντας προστάσσει. Μαθὼν δὲ διὰ C Μάρκου, ὅτι πατὴρ ὁ Χαρίτων τοῦ Γρηγορίου, ἀκριβῶς ὑπεβλέπετο καὶ ἀνεσκόπει τὸν ἄνδρα, καὶ τὰς μορφὰς εἰκάζων ὡς λίαν παρεικυίας ἐθαύμαζεν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὡς οἷόν τε λανθάνων, πρὸς δὲ τὸ λοιπὸν πλῆθος, ἐπεὶ παρῆσαν, Ἄγε, φησὶν, ἅπαντες, σὺν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις πρὸς τὸν ἱερὸν τῶν κορυφαίων ναὸν ἀφικώμεθα, μιᾷ γνώμῃ, μιᾷ φωνῇ τοῦ Θεοῦ δεησόμενοι, καὶ ἐφ' ᾧ ἂν σημεῖόν τι τῶν παραδόξων ἐπιφανῇ, ἐκεῖνος ἔσται πάντως καὶ ὁ τοῦ λαοῦ τοῦδε τὴν προστασίαν ἀναδεξόμενος. Ταῦτα εἶπε, καὶ εὐθὺς ἡ πόλις ἐκινεῖτο πᾶσα, καὶ πάντες ἐξῄεσαν, ὅσον τε ἐν ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ, καὶ ὅσον ἄρχον τε καὶ ἀρχόμενον.

D ΛΒ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς θείας ἤρχοντο λειτουργίας, ὁ Γρηγόριος ἐπιτραπὲν αὐτῷ τὸ θεῖον Εὐαγγέλιον ὑπαναγινώσκει, οὕτως εὐφώνως, οὕτως εὐτέχνως, ὡς χαρίτων καὶ ἡδονῆς τὰς τῶν ἀκροατῶν πληρῶσαι ψυχάς. Ἅμα δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπληροῦτο, καὶ περιστερὰ τοῦ θυσιαστηρίου ἐκπετασθεῖσα τῇ τούτου ἐπεκάθισε κεφαλῇ. Θαμβηθεὶς οὖν πᾶς ὁ λαὸς ὡς εἰκὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ χαρᾶς ἅμα καὶ θαύματος πληρωθεὶς, οὐκ ἐδεῖτο μαθεῖν ὅτι Θεῷ ἀρέσκων ὁ πρὸς χειροτονίαν νῦν εἰσαγόμενος. Χειροτονεῖται τοιγαροῦν εἰς τὴν αὔριον καὶ παραδίδοται τοῖς Ἀκραγαντίνοις, μᾶλλον δὲ ἐκείνῳ οὗτοι παρὰ τοῦ πάππα ὡς καλῷ ποιμένι λογικὰ πιστεύονται πρόβατα. Ἐν ᾧ δὲ Γρηγόριος ἐν τῇ Ῥώμῃ διέτριβε, ταῦτά οἱ συμβαίνει. Συνῆν μὲν αὐτῷ Μάρκος ὁ

A προῤῥηθεὶς, τῆς τε προτέρας αὐτὸν ἀναμιμνήσκων ἀσκήσεως, καὶ ὑπαλείφων γενναίως φέρειν τοὺς ἐπελευσομένους αὐτῷ πειρασμούς. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν νυκτῶν Χαρίτων ἐξαναστὰς ὁ τοῦ Γρηγορίου πατὴρ, οὐδὲ γὰρ λήθην ἐλάμβανε τοῦ παιδὸς, οὐδὲ ὁ χρόνος τὴν ὀδύνην ἐμάρανεν, ἀλλ' ἐκόπτετο τὰ σπλάγχνα καὶ τὴν καρδίαν ἐστρέφετο, τότε δὲ καὶ μάλιστα τοῦ φιλτάτου τέκνου μνήμην λαβὼν, ἀναστὰς ὥσπερ καὶ τῷ πάθει μεθύων, ἀωρὶ τῶν νυκτῶν παραγίνεται πρὸς αὐτούς. Εἶτα δάκρυσί τε καὶ στεναγμοῖς ἀνεκαλεῖτο τὸν παῖδα, καὶ ὡς πρὸς εἰδότα τὸν Μάρκον ἐξετραγῴδει τὴν συμφορὰν, καὶ ἅμα τῇ τούτων εὐχῇ παραψυχὴν ᾐτεῖτο τοῦ πάθους λαβεῖν. Ὁ δὲ Μάρκος ἀνίστη τε αὐτὸν καὶ ἀνεμίμνησκεν ἅ τε περὶ τοῦ παιδὸς πάλαι προεῖπεν αὐτῷ, ὅτι αὐτὸν
B ὄψεται, καὶ ὅτι, Εὔελπις ἔσο, φησὶν, ὡς οὐ ψεύσομαι τὴν ὑπόσχεσιν.

ΛΓ'. Ἤκουσε Χαρίτων ταῦτα, καὶ τὴν καρδίαν εὐθὺς ἐπάλλετο καὶ ταῖς ἐλπίσιν ᾕρτητο καὶ ἀγωνίᾳ τότε καὶ μᾶλλον κατείληπτο. Πόθεν δὲ ἂν καὶ ἐπέγνω τὸν Γρηγόριον, διὰ τοσούτου μὲν αὐτὸν ὁρῶν χρόνου, ἡλικίαν δὲ ἅμα καὶ σχῆμα μεταβαλόντα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐγκρατείᾳ τοσαύτῃ, πρὸς δὲ καὶ κακοπαθείᾳ τὴν ὥραν ἐκτρίψαντα. Ἀλλ' ἐκεῖνος ἐγίνωσκέ τε μὴ γινώσκοντα, καὶ τῶν τοῦ πατρὸς λόγων ἀκούων, ἐπαθαίνετο μὲν ἔνδον καὶ συνεστρέφετο τὴν ψυχὴν, ἐπεῖχε δὲ ὅμως ἑαυτὸν καὶ τῶν δακρύων ἐκράτει. Εἶτα πρὸς τὸν Χαρίτωνα πυνθανόμενος, Ἡ δὲ τοῦ παιδὸς τοῦδε μήτηρ, ὦ ἄνθρωπε,
C ποῦ, φησὶν, ἄρτι, ποῦ; Ὁ δὲ χρόνος ἐξ οὗπερ οὗτος ἀπώλετο, πόσος; Ὁ δὲ τὴν μητέρα μὲν ζῶσαν ἔφη καὶ πενθοῦσαν οἴκοι καταλιπεῖν, τρισκαιδέκατον δὲ τῷ παιδὶ ἀπολωλότι διηνύσθαι χρόνον. Ἐνταῦθα Γρηγόριος (τί γὰρ καὶ παθεῖν ἔδει); τὰ μὲν τῆς μητρὸς δάκρυα ἐπὶ νοῦν λαβὼν, τὰ δὲ τοῦ πατρὸς ἤδη καὶ καθορῶν, καὶ μὴ φέρων οὕτω δεινῶς κοπτόμενον, ἅμα δὲ καὶ αὐτὸς φίλτρῳ συγγενικῷ νικηθεὶς, δακρύων τε πληροῦται τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ καθέδρας ἐξαναστὰς τοῖς ποσὶ περιπλέκεται τοῦ πατρὸς, Ὦ πάτερ, λέγων, ἐγὼ σὸς υἱὸς, ἐγὼ, πάτερ φιλόπαις, ὃν σφόδρα ἐπιζητεῖς, τῆς εὐχῆς ὁ βλαστὸς τῆς ὑμετέρας ἐγὼ, ὁ κατά γε τὸ σὸν βούλημα ἐξ αὐτῶν ὠδίνων Θεῷ καθιερωθεὶς ὁ Γρηγόριος. Πλὴν ἀλλ' ἔμοιγε ἵλεως εἴης τοῦ δράματος, πάτερ,
D καὶ μηδέν μοι τοῦ πάθους μηνίσῃς ὡς πολλῶν δακρύων αἰτίῳ σοι γενομένῳ. Ταῦτά τε ἔλεγε, καὶ ἅμα περιφὺς ἠσπάζετο τὸν πατέρα. Τοῦ δὲ χαρὰ μὲν ἄρρητος ἐλάμβανε τὴν καρδίαν, καὶ τῷ περιόντι τῆς εὐφροσύνης ἡ γλῶσσα πεπέδητο. Εἶτα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀτενέστερον ἐπιβάλλων τῷ Γρηγορίῳ, τὴν ὄψιν τε περιεργότερον ἀνιχνεύων, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι σὺν ἀκριβείᾳ τοῦτον ῥινηλατῶν, καὶ πιστωθεὶς αὐτὸν εἶναι τὸν φίλτατον, αὐτὸν ἀτεχνῶς τὸν θεῖον Γρηγόριον, ἀντιπεριφὺς καὶ αὐτὸς, ἐφίλει καὶ ὡς ἥδιστα κατησπάζετο, καὶ ὑφ' ἡδονῆς δακρύοντι συνεδάκρυε. Μόλις οὖν τῶν δακρύων αὐτοῖς παυσαμένων, ὁ Μάρκος ἀμφοτέρους παραλαβὼν οὕτως εἶχε παρ' ὅλην τὴν νύκτα, πολλὰς σὺν ἐκείνῳ διομολογοῦντας τῷ Κυρίῳ χάριτας.

dus erat, generose perferendos animabat. Quadam nocte cum Chariton Gregorii pater lecto surrexisset (neque enim filii oblivio illum ceperat, nec dolorem tempus absterserat, sed corde atque animo fractus vitam agebat) ac tum maxime ejus animum charissimi filii memoria subiisset, perinde ac dolore furens, ad illos intempesta nocte properat, ac tum lacrymis, tum suspiriis filium appellabat, et apud Marcum virum prudentem suam ipsius deplorabat calamitatem, simulque illorum precibus doloris consolationem sibi suppetere precabatur. Porro Marcus erecto animo illum esse jussit, addiditque oportere se reminisci, quæ olim ipse de filio eidem dixerat, nimirum se filium visurum esse, propterea ut speraret, aiebat, se promissionem suam neutiquam frustraturum.

XXXIII. Audivit hæc Chariton confestimque corde prosilit, speque animo fluctuabat, ac tum multo magis angore detinebatur; neque vero Gregorium, quanquam toties viderat, agnoscere potuit, usque adeo qua ætate, qua figura et cultu corporis immutatus erat; ingens enim in omni re continentia, addo etiam malorum tolerantia, omnem absumpserat pulchritudinem. At ille non agnoscentem agnovit, sermonemque patris audiens, acriter intus affectus animo incalescebat, se nihilominus ipse continebat, sibique temperabat a lacrymis. Deinde quærit a Charitone, Hujusce pueri mater, bone vir (inquiens), ubi interim, ubi agit? Ex quo vero hic periit, quantum interest temporis? Ille matrem quidem vivere, ac lugentem domi reliquisse, cæterum ab amisso filio tredecim annos interesse dixit. Hic Gregorius (aliquid enim commoveri illum consentaneum fuit) matris lacrymas animo complectens, qui patrem paulo ante lacrymantem viderat, neque diutius ferens illum tam graviter angi (pari enim et ipse naturali charitatis ardore commotus est), subito suffusus oculos lacrymis, sede exsiliens, pedibus patris advolvitur: Pater (inquiens), ego tuus filius; ego, inquam, sum, pater amantissime, Gregorius, quem tantopere inquiris, vestris precibus in lucem editus, ac, ut voluisti, ab ipsis cunabulis Deo sacratus. Verumtamen, mi pater (obsecro), miserere, mihique, quod admissum est condona, nec me uti multarum lacrymarum auctorem præ dolore amplius insectare. Hæc dixit, simulque complexu patrem tenebat. Quocirca lætitia quædam admirabilis cor illius subiit, ac incredibili gaudio ejus ipsius lingua impediebatur. Deinde ad Gregorium oculos fixius adjiciens, aspectum ejus accuratius vestigabat, et sagaciter (ut ita dicam) venabatur. Tum ipsum divum Gregorium dilectissimum filium esse certissime persuasus, hunc vicissim complexus, suavissime osculabatur, ac cum lacrymante filio ipse pariter præ lætitia lacrymabatur. Cumque a lacrymis paulisper temperatum esset, Marcus utrumque suscipiens, magno Deo gratias egit, illosque tota nocte secum habuit.

XXXIV. Bene autem mane Agrigentini, quibuscum Chariton ac divus Gregorius erant, pontifici rursus assistunt, ac mutuam voluptatem, quam acceperant, repetentes, magnam ejusdem tum vultu, tum habitu significationem faciebant. Pontifex ad ea, quæ consentanea essent, populum hortatus, docuit, ut Gregorio in omnibus illos parere, et ab ipso ali oporteat; Charitoni vero lætitiam gratulatus, filium illi tradidit. Cumque Felicem episcopum, cujus opera Gregorius in sede locaretur, socium illis adjunxisset, lætos lætus ipse dimisit. Verum cum Panormum urbem appulissent, vir quidam monachus habitu, leprosus corpore, currens ac Gregorii pedes complexus, multis cum lacrymis ac ejulatu morbi levationem obsecrabat. Ille: Si credis (inquit) nihil esse quod Deo non sit factu per facile, ecce in nomine ejus sanus esto. Hæc dixit, leprosusque purgatus est. Videntes autem obstupuerunt, ac sublatis manibus, Deum tam admirabilem in sanctis ac gloriosum celebrabant. Hinc ad flumen, ubi Peripolæum emporium erat, proprio nomine sic appellatum, descendunt. At ubi cives episcopos suos cum Gregorio quodam sibi prorsus incognito (necdum enim audierant, quæ circa Charitonem acta essent), reversos esse rescivere, turbati vehementer, ac dubitatione pleni (existimarant enim unum ex iis quos ipsi designarant, electum iri), currunt nihilominus omnes, obviamque passim illis prodeunt, quibuscum occurrit etiam præses ille, qui monasterium innocenti Virgini Dei Matri primus illic nuncuparat. Itaque Gregorio navim egredienti obvii cum turba fiunt. Ille populo silentium manu indicens, positisque in terram genibus, oravit, ac mox templum protinus petit.

XXXV. Cæterum inter ambulandum monachus quidam errore mentis affectus, qui nec loqui poterat, nec aurium omnino sensus particeps erat, obviam illi profectus, ejus ad pedes procubuit. At præses procumbentem propellebat, nec sinebat pedes illius contingere. Verum cum Gregorius hunc nequaquam arcere a se præcepisset, vehementer suspirans, commiserationis lacrymas profudit, manusque in cœlum attollens: Domine Jesu Christe (inquit), Deus noster, cœli terræque creator, qui leprosos coram divina præsentia tua sanasti, surdas aures aperuisti, mutos linguæ restituisti, ipse hunc servum tuum incredibili tua potentia sana, ut nomen tuum sanctum laudibus perpetuo celebret. Sic dixit, et apprehensum monachum confestim erexit, ac, In nomine Jesu Christi (ait), qui dæmoni surdo ac muto, ut proprio figmento egrederetur, imperavit, perfecte et loquere et audi, Deumque conditorem tuum lauda. Necdum loqui desierat, cum quod petebat effectum est; nam cui antea lingua vincta, et auditus vitiatus fuerat, clamare cœpit: Magna sunt, Christe, opera tua, quæ per hunc virum justum edidisti. Deinde addidit vir sanctus: Quantum interest temporis, ex quo

A ΛΔ'. Πρωΐας δὲ γενομένης κατ' ὄψιν πάλιν οἱ Ἀκραγαντῖνοι τῷ πάππᾳ παρίστανται· σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Χαρίτων, καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος Γρηγόριος, ἧς ἀπήλαυσαν ἡδονῆς ἀλλήλους ἀναγνωρίσαντες, σαφῶς τῷ τε σχήματι καὶ τῷ προσώπῳ καταμηνύοντες τῷ λαῷ. Τοίνυν ὁ πάππας, τὰ καθήκοντα παραινέσας, καὶ ὅπως χρὴ πάντα τῷ Γρηγορίῳ πείθεσθαι καὶ ποιμαίνεσθαι· τῷ Χαρίτωνι δὲ τῆς εὐφροσύνης συγκοινωνήσας, καὶ τὸν υἱὸν παραδοὺς, δεδωκώς τε αὐτοῖς καὶ Φιλικᾶτον ἐπίσκοπον, ᾧ ἐπετέτραπτο τὸν Γρηγόριον ἐνιδρύσαι, εὐφραινομένους αὐτοὺς εὐφραινόμενος ἀποστέλλει. Καταλαβόντων δὲ αὐτῶν τὴν Πανορμιτῶν πόλιν, ἀνήρ τις, τὸ σχῆμα μοναχὸς, τὸ σῶμα λεπρὸς, δραμὼν καὶ λαβόμενος τῶν τοῦ Γρηγορίου ποδῶν, ἐβόα κράζων, καὶ ἀπαλλαγὴν B ᾐτεῖτο τοῦ πάθους. Ὁ δὲ, Εἰ πιστεύεις, φησὶν, ὅτι μηδὲν ἀδύνατον τῷ Θεῷ, ἰδοὺ ὑγιὴς ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔσο. Ταῦτα ἔφη, καὶ ὁ λεπρὸς ἐκαθαίρετο, καὶ οἱ ὁρῶντες ἐξίσταντο, καὶ σὺν θαύματι χεῖρας αἴροντες, τὸν ἐν ἁγίοις οὕτω θαυμαστὸν ἐδόξαζον. Ἐντεῦθεν εἰς τὸν ποταμὸν καταίρουσιν, ἔνθα δὴ καὶ τὸ ἐμπόριον ἦν, τὸ οὕτω καλούμενον Περιπόλαιον. Γνωσθὲν δὲ τοῖς τῆς πόλεως ὅτι μετὰ Γρηγορίου τινὸς οὐδὲ τὸ παράπαν αὐτοῖς γνωρίμου, οὔπω γὰρ ἐπύθοντο τὰ περὶ τὸν Χαρίτωνα, οἱ αὐτῶν ἐπίσκοποι ἐπανήκουσι, σφόδρα διαταραχθέντες καὶ ἀπορίας ἀναπλησθέντες, ἕνα γὰρ προσεδόκων τῶν ὑπ' αὐτῶν προβαλλομένων τὴν ψῆφον λαβεῖν, ὅμως προσυπαντῶντες θέουσι πανδημεί· μεθ' ὧν ἀπήντα καὶ ὁ τῆς ἐκεῖσε μονῆς ἀφηγούμενος, ἣν τῆς παναγίου Παρ- C θένου καὶ Θεομήτορος ἐπωνόμαζον. Οὕτω σὺν ὄχλῳ ἐξιόντι τοῦ πλοίου τῷ Γρηγορίῳ τὴν ὑπάντησιν ἐποιοῦντο. Ὁ δὲ, σιωπὴν τῷ λαῷ τῇ χειρὶ σημήνας, θεὶς τὰ γόνατα προσηύχετο, καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἐπὶ τὸν ναὸν ἐπορεύετο.

ΛΕ'. Ἐν ᾧ δὲ τὴν πορείαν ἐποιεῖτο, μοναχός τις παράφορος, μήτε λέγειν δυνάμενος μήτε μὴν ὅλως ἀκούειν, προσυπαντήσας, τοῖς ἐκείνου ποσὶ προσέπιπτεν. Ὁ μὲν οὖν ἡγούμενος διωθεῖτο προσπίπτοντα καὶ οὐκ εἴα τῶν ποδῶν ἅπτεσθαι· ὁ ἱερὸς δὲ Γρηγόριος, μηδαμῶς ἀπείργειν ἐγκελευσάμενος, μέγα τε στενάξας, καὶ συμπαθὲς ἐπαφεὶς δάκρυον, τὰς χεῖράς τε ἄρας εἰς οὐρανὸν, Κύριε, φησὶν, Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν D καὶ τὴν γῆν, ὁ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ σου τῇ ἁγίᾳ τοὺς λεπροὺς ἰασάμενος καὶ ὦτα κωφεύοντα διανοίξας, καὶ γλώσσης δεσμοὺς διαλύσας, αὐτὸς καὶ τὸν δοῦλόν σου τοῦτον, ἀοράτῳ δυνάμει τῇ σῇ θεράπευσον, ἵνα δοξάζηταί σου ἀεὶ τὸ πανάγιον ὄνομα. Οὕτως ἔφη, καὶ τοῦ μοναχοῦ λαβόμενος, ἀνίστησί τε εὐθὺς, καὶ, Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, λέγει, τοῦ ἐπιτάξαντος τῷ κωφῷ καὶ ἀλάλῳ δαίμονι τοῦ ἰδίου πλάσματος ἐξελθεῖν, λάλει ὀρθῶς, ἄκουέ τε καὶ αἴνει τὸν ποιήσαντά σε Θεόν. Οὔπω τέλος εἶχεν ὁ λόγος, καὶ εἰς ἔργον ἐξέβαινε, καὶ ὁ κωφὸς βοᾷν ἤρξατο, Μεγάλα σου τὰ ἔργα, Χριστὲ, τὰ διὰ τοῦ δικαίου τοῦδε τελούμενα. Εἶτα προσθεὶς ὁ μακάριος, Πόσον ἔτος, φησὶν, ἀφ' οὗ σοι πεπέδητο ἡ φωνή; Καὶ ὁ ἰαθεὶς μεμνῆσθαι ἔφη μηδέποτε ἢ ἀκοῦσαι φωνῆς

ἀνθρωπίνης, ἢ καὶ βραχύ τι φθέγξασθαι πρός ὄντινα γοῦν δυνηθῆναι. Ὁ μέντοι προεστὼς τῆς μονῆς ὄγδοον ἔτος αὐτὸν ἄγειν ὁπότε, ἔφη, καὶ ἀπεκείρατο, εἴκοσι δὲ ἤδη χρόνους ἐν τῇ μονῇ διατρίψαι. Φόβος ἐπὶ τοῦτο πολὺς εἴληφε τοὺς παρόντας, καὶ Θεὸς ὑπὸ πάντων ἐμεγαλύνετο.

ΛϚ'. Εἰσιόντι δὲ τὴν πόλιν τῷ μακαρίῳ, πολύ τι πλῆθος αὐτῷ προσυπήντα, οὐ τῶν ἐπιτυχόντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀξιώμασι τὸ διαφέρειν ἐχόντων. Ἑκατέρου γὰρ οἷον αὐτοὺς καὶ ἀνεκίνει, καὶ διάπυρον ἐποίει τὸν πρὸς Γρηγόριον ἔρωτα ὁ κωφὸς καὶ ἄλαλος, ὃς προπορευόμενος καθ' οὓς γένοιτο ἐβόα ἀεὶ, καὶ κήρυξ λαμπρὸς τοῦ τελεσθέντος ὑπῆρχε θαύματος. Τοσούτων οὖν τῶν ἄλλων προσυπαντώντων, ἡ ἱερὰ τοῦ Γρηγορίου μήτηρ μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν πρεσβυτίδων ἐντὸς εἱστήκει τῆς πύλης τῆς πόλεως, ἤδη μέν τινα τρόπον ἀκηκουῖα τὰ κατὰ τὸν υἱόν· οὐδὲ γὰρ οὕτως ἀμελὴς Χαρίτων ὁ ταύτης ἀνὴρ, ὡς μὴ τοσαύτης ἡδονῆς κοινωνὸν θέσθαι καὶ τὴν γυναῖκα καὶ πόῤῥωθεν οὖσαν, ἀλλ' οὖν καὶ ἔτι ὥσπερ τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος μετέωρος οὖσα τὴν φρένα, καὶ οὐκ ἔχουσα τοῖς λεγομένοις συντίθεσθαι. Ἐπεὶ δὲ καὶ πόῤῥωθεν ἥκοντα τὸν υἱὸν εἶδε καὶ τὴν ὄψιν ἀνέγνω· σφόδρα γὰρ καὶ παῖς ὢν ἔτι τῷ πατρὶ παρομοίως ἦν, ὡς ἤδη καὶ προδεδήλωται, καὶ ἀνὴρ δὲ πάλιν γενόμενος τὰ τῆς ἐμφερείας ἴχνη διέσωζε· τό τε οὖν καλῶς αὐτὸν ἐπιγνοῦσα, ἐπεὶ μηδὲν ἀμφίβολον ὑπελείπετο, ἀλλὰ καθαρῶς ὁ Γρηγόριος υἱὸς αὐτῆς ἐγνωρίζετο, δακρύων μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς, χαρᾶς δὲ τὴν καρδίαν πλήρης ἐγίνετο, καὶ ὄντως πρὸς ἑαυτήν φησιν, Οὐ ψευδὴς, ἔλεγεν, οὐ ψευδὴς ἔφυς ὁ ταῦτά μοι πρὸ πολλοῦ εἰρηκὼς, ὅτι κἂν τῇ παρούσῃ ζωῇ καὶ ζῶντα καὶ μετὰ δόξης τὸν ἐμὸν παῖδα θεάσομαι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ μήτηρ τὸν Μάρκον αἰνιττομένη· ὁ δὲ κατὰ πνεῦμα ταύτῃ τότε πατὴρ, ἐπείπερ ἤγγισε, καὶ τὴν μητέρα γινώσκουσαν ἔγνω, περιβάλλει τε πάνυ ἡδέως καὶ ἀσπασάμενος μόνον, οὐδὲ γὰρ ἐνδιατρίβειν ὁ καιρὸς περὶ ταῦτα ἐδίδου, μετὰ παντὸς τοῦ πλήθους τὸ ἱερὸν εἰσῄει. Τῆς δὲ θείας τελουμένης μυσταγωγίας, ὁ καθιδρῦσαι αὐτὸν ἐληλυθὼς ἐπίσκοπος, καί τινες τῶν ἀξίων ἄλλοι, τὴν ὁμοίαν τῇ πάλαι περιστερᾷ ἄνωθεν καθορῶσι καὶ πάλιν ἐπικαταπτᾶσαν καὶ περισκιάσασαν τὸν Γρηγόριον.

A vox tibi est impedita? Ille nunquam se vel vocem hominis audisse dixit, vel quemlibet paululum affari potuisse. Tum monasterii præses octo annos illum agere, cum tonsus est: cæterum viginti annos in monasterio commoratum dixit. In hoc ingens præsentes omnes timor incessit, Deusque ab omnibus magnifice celebrabatur.

XXXVI. Ingredienti civitatem, magna quædam multitudo, non gregariorum quidem, sed illorum qui honoribus ac dignitate cæteris antestabant, occurrit. Eorum enim animos in sublime evexerat, commoverat, inque Gregorii amorem vehementer inflammarat surdus ille, idemque mutus: qui antevertens, apud omnes, quos habebat obvios, semper clamabat, seque præconem patrati miraculi præ-
B stabat illustrem. Cum igitur Gregorii mater, mulier sancta, aliis filio obviam prodeuntibus, ipsa cum reliquis senioribus feminis intra portam civitatis substitisset (nec enim quæ filio olim contigerant, aliquatenus illam latebant, siquidem Chariton vir ejus non usque adeo segnis fuit, quin uxorem quanquam longe positam, tam ingentis lætitiæ participem faceret) proinde repentino hoc et admirabili nuntio suspensis adhuc et erectis animis erat, neque dictis acquiescere poterat. At ubi filium venientem eminus conspicata est, faciem agnovit, patri enim puer adhuc exsistens per omnia (ut non
C ita pridem perspicuum factum est) similis erat: quin et vir factus, vestigia similitudinis conservavit. Quamobrem cum filium probe agnosceret, et anceps nihil sibi quidquam relinqueretur, quominus Gregorius sui ipsius filius manifestus appareret: tum in lacrymas et cordis gaudium effusa, ita plane secum ipsa loquebatur: Non tu mendax, non tu (inquam) mendax fuisti, qui jam pridem hæc mihi dixeras, me hac etiam præsenti vita filium meum cum gloria visuram: quibus verbis Marcum latenter designabat. Porro filius secundum carnem, qui tunc eidem juxta spiritum pater erat, ubi cominus appropinquavit, matremque se agnoscentem agnovit, eam suavissime ambiens, tantumque com-
D plexatus (nam quominus in his diutius immorarentur, tempore excludebantur) una cum multitudine templum ingreditur: ubi peractis divinis mysteriis, episcopus qui hunc in sedem locatum venerat, ac alii præterea viri digni columbam, illi quæ olim cœlitus advolarat, persimilem rursus e cœlo devolantem, Gregorium adumbrare conspiciunt.

ΛΖ'. Ταῦτα ἐπειδὴ φανερὰ γεγόνει, τοῖς μὲν ἰδοῦσι, τοῖς δὲ καὶ παρὰ ἰδόντων ἀκούσασιν, οὐκέτι μέλλειν ἡ πόλις ἔγνωσαν, ἀλλ' οἷός ἐστιν ἐκεῖνος καλῶς εἰδότες, εὐθὺς οὓς εἶχον δαιμονῶντας ἢ παρειμένους ἢ ἄλλως νοσήμασι χρονίοις κατεσχημένους πάντας ἦγον διαβαστάζοντες παρ' αὐτόν. Οὓς ὁ μέγας Γρηγόριος εὐχῇ μόνῃ καὶ ἁφῇ χειρῶν ἑτοίμως ἰᾶτο. Καὶ τῶν μὲν σωμάτων αὐτοῖς οὕτως ἐπεμελεῖτο, τὰς δέ γε ψυχὰς καὶ διὰ τούτων μὲν ἱκανῶς ἐθεράπευε, διδάσκων αὐτοὺς καὶ δεικνὺς ὡς τούτων τὰ πλεῖστα ψυχικῆς αἰτίας ἐξῆπται, κἀκείνης ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβαλλομένης, καὶ ταῦτα θᾶττον τὴν ἴασιν

XXXVII. Hæc ubi tum ab iis qui viderunt, tum qui videntes audierunt, indicata sunt, civitas non diutius cunctata est, sed qualis esset ille, probe perspiciens, quos a dæmone percitos, languidos, vel diuturno morbo detentos habuit ad illum confestim omnes adduxit: quos Gregorius magnus sola precatione ac contactu manuum incunctanter sanabat. Atque corpora quidem ita curabat; animas vero per hæc affatim sanabat, nimirum dum doceret illos atque ostenderet, pleraque ex his animi culpa oriri: quo in melius constituto, corpora quoque celerius curationem suscipiunt. Inprimis

vero exemplar sese illis vitæ rectæ constituendæ pulcherrimum ipse præstabat, sic vivens, ut oratio superius indicavit, seipsum tantum supereminens, tantumque utriusque vitæ medium agens, quantum sibi per dignitatis excellentiam licebat. Post hæc etiam viros illis tum sacerdotes, tum diaconos, a quibus divina et quæ ultra nos sunt, peragerentur constituit, quos illi intuentes imitantesque, in viros virtute clarissimos evaderent. Inter hos sacros viros complures viri præstantes fuerunt, in quibus Erasmus, Platonicus ac Philadelphus præcipue illustres nituere, qui cum illo plurimum versantes, ac ejus vitam, quoad fieri poterat, effingentes ac exprimentes, insignes ut qui maxime apud omnem rempublicam facti sunt. Hæc sane quemadmodum exposuimus, ita se habebant.

XXXVIII. Nonnullis post diebus cum D. Gregorius civitatem obiret, quo miseratione paterna ægrotos inviseret, alia quidem cum numero, tum magnitudine majora, quam ut oratio complectatur, edita sunt. Sed unum, quod auribus vestris est gratum futurum, largiemur. Sabinus quidam presbyter filiolam pulchram quidem ac valde gratiosam habuit, cæterum morbo diuturno jam oppressam, quæ novem annis movere se nunquam omnino potuerat. Is cum beatum virum ea transeuntem audisset, illam una cum uxore uti inanimatum quoddam pondus ante vestibulum exposuit. (Illac enim vir magnus iter facturus erat.) Quo illuc appetente, puellæ mater (ut mos est matribus) filiæ pulchitudine ac ætate florentis casum miserata, tum vehementer flere ac currere, seseque hujusce patris ad pedes projicere. Ille quid opus haberet percontatus, causam didicit, ejusque ac Sabini calamitatem miseratus, positis genibus oravit, dicens : Domine Jesu Christe, Deus noster, ne, quæso, avertas oculos a precibus servi tui, meque hodie humilem exaudi, atque hanc puellam gratia ac potentia tui sancti Spiritus erigens invise. His dictis, surrexit, ac signo crucis puellam obsignans, In nomine Jesu Christi (ait) exsurge, et sta super pedes tuos. Hæc ille dixit, et puella protinus surrexit, atque singulares immortali Deo universi gratias egerunt ; aderat enim cuncta civitatis multitudo, quæ virum sanctum ob ea quæ ab ipso fiebant, admiratione, ut par erat, perculsa, sequebatur. Cumque universam civitatem pertransisset, omnibusque, quæ illis usui essent, prospexisset, ad ecclesiam cum ecclesiastico cœtu revertitur : divinisque peractis sacrificiis, ecclesiastico cœtui, viduis ac pupillis omnibus mensam apposuit ; quibus ipse, vili accinctus panno, una cum tribus diaconis, de quibus mentionem fecimus, Erasmo, Philadelpho et Platonico, ministrabat. Neque vero illius mater ab ejusmodi ministerio aberat ; quin ipsa una cum ancillis, quotquot aderant, viduis pedes illarum lavando, ac omne pietatis obsequium præstando, ministrabant. In hoc autem Gregorius incumbebat, ut sacris initiatos tum ad virtu-

A δέχεται. Πρὸ δὲ τούτων αὐτὸς ἦν αὐτοῖς παράδειγμα κάλλιστον, οὕτω βιοὺς ὡς ὁ προλαβὼν ἔδειξε λόγος, μᾶλλον δὲ τοσοῦτον ὑπερβαλὼν ἑαυτὸν καὶ τοσοῦτον δείξας ἑκατέρου βίου τὸ μέσον ὅσον ἦν καὶ τὸ τῆς ἀξίας διάφορον. Μετὰ δὲ τούτων καὶ ἄνδρας αὐτοῖς ἐφίστη, ἱερέας τε καὶ διακόνους, καὶ οἷς τὰ θεῖά τε καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀνεῖται, πρὸς οὓς κἀκεῖνοι βλέποντες καὶ ζηλοῦντες, ἄκροι τὴν ἀρετὴν ἔμελλον ἀποβήσεσθαι. Τούτων τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν καὶ ἄλλοι μὲν ἐπιφανεῖς κατέστησαν, ἐν αὐτοῖς δὲ τούτοις μάλιστα διαφανῶς ἐξέλαμψαν, Ἔρασμός τε καὶ Πλατώνικος καὶ Φιλάδελφος, οἵ γε αὐτῷ καὶ τὰ πλεῖστα συνόντες καὶ εἰς ὅσον ἐνῆν τὸν ἐκείνου βίον ἀποματτόμενοι, ἐπισημότατοι παρὰ πάσῃ τῇ πολιτείᾳ γεγόνασι. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἐπράττετο.

B

ΛΗ'. Μεθ' ἡμέρας δέ τινας τὴν πόλιν τοῦ μακαρίου περιιόντος, ἐφ' ᾧ τοὺς ἐν νόσοις σπλάγχνοις πατρικοῖς ἐπισκέψασθαι, καὶ ἄλλα μὲν τετέλεστο μεγαλεῖα κρείττω λόγου τῷ τε πλήθει καὶ τῷ μεγέθει, ἓν δὲ δὴ καὶ τόδε, ὃ ταῖς ὑμετέραις ἀκοαῖς χαρίσομαι. Σαβῖνός τις πρεσβύτερος, θυγάτριον ἔχων τὴν μὲν ὥραν καὶ πάνυ λαμπράν, νόσῳ δὲ ἤδη παρειμένην χρονίᾳ, καὶ ἐφ' ὅλοις ἐννέα χρόνοις τὸ παράπαν κινηθῆναι μὴ δυναμένην, ἐπειδὴ περιιόντα ἐπύθετο τὸν μακάριον, ἐξαγαγὼν ἅμα τῇ γυναικὶ ὡς φόρτον ἄψυχον ταύτην πρὸ τοῦ πυλῶνος ἐτίθει· ἐκεῖθεν γὰρ ἔμελλε καὶ ὁ μέγας διέρχεσθαι. Ὡς δὲ δὴ καὶ τῷ τόπῳ ἤγγιζον, ἡ μήτηρ τῆς κόρης, οἷα δὲ τὰ μητέρων καὶ ταῦτα θυγατρὸς τοιαύτης ἀνθούσης ὥρᾳ τε καὶ νεότητι πάνυ περιπαθὲς ἀνακλαύσασα, καὶ δραμοῦσα, ἑαυτὴν τοῖς τούτου προσ- C ρίπτει ποσίν. Ὁ δὲ ἐρωτήσας οὗ δέοιτο, καὶ τὴν αἰτίαν μαθών, κατοικτείρας τε ταύτην καὶ Σαβῖνον τῆς συμφορᾶς, θεὶς τὰ γόνατα προσηύξατο λέγων· Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἔπιδε καὶ νῦν ἐπὶ τὴν προσευχὴν τοῦ δούλου σου, καὶ ἐπάκουσόν μου τοῦ ταπεινοῦ σήμερον, καὶ ἐπίσκεψαι τὴν παῖδα ταύτην ἀναστήσας αὐτὴν τῇ χάριτι καὶ δυνάμει τοῦ παναγίου σου Πνεύματος. Ταῦτα εἰπὼν καὶ διαναστὰς τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ σφραγίζει τὴν κόρην, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ λέγει· « Ἔγειρε καὶ στῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου. » Οὕτως ὁ μὲν εἶπεν· ἡ δὲ ἀνίστατο, καὶ εὐχαριστία πᾶσα τῷ Θεῷ ἀνεπέμπετο. Ἦν γὰρ τὸ πλῆθος ἅπαν τῆς πόλεως ἑπόμενον D τῷ ἁγίῳ, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γινομένοις, ὡς εἰκός, ἐκπληττόμενον. Πᾶσαν δὲ τὴν πόλιν περιελθών, καὶ πᾶσι τὰ πρὸς τὴν χρείαν παρεσχηκώς, εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὖθις, σύναμα τῷ κλήρῳ παντὶ ἐπάνεισι, καὶ τὴν θείαν λειτουργίαν ἐπιτελέσας, τῷ ἐκκλησιαστικῷ τε πληρώματι, καὶ χήραις πάσαις καὶ ὀρφανοῖς τραπέζας παραθείς, αὐτὸς διηκόνει ῥάκος διεζωσμένος ἅμα τοῖς μνημονευθεῖσι τρισὶ διακόνοις, Ἐράσμῳ, Φιλαδέλφῳ καὶ τῷ Πλατωνίκῳ. Οὐ μὴν οὐδὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ τῆς τοιαύτης ἐργασίας ἀπελιμπάνετο, ἀλλὰ σὺν αὐτῇ καὶ ὅσαι τῶν θεραπαινίδων ὑπῆρχον ταῖς χήραις ἐξυπηρετοῦντο νίπτουσαί τε τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν θεραπείαν προσφέρουσαι. Ἔργον δὲ ἦν τῷ Γρηγορίῳ

τοὺς τοῦ κλήρου ῥυθμίζειν πρὸς ἀρετὴν τὰ θεῖά τε παρασκευάζειν ἐκμελετᾷν λόγια, καὶ ὡς οἷόν τε τὸν νοῦν αὐτῶν ἀναπτύσσειν.

ΛΘʹ. Ἀλλ' ἐπεὶ ἀδύνατον ἦν οὕτω φιλοπόνως μετιόντα τὴν ἀρετὴν, τὸν τοῦ πονηροῦ δαίμονος φθόνον διαφυγεῖν, ὥρα νῦν ἐξειπεῖν οἵοις περιπίπτει πειρασμοῖς. Σαβῖνος γὰρ καὶ Κρισκεντῖνος, οὓς καὶ ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν ὑπὸ τοῦ πλήθους εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προβιβάζεσθαι, οὗτοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες, καὶ εἰς συμβάσεις χωρήσαντες, πάλαι γὰρ διάφοροι καθειστήκεσαν, Ἕως πότε ἡμεῖς, ἔλεγον, ὑποταγησόμεθα τῷ γόητι τούτῳ καὶ φαρμακῷ, ὃς μαγείαις ἅμα καὶ τεθρείαις ἐξιστᾷ τοὺς εὐηθεστέρους τῶν ξένων, ὅπως διαπεφευγὼς τῶν ἐνθένδε μάγῳ τινὶ παρέμεινε, κἀκεῖθεν πᾶσαν κακοτεχνίαν ἐξήντλησε, πλανῶν τοὺς ἀνθρώπους, οἷα δὲ καὶ Σίμων ἐκεῖνος δαίμων ἐξανθρώπων γενόμενος. Ὁρᾷς γὰρ ὡς οὐθ' ὅλως ἐσθίει οὔτε πίνει, ὃ καὶ οἱ δαίμονες κομιδῇ ποιοῦσι; Ταῦτα πρὸς ἀλλήλους εἰπόντες προσλαμβάνονται μεθ' ἑαυτῶν καὶ τοῦ κλήρου τινάς· ὑποσπῶνται δὲ καὶ τοῦ λαοῦ μέρος οὐκ ὀλίγον, καὶ ὅρκοις ἀλλήλους κατεμπεδώσαντες, δρᾶμά τι συσκευάζονται τῆς τοῦ κεκινηκότος αὐτοὺς πρὸς ταῦτα κακοτεχνίας ἐπάξιον. Ἀκολάστῳ γάρ τινι γυναικὶ προσελθόντες, τὴν ὥραν περικαλλεῖ, τοὔνομα Εὐδοκίαν, καὶ ταύτην χρήμασιν ἀναπείσαντες, φεῦ τῆς ἀναιδείας! τοῦ ἐπισκόπου καταιπεῖν ἀναγκάζουσιν ὡς ἄρα εἴη αὐτὴν ἐγνωκώς. Ὡς οὖν ἤρτυσαν τὴν ἐπιβουλὴν, ἐζήτουν καιρὸν καθ' ὃν ἂν εἴσω ταύτην παραδῦσαι τοῦ ἐπισκοπείου δυνήσονται. Ὥραν οὖν φυλάξαντες καθ' ἣν ὁ μέγας μέσων νυκτῶν ἅμα τοῖς τρισὶν ἐκείνοις οἰκειοτάτοις τῶν διακόνων εἰς τὸν ναὸν κατῄει, τὰς συνήθεις ἐπιτελέσων εὐχάς. Ἐν ταύτῃ δὴ χρήμασιν οἱ ἐπίβουλοι τοὺς θυρωροὺς ὑποφθείραντες, εἰσάγουσιν εἰς τὸν τοῦ μεγάλου κοιτωνίσκον τὴν κόρην, καὶ ἐν γωνίᾳ ἱστῶσι μιᾷ. Ὁ δὲ, ἐπεὶ τὰς εὐχὰς ἤδη τελέσειεν, ἀνῄει τε εἰς αὐτὸν καὶ βιβλίον ἐπὶ χεῖρας λαβὼν τὸν βίον προσεχόντως διῄει τοῦ πολλοῦ τόν τε λόγον καὶ τρόπον, Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου φημί.

Μʹ. Ἡ δὲ δὴ κόρη εἰς ὕπνον ἄρτι κατενεχθεῖσα βαθὺν, οὔτ' ἐκείνη τὸν μέγαν ἀνελθόντα συνῆκεν. Οὔτε πάλιν αὐτὸς τὴν κόρην ἑώρα. Πόθεν ἂν καὶ ὑπώπτευσε καθαρᾷ τοιαύτῃ ψυχῇ καὶ παρθένος, κρυπτομένην ὡς οἷόν τε καὶ διαλαθεῖν βουλομένην. Ὁ μὲν οὖν οὕτω μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν ἐπὶ τὰς ἑωθινὰς καθῄει πάλιν ᾠδάς· ἐπεὶ δὲ καὶ ταύτας πληρώσας ἀνῄει σὺν ἅμα τῷ κλήρῳ παντὶ καὶ τοῖς συνελθοῦσι τοῦ πλήθους, εἶτα καὶ παραινεῖν αὐτοῖς ἤρξατο τὰ σωτήρια, καὶ ἕτοιμος ἦν καὶ θείων λογίων ἀναγνώσει τὰς ἐκείνων θρέψαι ψυχὰς, ὥσπερ εἴθιστο καθ' ἑκάστην ποιεῖν, αὐτίκα οἱ περὶ Κρισκεντῖνον, θηρίων δίκην ἀγρίων ἔνδον συνεισπεσόντες τῆς τε κόρης ἐπιλαμβάνονται, καὶ εἰς τὸ πλῆθος ἐξάγουσι, βοῆς ἅμα καὶ θορύβου καὶ ταραχῆς τὰ πάντα πληροῦντες. Ὁ ἀσελγὴς, ὁ ἐναγὴς, ὁ ἀνάξιος, οἱ μιαροὶ τῷ ὄντι, κατὰ τοῦ σφόδρα καθαροῦ κράζοντες, καὶ ἅμα τῷ πλήθει τὴν ἑταίραν παραδει-

A tem, tum ad eloquia divina meditanda, informaret, eorumque sensus, quam commodissime posset, explicaret.

XXXIX. Sed quando fieri non potest, quemquam tam sedulo virtutem consectari, ut hostis dæmonis declinet invidiam, instat nunc, ut, quæ illum tentationes invaserint, persequamur. Sabinus ac Crescentinus, quos superius a multitudine episcopos designatos fuisse demonstravimus, ambo, inito fœdere, conspirant (diu enim mutuas simultates gesserant), Quousque nos (dicentes) huic impostori atque venefico subjiciemur, qui ignaris ac simplicioribus hominibus admirationem præstigiis ac imposturis excitat? An ignoramus quemadmodum hinc effugerit, et cum quodam mago man-
B serit, a quo nefariam hanc et maleficam artem hausit, qua hominibus instar Simonis illius, dæmon ex hominibus factus, imponit? Non cernis, ut neque omnino comedat, neque bibat, quod dæmones subinde faciunt? Hæc inter se commentati, secum etiam clericos quosdam asciscunt, et non exiguam populi partem convellunt, fidem inter se jusjurandum dant, captiosum figmentum, arte, quæ ad hoc illos impellebat, insidiosa dignum comminiscuntur. Nam mulierem quamdam impudicam, alioquin pulchritudine insignem, Eudociam nomine, conveniunt: quam pecunia corruptam inducunt contra episcopum (proh pudor!) palam sese cum illo concubuisse testimonium dicere; qui cum perfidia
C et plena subdoli ac versuti animi consilia instituerunt, quatenus in episcopum illam insinuarent. Quare tempus observant, quo vir magnus mediis noctibus una cum diaconis illis tribus sibi familiarissimis in templum ad consuetas preces descendere solebat. Insidiatores interim pecunia, cum janitoribus paciscuntur ut puellam in lectum viri magni submittere liceat, et ipsi in angulo considunt. Ille, solutis precibus, cubiculum petit, librumque manu prehendens, vitam Joannis Chrysostomi, ut clari litteris, ita moribus et ingenio maximi, attentissime percurrit.

XL. Porro puella arctissimo paulo ante somno detenta, neque ipsa virum magnum ascendentem sensit, neque rursus ipse puellam vidit. Unde,
D obsecro, isthæc innocens et immaculata anima suspicari habuit puellam prout poterat occultari, et libentem illic latenter conjectam se voluisse? Ille igitur post lectionem ad matutinas laudes ire contendit, quibus expletis, una cum omni sacro ordine, ac aliis ex populo comitantibus revertitur. Tum hortari illos, ac salutaria monere cœpit, illudque laborabat, ut, quod singulis fere diebus agere consueverat, eorum animos divinarum Litterarum lectione reficeret. Tum Crescentiniani instar ferarum agrestium irruentes, puellam arripiunt, eamque coram populo statuunt, clamore, turbatione, ac tumultu omnia implent: Improbe, scelestc ac exsecrabilis, qui vere nefarii erant, contra virum omnino sanctum vociferantes, nihil minus sese

multitudini ostendebant. Cæteri talia videntes, admiratione ac dubitatione percellebantur. Nam mulierem illam vitiosam intra cubiculum præsentem cernebant : vitam vero ac mores viri præclari hujusmodi suspicionibus maxime adversari ac repugnare noverant. At vero sycophantæ, injectis in virum sanctum manibus (o insaniam detestabilem !), per omnia loca trahebant. Hic multitudo amaris cum lacrymis pariter lugebat, perinde ac si quisque illorum, idem, qui hæc pateretur, exsisteret. Ita hæc omnes, extra paucos longe flagitiosissimos, iisque exceptis, qui impuri atque profani conjurationi consenserant, de illo graviter perferebant. Isti enim meliora secuti, figmentum, ut sese habebat, suspicati, tempus ab ea quo esset in domum introducta, sciscitabantur. Illa (ut edocta fuerat) a vespertinis laudibus sub primam fere noctis vigiliam, dixit. Ad hæc cum Philadelphus diaconus propheticum illud respondisset : « Obmutescant labia mendacia, quæ veteratorie injustum loquuntur *, » Crescentinus improbus illum invadens percussit. Tum multitudine contra illum confertim insurgente, parum abfuit, quin crudelissime necaretur, nisi vir magnus conversus eos adhortatione compescuisset. Se vero tortoribus prompte trahendum exhibuit. At hæc præcipua causa fuit, ut dum se ipse uti reum criminatoribus offert, magnam populo suspicionis occasionem dederit, ne crimen in se recipere videretur, illaque omnino vera essent, quæ contra se accusatores intenderant, et propterea conscientia illum interior evinceret, ut non solum pro se aliquid agere, sed ne loqui quidem contra quidquam auderet. His sane cogitationibus illorum animi torquebantur.

χνύντες. Οἱ δὲ ταῦτα ὁρῶντες ἐκπλήξει τε εἴχοντο, τὴν μὲν φαύλην ἐκείνην γυναῖκα εἴσω τοῦ κοιτωνίσκου παροῦσαν βλέποντες, τὸν τοῦ μεγάλου δὲ βίον ἀκριβῶς εἰδότες πρὸς τοιαύτας ὑπονοίας ἀντιφθεγγόμενον. Οἱ δὲ δὴ συκοφάνται, χεῖρας τῷ ἁγίῳ ἐπιβαλόντες μέσον τοῦ ἐπισκοπίου, ὢ μανίας δαιμονικῆς! ἕλκουσιν, ἐνταῦθα καὶ τὸ πλῆθος πικρόν τι μετὰ δακρύων κοινῶς ὠλόλυξαν, καὶ ὥσπερ αὐτὸς ὢν ἕκαστος ὁ ταῦτα πάσχων. Οὕτως ὑπὲρ ἐκείνου πάντες δεινῶς ἐκόπτοντο, πλὴν ὀλίγων τῶν σφόδρα πονηροτάτων, καὶ ὅσον ἐκοινώνησε τῆς συνωμοσίας τοῖς ἀνιέροις, οἱ μέντοι γε τῆς ἀγαθῆς μερίδος, ὅπερ ἦν τὰ τοῦ δράματος ὑποπτεύσαντες, τὸν καιρὸν ἠρώτων καθ' ὃν ταύτῃ φησὶ συνέλθοι. Ἡ δὲ, καθὼς προεδεδίδακτο, Μετὰ τοὺς ἑσπερίους, ἔλεγεν ὕμνους, κατὰ πρώτην μάλιστα τῆς νυκτὸς φυλακήν. Φιλαδέλφου δὲ τοῦ διακόνου πρὸς ταῦτα τὸ προφητικὸν ἐκείνῳ εἰπόντος, « Ἄλαλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια τὰ λαλοῦντα κατὰ τοῦ δικαίου ἀνομίαν », δραμὼν ὁ ἀνίερος Κρισκεντῖνος παίει κατὰ κόρρης αὐτόν. Ἐπὶ τούτῳ καταστασιάζουσιν αὐτοῦ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ μικροῦ ἂν τοῦτον καὶ διεσπάσαντο, εἰ μὴ ὁ μέγας, ἐπιστραφεὶς, αὐτοὺς μὲν παραινέσει κατέσχεν, ἑαυτὸν δὲ παρέσχεν ἑτοίμως ἄγειν τοῖς ἕλκουσι. Τοῦτο δὲ δὴ καὶ μάλιστα τὸ παρέχειν ἑαυτὸν ὡς ὑπεύθυνον ὑποψίας χώραν ἐδίδου τῷ δήμῳ, καὶ, Μήτι γε ἄρα καὶ ἀληθῆ ᾖ τὰ παρὰ τῶν κατηγόρων εἰσαγόμενα, ἔλεγον, καὶ διὰ τοῦτο τὸ συνειδὸς ἔνδον κατηγοροῦν ἔχων οὐκ ἀντιπρᾶξαι μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ἀντειπεῖν πρὸς αὐτοὺς δύναται. Καὶ τοὺς μὲν ταῦτα ἐκλόνει.

XLI. Interea vero improbi homines seditione prævalentes, virum sanctum domo exturbant, eumque in custodiam tradunt, lignoque pedibus illius injecto communiunt. Erat autem illa custodia, qua magnus ille Gregorius Lybis, qui pro Christo mortem oppetiit, detentus fuerat. Cum igitur fama apud omnes crebresceret, frequens quædam multitudo pro foribus carceris hærebat ; quorum alii manibus, alii pedibus portas perfringebant, nonnulli ferreis vectibus demoliri ac evertere illas aggrediebantur. Non deerant etiam, qui seditione in populo facta, Sabinum ac Crescentinum interficere cogitabant. Verum cum Christi discipulus ac imitator hæc illos meditari sensisset, ex carcere ipsos hortabatur : Nequaquam vos, filii, (aiebat) tale quidquam in illos deliberaveritis. Avertetur hoc Deus, ut vestrum aliquis manus et animam propter me tam fœde conspurcet. Non eousque, filii, quisquam infelicitatis deveniat. Præstat enim me magis esse perdendum : ideo permittendi sunt, ut in hominem miserum sævire possint. Ab infringendis vero foribus, ab omni tumultu abstinentes, orate, ultionemque a Domino exspectate. Quod si quis vobis negotium facesse-

ΜΑ'. Ἐν τοσούτῳ δὲ τῶν ἀνιέρων ἐκείνων ὑπερίσχυσαν τὸ σύστημα, τοῦ ἐπισκοπείου τε τὸν ἅγιον ἐξωθοῦσι, καὶ εἱρκτῇ τοῦτον παραδιδόασι, τοὺς πόδας τῷ ξύλῳ ἀσφαλισάμενοι, εἱρκτὴ δὲ ἦν ἐκείνη ἡ καὶ τὸν πάνυ Γρηγόριον τὸν Λίβυν τὸ μαρτυρικὸν τέλος ὑπὲρ Χριστοῦ δεξάμενον εἶδε. Τῆς φήμης τοίνυν πάντας διαδραμούσης, πολύ τι πλῆθος πρὸς ταῖς θύραις συνηνέχθη τῆς φυλακῆς· καὶ τούτων οἱ μὲν χερσὶ καὶ ποσὶν ἰδίοις τὰς πύλας ἐναράσσειν, οἱ δὲ καὶ μοχλοῖς σιδηροῖς ἀναῤῥήσσειν αὐτὰς ἐπεχείρουν, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ κατὰ συμμορίας συστάντες ἀνελεῖν Σαβῖνόν τε καὶ Κρισκεντῖνον ἐβούλοντο. Ἀλλ' ὁ Χριστοῦ μαθητής τε καὶ ζηλωτὴς τῶν μελετωμένων τούτων αἰσθόμενος, ἔνδοθεν αὐτοὺς παρεκάλει λέγων· Μὴ ὑμεῖς γε, ὦ τέκνα, μηδὲν τοιοῦτον περὶ αὐτοὺς βουλεύσησθε, μηδὲ γένοιτό τινι ἐξ ὑμῶν χεῖρα δι' ἐμὲ καὶ ψυχὴν μολῦναι· μὴ εἰς τοσοῦτον ἥκοιμι, τέκνα, δυστυχίας, μᾶλλον δὲ ἀπωλείας ἐγώ. Διὸ ταῦτα μὲν ἐατέον ἀνθρώπου ἕνεκα, καὶ ταῦτα δυστήνου ποιεῖν. Τοῦ τὰς θύρας δὲ ἀράσσειν καὶ θορυβεῖν ὑποσχομένοις εὐχῆς ἔχεσθε, καὶ παρὰ Κυρίου μένετε τὴν ἐκδίκησιν, κἂν μηδεὶς ὄκνος ὑμῖν ἐνοχλῇ, καὶ αὐτόθι προσκαρτερεῖτέ μοι φυλακῆς, μή καί τι χεῖρον οἱ θῆρες περὶ ἐμὲ βουλεύσονται. Ταῦτα δὲ

* Psal. LXXII, 8.

λέγων δῆλος ἦν οὐ τὸν θάνατον δεδοικὼς· ἀλλ' ἀσχολίᾳ τῇ περὶ τὴν φυλακὴν τῆς προτέρας ὁρμῆς ἀπάγων αὐτοὺς καὶ ἅμα τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι μεγαλείου θεατὰς γενέσθαι βουλόμενος, ὃ δὴ καὶ εὐθὺς ἠκολούθει. Τοῦ γὰρ δὴ πλήθους ἔξω κατὰ τὸν τοῦ ἁγίου λόγον προσκαρτεροῦντος ἔνδον ἐκεῖνος τὰ γόνατα ταθεὶς προσηύχετο, καὶ πάντων ἕνεκεν ηὐχαρίστει Θεῷ, μέσον δὲ νυκτῶν φαιδρὸν αὐτῷ φῶς ὁ Θεὸς ἄνωθεν εἰς παράκλησιν ἐπιλάμπει, ὃ καὶ τὴν φυλακὴν ὅλην κατήστραψεν. Ἄγγελος δὲ αὐτῷ ἐπιστὰς διαῤῥήγνυσι τὰ δεσμὰ, καὶ λόγοις ἐπιστηρίξας, καὶ τόγε πλείονα τὴν οἰκείωσιν δηλοῦν ἀσπασάμενος ἐκεῖνος μὲν ἀφανὴς ἦν. αἱ δὲ τῆς φυλακῆς πύλαι αὐτόματοι διηνοίγοντο. Καὶ ὁ λαὸς ταῦτα καθορῶν ἐξεπλήττοντο. Δάκρυα δὲ προσετίθεντο δάκρυσι, τοῖς ἐπὶ τῇ προτέρᾳ λύπῃ τὰ τῆς ὕστερον χαρᾶς καὶ θαυματουργίας. Θάμβους οὖν καὶ εὐθυμίας μεστοὶ τοῖς ποσὶ τοῦ μεγάλου προσέπιπτον, Νῦν, λέγοντες, ἔγνωμεν ὅτι ὁ Θεὸς μετὰ σοῦ, καὶ ἅμα καὶ πρὸς τὸ πράττειν ἑτοιμότερον ηὐτρεπίζοντο, πάντα ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ παθεῖν καὶ δρᾶσαι, σὺν ὅσῃ σπουδῇ βουλόμενοι.

A rit, illic etiam sustinete, mihique hanc injuriam vigiles mei condonate: non enim contra me feræ istæ deterius quidquam statuent. His verbis satis liquebat, illum mortem non vereri, sed hoc studere, ut dum circa carcerem intenti occupantur, a priori illos indignatione retraheret: simulque ingentis ac magnifici miraculi, quod statim subsecutum est, spectatores constitueret. Cum enim multitudo juxta viri sancti sermonem foris præstolaretur, ille intus positis genibus orabat, et pro omnibus Deo gratias agebat. Porro intempesta nocte lucem clarissimam, quæ totum carcerem circumfulsit, ad ipsum consolandum Deus cœlitus immisit, eidemque angelus assistens, catenas, quibus vinctus erat, perfregit: cumque verbis con- B firmasset illum, quo majorem benevolentiam indicaret, complexus est. Ille quidem hominum obtutus oculorum effugerat, cæterum januæ carceris sua sponte apertæ sunt. Qua re animadversa, tam ingens populum admiratio subiit, ut lacrymæ præ gaudio ac admirando facto posterius elicitæ, superioris lacrymas luctus exciperent. Stupore igitur ac lætitia pleni, ad pedes magni viri procumbunt, dicentes: Nunc Deum tecum esse cognovimus: simulque paratiores ad recte facta constituti, omnia pro ipso et pati et facere hilariter decreverunt.

ΜΒ'. Καὶ ἀνῄρηντο ἂν αὐτίκα Σαβῖνός τε καὶ Κρισκεντῖνος οἱ κακοδαίμονες, εἰ μὴ ἄρα πολλὰ μὲν αὐτῶν καὶ αὖθις δεηθεὶς ὁ θεῖος ὄντως ἀνὴρ, οὐκ ὀλίγον δὲ καὶ φόβον αὐτοῖς ἐπέσεισε τά τε τοῦ φόνου κακὰ διεξιὼν, καὶ ὅσα ἐκ τούτου συμβήσεσθαι ἔμελλε, καὶ τελευταῖον προσθεὶς ὡς εἰ ταῦτα τολμᾷν βούλοιντο, αὐτὸν δεῖν πρῶτον ἀποκτείναντας, οὕτως ἐπ' ἐκείνους χωρεῖν. Οὕτω εἰπὼν μόλις ἵστησι τῆς ὁρμῆς. Φωνήσας δὲ Σαβῖνον καὶ Κρισκεντῖνον ἵνα κἀκείνοις ἐξῇ τὰ γενόμενα καθορᾷν, Τί καὶ δή με, φησὶ, ἐνταῦθα κατακλείσαντες ἔχετε ἐξὸν θανάτῳ παραδοῦναι ἢ καὶ κριθησόμενον ἀποπέμπειν ἔνθα ἂν ὑμεῖς βούλοισθε. Οἱ δὲ καὶ τῶν λεγομένων ἀκούοντες καὶ τῶν πραττομένων αὐτοὶ μάρτυρες ἀψευδεῖς ἑαυτοῖς ὑπάρχοντες, οὐδέν τι μᾶλλον ἐδυσωπήθησαν, οὐδ' εἰ μή τι ἄλλο τῶν ῥημάτων τὴν τοσαύτην ᾐδέσθησαν ἐπιείκειαν· ὅτι μετὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα τά γε παραδόξως εἰς αὐτὸν τελεσθέντα κυρίους ἐκείνους τοῦ ἰδίου ἐποιεῖτο σώματος, ἀλλ' ἀπονενοημένως σφόδρα καὶ ἰταμῶς πρὸς αὐτὸν ἔφασκον, ἐπιστολὰς περὶ αὐτοῦ τῷ ἐξάρχῳ πεπομφέναι, κἀκείνου δὴ ἥκοντος πάντα σὺν ἀκριβείᾳ τὰ κατ' αὐτὸν ἐξετάζεσθαι. Γέγονε οὕτω, καὶ τοῦ ἐξάρχου ἤδη καταλαβόντος, ἐν μέσῃ τε τῇ πόλει προκαθεσθέντος, παρίστανται μὲν οἱ περὶ Σαβῖνον ἅμα τῇ μοιχαλίδι, ἄγεται δὲ καὶ ὁ ἅγιος τῆς εἱρκτῆς ὑπὸ πολλῷ τῷ πλήθει παραπεμπόμενος, οἳ καὶ βοῇ πρὸς τὸν ἔξαρχον ἐχρῶντο, τά τε ἄλλα θαυμάσια τοῦ Γρηγορίου διεξιόντες καὶ ὅπως αὐτοῦ τούτου Σαβίνου τὴν θυγατέρα τοσούτοις ἔτεσι παρειμένην ὑγιᾶ τῷ Πατρὶ δίδωσιν, ὃν καὶ δεύτερον Ἰούδαν ἐκάλουν, τὸν εὐεργέτην ὥσπερ ἐκεῖνος τοῖς χαλεποῖς ἀμειψάμενον. Πρὸς ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ τὸ τελεσθὲν ἔναγχος περὶ τὴν φυλακὴν προσετίθεσαν, καὶ ὅτι τὸν τηλικοῦτον μάλιστα μὲν οὐδὲ εἰς ἀπολογίαν ἐχρῆν

XLII. Ac Sabinus Crescentinusque scelestissimi repente confossi ac jugulati fuissent, nisi rursus vir ille vere divinus eos mox multum obsecrasset, graviterque terruisset, cædis incommoda, et mala, quæ inde imminerent, ob oculos ponens. Extremum illud addens, si tantum facinus auderent, C oportere ut sese primum interficerent, ac sic postremo illos invaderent. Vix his verbis eorum impetum sedavit. Sabinum ac Crescentinum accersens, ut ea quæ gesta essent cernere ipsis liceret: Cur me obsecro, inquit, hic inclusum detinetis, cum in me necis habeatis potestatem, vel publico damnatum judicio, quoquoversum in exsilium mittere liceat? Illi cum hæc omnia audirent, et factorum testes ipsi sibi essent locupletes, conscientia alioqui sua transfixi, nihil minus de pertinacia et duritie remiserunt, tantamque verborum mansuetudinem, quod post tot tantaque signa, erga illum admirabiliter edita, se proprii corporis dominos faceret, non magis, quam qui minime, reveriti D sunt; quin præfracte valde ac arroganter illi dicebant, epistolas se de illo exarcho principi dedisse, sed venturum illum, accurateque de illius crimine quæstionem habiturum. Idque ita factum est. Nam cum exarchus advenisset, ac in media civitate pro tribunali agens jus diceret, Sabinus una cum adultera illi se sistunt. Sanctus quoque custodibus ac apparitoribus, pleraque item populi multitudine comitatus deducitur. Hi coram exarcho vocem tollentes, cum alia Gregorii admiranda facta persequebantur, tum, quemadmodum Sabini ipsius filiam tot annis jacentem redditam sanitati patri restituerit, dixerunt, et quem Judam alterum appellabant, hunc benefactorem suum non secus ac ille fecit, maleficiis compensare. Illud præterea

addebant, quod de custodia nuper acciderat : quod cum tam magnum præsertim esset, ne illi quidem necessitatem sui excusandi tribui oportere : alioqui si sine concilio judicarentur, fore omnium iniquissimum asserebant. Hæc multitudine conclamante, exarchus palam perterritus est. Quocirca de sede surrexit, dixitque ad pontificem maximum, quo de hac tota causa cognosceret, referre oportere. Ut tamen, cum illuc accesserit, aliquid relatu dignum habeat, Sabinum ac Crescentinum adesse jubet, puellamque coram ipsis percontatur, an ea quæ illi de ejusmodi homine nuntiarant, vera omnino essent. Illa vero fatetur. Quo dicto, impuro afflata spiritu, humi trahebatur, confestimque juxta viri sancti prostrata pedes miserabilis, dentibus stridens, atque ore spumas agens procumbebat. Tum eos qui aderant, tantus repente terror invasit, ut nihil præterea in fidem dictorum ab exarcho quærendum esse arbitrarentur, præsertim qui erant sana mente, neque animo valde cæcutiebant. Sabiniani vero improbi sycophantæ virum insignem nihil veriti, cavillabantur, aiebantque : Quid aliis testibus indigemus, quando de voluntate sua Deus nos tam manifeste certiores faciat ? Omnia præstigiis ascribebant, et miraculorum vim divinam imposturam appellabant. At Sabini uxor una cum filia, quæ cæca surdaque paulo ante fuerat, ac plerique alii ex iis, qui sanati fuerant, ad beati viri pedes sese flentes projecere, et ne contra se ob aliorum convicia ac petulantiam, impiorumque maledicentiam acceptarum injuriarum indignationem exsereret, obsecrabant. Porro eadem Sabini uxor, justa de causa indignata, virum suum torve aspicere, ac acriter increpare cœpit, et dicere : Hinc facesse, sceleste, mihi et tibi ipsi pariter insidiator. Hæccine homini benefico, deque nobis optime merito, qui solo sermone filiolam nostram sanitati restituit, beneficia rependis ? Neque te, infelix, talia contuentem nunc ulla cogitationum istiusmodi subit pœnitentia ? Hæc cum mulier persequeretur, Sabinus colorem mutavit, seque in terram abjecit, vocis omnino expers factus : usque eo divina sese vindicta extulit.

XLIII. Ex quo vero exarchus nihil ultra contra se statuendum habuit, rursus vir beatus in custodiam conjectus est, donec universa hæc pontifici max. perspecta fierent. Cæterum ille præibat, et universus populus subsequebatur, hunc quidem maximis laudibus, quadruplatores vero illos innumeris contumeliis prosecutus. Jam vero vesper advenerat. Proinde cum jam esset decretum, virum sanctum ad pontificem mittere, visum est exarcho intempesta nocte, universo populo dormiente, per portam, qua tenditur ad mare, hunc clam e civitate deducere ; animadverterat enim multitudinem id, si rescivisset, non permissuram : quod sane ex sententia cecidit. Nam occulte civitate egressus est. At parentes ejus (neque enim quod fiebat ignorabant) filium flentes ac lamentantes sequebantur : et licet ex iis quæ præcesserant, quis horum futurus finis esset, uti ejusdem

A καθιστᾶν· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τό γε χωρὶς συνόδου κρίνεσθαι τῶν πάντων ἔλεγον ἀδικώτατον. Τοιαῦτα τοῦ πλήθους βοῶντος, ὁ ἔξαρχος φανερὸς ἦν κατάφοβος γεγονώς· ὅθεν καὶ τοῦ μὲν βήματος ἐξανίστατο, πρὸς δὲ τὸν πάππαν ἀναφέρειν πάντα δεῖν ἔφασκεν. Ὅμως ἵνα καί τι παραγενόμενος πρὸς αὐτὸν ἀπαγγέλλειν ἔχοι, Σαβῖνόν τε καὶ Κρισκεντῖνον προσκαλεσάμενος κατὰ πρόσωπον αὐτῶν τὴν ἑταίραν ἠρώτα, Εἰ ἀληθῆ γε ταῦτα φησὶ, ἅπερ οὗτοι τοῦ ἀνδρὸς καταγγέλλουσιν. Ἡ δὲ, Ναὶ, φησὶ, καὶ ἅμα τῷ λόγῳ πονηρῷ πνεύματι κατάσχετος γεγονυῖα, τῇ γῇ προσηῤῥάχθη, ἐλεεινή τε παρὰ τοὺς τοῦ ἁγίου πόδας εὐθὺς ἔκειτο, τετριγυῖα τοὺς ὀδόντας, καὶ ἀφρὸν τοῦ στόματος ἀποπτύουσα. Πρὸς ταῦτα φρίκη τοὺς ὁρῶντας ἐλάμβανε, καὶ πλέον μηδὲν εἰς B πίστιν τῶν λεγομένων ἠξίουν ζητεῖν τὸν ἔξαρχον καὶ μάλιστά γε ὅσοι τὸ συνειδὸς ὑγιὲς εἶχον, καὶ οὐχὶ πάνυ τὴν ψυχὴν ἐτύφλωττον· οἱ δὲ περὶ τὸν Σαβῖνον μιαροὶ συκοφάνται, μηδὲ τὸν περιφανῆ τοῦτον αἰδεσθέντες ἔλεγχον. Καὶ τί γὰρ ἂν ἄλλο καὶ εἶπον, οὕτως ὑπὸ Θεοῦ αὐτοῦ καταμαρτυρούμενοι· μαγείᾳ τὸ πᾶν ἐδίδουν, καὶ γοητείαν τὴν θαυματουργίαν ἐκάλουν. Ἡ δὲ τοῦ Σαβίνου γυνὴ ἅμα τῇ θυγατρὶ καὶ ὁ ποτὲ ἄλαλος καὶ κωφὸς, καὶ ἄλλοι τῶν θεραπευθέντων συχνοὶ, προσέπιπτόν τε τοῖς τοῦ μακαρίου ποσὶ κλαίοντες, καὶ μηδὲν αὐτοῖς μνησικακῆσαι τῆς ἑτέρων ἕνεκεν παροινίας, μηδὲ τῆς βλασφημίας τῶν ἀσεβῶν ἐδέοντο. Ἡ δέ γε ῥηθεῖσα τοῦ Σαβίνου γυνὴ ὀργῆς πλησθεῖσα δικαίας καὶ τῷ C ταύτης ἀνδρὶ σφόδρα πικρόν τι καὶ μανικὸν βλέψασα, Ἀπόστηθί μου, ἔλεγε, μιαρὲ καὶ ἐμοὶ καὶ σαυτῷ ἐπίβουλε, ὃς τὸν ἡμῶν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην, τὸν λόγῳ μόνῳ τὸ θυγάτριον ἡμῶν θεραπεύσαντα τοιούτοις ἠμείψω, καὶ οὐδὲ ταῦτά σοι βλέποντι, νῦν ἄθλιε, μετάνοια τὸν λογισμὸν ἐπεισέρχεται. Τοιαῦτα τῆς γυναικὸς λεγούσης ὁ Σαβῖνος τήν τε χροιὰν ἤμειβε καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῷ συνέπιπτε, καὶ ὅλως ἄφωνος ἦν, εἰς τοῦτον δὴ τῆς δίκης προβάσης.

ΜΓ'. Ἐπεὶ μηδὲν εἶχεν ὁ ἔξαρχος παρ' ἑαυτοῦ ἀποφήνασθαι, αὖθις ὁ μακάριος ὥρμησεν ἐπὶ τὴν εἱρκτὴν, μέχρις ἂν τὰ κατ' αὐτὸν τῷ πάππᾳ γνωD στὰ γένωνται, προῄει δὲ παντὸς αὐτῷ τοῦ πλήθους ἑφεπομένου, καὶ τὸν μὲν εὐφημίαις μυρίαις, τοὺς δὲ συκοφάντας πολλαῖς ταῖς ὕβρεσι βάλλοντος. Ἑσπέρας δὲ ἤδη καταλαβούσης, ἐπειδὴ δέδοκτο τὸν μακάριον πρὸς τὸν πάππαν ἀποσταλῆναι, συνεβούλευε τῷ ἐξάρχῳ ἀωρὶ τῶν νυκτῶν, καὶ τοῦ πλήθους ἠρεμοῦντος παντὸς, διὰ τῆς φερούσης διὰ τὴν θάλατταν πύλης, λάθρα τῆς πόλεως τοῦτον ἐξαγαγεῖν· ᾔδει γὰρ ὡς οὐκ ἡσυχίαν ἕξει τὸ πλῆθος αἰσθόμενον· ὃ δὴ καὶ κατὰ γνώμην ἐπράττετο, καὶ ἐξῄει κρυφίως τῆς πόλεως. Ἡ δὲ μήτηρ καὶ ὁ πατὴρ, οὐδὲ γὰρ κἀκείνους ἐλάνθανε τὸ γινόμενον, εἵποντο τῷ υἱῷ, κλαίοντές τε πικρῶς καὶ ὀλοφυρόμενοι, καὶ οἷον μὲν ἔσται τὸ πέρας, ἐκ τῶν ἤδη φθασάντων καλῶς εἰκάζοντες, ὅμως δὲ οἷα γονεῖς τῷ ἀδήλῳ τὴν καρδίαν

διαθρυνούμενοι. Ἀλλ' ὁ μακάριος τῶν τε δακρύων ἐπειρᾶτο παύειν αὐτοὺς, καὶ ἡσυχίαν ἄγειν παραίνει, καὶ ἐπειδὴ πρὸς τῷ αἰγιαλῷ ἤγγισεν, εὔχεσθαι μᾶλλον ὑπὲρ αὐτοῦ παραινέσας μετ' εὐθυμίας τῷ πλοίῳ ἐπέβαινε. Συνεισῄει δὲ αὐτῷ τῶν μὲν ἄλλων οὐδεὶς ὅτι μὴ μόνος Πλατωνικὸς, ὃς αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς ὑπηρεσίαν καθίστατο. Τὸν δὲ ἀπόπλουν ἤδη ποιεῖσθαι μέλλων, πολλὰ αὐτοῖς περὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ ποιμνίου διεμαρτύρετο, ὡς τῷ Θεῷ λόγον τῶν εἰς αὐτὴν πραττομένων ὑφέξοντας. Οἱ δὲ μηδὲ οὕτω τῆς πονηρίας ὑφέντες, ἦν γὰρ δὴ καὶ ὁ ἔξαρχος οἷος περὶ αὐτὰ μηδὲν τῶν συκοφαντῶν διαφέρειν τά τε ἄλλα τοῖς κατηγόροις ἐτίθετο, καὶ τότε ἀποκρινάμενος, Μηδεὶς ἔστω σοι λόγος περὶ τῆς Ἐκκλησίας, φησὶν, ὦ Γρηγόριε· τοιοῦτος γὰρ ἡμῖν εὕρηται ἀντὶ σοῦ πρὸς ὃν οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν οὐδεὶς ἔχει τι προφασίσασθαι. Ταῦτα δὲ περί τινος ἔλεγε Λευκίου αἱρετικοῦ, ὃς περὶ τὴν ἑῴαν πολλάκις τῷ Γρηγορίῳ τῶν παραδόξων ἕνεκεν τῆς οἰκονομίας Χριστοῦ δογμάτων διαλεχθεὶς καὶ τοσαυτάκις ἐπιστομισθεὶς, διάφορος μὲν αὐτῷ ἐκ πολλοῦ ἐγεγόνει, τότε δὲ παρά τινι κρυπτόμενος τῶν τῆς πόλεως, τόν τε κυκεῶνα τοῦτον τῆς διαβολῆς αὐτὸς ἦν ὁ τῷ Γρηγορίῳ κιρνῶν, τοῖς συκοφάνταις ὑποφυεὶς καὶ πᾶσαν αὐτοῖς ὑποτιθεὶς τὴν σκηνὴν τοῦ δράματος ᾧ δὴ καὶ τότε τὰ τῆς ἐπισκοπῆς ἐνεχείριζον. Ἀλλ' οἱ μὲν τοσαῦτα εἰπόντες πλέειν ἀπέπεμπον· οἱ δὲ δὴ τῶν Ἀκραγαντίνων ἄρχοντές τε καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος, ἐπειδὴ περὶ τὴν ἕω κατὰ τὴν φυλακὴν ἀθροισθέντες, μὴ εὕροιεν τὸν Γρηγόριον, ἤρξαντο ταράττεσθαι καὶ θρηνεῖν, καὶ νομίσαντες κρύφα αὐτὸν ἀνῃρεῖσθαι, στάσιν κατά τε τοῦ ἐξάρχου καὶ τοῦ πονηροῦ συνεδρίου χαλεπὴν ἀνῆπτον. Καὶ πρῶτον μὲν πῦρ λαβόντες, ὑφάπτουσι τοὺς οἴκους τῶν συκοφαντῶν Σαβίνου καὶ Κρισκεντίνου· ἔπειτα δὲ καὶ αὐτοὺς ἐκείνους ὁρμῶσι διαχειρίσασθαι. Ἀλλ' οὗτοι μὲν εἰς τὴν ἐκκλησίαν προσπεφευγότες διαδρῶσι τὸν κίνδυνον. Φθάσας γὰρ ὁ Χαρίτων τὸ πλῆθος κατὰ πόδας αὐτοῖς ἑπόμενον εἴργει τὸ μὴ καὶ τοῦ ἱεροῦ ἔνδον αὐτοὺς ἀποσφάξαι, σὺν βοῇ πολλῇ καὶ μόλις αὐτοὺς τοῦ ἐγχειρήματος ἀποπαύσας. Καὶ τὰ μὲν τῆς στάσεως ὧδε τὸ πέρας εἶχε. Καταλαβόντος δὲ τοῦ ἁγίου τὴν Ῥώμην ὁ πάππας τὴν ἐπιστολὴν δεξάμενος τοῦ ἐξάρχου καὶ τὰ γεγραμμένα ἀναλεξάμενος, θάμβους ἅμα καὶ θυμοῦ πληρωθεὶς, καὶ μηδὲ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν αὐτῷ τὸν ἅγιον ἀξιώσας, ἄκριτον ἐκέλευσε συρόμενόν τε καὶ ὑβριζόμενον τῇ φυλακῇ δίδοσθαι, τάς τε χεῖρας ἀλλὰ μὲν καὶ τοὺς πόδας σίδηρα διαδεθέντας. Ὁ δὲ καὶ οὕτως ἐμπαροινούμενος καὶ τῇ εἱρκτῇ ἐμβαλλόμενος καὶ δεσμούμενος ἐν πᾶσιν ἑαυτῷ ὅμοιος ἦν, καὶ ὑπόθεσιν οὐ μικρὰν τὴν ἀτιμίαν τῆς πρὸς Θεὸν ἐποιεῖτο εὐχαριστίας. Ἵνα δὲ καὶ μᾶλλον ἀπαράκλητος ᾖ ἀνιαροῖς τοσούτοις περιστοιχιζόμενος, οὐδὲ τὸν διάκονον αὐτῷ Πλατωνικὸν εἰς τὴν φυλακὴν εἴων, ἀλλ' ἑτέρῳ τινὶ τόπῳ κἀκεῖνον ἐγκατακλείουσι.

A familares, probe conjicerent, nihilominus, ut parentes, rerum incertitudine corde nutabant. Verum divinus vir flere illos prohibebat, tutoque ac læto animo esse hortabatur. Ubi vero littus propius contigit, eos ut pro se orarent, precatus, alacriter navem conscendit. Porro Platonicum secum habuit, præterea neminem, qui et ipse, quæ ad navigationem necessaria erant, eidem instruxerat. Cum vero jam se navigationi esset commissurus, multum de Ecclesia, deque grege illos implorata fide obtestatus est: nempe pro omnibus, in quibus contra ipsam sævire ac grassari perrexerint, Deo rationem esse redditturos. Hi ne sic quidem a nequitia temperarunt sua: siquidem nec exarchus ipse in ejus causa a nequissimis illis **B** hominibus quidquam fere distabat, cum alioqui a delatoribus tum judex esset delectus. Nullum tibi posthæc (dixit) Gregori liceat de Ecclesia sermonem habere; virum enim ejusmodi in tui locum subrogavimus, in quem ne adversarii quidem aliquid habent culpare. Hæc autem de Eleusio quodam hæretico dicebat, qui in Oriente sæpenumero cum Gregorio de admirandis dogmatibus, deque munere, quod Christus, Dei Patris in terris legatum agens, obierat, acerrime disputarat, cum nihilo secius plane repressus ab eo ac victus fuisset. Hic jampridem eidem admirabilis habebatur, isque tum apud civem quemdam latitabat, qui delatoribus conjunctus, hanc contu**C**meliæ potionem Gregorio callide commiscuerat, illisque omnem actus scenam, hoc est, flagitii materiam atque subjectum ministrarat, cui tum illi episcopatum concrediderant. His dictis, navigationem ille subiit. Agrigentini vero viri principes una cum reliqua multitudine, cum custodiam summo mane facto agmine petiissent, neque Gregorium reperiisent, turbare omnia, commiscere, ac lamentari cœperunt. Existimantes autem illum clam de medio sublatum, tumultum ac seditionem contra exarchum, ejusque assessorem molestissimam excitarunt. Ac primum quidem Sabini ac Crescentini sycophantarum domos incendunt; deinde illos ipsos interficere adoritur; sed ii ad ecclesiam fuga sese recipientes periculum decli**D**narunt. Verum Chariton turbæ illos insequentis vestigiis insistens, effecit, ne intra templum jugularentur, vix illos magno clamore ab ejusmodi petitione ac insultu comprimens. Itaque seditionem ejusmodi finis excepit. Cum vero vir sanctus Romam pervenisset, pontifex max., acceptis ab exarcho litteris, iisque quæ ab ipso scribebantur cognitis, admiratione ac ira plenus, non est passus virum sanctum suiipsius adire præsentiam; quin etiam indicta causa tractum illum atque contumeliose illusum, manibus præterea pedibusque catena vinctum, in carcerem conjiciendum imperavit. Cæterum ille ludibrio tam turpiter habitus, in carceremque ac vinculis mancipatus, nihilominus omnibus in rebus sui similis esse perrexit, atque contumelia in magnam agendarum Deo gratiarum occasionem usus est. Ut vero consolationis, tot circumseptus molestiis, magis ex-

pars esset, ne Platonicum quidem diaconum in custodia cum ipso esse permiserunt: sed alibi quodam in loco captivum illum detinent.

XLIV. Interea dum vir beatus vincula pateretur, precibusque, ut illi moris erat, mediis noctibus invigilans, excubaret, lux eum ingens circumfulsit: et ecce ibi viri duo, forma cultuque corporis apostolos referentes, assistunt, eumque his verbis affantur: Salve Christi famule, nobisque dilecte Gregori; Dominus idcirco nos misit, ut te vinculis, quibus injuste illigatus es, solveremus, ac nos quidem ob constantiam ac patientiam tuam huc, te ut lætum redderemus, accessimus. Oportet enim et hanc urbem multis abs te signis editis frui. Hæc simul ac locuti sunt, vincula tetigerunt, quæ ab ejus manibus pedibusque repente ceciderunt; mox Gregorium assurgentem, trementemque, necnon gratias agentem complexi, abeuntes ex oculis ejus elapsi sunt. Deinde ad Platonicum accedentes, ac ipsum solventes, eo ubi Gregorius erat, deduxerunt, ibique illum reliquere. Qui non aliter, ac si hæc ipsa per quietem vidisset, postquam ad se rediit, Gregorium intuitus, admiratione ac gaudio affectus est, moxque in agendis Deo gratiis totus est conversus. Præterea hac ipsa hora aliud contigit. Nam custos carceris filium jamdiu impuro afflatum spiritu habuit, quem columnæ illigatum, prope a suis ædibus observabat. Tum vero dæmon, quo erat correptus, fractis vinculis puerum impotenter impellens viri sancti pedibus illisit, atque illum a precibus exturbavit, clamansque ac se volutans, ex ore spumam agebat. Ille vero ne sic quidem ab orando cessans, quin potius oculos ac mentem in cœlum tollens, ejus qui spirituum legionem profligare potuit, auxilium implorabat. Deinde manu super ægre affectum imposita, uti nequam servum Dominus [60], dæmonem profugere coegit. Atque hunc quidem in hunc modum a dæmone liberavit.

XLV. At vero custos carceris cum somno solutus surrexisset, neque filium columnæ illigatum vidisset, existimans hunc a sævissimo spiritu lapidibus allisum, aut aquis præfocatum esse, flere amarissime cœpit, faciemque percutiens, illum uti mortuum lamentabatur: carcerem autem accuratius perlustrans, ac ejus patere januas, lucem præterea ipsam cernens, capillos tum lacerare, eque capite convellere, faciem item plangere, putans virum sanctum profugisse. Postea vero quam introspexit, ac illum inibi una cum Platonico canentem consistere non solum, sed etiam filium ejus decoro ac prudenti aspectu prope illum positum vidit, ejus animum stupor invasit, ac verum conjectans, virum justum admiranda hæc edidisse, accurrens, ejus pedibus provolutus, eidem tanquam de se optime merito partim gratias agebat, partim veniam pro iis quæ gesserat, impositis illi vinculis postulabat. Exinde multo cum

A ΜΔ'. Τοῦ μακαρίου τοίνυν ἐν τῇ φυλακῇ διακαρτεροῦντος, καὶ τῇ εὐχῇ, ὡς ἔθος, ἐπαγρυπνοῦντος, περὶ μέσας νύκτας σχεδὸν φῶς τε μέγα περιλάμπει αὐτὸν, καὶ ἰδοὺ δύο ἄνδρες ἐν σχήματι ἀποστολικῷ ἐπιστάντες, Χαίροις, αὐτῷ λέγουσι, δοῦλε τοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμῖν ἠγαπημένε Γρηγόριε, ὁ Κύριος ἀπέσταλκεν ἡμᾶς λῦσαί σε τῶν δεσμῶν οἷς ἀδίκως ἐνδέδεσαι, καὶ ἡμεῖς δὲ ἀποδεχόμενοί σε τῆς καρτερίας καὶ τῆς ὑπομονῆς πάρεσμεν συνευφρανθησόμενοί σοι. Δεῖ δὲ καὶ τὴν πόλιν ταύτην πολλῶν τῶν ὑπὸ σοῦ τελεσθησομένων ἀπολαῦσαι σημείων. Ταῦτα ἔλεγον, καὶ ἅμα τῶν δεσμῶν ἥπτοντο. Οἱ δὲ εὐθὺς τῶν τε χειρῶν αὐτοῦ καὶ ποδῶν ἐξέπιπτον, καὶ ἀναστάντα πάλιν τὸν Γρηγόριον ἀσπασάμενοι τρέμοντά τε καὶ χάριν ὁμολογοῦντα ἀπιόντες B ᾤχοντο, εἶτα καὶ ἐπὶ τὸν Πλατωνικὸν ἀφικόμενοι, λύσαντές τε κἀκεῖνον, καὶ μέχρις οὗ ἦν Γρηγόριος, ὁδηγήσαντες, καὶ αὐτὸν ἀπελίμπανον. Ὁ δὲ ὡς ἐν ὕπνῳ ταῦτα ὁρῶν, ἐπειδήπερ ἐν ἑαυτοῦ ἐγεγόνει, καὶ τὸν Γρηγόριον ἐθεάσατο ἐκπλήξεώς τε καὶ χαρᾶς ἐπληροῦτο, καὶ πρὸς τὴν εἰς Θεὸν εὐχαριστίαν ἐτρέπετο. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἕτερόν τι κατ' αὐτὴν ἐτελεῖτο τὴν ὥραν· ὁ γὰρ δὴ δεσμοφύλαξ εἶχε μὲν υἱὸν πονηρῷ πνεύματι κάτοχον χρόνους ἤδη συχνοὺς, ὃν καὶ κίονι περιδήσας πρὸ τῆς οἰκίας ἐτήρη, τότε δὲ τὰ δεσμὰ διαῤῥήξας ὁ δαίμων καὶ ἀκρατῶς ἐλαύνων τὸν παῖδα πρὸ τῶν ποδῶν κατέβαλε τοῦ ἁγίου, ὅς αὐτῷ καὶ τὴν εὐχὴν διετάραττε, βοῶν τε καὶ κυλιόμενος καὶ ἀφρὸν τοῦ στόματος παραπτύων. C Ὁ δὲ μηδὲ οὕτω τῆς εὐχῆς ἀποστὰς, ἄρας δὲ μᾶλλον εἰς οὐρανὸν καὶ ὄμμα καὶ νοῦν, καὶ τὸν δυνάμενον λεγεῶνα πνευμάτων ἐπιτιμᾷν ἐπικαλεσάμενος, εἶτα καὶ χεῖρα τῷ πάσχοντι ἐπιθεὶς, πονηρὸν οἷα δοῦλον δεσπότης δραπέτην τὸν δαίμονα ἀπειργάσατο, καὶ τοῦτον μὲν οὕτως τοῦ δαίμονος ἀπαλλάττει.

ΜΕ'. Ὁ δὲ δεσμοφύλαξ τοῦ ὕπνου διαναστὰς ὡς τὸν υἱὸν οὐκ εἶδε προδεδεμένον τῷ κίονι, νομίσας κατὰ πετρῶν ἢ καθ' ὕδατος ὑπὸ τοῦ μανικοῦ δαίμονος ἀπεῤῥίφθαι τοῦτον, ἀνέκλαυσέ τε λίαν πικρὸν, καὶ τὸ πρόσωπον τύψας ὡς ἤδη τεθνηκότα ἐθρήνει, περιβλεψάμενος δὲ καὶ τὴν φυλακὴν ἰδὼν ὅτι τε κἀκείνη τὰς θύρας ἠνέῳκτο, καὶ φῶς αὐτὴν περιηύγαζεν. Ἤρξατο τίλλειν τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, καὶ τὸ πρόσωπον αὖθις τύπτειν, D ἐκπεφευγέναι δόξας τὸν ἅγιον. Ὡς δὲ παρέκυψεν εἴσω καὶ εἶδε τοῦτον ἑστῶτα καὶ ᾄδοντα, καὶ τὸν Πλατωνικὸν σὺν αὐτῷ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν αὐτῷ καθεστηκότα, καὶ ἐν σεμνῷ καὶ σώφρονι τῷ σχήματι παριστάμενον, θάμβους ἐμπίπλαται τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ ἀληθὲς εἰκάσας θαυματουργὸν εἶναι τὸν δίκαιον δραμὼν προσπίπτει τοῖς τούτου ποσὶ, τοῦτο μὲν ἐφ' οἷς ἐπεπόνθει εὐχαριστῶν, τοῦτο δὲ ἐφ' οἷς ἔδρασε δεσμὰ περιθεὶς συγγνώμην αἰτῶν, καὶ ἐξ ἐκείνου φόβῳ τε πολλῷ τὸν ἅγιον διηκόνει, καὶ παντὶ τρόπῳ

[60] Marc. v, 2 seqq.

τὰ πρὸς θεραπείαν ἐνεργεῖν ἔσπευδεν. Τῆς φήμης A τοίνυν πανταχόσε διαθεούσης καὶ γυνή τις τῶν εὐγενῶν, θυγάτριον ἔχουσα συγκῦπτον χαμαὶ, τοῦτο μεθ' ἑαυτῆς λαβοῦσα, πρὸς τὸν ἅγιον ἐν τῇ φυλακῇ γίνεται, καὶ τῶν τούτου ἀψαμένη ποδῶν, Ἐλέησον, ἔλεγε, τὸ παιδίον μου, ὥσπερ ὁ Χριστὸς, οὗ σὺ μιμητὴς τὴν πάλαι συγκύπτουσαν. Ὁ δὲ Θεοῦ μέν ἐστι τοῦτο μόνου, πρὸς αὐτὴν εἴρηκεν· ἐπεὶ δέ σε πίστιν πλουτοῦσαν τὴν πολλὰ δυναμένην ὁρῶ, πάντα γάρ φησιν Χριστὸς δυνατὰ τῷ πιστεύοντι, κατάλληλόν σου τῇ πίστει τὸ πέρας ἀκολουθήσει. Οὕτως εἰπὼν, εὐξάμενός τε καὶ χεῖρα ἐπιθεὶς τῇ παιδὶ ὑγιῆ δείκνυσι παραχρῆμα, ἣν ἡ μήτηρ τεθεραπευμένην εὐθὺς λαβοῦσα, αὐτή τε χαρᾶς ἐπληροῦτο καὶ τὰ τῆς εὐχαριστίας ἀπεδίδου Θεῷ, καὶ σὺν B αὐτῇ τῆς οἴκαδε φερούσης ἐπελαμβάνετο. Πολλὰ τοιαῦτα ἔτι τῷ δεσμωτηρίῳ παρὼν Γρηγόριος διετέλει, οὗ καὶ χρόνον ὅλον ἐκεῖσε διενεγκόντος, ὁ πάππας τῶν κατ' αὐτὸν ὥσπερ ἀναμνησθεὶς, μετάκλητον τὸν ἤδη πολλάκις ῥηθέντα Μάρκον ἐποίει. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἀφίκετο, σὺν ὀργῇ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνος πάντα τὰ κατὰ τὸν Γρηγόριον διεξῄει, ὅπως τε δέσμιος παρ' αὐτὸν ἤχθη, ἐπὶ πορνείᾳ δῆθεν ἑαλωκὼς, καὶ ὅπως παρ' αὐτοῦ εἰς τὸ δεσμωτήριον παρεπέμφθη καὶ εἰς ἔτι καὶ νῦν πρὸς τῇ φυλακῇ διακαρτερεῖ. Ὁ δὲ Μάρκος, μέγα στενάξας, ᾔδει γὰρ οἷα καθ' οἵου λέγεται, δῆλος ἦν τοὺς κατὰ Γρηγορίου ῥάψαντας, ἅμα δὲ καὶ τοὺς πεισθέντας ἀποκλαιόμενος, καὶ οὐδὲν ἕτερον, ἢ Γένοιτό μοι, ἔφη, ἡ μερὶς, ὦ δέσποτα, ἡ μετ' αὐτοῦ, ἐπειδὰν εἰς κρίσιν τῷ C κοινῷ κριτῇ παρασταίημεν. Τοῦτον τὸν λόγον ὁ πάππας ὡς ἤκουσεν, οἱονεὶ τὸ ῥῆμα δυσωπηθεὶς τὴν κατὰ τοῦ Γρηγορίου πεμφθεῖσαν ἐπιστολὴν ἐδείκνυ τῷ Μάρκῳ, ὥσπερ ἀπολογούμενος, ὅτι μὴ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ τοῖς οὕτω κατ' αὐτοῦ γεγραμμένοις καὶ αὐτὸς πιστεύσας, οὐκ ἔκρινεν ἀκόλαστον τὸ πεπραγμένον καταλιπεῖν. Ἐπελθὼν δὲ τὴν ἐπιστολὴν ὁ Μάρκος, καὶ ὥσπερ ἐγγελάσας τοῖς γεγραμμένοις, Πράγμασιν αὐτοῖς, ἔφη, ὦ δέσποτα, ἐπιτρεπτέον τὰ κατ' αὐτὸν καὶ ἐξεταστέον τοῖς δικαίοις ἀκολουθοῦντα, καὶ τότε εἴσῃ σαφῶς οἷος μὲν οὗτος, εἴτε πόρνης φίλος, εἴτε ἀλλὰ μὴ πλέον ἐρῶ, γνώσῃ δὲ καὶ αὐτὸς τάχος, εἰ δὲ θέλοις, καὶ ἤδη ἔγνωκας. Φθάσας δὲ τὸν λόγον ὁ πάππας, Οἶδα, ἔφη, καὶ αὐτὸς ἃ βούλῃ λέγειν, φησὶν, ὅτι D πολλή τις ἦν ἡ θεία χάρις περὶ αὐτὸν, ἀλλ' ὀλισθήσαντος δηλαδὴ καὶ αὐτὴ ἀπέστη. Καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος οἷα δὴ ἄνθρωπος μὴ βλέπων τὰ ὄντα, μηδὲ εἰς καρδίαν, ὥς φησιν ὁ θεῖος λόγος, ὁρῶν.

A timore sancto viro ministrabat, eique omne obsequii officium præstare sedulo nitebatur. Increbrescente igitur fama, et ubique vagante, mulier quædam, claris orta natalibus, filiolam humi prostratam habens, hanc secum arripiens, virum sanctum in custodia petit, illiusque complexa pedes: Miserere, inquit, filiæ meæ, quemadmodum et Christus [11], cujus es imitator, mulierem contractam ac inclinatam olim erexit. Ille hoc solius esse Dei respondit. Verumenimvero, inquit, cum te uberem ac locupletem fidem habere videam, (omnia siquidem fidelis præstare potest) aptus (nec id sane immerito) fidei tuæ finis subsequetur. Cum ita locutus esset, puellæ manum oraturus imponens, confestim eam sanitate donavit; B eam mater sanitati redditam hilariter accipiens, gaudio perfusa, immortales Deo gratias agebat, rectaque cum ipsa domum perrexit. Pleraque id genus alia Gregorius carcere adhuc detentus edidit. Hic cum omnem ejus ætatem ibidem constantissime victurus esset, pontifex max. quæ in illum jactatæ fuerant contumelias reminiscens, Marcum, quem alias sæpe memoravimus, accersivit. Qui cum præsto adfuisset, non sine indignatione omnia contra Gregorium acta narravit, quemadmodum in adulterio deprehensus, vinctus ad se perductus, inque carcerem a se detrusus fuisset, ubi hactenus custodiis septus, patienter perdurat. Tum Marcus ingemuit vehementer. Noverat enim, quæcunque C in illum dicerentur, perspectos ac exploratos illos habebat, qui hæc contra Gregorium confinxerant, simulque ab his persuasos deplorabat, neque quidquam aliud aiebat, quam: O utinam, domine, partem et mihi liceat una cum ipso adire calamitatum, quando ad communis judicis subsellia staturi sumus. Hunc sermonem cum pontifex audisset, uti ejusmodi verbis graviter offensus, epistolam in Gregorium scriptam eidem ostendit, ut non temere se aut inconsulto persuasum excusaret: sed iis litteris tanquam testimonio bene locuplete rem tam nefariam injudicatam noluisse. Perlecta autem epistola Marcus, ac velut ea quæ scripta erant, irridens, Rebus ipsis, inquit, o domine, isthæc convicia sunt expendenda, diligenterque D quisnam justitiam sequatur, disquirendum. Tum tibi liquido patebit, qualis vir sit iste, an scortum aut aliud quid, ne plura dicam, depereat; agnosces et ipse protinus; si volueris, et jam cognovisti. Ejus orationem pontifex interpellat, se quæ ille dicturus esset, scire, nempe magnam erga illum Dei beneficentiam exstitisse, sed illo fœde labente, pessum quoque ipsam abiisse. Et hæc ille quidem ut humanus, cum rem ut erat, non perspiceret, neque cor (ut sermo divinus habet) intueretur.

ΜϚ'. Εἶτα καὶ περὶ τοῦ πῶς δὲ χρήσεται Γρηγορίῳ σύμβουλον τὸν Μάρκον ἐποίει. Ὁ δὲ αὐτῷ συνεβούλευε μήτε χωρὶς τούτου τοῦ μεγάλου ἱερέως τῆς μεγάλης φημὶ κρίνειν πόλεως, μήτε μὴν τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, ἀλλ' ἀποστείλαντα, καὶ τούς τε

XLVI. Deinde cum, quidnam de Gregorio esset statuendum, Marcum in consilium adhibuisset, ille consilium dedit, non absque magno sacerdote, excelsæ, inquam, civitatis, ejusque rege judicandum esse. Propterea illum dare operam oportere,

[11] Luc. XIII, 11 seqq.

ut delatores ipsos cum mandatis remitteret, simulque mulierem, cujus stupri insimulabatur, ac eum quem in ejus locum sacerdotem substituerant, necnon mandatores omnes Byzantium deducendos curaret eaque quemadmodum sese habebant, quæ contra quemque dicenda essent, præscriberet. Hæc cum pontifex max. utilia juxta ac consentanea omnia censuisset, hinc mittit, tum qui delatores e Sicilia profectos, ad quæstionem ac judicium abducerent, tum qui litteras patriarchæ ipsique regi Constantinopolis afferrent. Hi autem duo erant episcopi, qui antea synodo etiam interfuerant. Porro rex itemque patriarcha, acceptis ac perlectis ejusmodi litteris, falsum et omnino incredibile crimen, cujus Gregorius insimulatus fuerat, judicaverunt. Quocirca rex quemdam ab regio armamentario persane familiarem, Marcianum nomine, una cum episcopis Romam remisit. Patriarcha itidem Ancyræ, Cyzici ac Corinthi præsules, quibus accessit Constantinus, quem plerique a libellis appellabant, cujus mentio superius est facta, simul destinavit: mandantes, ut hi ad latam usque sententiam, quæstionemque persolutam, Gregorium secum haberent.

XLVII. Ii cum Romam adiissent, contigit Marcianum gravissimo morbo affictari, ita ut spem de illius vita medici omnem destituerent: cujus rei causa ingens episcopos dolor invaserat. Mox cum omnem curam fata vincerent, extremumque spiritum anhelaret, ac sole ad occasum vergente, ipse lucem hanc relicturus videretur, ea mulier, cujus filiam morbo correptam Gregorii precibus curationem nuper accepisse diximus, illac ubi Marcianus in lecto decumbebat, præteriens, servorum plangentium ac lamentantium flebilem ac luctuosam vocem audivit: cujus causam percontata, gratiam non celavit, sed palam beneficentiam evulgat, et quæ ipsa admirabilia in filia sit assecuta, illis annuntiat, servatorisque præco, et rei gestæ testis classicus constituitur. Eia agite, inquit, filii, fletu represso, mihi obtemperate, ipsumque ab ipso lecto tollentes, alacriter me sequimini. Virum enim mihi ab experientia bene cognitum vobis ostendam, qui vos a luctu facile vindicabit, et dominum vestrum multa cum celeritate sanitati restituet. Ejus sermoni servi parent, dominumque repente tollentes, juxta custodiam, ubi Gregorius erat, deponunt. Quem ille ardentissima febri commotum et inflammatum aspiciens, miseratus est hominem, lectumque lacrymis irrigabat. Cæterum semel illum atque iterum vocans (enim namque vox atque sensus defecerat, nec quidquam loqui poterat), manum quidem illi vir divinus adjecit, mente vero totus in cœlum erectus, faciemque suam et ægrotum lacrymis perfundens, Deum obsecrabat. Atqui preces somnum peperere; somnus ægroto salutem attulit. Cum enim quinque supra viginti dies insomnis duxisset, arctissimus tum illi somnus obrepsit. Servi vero, qui mediis eidem

κατηγόρους συναγαγόντα, καὶ τὴν λεγομένην συμφθαρῆναι γυναῖκα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὃν ἀντ' αὐτοῦ προβάλλονται ἱερέα, αὐτούς τε πάντας ἐς τὴν Βύζαντος πέμπειν, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς ὥσπερ ἔχουσι κατὰ μέρος γράφειν. Ἃ δὴ καὶ συμφέροντα κρίνας ὁ πάππας, ἔνθεν μὲν στέλλει τοὺς ἀπὸ Σικελίας, τοὺς κατηγόρους ἀπάξοντας, ἐκεῖθεν δὲ τοὺς γράμματα πρὸς τὸν ἀρχιερέα Κωνσταντινουπόλεως καὶ αὐτὸν βασιλέα νομίσοντας. Οὗτοι δὲ ἄρα ἦσαν τῶν ἐπισκόπων οἱ δύο, οἵτινες καὶ πρότερον ἐν τῇ συνόδῳ παραγεγονότες ὑπῆρχον. Ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, τὰ τοιαῦτα δεξάμενοι γράμματα καὶ ἀναγνόντες, ἄπιστα πάντα τὰ κατὰ τὸν Γρηγόριον ἡγήσαντο. Ὅμως ὁ μὲν βασιλεὺς στέλλει τινὰ τῶν οἰκειοτάτων σπαθάριον Μαρκιανὸν οὕτω καλούμενον, στέλλει δὲ τοῦτον σύναμα τοῖς ἐπισκόποις. Στέλλει δὲ καὶ ὁ πατριάρχης τόν τε Ἀγκύρας πρόεδρον καὶ Κυζίκου καὶ τὸν Κορίνθου, ναὶ μὴν καὶ Κωνσταντῖνον, ὃν χαρτοφύλακα τοῖς πολλοῖς σύνηθες ὀνομάζειν, περὶ οὗ καὶ πρότερον ὁ λόγος ἐμνήσθη, ἐντειλάμενοι, τούτοις μετὰ τὸ πέρας τῆς ὑποθέσεως, τὸν Γρηγόριον μεθ' ἑαυτῶν ἀγαγεῖν.

Καταλαβόντων δὲ τὴν Ῥώμην, συνέβη τὸν Μαρκιανὸν νόσῳ βαρυτάτῃ περιπεσεῖν, καὶ τοὺς μὲν ἰατροὺς ἀπειπεῖν, λύπη δὲ ὅση τοὺς ἐπισκόπους τὸ πρᾶγμα περιβαλεῖν. Ἤδη δὲ τὰ ἔσχατα πνέοντος, καὶ τοῦ ἡλίου περὶ δυσμὰς ὄντος, κἀκείνου μέλλοντος ἐκλείπειν, ἡ πρὸ βραχέος μνημονευθεῖσα γυνὴ, ἧς δήπου καὶ τὸ θυγάτριον ἔναγχος νόσῳ περισχεθὲν τῶν Γρηγορίου εὐχῶν ἠξίωτο, καὶ παραδόξου θεραπείας ἀπώνατο, διὰ τῆς οἰκίας τότε παρερχομένη, ἔνθα καὶ ὁ σπαθάριος κλινήρης κατέκειτο, ἀκούει βοῆς συμμιγοῦς τῶν παίδων αὐτοῦ κοπτομένων τε καὶ θρηνούντων· καὶ ἐπειδὴ τὴν αἰτίαν ἐπύθετο, οὐ κρύπτει τὴν χάριν, ἀλλὰ κηρύττει σαφῶς τὴν εὐεργεσίαν, καὶ ὧν αὐτὴ τετύχηκεν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ θαυμασίων, καὶ αὐτοῖς ἀπαγγέλλει, καὶ μηνυτὴς τοῦ σωτηρίας, εὐθὺς γίνεται, καὶ ἀψευδὴς μάρτυς τῆς πεπραγμένου καὶ, Ἄγε, φησὶν, ὦ παῖδες, ἐμοὶ πειθόμενοι, τοῦ θρήνου μὲν παύσασθε, τοῦτον δ' αὐτῇ κλίνῃ προθύμως ἄραντες ἐμοὶ ἕπεσθε. Δείξω γὰρ ὑμῖν ἄνθρωπον ἐκ πείρας αὐτὸν ἐγνωκυῖα, ὃς τοῦ πένθους ῥᾳδίως ὑμᾶς ἀπαλλάξει σὺν πολλῷ τάχει τὸν δεσπότην ὑμῶν ἰώμενος. Πείθονται τοῖς ῥηθεῖσιν οἱ παῖδες, καὶ τὸν δεσπότην εὐθὺς ἄραντες πρὸς τῇ φυλακῇ τιθέασιν, ἔνθα ἦν Γρηγόριος. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ἐκεῖνος λάβρῳ πυρετῷ κατάκρας διακαιόμενον, οἰκτείρει τὸν ἄνδρα, καὶ τῆς κλίνης δάκρυα καταχέει. Φωνήσας δὲ αὐτὸν ἅπαξ καὶ δὶς, ὡς ἤδη καὶ ἡ φωνὴ καὶ τὸ φρονοῦν ἐκεῖνον ἐπέλιπε καὶ οὐκ εἶχεν οὐδὲν φθέγξασθαι, τὴν μὲν χεῖρα ἐπ' αὐτὸν ὁ θεῖος ἀνὴρ τίθησι, τὴν δὲ διάνοιαν ὅλην αἴρει πρὸς οὐρανὸν, καὶ δάκρυσι τό τε πρόσωπον, καὶ τὸν κατακείμενον βρέχων, δέεται τοῦ Θεοῦ. Παρεῖχε δὲ ἡ μὲν εὐχὴ τὸν ὕπνον, ὁ δὲ ὕπνος τῷ νοσοῦντι τὴν σωτηρίαν. Πέντε γὰρ καὶ εἴκοσιν ἡμέρας διατελέσας ἄϋπνος, ὕπνῳ τότε βαθεῖ συνεσχέθη. Τὰ δὲ παιδάρια, περὶ μεσας

αὐτῷ προσελθόντα νύκτας, εὗρον ὡς ὁ μὲν πυρετὸς ἀπελήλατο, ὁ δὲ νοσῶν ἔῤῥωτο· οἷς ὁ μακάριος παραινέσας Θεῷ τὴν χάριν τῆς θεραπείας ὁμολογεῖν, αὐτὸς ἔτι τῆς εὐχῆς καὶ τῆς ἀγρυπνίας εἴχετο. Περὶ δὲ τὰς ἑωθινὰς ᾠδὰς θυμιῶντι τῷ μακαρίῳ ἀνεπήδησέ τε ὁ Μαρκιανὸς τῆς κλίνης, καὶ παρ' ἑαυτοῦ τὸν ἰασάμενον κατανοήσας καὶ ἐπιγνοὺς προσέπιπτεν αὐτοῦ τοῖς ποσὶ καὶ περιεπτύσσετο τούτους· τὸν διὰ πραγμάτων αὐτὸν σώσαντα ῥήμασι χρηστοῖς ἀμειβόμενος, ἔπειτα δὲ ἑστὼς συνῇδεν αὐτῷ τῶν ὕμνων τὰ ἐπίλοιπα. Ἐπεὶ δὲ τέλος ἡ ὑμνῳδία ἐλάμβανε, καθεσθέντες εἰς λόγους ᾖεσαν. Ἐθαύμαζε δὲ ὁ Μαρκιανὸς οἵῳ συγκέκλειστο ὁ μακάριος τόπῳ, ὅπως τε ἄπνους καὶ ἀφεγγὴς ἦν, λίαν τὸν ἐνοικοῦντα λυπεῖν δυνάμενος. Καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους ὡμίλουν.

A noctibus assistebant, febrim recessisse, et ægrotum convaluisse repererunt. Hos vir sanctus monuit, de recepta sanitate gratias Deo habendas esse : ipse interim precibus ac vigiliis vacabat. Marcianum jucundus denuo somnus complexus est. Circa vero matutinas laudes, orante viro sancto, Marcianus lecto prosiliit, et qui se sanarat, ex se perspiciens atque cognoscens, ejus ad pedes provolutus, illos amplexabatur, verbisque quibus poterat gratiosis beneficium in se sanitatis, quod erat maximum, munerabatur. Subinde vero stans, laudes, quæ reliquæ erant, cum illo simul prosequebatur. Ubi vero dictio laudum finem accepit, sedentesque loqui cœperunt, mirabatur autem Marcianus, quonam modo vir beatus illic conclusus esset, et B quomodo silens carere sese lumine pateretur, cum alioqui observantem se, ibique inhabitantem gravissime posset offendere? Et hæc quidem illi invicem loquebantur.

ΜΗ'. Οἱ δὲ ἐπίσκοποι οἱ σύναμα Μαρκιανῷ παρὰ βασιλέως σταλέντες, ἐφ' ᾧ τὰ περὶ Γρηγορίου εἰς ἔρευναν ἀγαγεῖν, εἰς τὴν οἰκίαν ἥπερ τὸν σπαθάριον ἐξένιζε γεγονότες, ἐπεὶ οὐχ εὗρον αὐτὸν τεθνηκέναι ἤδη καὶ ταφῇ δοθῆναι τὸν ἄνδρα νομίσαντες, ᾔδεσαν γὰρ, τὸ τῆς θείας φάναι Γραφῆς, κραταιὰν εἶναι τὴν ἀῤῥωστίαν αὐτοῦ, συμφορὰν ἐποιοῦντο τὸ πρᾶγμα, καὶ θρήνοις εἴχοντο, τόν τε φίλον ἀποκλαιόμενοι, καὶ ἅμα τὸ μὴ μετρίως οἴσειν τὸν βασιλέα, ἐν προσθήκῃ τῆς συμφορᾶς τιθέμενοι. Οὕτω τῶν ἀνδρῶν ὀλοφυρομένων, ἰδοὺ καὶ τῶν θεραπόντων τοῦ σπαθαρίου εἷς, δρόμῳ τῆς φυλακῆς παραγεγονὼς λύει τὸν θρῆνον εὐάγγελος αὐτοῖς φανεὶς, καὶ πάντα ἑξῆς εἰπὼν τόν τε ἰασάμενον καὶ τὸν τῆς ἰάσεως τρόπον, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν τόπον ἔνθα καὶ νῦν ἔτι, φησὶν, ὑπάρχει τῷ ἰασαμένῳ προσομιλῶν. Οἱ δὲ, ταῦτα ἀκούσαντες, τάχει πολλῷ πρὸς τὴν φυλακὴν ἔθεον· εἶτα καὶ ἔνδον γενόμενοι εὑρίσκουσιν μὲν ἄμφω μετὰ Μαρκιανοῦ τὸν μέγαν συγκαθεζόμενον. Ἐπιγνόντες δὲ τοῦτον εἰς γῆν παρὰ τοὺς αὐτοὺς πόδας πίπτουσι, καὶ συμμερισταὶ τῆς ἀρετῆς αὐτῷ καὶ τῆς παρὰ Θεοῦ εὐχῆς γενέσθαι εὐξάμενοι, παρεκαθέζοντο καὶ αὐτοὶ, τά τε ἄλλα τὸν Γρηγόριον ἐκπληττόμενοι, καὶ ὅπως ὁ τοιοῦτος πρός τε τὴν συκοφαντίαν πρᾶος· οὕτω διέκειτο καὶ τὸ ζοφῶδες ἐκεῖνο καὶ σκοτεινὸν βάραθρον ὡς περικαλλῆ τινα θάλαμον ᾤκει. Ἤροντο οὖν, πόσος αὐτῷ τοῖς δεσμοῖς ἤδη χρόνος διῆλθε· καὶ μαθόντες ὅτι δύο ἔτη καὶ μῆνας τέσσαρας, ἐδυσχέραινόν τε καὶ πολλὴν τοῦ πάππα ὠμότητα κατεγίνωσκον.

XLVIII. Porro episcopi, qui ab rege cum Marciano missi fuerant, ut Gregorii causam quæstioni atque judicio subderent, domum ubi Marcianus diversabatur profecti, cum illum minime invenissent, supremo fato concessisse, hominemque sepulcro conditum existimantes, sciebant enim (ut verbis utar Scripturæ) ægritudinem ejus gravem esse : tulerunt graviter et acerbe, luctuque ac squalore obsiti, amici obitum deflebant. Ad quam quidem calamitatem non exiguam accessionem faciebat, quod arbitrabantur hoc regem inique admodum esse laturum. Cumque ita viri isti mœrore conficerentur, ecce tibi unus ex Marciani C ministris, cursu recta custodiam petens dolorem omnem abstersit, lætum illis nuntium afferens, dum omnia tum medicum, tum curationis modum sigillatim percenset, addens etiam locum, ubi etiamnum mutuo loquebantur. His auditis, ad custodiam multa celeritate contendunt; quo cum pervenissent, ingressi, ambos virum eximium cum Marciano sedentem offendunt. Ipsum autem agnoscentes, juxta pedes illius humi procumbunt, rogantes, ut qui communem cum illo a Christo potestatem accepissent, precationis quoque efficacia potirentur. Assederunt et illi, Gregorium cum aliis de causis admirati, tum quod tam mansuetum ad calumnias se præstaret, tum etiam quod obscurus ille ac tenebrosus carcer thalamo cuidam pulcherrimo persimilis videretur. Interrogantes igitur, ex D quo tempore in vincula fuisset conjectus, unum atque alterum annum, quatuor præterea menses esse intellexerunt. Quod illi ægre admodum tulerunt, nimiamque pontificis crudelitatem improbarunt.

ΜΘ'. Ὡρμημένους δὲ αὐτοὺς καὶ τῆς φυλακῆς ἐξάγειν τὸν ἅγιον ἐκεῖνος ἐπέσχε· « Μή τινα, φησὶ, ἡμεῖς τε τοῖς κατηγόροις λαβὴν δῶμεν, καὶ αὐτοὶ ἑαυτοῖς μῶμον προστρίψησθε. » Ἔνθεν παραγίνονται πρὸς τὸν πάππαν ἅμα Μαρκιανῷ. Καὶ οὕτως αὐτῷ πάντα τὰ τοῦ θαύματος διεξῄει, οἷα τε νόσος αὐτὸν εἶχε καὶ πρὸς τὸν θάνατον ἤλαυνε, καὶ ἧς ἔτυχε παρ' αὐτοῦ θεραπείας. Τὸν δὲ ἀκούσαντα, μετάνοιά τε εἰσῄει, καὶ τῶν εἰς τὸν ἅγιον προπετῶς

XLIX. Cæterum cum ii virum sanctum carcere emittere molirentur, ipse prohibuit, idque se, ne quam accusatoribus ansam præberet, facere dictitabat, neve vituperationis alicujus ipsi sibi notam inurerent. Pontificem subinde cum Marciano petunt, qui ordine omnem illi miraculi seriem edisserit, quemadmodum in morbum, quo prope exstinctus est, ipse incurrerat, qualemque fuerit ab ipso curationem assecutus. Hæc illum audientem

A pœnitentia secuta est, et quæ in virum sanctum temere admiserat, sui acerrimus accusator factus, reprehendebat, faciemque simul cum consilio mutavit. Vidisses illum animo vehementer esse commotum, graves a se, tanquam ejus criminis auctore, pœnas exigere. Quoniam vero cum accusatores anteverterunt, Agrigentini quoque tum principes civitatis, tum plebei quamplurimi, cujuscunque ordinis viri frequentes una simul sincera fide obligati advenerant: audientes ubinam vir sanctus vinctus detineretur, ad illum maturant celeriter proficisci, et tanquam filii charissimi eum qui sibi pro tempore dilectissimus Pater exstiterat, intuentes, majori quo poterant honore ac reverentia prosequebantur. Sed cum omnes ejus circumplecti B aut tenere pedes nequirent, longe positi se inclinabant, et tum verbis, tum lacrymis solum illud venerabantur, nimiamque in illum amoris vehementiam præ se ferebant dicentes: Pater, pontifex et servator, ne nos deseras, neque nobis paucorum pravitas universæ multitudini fraudi aut vitio detur. Multus nunc tui causa luctus, urbem immutavit. Lugent orphani, tristantur viduæ, pauperes lamentantur. Qui corpore sunt male constituto, quique animum male affectum habent, alii patrem, alii præsidem et patronum, nonnulli benefactorem, plurimi tum animi tum corporis medicum inquirunt et repetunt. Et hæc quidem est præsens civitatis facies, quæ tanquam ingenti terræ motu concussa, vel turribus jure belli dejectis, despe- C cta jacet. Hæc, si te in urbis conspectu dederis, omnia restitues. Illi autem, tantum si volueris, illucesces. Nos siquidem omnes tecum vivere, tecum mori parati sumus. Hæc quidem multitudo, uti impotenti illius flagrans desiderio, dicebat.

εἰργασμένων σφοδρῶς ἑαυτοῦ κατήγορος ἦν, καὶ ἅμα τῇ γνώμῃ καὶ τὴν μορφὴν ἠλλοιοῦτο· καὶ δῆλος ἐγίνετο μεγάλα τὴν ψυχὴν πληττόμενος, καὶ βαρείας ὑπὸ τοῦ συνειδότος εἰσπραττόμενος τὰς εὐθύνας. Ὡς δὲ καὶ κατέλαβον οἱ κατήγοροι, ἧκον δὲ καὶ τῶν Ἀκραγαντίνων διαπεράσαντες συχνοὶ μὲν τῶν ἀρχόντων, συχνοὶ δὲ καὶ τῶν ἀρχομένων, καὶ ὅσον ἦν καθαρὸν τῆς συνωμωσίας, μαθόντες ἐν ᾧ ἦν ὁ ἅγιος καθειργμένος, σπουδῇ πρὸς αὐτὸν ἀφικνοῦνται, οἷα φίλτατοι παῖδες φίλτατον καὶ διὰ χρόνου πατέρα θεώμενοι, καὶ πολλὴν ὅτι πρὸς αὐτὸν ἐπιδεικνύντες αἰδῶ. Ἐπεὶ δὲ μὴ πάντες περιβαλεῖν μηδὲ κρατεῖν τοὺς αὐτοῦ πόδας ἴσχυον, πόῤῥωθεν ἔπιπτον καὶ τὸ ἔδαφος προσεκύνουν, ῥήμασί τε καὶ δάκρυσιν ὡς ἐνὸν τὸ φίλτρον παραδηλοῦντες, Ὦ πατὴρ, λέγοντες, ὁ ἀρχιερεὺς, ὁ σωτὴρ, μὴ καταλίπῃς ἡμᾶς, μηδὲ τῆς ὀλίγων κακίας καὶ τὸ σύμπαν ἡμεῖς πλῆθος παραπολαύσωμεν. Πολὺς νῦν ἕνεκεν σοῦ περιέστηκε θρῆνος τὴν πόλιν, ὀδύρονται δὲ χῆραι, ὀδύρονται μὲν ὀρφανοὶ, ὀδύρονται πένητες οἱ τὸ σῶμα μαλακῶς, οἱ τὰς ψυχὰς κακῶς ἔχοντες, οἱ μὲν τὸν πατέρα, οἱ δὲ τὸν προστάτην, οἱ δὲ τὸν εὐεργέτην, οἱ δὲ τὸν τῶν ψυχῶν ζητοῦντες καὶ σωμάτων θεραπευτήν· καὶ νῦν τὸ σχῆμα τῆς πόλεως, ὡσπερεὶ σεισμῷ μεγάλῳ κατασεισθείσης, ἢ τοὺς πύργους πολέμου νόμῳ καταβληθείσης. Ταῦτα πάντα λύσεις ἐπιφανείς· ἐπιφανήσει δὲ πάντως, εἰ καὶ μόνον βούλει· ὡς ἴδε καὶ ἡμεῖς πάντες σὺν σοὶ καὶ θανεῖν ἕτοιμοι. Ταῦτα μὲν τὸ πλῆθος οἷα σφόδρα διακαῶς αὐτοῦ ἔχοντες.

L. Coacto vero ad ædem divi Hippolyti concilio, qui locus proximus erat carceri, aderant prope centum ac quinquaginta episcopi, quorum nonnulli ab Oriente venerant, inter quos Constantinus a libellis magni archipræsulis vices obibat. Indigenæque monachi omnes in ordinem redacti, ordo item Ecclesiæ universus, necnon reliqua fere omnis urbis multitudo, illuc confluxerat. Omnino autem Marcus, ac alii præterea quinque sacerdotes, qui Gregorium accersant, eumque judicio concilii sistant, destinantur. Qui cum præsto adfuisset, in terram ter se inclinans, reorum more substitit. D Porro præsules quicunque paulo clementiores erant, dum quæ agerentur, intuebantur, lacrymis oculos perfundebant. Impuri quoque delatores una cum Sabino ac Crescentino, decem supra centum assistebant, quos pontifex max. more jus dicentium interrogavit, numquidnam haberent, quod Gregorio possent vitio vertere, quodque crimini nomen esset. Illi lasciviam atque libidinem objicere asseverabant. Quorum orationem pontifex interpellans: Vosne (inquit) ipsi vidistis, an mulierem id audistis dicentem? Illi vero commenti principium ordientes: Nos quidem (dixerunt) cum ingrederemur ad ipsum, Deum de more circa auroram laudaturi et adoraturi, hancque in ejus lecto cubantem invc-

Ν'. Τῆς δὲ συνόδου ἔγγιστα τοῦ δεσμωτηρίου πρὸς τὸ τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου συναθροισθείσης ναῷ, παρῆσαν μὲν ἐπίσκοποι σχεδὸν ἀμφὶ τοὺς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, πρὸς δὲ τούτοις καί τινες τῶν ἐκ τῆς Ἑῴας παρῆσαν, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ χαρτοφύλαξ τὴν τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως χώραν ἀποπληρῶν, καὶ ὅ τι περ τῶν ἐγχωρίων μοναχῶν ἔγκριτον, καὶ ὁ κλῆρος δὲ ἅπας, καὶ ὁ λοιπὸς ὅλως σχεδὸν ὄχλος τῆς πόλεως. Στέλλονται δὲ παρὰ τὸν Γρηγόριον ὅτε μοναχὸς Μάρκος καὶ ἕτεροι τῶν ἱερέων πέντε, τοῦτον ὡς τὴν σύνοδον ἀγαγεῖν. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἀφίκετο, τρίτον ἐπὶ τὴν γῆν προσκυνήσας, ἔστη κατὰ νόμον τῶν κρινομένων· δακρύων δὲ ἐπληροῦντο τοὺς ὀφθαλμοὺς ὅσοι τῶν ἱερέων ἦσαν θεοφιλέστεροι. Παρειστήκεσαν δὲ καὶ οἱ μιαροὶ συκοφάνται σύναμα Σαβίνῳ καὶ Κρισκεντίνῳ δέκα τὸν ἀριθμὸν πρὸς τοῖς ἑκατὸν ὄντες· οὓς δῆτα ὁ πάππας προσκαλεσάμενος, ἤρετο καθὰ δὴ τοὺς δικάζοντας θέμις, κἂν εἰδότες τὰς ἐγκλήσεις τυγχάνωσιν ἐφ' ᾧ τε Γρηγορίου κατηγοροῖεν, καὶ τί τὸ τοῦ ἐγκλήματος ὄνομα. Οἱ δὲ, πορνείαν αὐτῷ ἐπικαλεῖν ἔφασαν. Καὶ ὁ πάππας ὑπολαβὼν, Πότερον δὲ ὑμεῖς αὐτοὶ, φησὶ, ἑωράκατε ἢ τῆς γυναικὸς λεγούσης ἠκούσατε; Κἀκεῖνοι λοιπὸν τοῦ πλάσματος ἀρχὴν ποιούμενοι, Ἡμεῖς μὲν, εἶπον, εἰσῄειμεν παρ' αὐτὸν τὰ συνήθη περὶ τὴν ἕω προσεροῦντες καὶ προσκυνήσοντες· εὑρόντες δὲ ταύτην ἐν

τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ κειμένην, κατέσχομεν. Ἡ δὲ, κατὰ τὸ εἰκὸς, ἀνακρινομένη, ἡμῖν τε τὸ πρᾶγμα φανερὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ ἐξάρχῳ πολλῶν παρόντων κατέστησε τούτων ἡμεῖς πλέον ἴσμεν οὐδὲν, ἢ ὅτι ἐξ ἐκείνου πονηρῷ πνεύματι κάτοχος γενομένη διὰ τὸ τολμηθὲν αὐτοῖς ἄγος, δεινῶς εἰς ἔτι καὶ νῦν βασανίζεται. Οὕτως οἱ γόητες καὶ δεινοὶ τοῦ δεινοῦ δαίμονος μιμηταὶ, δι' ὧν αὐτοὶ μᾶλλον συκοφαντοῦντες ἑάλωσαν, διὰ τούτων αὐτῶν κρατύνειν, τὴν συκοφαντίαν ἔγνωσαν.

ΝΑ'. Ἀλλ' οἱ τῶν ἱερέων ἰσχυροὶ προστάται τῆς ἀληθείας, αὐτίκα τὸ ψεῦδος φωράσαντες, Καὶ μὴν, εἶπον, εἰ ταῦτά γε ἀληθῆ, τοὐναντίον ἔδει μᾶλλον γενέσθαι· καὶ σιωπῶσαν μὲν τὸ ἄγος καὶ ἀρνουμένην ἰσχυρῶς αὐτὴν διὰ τοῦ δαίμονος παρὰ τῆς δίκης ἐτάζεσθαι, ὁμολογούσης δὲ καὶ συγγνώμην αἰτούσης ὅ τε Θεὸς ἀνῆκεν ἂν τὴν ὀργὴν, καὶ ὁ δαίμων εἰ καὶ προλαβὼν ἔτυχεν εἰσελθεῖν, ἀπελήλατο. Οὕτως εὖ καὶ καλῶς αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς τὴν συκοφαντίαν σφήλαντες, ἄγουσιν εἰς μέσον καὶ τὴν κόρην αὐτήν. Ἡ δὲ ἔστη ἤδη κλονουμένη καὶ ἀλλοιουμένη τὸ πρόσωπον· διὸ καὶ τὸ ταύτην ἐρωτῆσαι παρέντες, ἐπὶ τὸν Γρηγόριον μετέβαινον οἱ κατήγοροι, ταῖς ἐρωτήσεσι ἔξωθεν ἐντρέπειν αὐτὸν βουλόμενοι. Ὁ δὲ μέγα στενάξας, τὰ τοῦ Δαυῒδ ἀπεκρίνατο· « Ἀναστάντες μοι μάρτυρες ἄδικοι ἃ οὐκ ἐγίνωσκον ἠρώτων με, ἀνταπεδίδοσάν με πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν. » Ἅμα δὲ τῷ ταῦτα εἰπεῖν, ῥήσσεται ἡ κόρη χαμαὶ, καὶ εἴπερ ποτὲ διασπαραχθεῖσα τῷ συνέχοντι δαίμονι, ἔκειτο πρὸς τοῖς ποσὶ τοῦ μακαρίου κυλινδουμένη, καὶ ἀφρὸν τοῦ στόματος ἀποβλύζουσα. Ὁ μέντοι θεῖος Γρηγόριος, τῶν ἐχθρῶν μαθὼν ὑπερεύχεσθαι, τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς εἰς οὐρανὸν, τὸν δὲ νοῦν ἄρας εἰς τὸν οὐρανοῦ ποιητὴν καὶ ἡσυχῇ τὰ καρδίας χείλη κινῶν, ἐδέετο τοῦ Θεοῦ μέγα στενάζων, καὶ πάντα ἠτένιζον ὡς αὐτόν. Μετὰ δὲ τὴν εὐχὴν πρὸς τὴν κόρην στρέψας τοὺς ὀφθαλμοὺς, Ἐν τῷ ὀνόματι, φησὶ, τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς αὐτοῦ κελεύσμασιν εἴκων ἔξελθε, δαῖμον ἀκάθαρτε, ὡς ἂν σωφρονοῦσα ἡ κόρη τἀληθὲς περὶ ἐμοῦ φθέγξηται. Παρ' αὐτίκα δὲ σπαράξαν αὐτὴν τὸ πνεῦμα ἐξῆλθε, καὶ αὐτὴ ὡσεὶ νεκρὰ ἦν.

ΝΒ'. Εὐθὺς οὖν ὁ Γρηγόριος λαβόμενος αὐτὴν τῆς χειρὸς ἀνιστᾷ, καὶ σταθεῖσαν ἠρώτων, τοῦ λόγου διὰ τοῦ χαρτοφύλακος γινομένου, ἠρώτων δὲ τί ὄνομα ταύτῃ, καὶ εἰ γνώριμος αὐτῇ ὅλως ὁ τῆς Ἀκραγαντίνων ἐπίσκοπος. Ἡ δὲ Εὐδοκίαν μὲν ἔφη καλεῖσθαι, γνωρίζειν δὲ καὶ ἀκριβῶς ἐκεῖνον· πολλάκις γὰρ ἰδεῖν αὐτὸν ἔφασκε διερχόμενον καὶ τοὺς πτωχοὺς τῆς πόλεως καὶ ἀῤῥώστους ἐπισκεπτόμενον, ταῖς τε χήραις καὶ τοῖς ὀρφανοῖς τὰ πρὸς τροφὴν παρεχόμενον, Ὅτε κἀγὼ, φησὶν, ἡ ἀθλία, μία τῶν παρ' αὐτοῦ ἐλεουμένων ἐτύγχανον. Ἠρώτων δὲ πάλιν, καὶ εἰ καθ' ἡδονὴν ἔγνω τὸν ἄνδρα. Ἡ δὲ, ἐνταῦθα πικρόν τε λίαν καὶ ὀδυνηρὸν ἀνοιμώξασα, καὶ δακρύων τοὺς ὀφθαλμοὺς πλήσασα, εἰς ἐπήκοον πάντων ἀνέκραγε· Ζῇ Κύριος, οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρω-

A nissemus, comprehendimus. Cæterum ipsa quoque, ut par erat, quæsita, rem nobis atque adeo exarcho ipsi, multis præsentibus, perspicuam fecit. Horum nos nihil aliud scimus, nisi quod ex quo tempore tam indignum scelus admisit, spiritu illa nequam percita, hucusque gravissime torquetur. Ita audaces ac protervi, subdolique versuti dæmonis imitatores, quibus artibus ipsi calumniam texentes plurimum capere ac irretire consueverant, iisdem ipsi mendacium munire suum cogitaverant.

LI. At præsules illi, præstantes invictique veritatis propugnatores : Hæc profecto si vera essent, aiebant, contrarium magis sequi oportebat, ac scelus quidem celantem et inficiantem sæve a dæmone pro pœna supplicioque torqueri, a confitente vero B crimenque deprecante, et Deum iram cohibere, et dæmona, etiamsi prior invaserat, abigi consentaneum erat. Sic apte porro dum aperire sese volunt, sua ipsi calumnia lapsi magis induunt. Tum ipsam puellam, quæ adhuc faciem immutata a dæmone vexabatur in medium statuunt. Hanc delatores interrogari permittentes, ad Gregorium sese recipiunt, ut illum quæstionibus objectis confunderent. At ille multum suspirans, Davidis illa verba respondit : « Insurgentes adversum me testes iniqui, quæ ignorabam objecerunt mihi; mala mihi pro bonis rependebant [11]. » Quæ simul ac dixisset, puella humi trahitur, et a dæmone ut cum maxime laniata, juxta viri sancti pedes projecta, ex ore C spumam emittens, volutabatur. Gregorius vero, ut qui bene inimicis precari didicerat, oculos quidem in cœlum, mentem vero ad cœli Opificem tollens, ac labra cordis silentio movens, Deum imis singultibus obsecrabat, tumque omnes in illum oculos intendebant. Post preces autem puellæ oculos adjiciens : In nomine, inquit, Domini et Servatoris nostri Jesu Christi, ejus mandatis obtemperans, exi, dæmon impurissime, ut puella resipiscens, verum de me fateatur. Porro spiritus, cum eam prius dilaniasset, confestim egressus est, ipsaque non secus ac mortua jacebat.

LII. Gregorius igitur statim manu apprehensam erigit, ac stantem, verba quæ Constantinus fecerat, D interrogavit, quodnam esset illi nomen, isque illi cognitus omnino esset Agrigentinorum urbis episcopus. Illa Eudociam appellari se, illum vero probe cognitum habere dixit, quandoquidem sæpenumero gradientem, ac mendicos civitatis invisentem, viduis item ac orphanis victui necessaria suppeditantem viderat : Quando et ipsa, inquit, infelix una ex iis, quibus ab eo benigne fiebat, exsistebam. Rursus autem interrogabant, num amatorie illum agnovisset. Hic illa amare ac miserabiliter ingemiscens, oculos suffusa lacrymis, voce ita ut omnes exaudirent, inclamavit : Juro tibi, per Dominum Deum, me nunquam homini

[11] Psal. xxxiv, 11, 12.

illi in voluptate fuisse. Sed isti (Sabinum ac Crescentinum indicans), isti, inquam, me magna pecunia decipientes, pro testimonio in virum sanctum dicere persuaserunt : quibus Dominus ob hæc, quæ circa me injustissime cogitarunt, rependit, ut animæ quidem interitu, corpore vero insania exitiabili duos jam annos, menses sex implicati tenerentur. Hæc effata, episcopos omnes circumspiciebat. Videns autem Gregorium, ipsumque cognoscens, festinanter sese illius ad pedes projecit, lugensque vehementer, voces maxime miserabiles emittebat, deceptionem, calumniamque in virum sanctum multum deflens, veniam sibi dari flagitabat. Ille luctum ejus miseratus, eamdemque illi animi affectionem inesse cernens : Peccata quidem condonare (inquit), o mulier, non nostrum, sed solius est Dei. Horum igitur ille itemque omnium, tibi veniam dare potest. Ego vero, quæ meæ partes sunt, pro te orabo, et tibi, quæ in me peccasti, libens remittam. Idemque illico in preces incubuit, Deusque illi propitius fuit, mox manu illam apprehendens, erexit.

LIII. Dum hæc aguntur, admiratione omnes stupefacti, Gregorio tanquam supra humanam naturam evecto, in posterum hærebant. Hunc exitum illo die lis et contentio nacta est; in hisque concilio dimisso, mulierem clementia judicum inultam habuit; delatores vero in medium statuunt, ut gravius illis supplicium pontifex maximus irrogaret. Indignabatur enim se ab illis pariter esse deceptum. Proinde illos primum offensis animis et gravissimis verbis excepit, ac cum alia ipsorum acta persecutus, tum in primis multa ac varia Gregorii miracula, quæ fuerant in oculis eorum edita, illis graviter exprobrabat; ac ut a principio quidem sanctum Spiritum ejus caput adumbrantem, postea vero surdo eidemque muto sanitatem afferentem viderant, alia præterea, quæcunque vir vere divinus admirabiliter præstitit, percensebat, in ipsumque præsertim Sabinum acrius invehebatur, cui neque filiæ curatio lignam compescuit, nec a maledicentia vindicavit, quin potius tam tulisset acerbe, ut virum de se optime meritum, totque curationum beneficia ingratitudine ac contumelia compensaret. Hæc ille locutus, jussit Felicem episcopum omnia, quæ tum viderat, cum ad virum sanctum in sede collocandum est missus, singulatim percensere. Felicem igitur omnia narrantem cum episcopi audissent, admiratio illos ac stupor invasit; nihil enim horum unquam audierant.

LIV. Cæterum delatores nihil habentes, in quo vel os possent ad hæc aperire, ad luctum ac lacrymas confugientes, illa quovis sermone veriora, ad maledicentiam ac contumeliam detegendam affirmabant. Quamobrem conscripti Patres illos inter se disgregant, et alios quidem ex imperita multitudine ad octoginta ab una parte constituunt, Ecclesiæ vero ministros, sacrisque solum initiatos, ad tri-

A πον ουτως, ἀλλ' οὗτοι δείξασα Σαβίνον καὶ Κρισκεντῖνον, οὗτοί με, φησὶ, χρήμασιν ἱκανοῖς δελεάσαντες τοῦ ἁγίου κατειπεῖν ἀνέπεισαν, οἷς ἀνταποδῴη Κύριος ἀδικώτατα περὶ ἐμὲ διανοηθεῖσι, καὶ τὴν μὲν ψυχὴν ἀπωλείᾳ, τὸ δὲ σῶμα δαιμονικῇ περιβαλοῦσι μανίᾳ χρόνοις ἤδη δυσὶ πρὸς μησὶν ἕξ. Ταῦτα εἰποῦσα καὶ ἅμα πάντας περιβλεψαμένη τοὺς ἐπισκόπους, θεασαμένη τε τὸν Γρηγόριον καὶ ἐπιγνοῦσα αὐτὸν, δρόμῳ πίπτει πρὸς τοὺς αὐτοῦ πόδας, δακρύουσά τε ἀκατασχέτως καὶ οἰκτροτάτας ἀφιεῖσα φωνὰς πολλά τε μετακλαίουσα τῆς ἀπάτης καὶ τῆς εἰς τὸν ἅγιον συκοφαντίας συγγνώμην ἐξαιτουμένη. Ὁ δὲ πρὸς οἶκτον ἰδὼν καὶ συμπαθὲς αὐτῇ βλέψας, Τὸ μὲν ἀφιέναι, φησὶ ἁμαρτίας οὐχ ἡμῶν, ἀλλὰ μόνου, γύναι, τοῦτο Θεοῦ. Αὐτὸς οὖν δυνατός ἐστι
B καὶ τούτων καὶ πάντων ὁμοῦ δοῦναί σοι τὴν συγχώρησιν. Ἐγὼ δὲ τό γε ἐμὸν μέρος καὶ ὑπερεύξομαί σου καὶ συγγνώμην νεμῶ, καὶ ἅμα ἐπηύχετο καὶ ἱλεοῦτο τὸ θεῖον ἑαυτῇ· εἶτα καὶ τῆς χειρὸς λαβόμενος ἤγειρεν.

ΝΓ'. Ἔκστασις δὲ πάντας ἐλάμβανε, καὶ ὡς κρείττονι λοιπὸν ἢ κατὰ ἄνθρωπον Γρηγορίῳ προσεῖχον. Τοιοῦτον κατ' ἐκείνην ἡμέραν τοῦ ἀγῶνος πέρας λαβόντος, καὶ ἐπὶ τούτοις τοῦ συλλόγου διαλυθέντος, τὴν ἑξῆς τῶν ἐπιτιμίων οἱ δικάζοντες ἐποιοῦντο, καὶ ἄγουσι τοὺς κατηγόρους εἰς μέσον. Καὶ ὁ πάππας, ἵνα γε καὶ βαρυτέραν ἐπενέγκῃ τὴν τιμωρίαν, ἐχαλέπαινε γὰρ ἐφ' οἷς καὶ αὐτὸς ὑπ'
C αὐτῶν ἠπατήθη, σφοδρότερον τὸν πρὸς αὐτοὺς κατέτεινε λόγον, τά τε ἄλλα αὐτῶν κατατρέχων καὶ μάλιστα τὰ πολλὰ αὐτοῖς θαύματα τοῦ Γρηγορίου προσονειδίζων, ἅπερ ἐν ὀφθαλμοῖς ἐκείνων πραττόμενα, καὶ ὅπως κατ' ἀρχὰς μὲν τὸ θεῖον Πνεῦμα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπεσκιάσαν ἑώρων, μετὰ ταῦτα δὲ τῷ κωφῷ καὶ ἀλάλῳ μάλα ῥᾳδίως τὴν ἴασιν παρεχόμενον, καὶ τἄλλα ὅσα παραδόξως τῷ ἀληθῶς ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ διαπέπρακτο. Μάλιστα δὲ πολὺς ἦν τοῦ Σαβίνου κατηγορῶν, ὅτι μηδὲ ἡ τῆς θυγατρὸς αὐτῷ ὑγεία τὴν γλῶτταν ἐπέσχε, μηδὲ τοῦ βλασφημεῖν ἔπαυσεν, ἀλλ' οὕτως ὠδίνησε πικρῶς μετὰ τῆς ἀγνωμοσύνης καὶ τὴν συκοφαντίαν, καὶ θεραπείαις τοιαύταις τὸν εὐεργέτην ἠμείψατο. Ταῦτα
D μὲν αὐτὸς ἔλεγεν· Ἐκέλευε δὲ καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Φήλικι πάντα κατὰ μέρος εἰπεῖν, ὅσαπερ αὐτὸς ἴδοι, ὁπότε δὴ καὶ ἀπεστάλη τῷ τῆς ἐπισκοπῆς θρόνῳ ἐγκαθιδρύσαι τὸν ἅγιον. Τοῦ γοῦν Φήλικος πάντα διηγουμένου ἀκούοντες οἱ ἐπίσκοποι ἐκπλήξει καὶ ἀπορίᾳ κατείχοντο. Οὐδὲν γὰρ οὐδέπω τούτων ἀκηκοότες ἐτύγχανον.

ΝΔ'. Οἱ κατήγοροι δὲ, πρὸς ταῦτα μηδὲν ἔχοντες ἐφ' ᾧ ἂν καὶ στόμα ἀνοίξαιεν, εἰς θρήνους κατέφευγόν τε καὶ δάκρυα, πιστότερα ταῦτα παντὸς λόγου, πρὸς τὴν τῆς συκοφαντίας ἀποδιδόντες ὁμολογίαν. Διαιροῦσι τοίνυν αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων οἱ τῆς συνόδου, καὶ τοὺς μὲν τοῦ λοιποῦ πλήθους εἰς ὀγδοήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὄντας ἐν μέρει στῆναι κελεύουσι, τοὺς δὲ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κλήρου εἰς τριάκοντα καὶ μόνον

A τελοῦντας ἑτέρωθι· Σαβίνου δὲ καὶ Κρισκεντίνου ὑπερορίαν καταψηφίζονται, ὡς τὸν μὲν εἰς Θρᾴκην, τὸν δὲ εἰς Ἱσπανίαν παραπεμφθῆναι· εἰς Ῥάβενναν δὲ τοὺς τοῦ κλήρου πάντας διασπαρῆναι. Καὶ τὰ μὲν τῶν ἐκκλησιαστικῶν οὕτως· τὰ δέ γε τῶν λαϊκῶν ὁ σπαθάριος ὑπῆρχε κολάζων, νῦν μὲν δεσμωτηρίῳ αὐτοὺς ἐγκλεισθῆναι κελεύσας, μετὰ δὲ καὶ τιμωρίαις διαφόροις ὑποβληθῆναι. Τῶν στρατιωτῶν τοίνυν κατασχόντων αὐτούς, εἰς δάκρυα καὶ οἰμωγὰς πάλιν ἐτράποντο, καὶ θερμῶς ἀνεκαλοῦντο τὸν ἅγιον, τὸν δὲ ἀκούσαντα καὶ πλέον ἢ εἴπερ αὐτὸς ἦν ὁ ταῦτα παθεῖν μέλλων τὴν ψυχὴν διαταραχθέντα, οἶκτόν τε εὐθέως ἐλάμβανε, καὶ δάκρυσι τὰς παρειὰς κατέβρεχε, καὶ τὸ πρόσωπον τύπτων, ποτὲ μὲν αὐτοῦ τοῦ πάππα προσεκύνει τοὺς πόδας, ἄλλοτε ἄλλον ἐπῄει τῶν ἐπισκόπων καὶ τοῖς ποσὶν ἐκθύμως αὐτῶν ὑποκατεκλίνετο, B Μηδαμῶς, λέγων, μὴ δι' ἐμὲ, ὦ πατέρες, τοσαύτη περιβληθεῖεν οἱ ἄνθρωποι συμφορᾷ· ὡς ἔγωγε τιμωρίαν τοῦτο καὶ οὐκ ἐκδικίαν εἶναι τῶν πεπραγμένων λογίζομαι, ἐμοὶ γὰρ τοῦτο μόνον ἀρκοῦν, ὅτι με ὁ Θεὸς μυρίων ἐγκλημάτων ὑπόδικον ὄντα ἀφῆκε τῆς δίκης, καὶ οὐκ ἀπεκάλυψεν οὕτω κατεστιγμένον ὑπάρχοντα καὶ διεφθορότα.

ΝΕ'. Ὁ δὲ τῶν ἐκδικήσεων Κύριος οὐκ ἀμελὴς ἦν τοῦ δικαίου ἐκδικητής. Ὡς γὰρ τῇ τοῦ μεγάλου παρακλήσει τοῖς στρατιώταις κεκέλευστο ἀφεῖναι τῆς καταδίκης τοὺς ὑπευθύνους, καὶ αὐτοὶ ἅμα συναθροισθέντες ἔστησαν. Ἄφνω ποθὲν λαῖλαψ καὶ C σκότος καὶ ἄνεμος τῆς γῆς ἀναφυσηθεὶς περιέσχε τοὺς ἀθλίους, καὶ γνόφῳ βαθεῖ τὰς ὄψεις περιεκάλυψεν, ὥστε καὶ δοκεῖν διαστᾶσαν τὴν γῆν ἐν ἑαυτῇ, καθὰ πάλαι Δαθὰν καὶ Ἀβηρὼν, καὶ τούτους τοὺς δυστυχεῖς περισχεῖν. Οἱ δὲ παρόντες, ταῦτα ὁρῶντες, τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἔτεινον, οὐδὲν αὐτοὺς τῶν Σοδομιτῶν ἐλπίζοντες πείσεσθαι μετριώτερον. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τοῦ γνόφου ἐκείνου καὶ τῆς θυέλλης διαλυθείσης, μέλανες πάντες ἑωρῶντο τὸ πρόσωπον, πλὴν οὐ πάντες ἐπ' ἴσης, ἀλλ' οἱ μὲν τῶν παρειῶν τὴν ἑτέραν, οἱ δὲ καὶ ἄμφω μελανθείσας ὁμοίως, Σαβίνου δὲ καὶ Κρισκεντίνου, οὐ τὰ πρόσωπα μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ χείλη πελιδνωθέντα παρείθη, ὡς μήτε συσφίγγειν αὐτὸ μήτε μὴν λαλεῖν ὅλως δύνασθαι· οὕτω πικρῶς ἡ δίκη τοὺς ἀδίκους μετῆλθεν. D Ἡ δέ γε σύνοδος περίφοβοι γεγονότες ἀνέκραγον· Νῦν ἐγνώκαμεν ὅτι ἔσωσε Κύριος τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπήκουσεν ἐξ οὐρανοῦ ἁγίου αὐτοῦ· ἐν δυναστείαις ἡ σωτηρία τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ. Ταῦτα εἰπόντες, τῶν τοῦ Γρηγορίου γονάτων εἴχοντο, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν θερμῶς ἐδέοντο· ὁ δὲ τοὐναντίον μᾶλλον αὐτὸς ἑκάστου τοῖς ποσὶ προσπίπτων ἀθλιώτατον πάντων ἑαυτὸν ἀπεκάλει, καὶ αὐτὰ δὴ τὰ τοῦ Δαυῒδ ἐφθέγγετο ῥήματα· « Ἐγώ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. »

ΝϚ'. Τούτων οὕτω τελεσθέντων ὑπ' ὄψιν παραστήσας τοὺς κατηγόρους ὁ πάππας, Ἰδού, φησίν,

ginta ab altera stare jubent. Atqui Sabino ac Crescentino exsilii multa stetit, ut hic quidem in Thraciam, ille vero in Hispaniam exsules mitterentur. Cæteri vero Ecclesiæ ministri Ravennam relegati sunt. At quæ ad Ecclesiam pertinebant, ita peracta fuere. De profanis vero cognoscere ac judicare Marcianus est jussus. Qui eos statim in carcerem conjiciendos, variisque cruciatibus subjiciendos imperavit. Quare cum illos milites raperent, lacrymis ac lamentis denuo se dedentes, viri sancti enixe auxilium implorabant. Hos porro ille vehementius, quam qui hæc erant perpessuri, animo conflictatur: protinusque misericordia motus, lacrymis genas irrigabat, faciemque percutiebat. Alias quidem ipsi pontifici, sese illius ad pedes prosternens, supplicabat; alias epicopos alios, demississime se inclinans, obsecrabat, dicens: Ne, quæso, patres, ne id contingat, ut tam diræ calamitati homines mea causa subjiciantur. Nam hoc quidem statuo, non præteritorum pœnam, sed supplicium esse. Ego enim satis habeo Deum a me, cum innumeris alioqui sim obstrictus delictis, nullas pœnas expetere, neque tot inustum maculis, fœdatum atque corruptum vulgo ostendere voluisse. Et hæc porro ita se habent.

LV. At scelerum ultor Deus, haud segnis vindex justi fuit. Postquam enim viri magni suasu imperatum est, ne in eos, qui rei facti suppliciis addicti fuerant, ultra desæviretur, ipsique una simul consisterent, repente nimbus, tenebræ, necnon atrox ventus terræ nimio flantis fragore miseros invasit, tantaque obducta caligine illorum aspectus oppressit, ut terram in seipsam eversam atque collisam, hos non aliter, atque Dathan olim et Abiron, deglutire dixisses. Qui vero præsentes hæc intuebantur, manus in cœlum tollebant, nihilo illis secundiorem, quam quæ Sodomitis olim acciderat, fortunam fore ominati sunt. Non multo post caligine turbineque desinente omnes, quanquam non æque, nigri facie apparuere. Alii siquidem alteram genam, ambas alii nigras habent. Sabino vero ac Crescentino non modo facies, verum etiam labia atro colore infecta sunt relicta, ut nec illa constringere, nec iis omnino quidquam loqui liceret. Sic divina justitia acerbum de injustis supplicium sumpsit. Ad hæc cunctus senatus acclamavit: Nunc agnovimus quod Dominus unctum suum servaverit, et exaudierit eum, e cœlo suo sancto, quodque in potentia dexteræ ejus est salus. Hæc cum locuti essent, Gregorii genua complexi, ardentissime pro illis obsecrabant. Contra vero ille magis ad cujuslibet pedes procumbebat, seque miserrimum omnium, Davidis illa verba locutus, appellabat: « Ego sum vermis, non homo: opprobrium hominum, et contemptio populi [11]. »

LVI. His peractis, cum pontifex max. delatores coram se statuisset: Ecce, inquit, non animo so-

[11] Psal. XXI, 7.

lum, sed forma patri vestro Satanæ similes facti estis. Sed alia præterea vos miseriarum accessio manet. Vos enim et posteri vestri, servi eritis ; et quotquot hoc nigrore sigillati fuerint, Agrigentinis episcopis absque præfinito tempore servietis. Quod si quis vestri generis aliquem sacerdotii dignitate donaverit, vel Ecclesiæ quodvis munus concrediderit, hujus caput diis inferis dicamus ac devovemus. Hæc ille haud serio mea sententia dixit. Neque enim bis in eadem causa pronuntiasset, cum Gregorius præsertim non pateretur, qui illorum animos territans, desperatione plenos moderabatur. Neque enim, nisi animo ita affecti fuissent, haud adeo vehemens in eos Dei iracundia concitata fuisset. Ac ii quidem iis qui præerant traditi, procul a suis locis abducti fuere. At puella illa Agrigentum civitatem non ultra videre sustinuit, sed omni ornatui valedicens, cum prius ab episcopis uti pro se orarent, impetrasset, in collegium D. Cæciliæ cooptabatur : in quo duos ac viginti annos assidue ac continenter vivens, medicamento pœnitentiæ, ut maxime poterat, priores detergens maculas, ad cœlestem quem tantopere concupierat, amatorem Dei benignitate migravit. Et hæc quidem hac ratione finita sunt.

LVII. Deinde pontifex max. mandavit, ut Gregorius mysteria sua perageret. Ubi qui divinorum sacrificiorum participes fuere, convivio ab eodem pontifice communiter sunt excepti ; ac tum quidem sic convivantibus pontifex nihil aliud addidit. Cæterum postridie ejus diei Gregorium accersivit, ac ei rem quamdam exponit, quæ solis ejus precibus, fiduciaque, qua in Deum plurima flagrabat, indigeret. Id autem hoc genus erat : Ligna quidam maxima in flumen immisit, ut summorum apostolorum templo ornatui simul ac securitati essent. Hæc vero ita oblique circumacta, ac utrinque ripas complexa sunt, ut nullis clavis fixa aut suffulta essent, ut a nemine, quamvis multorum sæpius manibus acriter pertentata, dimoveri potuerint. Sed neque navigium aliquod, aut mercibus aut aliis usibus accommodatum, sursum aut deorsum navigare his obicibus poterat ; idcirco non exiguum illa civitati detrimentum inferebant. Hoc igitur illi pontifex enarrat, rogatque sese ut ad locum recipiat, communi in Deum fiducia omnibus contendentibus, ut et is optata perficeret. Facto igitur signo, universa civitas, monachi simul et sacerdotes confluebant, ac speciosa pompa supplicationeque ad flumen descenderunt. Procedentibus autem illis, mulier quædam in via ignem accendit : ad quam vir sanctus paululum se inclinans, tradi sibi prunam imperavit. Illa (ad ejus enim solius imperium attendebat) protinus tradidit. Ac ille in pallium, quo erat indutus, carbones immisit, quibus deinde thus imposuit. Ac illi deinceps thuri impositi, admirabiliter carbones accensi erant, ipsum adolen-

A οὐ τὴν ψυχὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν μορφὴν ὅμοιοι τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ Σατανᾷ γεγόνατε. Ἀλλά γε πρὸς τούτῳ καὶ ἕτερόν τι τῇ δίκῃ μελήσει, δοῦλοι γὰρ καὶ ὑμεῖς καὶ τὸ σπέρμα ὑμῶν ἔσεσθε, καὶ ὅσοι ἂν οὕτω σεσημασμένοι γένωνται οἰκέται τοῖς προχειριζομένοις Ἀκραγαντίνων ἐπισκόποις μέχρι παντὸς ἔσονται. Ὃς δ' ἄν τινα τοῦ γένους ὑμῶν ἱερατίας ἀξίᾳ περιβάλῃ, ἢ ἐκκλησιαστικῇ πιστεύσῃ διακονίᾳ, τοῦτον ἡμεῖς ἐκκηρύττομεν καὶ ἀναθέματι παραπέμπομεν. Οὕτως ἐκεῖνος οὐκ ἀπὸ σπουδῆς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, λέγων, οὐδὲ γὰρ ἂν ἀπέδωκε δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἄλλως τε ὅτε μηδὲ Γρηγόριος συνεχώρει, ἀλλὰ τῷ φόβῳ κατασείων αὐτῶν τὰς ψυχὰς καὶ σωφρονίζων ἔτι ἀπονοίας ὄντας μεστούς. Οὐδὲ γὰρ εἰ μὴ τὸν νοῦν οὕτω διέκειντο, οὐκ ἂν αὐτοὺς οὕτως
B οὐδὲ ἡ θεία δίκη μετήρχετο. Οὗτοι μὲν οὖν, τοῖς ἄρχουσι παραδοθέντες, ταῖς ἰδίαις οἰκίαις ἀποκατέστησαν. Ἡ δέ γε κόρη ἐκείνη, τὴν μὲν Ἀκραγαντίνων πόλιν οὐδὲ ἰδεῖν ὑπέμεινεν ἔτι· κόσμῳ δὲ παντὶ ἀποταξαμένη καὶ παρὰ τῶν ἐπισκόπων αὐτόθι τῶν συνήθων ἀξιωθεῖσα εὐχῶν, ἐν τῇ μονῇ τῆς ἁγίας Κηκιλίας φιλοθέῳ λογισμῷ κείρεται, ἐν ᾗ δύο καὶ εἴκοσιν ἔτη πάνυ προσεχῶς τε καὶ ἐγκρατῶς ζήσασα, καὶ ὁσσώπῳ μετανοίας ὡς οἷόν τε τὰς προτέρας κηλῖδας ἀποκαθάρασα, πρὸς ὃν ἔσχατον ἐπόθησε ἐραστὴν θεοφιλῶς ἐξεδήμησεν. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

ΝΖ'. Τῇ δὲ ἑξῆς ὁ πάππας ἐπιτρέπει τῷ Γρηγορίῳ τὴν ἱερὰν ἐκτελέσαι μυσταγωγίαν, ἐν ᾗ τῶν
C θείων μυστηρίων μεταλαβόντες καὶ κοινῆς μετεῖχον τραπέζης. Καὶ τό τε μὲν οὕτως εὐωχουμένοις οὐδὲν ἕτερον ὁ πάππας προστίθησι· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ μεταπεμψάμενος τὸν Γρηγόριον πρᾶγμά τι αὐτῷ διηγεῖται, μόνων τῶν ἐκείνου προσευχῶν καὶ τῆς πρὸς Θεὸν παῤῥησίας κομιδῇ δεόμενον· τὸ δὲ ἦν τοιόνδε· ξύλα τις μέγιστα διαφῆκεν ἐν τῷ ποταμῷ εἰς κόσμον ἅμα καὶ ἀσφάλειαν αὐτὰ πέμψας τῷ τῶν κορυφαίων ναῷ· τὰ δὲ οὕτω τυχὸν πλάγια περιενεχθέντα καὶ ἑκατέρας τὰς ὄχθας διαλαβόντων ἄνευ δεσμοῦ ἐρήρειστο. Ταῦτα οὐχ ὅσον μετακινηθῆναι πολλαῖς πολλάκις βιαζομένων χερσὶν οὐδαμῶς ἠδύναντο, ἀλλ' οὔτε τι τῶν κατ' ἐμπορίαν πλοίων ἢ ἄλλην τινὰ χρείαν, οὔτε εἰσπλέειν οὔτε μὴν ἐκπλέειν δι' αὐτῶν ἴσχυον ὥστε οὐ μικρὰν αὐτὰ συμφορὰν οἱ τῆς πόλεως ἐποιοῦντο.
D Τοῦτο οὖν ὁ πάππας αὐτῷ διηγεῖτο καὶ δεῖται παρὰ τὸν τόπον γενέσθαι, κοινῇ τε πᾶσι τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτῶν δεομένοις συλλαβέσθαι καὶ αὐτὸν τῆς εὐχῆς. Κρουσθέντος τοίνυν τοῦ ξύλου, ἥ τε πόλις πᾶσα συνήγοντο, μοναχοί τε καὶ ἱερεῖς καὶ ὑπὸ λαμπρᾷ τῇ πομπῇ καὶ λιτανίᾳ ἐπὶ τὸν ποταμὸν κατῄεσαν. Διερχομένων δὲ γυνή τις ἀνὰ τὴν ὁδὸν πῦρ ἔκαιεν. Ἐκκλίνας δὲ μικρὸν ὁ ἅγιος πρὸς αὐτὴν ἐπιδοῦναί οἱ ἀνθρακιὰν ἐκέλευεν· ἡ δὲ, πρὸς μόνον γὰρ ἑώρα τὸ κελευόμενον, εὐθὺς ἐπεδίδου. Καὶ ὃς εἰς τὸν μανδύαν ὅνπερ ἠμφίεστο τοὺς ἄνθρακας ἐπετίθετο· εἶτα λιβανωτὸν αὐτοῖς ἐπιτίθησι. Κἀκεῖνοι λοιπὸν παραδόξως, πρὸς μὲν τὸν λιβανωτὸν ἄνθρακες ἦσαν καίοντες αὐτὸν καὶ εἰς καπνὸν διαλύοντες, πρὸς δέ γε τὴν ἱερὰν στολὴν ψυχρότεροι λίθων ἑωρῶντο. Ταῦτα οἱ ἱερεῖς καὶ ὁ

λοιπὸς θεώμενοι ὄχλος, οὐδὲν ἔτι περὶ τῶν ξύλων A ἐπιδοιάζοντες ἦσαν, καλῶς εἰδότες ὡς ὅ γε πυρὸς φύσιν ῥᾷον μεταποιεῖν ἱκανὸς, οὗτος δὴ καὶ ξύλα κατὰ φύσιν κινεῖν ἀτεχνῶς ἱκανώτατος. Ἀμέλει, καὶ παρὰ τὸν τόπον γενόμενοι, οὐ κοινῆς τὸ πρᾶγμα τῆς πρὸς Θεὸν ἱκετείας, ἀλλὰ μιᾶς τῆς ἐκείνου πάντες εἰρήκασι δεῖσθαι. Θεὶς οὖν τὰ γόνατα προσευχὴν κατετείνετο, εἶτα διαναστὰς καὶ περιθυμιάσας τὰ ξύλα, κελεύει τοῖς παροῦσιν ἑλκύειν. Οἱ δὲ, τὰς χεῖρας ἐπιβαλόντες, οὐκέτι τοῦ πρὶν εἴχοντο πόνου, ἀλλὰ πτεροῖς ὁμοίως τὰ ξύλα ῥᾳδίως εἵλκοντο. Ἐνεκεκόλαπτο δὲ αὐτοῖς καὶ γράμματα, ἅπερ ἔλεγον, τὰ μὲν πέντε τῷ κορυφαίῳ ἀνεῖσθαι Πέτρῳ, τὰ δὲ ἄλλα πέντε Παύλῳ τῷ σκεύει τῆς ἐκλογῆς.

tes, ac in fumum vertentes ; in sacra vero veste frigidiores lapidibus cernebantur. Hæc cum sacerdotes ac reliqua turba vidissent, non amplius de lignis quidquam ambigebant, probe scientes eum, qui naturam ignis tam facile permutare potuisset, multo magis certe ligna juxta naturam nullo labore posse permovere. Demum ubi ad locum ventum est, non hoc communem omnium erga Deum supplicationem exposcere, sed ejus unius precibus indigere cuncti dixerunt. Quare positis genibus oravit. Mox cum surrexisset, lignis thure suffitis, trahi illa præsentibus mandat. Qui injectis manibus, eum quo antea premebantur non amplius laborem sentiebant. Nam ligna ipsa, perinde ac si alas haberent, facile trahebantur. Litteræ autem illis insculptæ repertæ sunt, quæ dicerent, quinque quidem Petro summo apostolo, reliqua vero quinque Paulo, organo selectissimo, esse relicta.

ΝΗ'. Τούτων οὖν γεγονότων καὶ χαρᾶς ἀφάτου B τὴν Ῥώμην διαδραμούσης, συνῆγε πάλιν ὁ πάππας τὴν σύνοδον, καὶ τοὺς Σικελοὺς προσκαλεσάμενος ἅπαντας, ἐνδοξότερον ἢ προτοῦ τὸν ἱερέα τὸν ἑαυτῶν ἀπεδίδου, τὸν θεῖον δηλαδὴ Γρηγόριον. Ἐπεὶ δὲ καὶ Λεύκιον ἐκεῖσε διάγειν ἔμαθον, παρῆν γὰρ τοὺς συκοφάντας ἐπιῤῥωννὺς, καὶ καθότι δύναιτο ἐπαλείφων, τοῦτον μὲν εἰς Ἱσπανίαν φεύγειν κατεψηφίσαντο, τὸ δέ γε ἐν Ἀκράγαντι ἱερὸν καὶ αὐτὸν δὴ τὸν ἐπίσκοπον ἀλλαχοῦ μεθιδρύσασθαι· τοῦτο γὰρ ἠξίου καὶ ὁ θεῖος Γρηγόριος, μαθὼν ὅτι τε τὸ θυσιαστήριον οὗτος ὁ ἐναγὴς κατέστρεψε Λεύκιος, καὶ τὰ ἐκεῖσε τῶν ἁγίων λείψανα τῷ βυθῷ παραδέδωκεν. Οὕτως οὖν τὰ τῆς ἐπισκοπῆς διῳκονόμησε ταύτην μὲν τῷ ἀρχιδιακόνῳ Εὔπλῳ καὶ τῷ Ἐράσμῳ ἐπέτρεψεν. Ὁ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὑπέμεινεν· ἔμελλε γὰρ C ἐξορμᾷν ἐς τὴν μεγαλόπολιν ὅσον οὔπω κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως διάταξιν. Ἐπὶ τούτοις τῆς συνόδου διαλυθείσης κατιδίαν ὁ πάππας τὸν ἅγιον μετακαλεσάμενος, πρᾶγμα ποιεῖ ἄξιον αὐτοῦ τε τῆς εὐλαβείας καὶ τῆς τοῦ Γρηγορίου μεγαλειότητος· αἰδεῖται γὰρ ἀρετὴν ἀρετῆς, ὡς ἔοικεν, ὢν ἐραστής, καὶ πληγεὶς διὰ τὰ προλαβόντα καὶ παθὼν τὴν ψυχὴν, πίπτει πρὸς τοὺς ἐκείνου πόδας, ὁμοῦ μὲν εὐχαριστῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ συγγνώμην αἰτῶν, ἐφ' οἷς οὕτως ἠπάτητο καὶ τοῖς κατ' αὐτοῦ πεπίστευκε. Δίδωσι δὲ αὐτοῦ καὶ δωρεὰν, καὶ δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ τόπον οὐκ ὀλίγον ἐκείνῳ τῆς ὑπ' αὐτὸν ἀπεκλήρωσε πόλεως, εἰς χορηγίαν εἶναι φήσας τῷ ὑπ' αὐτοῦ μέλλοντι ἀνοικοδομεῖσθαι ναῷ.

LVIII. His peractis, Romaque admirabili perfusa gaudio, pontifex rursus cogit senatum, Siculos item omnes accersit, illustrioremque ac longe magnificentiorem, quam pridem fecerat, suorum ipsorum præsulem, nempe divum Gregorium, illis reddidit. Porro cum Leucium illic degere, delatoresque confirmare ac delinire, quantum poterat, didicissent, illum quidem in Hispaniam relegare, Agrigenti vero templum ac episcopi domum alibi construere decreverunt. Hoc et divus Gregorius, cum audisset altare a scelesto Leucio eversum, sanctorumque veneranda corpora in mare fuisse projecta, laudavit. Cum igitur rem episcopatus sic ordinasset, illum Epuli archidiaconi et Erasmi curæ commisit. Ipse interim Romæ morabatur. Siquidem Constantinopolim ex regis decreto primo quoque tempore trajecturus erat. In his dimisso senatu, pontifex sanctum virum domum suam accersens, rem tum ejus pietate, tum Gregorii majestate dignam fecit. (Virtutem enim quilibet virtutis amator veneratur et colit.) Nam ob ea quæ præcesserant, perculsus et graviter affectus animo, ad pedes illius pervolvitur, nunc gratias agens, nunc pro iis, in quibus deceptus, calumniis in illum illatis fidem habuerat, veniam petens. Ipsi vero locum non exiguum, a subdita sibi civitate abscissum, dono dat, ac per ipsum Deo, qui templi, quod exstruendum erat, necessarios sumptus illi suppeteret.

D

ΝΘ'. Συνταξάμενοι ἑαυτῷ ὅ τε Μαρκιανὸς ὁ σπαθάριος καὶ οἱ ἐπίσκοποι μετὰ Γρηγορίου τῆς πόλεως ἐξίασιν· εἶτα τὴν βασιλίδος καταλαβόντες, ἤδη τῆς ἀφίξεως αὐτῶν δήλης γεγονυίας τῷ βασιλεῖ, τὸν μὲν θεῖον Γρηγόριον, τῷ τοῦ ἁγίου Σεργίου μοναστηρίῳ προσμένειν κελεύει· τὸν δὲ Μαρκιανὸν μετακαλεσάμενος περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ πραχθέντων ἠρώτα. Ὁ δὲ λέγει πάντα, τάς τε τοῦ ἁγίου θαυματουργίας, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ἀπαράμιλλον, τὰ εἰς τοὺς κατηγόρους τε παραδόξως γεγενημένα, καὶ τῆς ὑπομονῆς καὶ μετριοφροσύνης τὸ ἀπαράβλητον, ὧν ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, ἐξεπλήττετο, καὶ τῷ πατριάρχῃ πάντα μεθ' ὁμοίως τοῦ θαύματος διηγεῖτο·

LIX. Cæterum Marcianus ac episcopi Gregorium convenientes, Roma simul egrediuntur ; deinde regiæ civitati applicuerunt. Quorum cum adventus regi innotuisset, jussit divum quidem Gregorium apud divi Sergii monasterium diversari ; Marcianum vero accersitum, de iis quæ in concilio acta fuerant, interrogavit. Ille admiranda viri sancti opera, incomparabilem ejus virtutem, et quæ delatoribus divinitus obvenissent, necnon tolerantiam, modestiam, et insignem supra humanos mores animi humilitatem sigillatim edisserit. Quæ omnia rex exaudiens mirabatur, ac patriarchæ omnem miraculi seriem identidem enar-

rabat. Postea vero quam Gregorius una cum episcopis urbem ingressus est, maxima in illum regis hilaritatis ac benevolentiæ significatio exstitit, nam et solio surgens, eum complexus osculabatur. Verum enimvero cum illi non multos post dies in mentem venisset novas sacerdotibus leges sancire, quæ etiam posteris tum tutæ, tum utiles viderentur, patriarcham et eum ipsum divum Gregorium accersitos, communicato consilio, quid facto opus esset, consulit: qui rem persane laudabilem fore, ac recte de religione sentientibus utilem affirmarunt. Iique cum sacrum jejunii tempus advenisset, hanc provinciam, ipso rege in consilium secum adhibito, suscepere, novasque et sacras leges illi sanxerunt.

LX. Interea vero Gregorius sermones doctrina ac pietate refertos, plures edidit: alios quidem in sacram jejunii observationem, alios in Petrum et Andream, ac plures item alios composuit: qui tum artificio, tum utilitate plurimum illi laudis attulerunt. Ubi vero domum discedere in animum induxit, rogavit locum sibi in Agrigenti civitate, in quo episcopi domicilium construeret, impertiri. Cui rex tanquam acciperet, non erogaret, ita prompte ac hilariter elargitus est, ut optata illius supergressus, dimidium illi Agrigenti civitatis dari jusserit, quo pro libito uteretur. Deinde amplexatus illum, rogansque ne sui oblivisceretur neve gravaretur pro se Deum precari, dimisit. At vero ne regina quidem circa virum sanctum segnius affecta visa est. Nam et ipsa cum didicisset Gregorium amicum Deo ac perfamiliarem esse, consentaneam illi reverentiam detulit, ac donis quam potuit magnificentioribus demereri illum conata est. Quapropter egressus urbe Constantini Romam profectus est. Ubi a pontifice max. magna reverentia susceptus, Agrigentum non multo post adnavigat, quicum duo diaconi, ut in proprium illum episcopatum restituerent, missi sunt. Porro et illic tam ingens viri sancti apud omnes conflatur desiderium, ut illius virtute non obscurum testimonium fecerint, dum pia plebs universa, cunctusque populus extra civitatem egressi, tum laudibus, tum sacris cantionibus, ut non facile quanta cum voluptate dixeris, obviam illi prodiere.

LXI. Quid ad hæc divus Gregorius? Illos omnes osculo sancto humaniter ambit, ac singulis manus imponens, bene omnibus precabatur. At patri obvius factus, primum quidem ejus pedibus seipsum abjecit, mox assurgens, brachiisque collum ejus circumdans, amplexabatur: ut lacrymæ utriusque oculis elicitæ, agendarum Deo gratiarum communiter occasio fierent. Hoc ipsum erga matrem usu sibi venisse comperit. Verum enim ejus discipulus erat, qui parentes præ omnibus colendos præcepit. Demum urbem ingressus, non prius domicilium petiit, non templum videre sustinuit, nec vix alterum oculum adjecit: sed confestim abiens, tabernaculum suum muro septum extra

A Ἔπειτα καὶ Γρηγορίου τοῖς ἐπισκόποις συνεισελθόντος, ὁ βασιλεὺς τὴν πρὸς αὐτὸν ἐδείκνυ φιλοφροσύνην, καὶ τοῦ θρόνου ἐξαναστὰς περιέβαλέ τε καὶ κατησπάζετο. Ἡμερῶν δέ τινων διαγενομένων, εἰς νοῦν αὐτῷ βάλλεται νέους πρὸς τῶν ἱερέων ἐκτεθῆναι κανόνας, οἳ καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα, ὁμοῦ μὲν ἀσφαλεῖς, ὁμοῦ δὲ καὶ ὠφέλιμοι δόξουσι. Τὸν οὖν πατριάρχην μεταπεμψάμενος, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν θεῖον Γρηγόριον, κοινολογεῖται περὶ τοῦ προκειμένου· οἳ καὶ πάνυ χρηστὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα καὶ τοῖς ὀρθοδόξοις ὠφέλιμον εἰρηκότες, τοῦ ἱεροῦ τῆς νηστείας καταλαβόντος καιροῦ, τοῦ πόνου εἴχοντο, συνεπιλαμβανομένου αὐτοῖς καὶ τοῦ βασιλέως. Καὶ οὕτως οἱ μὲν τοὺς νέους καὶ ἱεροὺς κανόνας ἐκτίθενται.

B Ξ'. Ὁ δέ γε θεῖος Γρηγόριος τοὺς δογματικοὺς τῶν λόγων συντάττει, τοὺς εἰς τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστήν, καὶ τοὺς εἰς Πέτρον φημὶ καὶ Ἀνδρέαν. συντίθησι δὲ καὶ πολλοὺς ἑτέρους, ἅμα μὲν πρὸς τέχνην, ἅμα δὲ καὶ πρὸς ὠφέλειαν ἐπαινετῶς ἔχοντας. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς πρὸς τὰ οἰκεῖα φερούσης ἐμέμνητο, ᾔτησε τὸν κρατοῦντα χωρίον αὐτῷ ἐν τῇ Ἀκραγαντίνων δοθῆναι, ἐν ᾧ τὸ ἐπισκοπεῖον οἰκοδομήσει. Ὁ βασιλεὺς οὖν, ὥσπερ λαμβάνων μᾶλλον, οὐχὶ διδούς, οὕτω προθύμως ἅμα καὶ φιλοτίμως δίδωσιν ὑπερβὰς καὶ τὴν αἴτησιν. Δίδωσι γὰρ αὐτῷ τὸ ἥμισυ τῆς Ἀκραγαντίνων πόλεως, κελεύων ὅπως βούλοιτο χρῆσθαι. Εἶτα καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸν καὶ αἰτήσας, μνήμης τε καὶ εὐχῶν τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ μὴ ἀμελῶς ἔχειν ἀφῆκεν. Οὐδὲ ἡ βασιλὶς ῥᾳθυμότερόν τι περὶ
C τὸν ἅγιον ἐφάνη διακειμένη· ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἄνδρα μαθοῦσα τὸν Γρηγόριον τῷ Θεῷ προσῳκειωμένον, σέβας τε τὸ προσῆκον ἀπονέμει, καὶ δώροις ὡς οἷόν τε θεραπεύει μεγαλοψύχως. Ἐξελθὼν δὲ τῆς Κωνσταντίνου, καὶ τὴν Ῥώμην καταλαβών, καὶ παρὰ τοῦ πάππα καὶ αὖθις σεβασμίως ὑποδεχθείς, εἰς Ἀκράγαντα περαιοῦται. Συνεκπέμπονται δὲ αὐτῷ καὶ δύο τῶν διακόνων, ὡς εἰς τὴν ἰδίαν αὐτὸν ἐπισκοπὴν ἀποκαταστῆσαι. Γίνεται οὖν καὶ ἡ ἐκεῖσε τοῦ μακαρίου ἄφιξις οὕτω καλῶς, ὡς εἰς μαρτύριον γενέσθαι τῆς ἀρετῆς ἐκείνου καὶ τῆς τοῦ πλήθους φιλοθεΐας, ἅτε τοῦ λαοῦ παντὸς πρὸ τῆς πόλεως ἐξεληλυθότων, καὶ ψαλμοῖς ἅμα καὶ ἱεροῖς ᾄσμασι μεθ' ὅσης οὐκ ἂν εἴποις τῆς ἡδονῆς τὴν ὑπαντὴν
D αὐτοῦ ποιουμένων.

ΞΑ'. Τί οὖν ὁ θεῖος Γρηγόριος; Τοὺς μὲν ἄλλους πάντας φιλήματί τε ἁγίῳ φιλοφρονεῖται, καὶ τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς ἑκάστῳ, τὴν εὐλογίαν δίδωσι· τῷ δὲ πατρὶ προσελθὼν πρῶτα μὲν τοῖς ποσὶν ἐκείνου ἑαυτὸν καταβάλλει, εἶτα διαναστὰς τὸν τράχηλόν τε περιβάλλει καὶ κατασπάζεται, ὡς ἀμφοτέροις ἡδονῆς δάκρυον τῶν ὀφθαλμῶν ἐκπεσεῖν καὶ κοινὴν γενέσθαι πρὸς Θεὸν τὴν εὐχαριστίαν. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ τῇ μητρὶ γίνεται. Μαθητὴς γὰρ ἦν ἀληθῶς ἐκείνου τοῦ πατέρα τε καὶ μητέρα κελεύσαντος διαφερόντως τιμᾶν. Εἶτα τὴν πόλιν εἰσελθών, οὐχ εἰς τὸ ἐπισκοπεῖον ἀνῆλθεν, οὐδὲ τὸν ναὸν ἐθεάσατο, οὐχ ἑτέρῳ τινὶ σχεδὸν τὸ ὄμμα ἐπέβαλεν, ἀλλὰ ἀπελθὼν εὐθέως, πήγνυσι τὴν αὐτοῦ σκηνὴν ἔξω τοῦ

εἰδωλικοῦ ναοῦ ἐχόμενα τοῦ τείχους, καὶ ἦν ἐκεῖ διανυκτερεύων καὶ προσευχόμενος σὺν παντὶ τῷ πλήθει. Εἶτα ἀντίτυπον τραπέζης ἁγίας σχεδιάσας, ὡς εἶχε τὸν τίμιον ἐκεῖσε σταυρὸν ἀνύψοι. Καὶ οὕτω ταῖς πρὸς Θεὸν προσευχαῖς τοὺς τῷ εἰδωλικῷ ναῷ ἐφεδρεύοντας δαίμονας ἐξελάσας, ἀνῳκοδόμησε καὶ περιεκόσμησε τὸν ναὸν, καὶ ὄνομα αὐτῷ τῶν μεγίστων καὶ κορυφαίων ἐπέθηκεν ἀποστόλων, ἐν ᾧ καὶ τὰς μυστικὰς ἐπετέλει λατρείας, καὶ γλῶτταν ἅμα καὶ χεῖρα δαψηλῶς ἀνοίγων, καὶ διδοὺς ἄρτον τὸν τὰς καρδίας στηρίζοντα καὶ ἀγγέλων ἀληθῶς ἄρτον ὄντα τε καὶ ὀνομαζόμενον καὶ τῶν ψυχὰς πεινώντων ἐμπιπλῶντα καὶ δι' ἀμφοτέρων θεραπεύων τὸν Κτίσαντα.

Ἐν τούτοις αὐτοῦ διαπρέποντος καὶ καλοῦ παντὸς οἷον ἀρχέτυπον τὸν ἑαυτοῦ προστιθέντος βίον ὑπομονῆς τε καὶ μακροθυμίας μέτρα διδάσκοντος, ἔτι δὲ καὶ πειρασμῶν καὶ καρτερίας τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι, ἐν πᾶσι καλοῖς κατακλείει τὸν βίον καὶ πρὸς τὸν ποθούμενον Χριστὸν ἐκδημεῖ, ᾧ πρέπει τιμὴ, δόξα, μεγαλοσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A simulacrorum templum fixit, ubi cum multitudine in preces incumbens, vigil pernoctabat. Deinde cœleste convivium, prout potuit, repræsentans, venerandam illic crucem erexit. Itaque dæmonibus, qui simulacrorum templo præsidebant, piis erga Deum precibus profligatis, templum reædificavit, ac plurimis ornamentis decorato, ei maximorum ac principum apostolorum nomen indidit; et in quo mystica sacrificia offerebat, linguam simul et manum opipare aperiens, præbensque panem, quo corda reficiuntur; panem, inquam, qui re simul et nomine angelorum dicitur, panem esurientes animas saturantem, utrinque mundi Creatorem venerabatur.

In his autem ille honestis moribus ac recte B factis perseverans, vitam suam decori ac honesti tanquam exemplar exhibens, lenitatis animi ac patientiæ, addo etiam in adversis tolerantiæ, suo ipsius documento legem omnibus indixit. Sicque diebus ac virtutibus auctus, mortali vita perfunctus, ad optatissimum Christum emigravit: quem decet honor, gloria, majestas et magnificentia, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

CERTAMEN
S. MARTYRIS MERCURII.

(Ap. Surium ad diem 25 Novembris; textus Græcus non exstat in mss. Paris.)

I. Imperante illo tempore Decio et Valeriano in magna urbe Roma ii communi decreto statuerunt, ut omnes sacrificarent et diis libarent. Convocato ergo toto senatu, ei exposuerunt, quæ communi consensu a se decreta fuerant: et cum eos invenissent suæ assentiri sententiæ, magna affecti sunt lætitia. Statim ergo litteris imperatoriis cum subscriptione senatus, jusserunt ea exponi, quæ communiter eis visa fuerant et proponi in Capitolio, quarum hoc est exemplum:

Imperatores triumphatores, victores, Augusti, pii Decius et Valerianus simul cum senatu hæc communi consilio: Cum deorum beneficia et munera didicerimus, et simul etiam fruamur victoria, quæ nobis ab ipsis data est adversus inimicos: quin etiam aeris temperatione, et omne genus fructuum abundantia. Cum eos ergo didicerimus esse benefactores et ea suppeditare quæ sunt in commune utilia: ea de causa uno decreto decernimus, ut omnis conditio liberorum et servorum, militum et privatorum, diis expiantia offerant sacrificia, procidentes et supplicantes. Si quis autem voluerit divinum nostrum jussum violare, qui communi sententia est a nobis expositus, eum jubemus con-

C jici in vincula, deinde variis tormentis subjici, et si sic quidem fuerit persuasus, non leves a nobis honores consequetur. Sin autem contradixerit, post multa tormenta, ense subibit supplicium, aut in maris profundum jacietur, aut avibus et canibus dabitur devorandus: præcipue vero si fuerint inventi aliqui ex religione Christianorum. Qui autem divinis nostris decretis obedierint, maximos honores et dona consequentur. Valete felicissime.

II. Proposito ergo edicto imperatorio, conturbata fuit tota civitas, quod in tota civitate fuisset propositum impium hoc edictum. Accidit autem ut, cum illo tempore bellum fuisset a Barbaris motum adversus Romanos, pararent imperatores suum exercitum, ut acie cum eis confligerent, jubentes D numeris militum, qui erant in omnibus civitatibus, ut venirent in auxilium. Ex iis autem, qui ab unaquaque civitate et regione veniebant ad hunc belli apparatum, venit etiam legio eorum qui dicebantur Martenses [*al.* Fretenses], qui sunt sub prima Armenia, sub tribuno nomine Saturnino. Egrediente autem ad bellum Decio, degebat Romæ Valerianus. Commisso vero inter Romanos et Barbaros prælio, duravit conflictus longo tempore. Permanentibus

autem iis in illa congressione, apparuit visio cuidam ex legione Martensium, qui sunt sub prima Armenia, nomine Mercurio; apparuit, inquam, vir quidam ingentis magnitudinis, indutus albis vestibus, in dextera manu tenens rhomphæam, et ei dicens: Ne timeas, ne formides; sum enim missus, ut tibi opem feram, et te reddam victorem. Accipe ergo hanc rhomphæam, et irrue in Barbaros; et cum viceris, ne obliviscaris Domini Dei tui. Ille autem, ut qui a se discessisset, existimabat esse unum ex principibus imperatoris. Quam cum accepisset, et se incitasset, impetum fecit in Barbaros, iisque fractis, eorum regem occidit, et multos alios, adeo ut defessum esset ei brachium, et ex sanguine ejus manui adhæreret rhomphæa. Sicque fusi et fugati sunt Barbari a Romanis.

III. Tunc Decius, cum rescivisset singulare ejus certamen, eum accersitum donavit dignitate ductoris exercitus, constituens ut præesset castris, et arbitratus Decius se deorum providentia a bello fuisse superiorem, valde lætabatur; et cum militibus multum erogasset pecuniæ, unumquemque misit in locum suum: ipse autem ingrediens unamquamque civitatem, magna faciebat convivia, Romam proficiscens. Una autem nocte cum dormiret dux exercitus, ad eum accedit angelus in prima, in qua apparuerat, figura: et puncto ejus latere, eum excitavit. Ille vero, cum eum vidisset, timore affectus, mansit mutus. Dicit ei angelus: Mercuri, memento quid tibi dixerim in conflictu prælii: Vide ne obliviscaris Domini Dei tui. Oportet enim te pro ipso certare legitime, et coronam victoriæ accipere in glorioso regno cum sanctis omnibus. Hæc cum dixisset, evanuit angelus. Ille autem, cum ad se rediisset et esset recordatus, Deo egit gratias. Sciebat enim a majoribus fidem Christianorum. Nam pater ejus Gordianus, cum esset primicerius ejus legionis, sæpe dicebat: Beatus est, qui Regi cœlesti militat; ei enim donat regnum cœlorum. Ille enim Rex verbo omnia est fabricatus: et ille est, qui est vivos et mortuos judicaturus, et unicuique redditurus secundum sua opera [1]. Cum ad se ergo rediisset, et patris verborum meminisset, et considerasset visionem, quæ sibi apparuerat, compunctus a sancto Spiritu, cœpit cum lacrymis confiteri et dicere: Hei mihi peccatori, quod cum essem ramus germinantis arboris, exarui non habens radicem Dei cognitionis.

IV. Dum ipse autem hæc diceret, missus est ab imperatore silentiarius cum plurimis aliis, ut eum vocarent ad imperatorem. Cum is vero se excusasset, imperator distulit concilium. Die autem sequenti eum rursus accersit imperator, ut veniret cum eo, quo par est, honore. Cum is autem accessisset, dimisso jam concilio, dicit ei imperator: Eamus simul in templum Dianæ, et offeramus ei sacrificium. Sanctus vero se reprimens, ivit in

A suum prætorium. Quidam autem ex proceribus eum accusat apud imperatorem, dicens: Pie triumphator et victor, a diis probate, ut administres imperium, dignare placide me audire. Qui a vestra imperatoria est honoratus dextera, et cui gloria fuit tributa a vestro imperio, quod res Romanorum placide et tranquille administrat, is non fuit nobiscum in templo magnæ Dianæ, sacrificium oblaturus pro vestra potentia. Dixit imperator: Quis hic est? Dixit Catulus consularis: Mercurius quem magni fecistis et ornastis diversis dignitatibus. Is alios quoque evertit, ne deos colant: exitum autem vobis ostendet ejus ad vos responsio. Dixit Decius: Aliqua fortasse in eum motus invidia, hæc in eum locutus es; sed te non audiam, nisi eo præsente

B vera cognovero, fide autem digniores judicabo testimonii oculos, quam aures. Tace ergo, et cum eo nullum verbum loquere, et si calumniandi quidem animo usus in eum hæc dixeris, non leve dabis supplicium. Sin autem vera apparuerint ea quæ a te dicta sunt, a me honores et dona consequeris, ut qui benevolum in deos et in nos animum ostenderis. Imperator autem jussit eum venire cum eo, quo par erat honore.

V. Cum is autem accessisset, dixit ei Decius: Non ego te hac ornavi dignitate, te exercitus ductorem constituens coram omnibus meis principibus, propterea quod Dei voluntate a te victum fuerit prælium? Quomodo autem, meum honorem

C nihili ducens, accepisti modum quemdam malignitatis, et vis meos honores nihili pendere, deos non adorans, sicut jam audivi ab aliquibus? Generosus autem Christi miles, cum convenienter ei, quod dicit Apostolus [2], veterem exuisset hominem cum suis actionibus, induit novum, qui est creatus secundum Deum per baptismum, et confidenter ei dixit: A me tolle hunc tuum honorem. Ego enim non, ut arbitror, ad id veni ex debito, qui Barbaros in bello vicerim per Dominum meum Jesum Christum. Sed accipe quæ a te, ut dixisti, mihi data sunt. « Nudus enim egressus sum ex utero matris meæ, nudus etiam revertar in illum mundum [3]. »

VI. Cum itaque exuisset lenam, et solvisset zonam,

D jecit ad pedes imperatoris, clamans et dicens: Sum Christianus; audite, omnes: Sum Christianus. Decius autem simul et ira valde percitus, et dicendi libertatem admiratus, ejusque pulchritudine et magnitudine obstupefactus, jussit eum conjici in custodiam, dicens: Hic homo non consideravit nec intellexit honorem. Sed si senserit probrum et ignominiam, puto fore, ut eum ad piam traducam cogitationem. Cum is autem abduceretur in custodiam, lætabatur martyr et exsultabat, Deum laudans et gloriam ei tribuens. Nocte autem illa angelus Domini ei apparet, dicens: Confide, Mercuri, et ne timeas; crede in Dominum, quem es

[1] Rom. II, 6. [2] Ephes. IV, 22. [3] Job I, 21.

confessus. Ipse enim potest te redimere ex omni afflictione. Visione autem angeli valde fuit confirmatus.

VII. Die vero sequenti cum præsedisset imperator in tribunali, jussit eum sisti, et dicit ei : Hic honor te decet propter tuum pessimum animum. Dixit martyr : Me decet hic honor; accepisti enim ea quæ prætereunt : pro iis autem accipiam, quæ permanent in æternum. Dixit imperator : Dic mihi genus tuum et patriam. Dixit Mercurius : Si vis scire genus meum et patriam, dicam tibi : Pater meus vocabatur Gordianus, Scytha genere; militabat vero in legione Martensium. Patria autem mea, ad quam propero, est cœlestis Jerusalem, quæ est civitas Regis cœlestis. Dixit autem Decius : Hoc ne nomine vocatus es a parentibus, an in exercitu appellatus fuisti Mercurius? Dixit martyr : Militiæ a tribuno vocatus sum Mercurius. Dixit imperator : Cur non facis sicut jussum fuit omnibus hominibus, et deos adoras, priorem tuum honorem recipiens? mavisne mori in tormentis? Dic cito, sciens te esse vocatum propterea. Dixit Mercurius : Ego, ut dixisti, ideo veni, ut te vincerem, et diabolum omnis vitii inventorem; et coronam victoriæ accipiam ab agonotheta Jesu Christo Domino meo. Noli ergo tardare nec differre : sed in me imple, quæ tibi veniunt in mentem. Habeo enim loricam fidei et clypeum, per quæ vincam omnem inventionem quæ adversus me excogitata et mota fuerit.

VIII. Tunc dixit imperator ira plenus : Quoniam dicis te habere loricam fidei et clypeum, jubeo te nudum extendi ad quatuor palos, et sublimem tolli a terra. Cum hoc autem factum esset, dicit imperator : Ubi sunt arma tua bellica? Per Jovem maximum deorum valde fuisti extensus. Sanctus autem Mercurius, in cœlum aspiciens, dixit : Domine Jesu Christe, fer opem servo tuo. Rursus jussit imperator acuto gladio scindi ejus corpus, et postea ignem substerni ut ipse paulatim ureretur. Sanguinis autem multitudine rogus fuit exstinctus. Sanctus vero forti et generoso animo ferebat hoc tormentum. Decius autem jussit eum solvi, ne citius moreretur, et in quadam obscura domo tuto includi. Eum itaque portantes, projecerunt in domunculam, quæ parvam habebat respirationem, existimantes fore ut paulo post moreretur. Illa autem nocte ei apparet angelus Domini, dicens : Pax tibi, generose athleta; et eum reddidit sanum, curans vulnera ejus corporis, adeo ut surgeret, et gloriam redderet Deo, qui ei apparuerat.

IX. Rursus ergo Decius jussit eum sisti; et, cum eum vidisset, dixit : Qui mortuus fuit a nobis ablatus, quomodo nunc per se ambulat? forte nec vibicem quidem habet in suo corpore. Jussit autem satellitibus, ut viderent. Illi vero ei dicunt : Per divinissimam tuam pietatem, corpus habet adeo delicatum, et omni macula vacuum, perinde ac si ne

A fuisset quidem tactum. Dixit Decius : Est omnino dicturus, Christus meus me curavit. Neminem introduxistis qui eum curaret in custodia? Illi autem ei dixerunt : Per vestram potentiam, quæ regit universum orbem terræ, nemo eum ne aspexit quidem, putabamus enim eum esse moriturum. Quomodo autem sanus et valens nunc assistat, nescimus. Dixit imperator : Videte artem magicam Christianorum. Qui heri quidem putabatur esse mortuus, hodie adstat sanus. Iratus itaque dixit ei : Quis te curavit? dic cum veritate. Nam sine præstigiis et arte magica non puto te fuisse curatum. Dixit sanctus Mercurius : Sicut prius dixisti nolens, Dominus noster Jesus Christus, verus medicus animarum et corporum, ipse me curavit.

B Veneficos autem, et incantatores, et sortibus divinantes simul cum iis qui adorant simulacra, abdicat, eosque vinculis ligatos, tradit igni gehennæ, propterea quod non agnoverunt verum Deum, qui fecit ipsos. Dixit imperator : Corpus tuum rursus consumam suppliciis. Videamus autem, an te curet Christus tuus, quem confiteris. Dixit Mercurius : Credo in Dominum meum Jesum Christum, quod quæcunque mihi intuleris supplicia, non potes me injuria afficere. Ipse enim dixit : « Nolite timere eos, qui corpus occidunt : animam autem non possunt occidere ; sed eum timete potius, qui potest animam et corpus perdere in gehenna [a] : » qui post mortem me rursus suscitabit in terribili die justi

C judicii.

X. Cum autem torqueretur et ureretur generosus martyr, pro nidore suavis quidam odor aromatum manabat ex ejus corpore. Cum is vero fuisset cruciatus, et ne ingemuisset quidem, dixit Decius : Ubi est tuus medicus? Nunc veniat, et te curet. Dixisti enim, quod etiam post mortem potest te suscitare. Dixit sanctus Mercurius : Fac, quod velis. Habes potestatem corporis mei, animæ autem Deus. Nam, etsi corpus meum interierit, permanet anima mea, in quam non cadit interitus. Rursus jubet imperator eum suspendi præcipitem, et ejus collo alligari gravissimum lapidem : ut a lapide suffocatus, cito moreretur. In gratia autem Domini confirmatus martyr, longo tempore mansit in tormento.

D Cum vidisset vero Decius eum forti et magno animo resistere tormentis, et nihil grave eum tangere, jussit quidem lapidem devolvi ab ejus collo : afferri autem flagellum æri alligatum, et eum tandiu flagellari, donec ejus sanguis solum impleret. Ille autem plane adamas perstitit, se fortiter gerens, et dicens : Ago tibi gratias, Domine, quod me pro tuo nomine dignatus sis flagris cædi.

XI. Cum autem cognovisset imperator eum esse plane immobilem, et persuaderi non posse, ut a sua dimoveretur sententia, convocato concilio (properabat enim ire Romam), tulit in eum sententiam, dicens : Mercurium, qui deos nihil fecit, et

[a] Matth. x, 28.

venerandum decretum nostræ mansuetudinis nihili putavit, jubet pia nostra potentia duci in regionem Cappadocum, et ei caput amputari ad exemplum multorum. Nam quicunque resistit imperatori, post multa tormenta subjicietur gladii supplicio. Cum itaque eum accepissent ii quibus fuerat mandatum, duxerunt animal, et portantes eum, imposuerunt vinctum utrinque valide, erat enim corpus martyris admodum dissolutum. Et venientes in diversorium, eum sensim deponentes, faciebant quiescere. Sicque eum paucis diebus longum iter confecissent, venerunt Cæsaream. Ad eum autem accedens Dominus, dixit : Mercuri, adesdum et quiesce. Cursum consummasti, fidem servasti, accipe coronam tuæ decertationis. Constitutum enim est, ut tu hic consummeris. Martyr autem Servatoris visione corroboratus, dicit iis, qui erant cum ipso : Facite quod vobis fuit imperatum, nihil cunctantes. Dominus autem, qui vocat omnes ad pœnitentiam, vos quoque sua gratia dignabitur. Nam cum sit dives, affatim donat bona sua iis qui accedunt. Hæc cum dixisset, caput fuit ei amputatum, consummatusque fuit in confessione Servatoris nostri Dei.

XII. Factum est autem, quod præter opinionem est, Dei miraculum mensis Novembris vicesimo quinto. Post ejus consummationem factum est corpus martyris album sicut nix, emittens suavem odorem unguentorum et suffituum, et propter hoc signum multi facti sunt Christiani. Deposuerunt autem sanctum in loco insigni, ubi fiunt multæ curationes ad gloriam Dei Patris, et Domini nostri Jesu Christi, simul cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

ΑΙΚΑΤΕΡΙΝΗΣ.

MARTYRIUM SANCTÆ ET MAGNÆ MARTYRIS

ÆCATERINÆ.

(Surius ad diem 25 Nov.; Græce ex cod. ms. 1523)

I. Imperante impio Maxentio (1), universum imperium Romanorum amplectebatur impium cultum dæmonum. Is enim Alexandriæ præsidens, in excelso et sublimi tribunali, emisit hoc impium edictum, ut omnes simul, qui erant in ejus potestate ac ditione, simulacris sacrificarent. Unde etiam per universum Romanum imperium manifesta fuerunt, quæ decreta fuerant, litteris ita se habentibus : Imperator Maxentius omnibus, qui sunt in mea ditione, salutem. Magnum consecuti beneficium a deorum benignitate, veluti quamdam hujus munificentiæ remunerationem, censuimus nos eis oportere offerre sacrificia. Omnes ergo, si fieri potest, ad nos venientes, ostendite vestram in magnos deos benevolentiam; scientes quod qui hoc nostrum edictum contempserit, et ad aliam a nobis prohibitam aspexerit religionem, et excidet ab ipsa magna deorum benevolentia, et subjicietur a nobis malis extremis.

II. Cum hæ litteræ in omnem partem pervasis-

Α'. Βασιλεύοντος τοῦ ἀσεβεστάτου Μαξεντίου, πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ τῆς βδελυρᾶς τῶν δαιμόνων ἀντεποιεῖτο θρησκείας. Οὗτος γὰρ, προκαθίσας εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ τε καὶ μετεώρου τοῦτο δὴ τὸ δυσσεβὲς ἐξέθετο πρόσταγμα τοῦ πάντας ὁμοῦ τοὺς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ κειμένους ἐξουσίαν θυσίας τοῖς εἰδώλοις ἐπιτελεῖν· ὅθεν καὶ πανταχοῦ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς φανερὰ καθίστη τὰ δεδογμένα γράμμασιν ἔχουσιν οὕτως· Βασιλεὺς Μαξέντιος πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἐξουσίαν χαίρειν. Μεγάλης εὐεργεσίας παρὰ τῆς τῶν θεῶν εὐμενείας τετυχηκότες, ὥς τινα τῆς τοιαύτης αὐτῶν μεγαλοδωρεᾶς ἀμοιβὴν, προσφέρειν ᾠήθημεν τὰς θυσίας αὐτοῖς. Πάντες τοιγαροῦν, εἰ δυνατὸν, φθάσαντες ἕως ἡμῶν, τὴν περὶ τοὺς μεγάλους θεοὺς εὔνοιαν ὑμῶν ἐπιδείξασθε, εἰδότες ὡς ὁ τὸ τοιοῦτον ἡμῶν διάταγμα παρορῶν, καὶ πρὸς ἑτέραν ἀπηγορευμένην ἡμῖν ἀπονεύων θρησκείαν, αὐτῆς τε τῆς μεγάλης τῶν θεῶν ἐκπεσεῖται φιλανθρωπίας, καὶ παρ' ἡμῶν κακοῖς τοῖς ἐσχάτοις ὑποβληθήσεται.

Β'. Τούτων τῶν γραμμάτων πανταχοῦ διαπεφοι-

(1) *Maximinus* legendum : is enim fuit Orientis, Maxentius Occidentis, imperator.

τηκότων, ἦν ἰδεῖν συῤῥέοντα πλήθη πρὸς αὐτὸν τῷ A φόδῳ τῶν ἀπειλῶν, τῶν μὲν πρόβατα καὶ βόας ἐπαγομένων, τῶν δὲ καὶ ὀρνίθων γένη ποικίλα, ὥστε οὐδεὶς εὐτελὴς ἦν, ἀλλὰ περὶ τὴν παρασκευὴν πάντες ἐγίνοντο τῆς θυσίας. Τοὺς μὲν γὰρ πλουσίους μεγάλα ζῶα πρὸς τὴν τελετὴν ὥριστο ἄγειν, μικρὰ δὲ τοὺς πένητας, ὡς ἑκάστῳ ἥ τε χεὶρ εὐπορoίη, καὶ ἡ πρὸς τοὺς θεοὺς εὔνοια ἔχοι. Μάλιστα δὲ αὐτοὺς ἠρέθιζε πρὸς φιλοτιμίαν ὁ βασιλεὺς ταύρους καταθῦσαι φέρων αὐτὸς ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. Πάντων τοίνυν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παρ' αὐτὸν συνεληλυθότων ὑπερήσθη τῇ πολυπληθείᾳ τοῦ τε λαοῦ καὶ τῶν θυσιῶν, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὡς μηδὲ καιρὸν ἕτερον ἀναμεῖναι, ἀλλ' αὐτίκα τε ἀναστῆναι, καὶ τάχει χωρῆσαι πρὸς τὸν ναὸν τοῦ καὶ B αὐτὴν ἤδη τὴν θυσίαν διατελέσαι. Ἔτρεχον δὲ σὺν αὐτῷ γένος ἅπαν καὶ ἡλικία πᾶσα, ὅσοι τε τῆς βουλῆς ἦσαν καὶ τῶν ἐν τέλει, καὶ ὅσοι τῶν εὐτελῶν καὶ ἀσήμων, τὰ πρὸς τὴν θυσίαν ἕκαστος ἐπικομιζόμενοι· ὡς στενοχωρεῖσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐκεῖ συῤῥεόντων αὐτήν τε τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν, περιηχεῖσθαι δὲ ὑπὸ τῆς τῶν ἀλόγων ζώων βοῆς τὴν κύκλῳ περίχωρον, τῇ δὲ τῶν θυσιῶν κνίσσῃ καὶ αὐτὸν μολύνεσθαι τὸν ἀέρα.

Γ'. Τούτων οὕτω τελουμένων, γυνή τις εὐσεβὴς, τὴν κλῆσιν Αἰκατερίνα, νέα τὴν ἡλικίαν, τὴν ὄψιν περικαλλὴς, ἐκ βασιλικοῦ γένους προηγμένη, πᾶσαν ἐπελθοῦσα γραφὴν, τήν ἔξω τε καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς, ὑπὸ πολλαῖς θεραπαινίσιν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν C διάγουσα ἦν, ἐν οἴκοις οὕτω βασιλικοῖς ταμιευομένη, Χριστὸν μόνον εἰδυῖα νυμφίον, καὶ τῷ τῆς ψυχῆς αὐτῷ κάλλος τηροῦσα, καὶ μόνῳ τὸν ἔρωτα τῆς καρδίας ἀνάπτουσα. Αὕτη χαλεπώτατον οὕτω τοὺς ἀνθρώπους ναυάγιον ὑπομένοντας, καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύοντας καὶ ἀπολλυμένους ὁρῶσα, καὶ δεινῶς τὴν ψυχὴν παθοῦσα καὶ ὑπὲρ τοῦ Δεσπότου ζηλώσασα, τότε μάλιστα τὸν ἐπ' αὐτὸν πόθον καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς πίστεως ἔγνω ζῆλον φανερὸν καταστήσασθαι καὶ παραλαβοῦσα ἐνίους τῶν θεραπόντων, εὐθέως ἐχώρει πρὸς τὸν ναὸν, ἐν ᾧ τὸ πλῆθος μετὰ τοῦ βασιλέως θυσιάζοντες ἦσαν, καὶ στᾶσα πρὸς τῇ φλιᾷ, εἷλκε μὲν τὰς τῶν ἄλλων ὄψεις πρὸς ἑαυτὴν κάλλος ἀμήχανον οὖσα, καὶ τὴν ἔνδον ὡραιότητα διὰ τῆς ἐκτὸς μηνύουσα ὄψεως. Ἠρέμα δὲ τὰ D καθαρὰ χείλη διάρασα, ἔχειν τι τῶν ἀναγκαίων, ἔφη, λαλῆσαι τῷ βασιλεῖ. Οἱ τοίνυν ἐπὶ τῶν ἀγγελιῶν τεταγμένοι προσαγγέλλουσιν αὐτῷ τὰ περὶ τῆς παρθένου. Κἀκείνου προστάξαντος, εὐθέως εἰσάγεται, καὶ στᾶσα πρὸ τῆς ἀναιδοῦς ὄψεως τοῦ τυράννου, ἔτι περὶ τὴν θυσίαν ἐκείνου σχολάζοντος, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν σταθερῶς πάνυ καὶ ἐλευθερίως ἐφθέγγετο·

Δ'. Ἐχρῆν μέν τε καὶ οἴκοθεν συνιδεῖν τὴν ἀπάτην, ὦ βασιλεῦ, ὅτι φθαρτῶν ἀνθρώπων εἰδώλοις οἷα θεοῖς θυσίαις ἐπιτελεῖς, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν ταύτην μωρίαν καὶ αἰσχύνην ἀποβαλεῖν· ἐπεὶ δὲ σκαιῷ πειθόμενος δαίμονι, πρὸς οὕτω φανερὰν τυφλώττεις ἀλήθειαν, ἔδει πάντως κἂν, τῷ παρ' ὑμῶν σοφῷ Διοδώρῳ πεισθέντα, γνῶναι τοὺς ὑμε-

sent, licebat videre confluentem ad ipsum multitudinem metu minarum : quorum alii quidem adducebant oves et boves; alii autem varia genera avium. Neque erat ullus immunis, sed erant omnes intenti in apparatu sacrificii. Nam qui erant valde divites, constitutum erat, ut magna animalia adducerent ad sacrificium : parva autem pauperes, prout unicuique suppetebant facultates, et erat uniuscujusque in deos benevolentia. Ad magnificentiam autem eos maxime incitabat imperator, afferens ad sacrificandum centum et triginta tauros. Cum omnes ergo ad ipsum convenissent Alexandriam, valde lætatus est, videns multitudinem populi et sacrificiorum, adeo ut nec alterum tempus exspectarit, sed protinus surrexerit, et citissime ad templum processerit, et ipsum peregerit sacrificium. Cum eo autem currebat omne genus et omnis ætas, et universus senatus, et omnes magistratus, plebsque et vulgus hominum, quæ ad sacrificium pertinebant', unusquisque afferens : adeo ut propter multitudinem eorum, qui confluebant, angusta esset ipsa civitas, angustum templum : clamore vero brutorum animantium circumsonaret tota regio circumcirca : nidore autem sacrificiorum ipse quoque aer inficeretur.

III. Cum hæc sic fierent, mulier quædam pia nomine Æcatarina, ætate juvenis, pulchra specie, quæ genus ducebat ex sanguine regio, omnem autem et externam et nostram scripturam perlegerat, multis ancillis comitata degebat Alexandriæ, et sic asservabatur in ædibus regiis, et solum Christum norat sponsum, et ei animæ servabat pulchritudinem, et in eum solum erat cor ejus amore inflammatum. Hæc sic videns homines gravissimum subire naufragium, et venire in extremum interitus periculum, animo graviter affecta, et pro Domino æmulatione ac zelo incitata, tunc maxime statuit suum ostendere desiderium, et ardentem pro fide zelum : et cum nonnullos secum accepisset famulos, protinus profecta est in templum, in quo erat multitudo cum rege sacrificans, et stans in limine, aliorum quidem vultus ad se attrahebat, ut quæ insigni esset pulchritudine, et internam speciem ostendebat per externam. Sensim autem sua munda labra aperiens, dixit se habere necessarium aliquid, quod diceret imperatori. Qui itaque nuntiis referendis præerant, imperatori de virgine annuntiant. Cumque ille jussisset, statim introducitur. Quæ cum stetisset coram impudenti tyranno, cum ille adhuc vacaret sacrificio, constanter et libere sic ei est locuta :

IV. Oportebat quidem, o imperator, te ex teipso tuam videre deceptionem, quod hominum, in quos cadit interitus, simulacris, tanquam diis offers, sacrificia, et gentilem hanc stultitiam et dedecus abjicere. Quoniam autem sinistro parens dæmoni, ad adeo manifestam cæcutis veritatem, oporteret omnino sapienti saltem, qui est apud

vos, Diodoro credentem, cognoscere quidnam sint A vestri dii, et non tam inconsiderate, quæ non decent, velle facere; et non deos putare simulacra hominum, qui vitam misere finierunt. Ille enim dicit et deos fuisse homines, et propter aliqua beneficia nominatos fuisse immortales. Scribit autem ipsos quoque habuisse proprias nominum appellationes, et imperasse quibusdam regionibus et civitatibus. Dicit vero homines deceptos ignoratione, eos vocasse deos, et retulisse in numerum immortalium. Porro autem alius quoque sapiens apud vos ex iis, qui conscripserunt historias, dixit illum Sarrum invenisse primum res gentilium. Eos enim, qui priscis temporibus, aut fortitudinis, aut amicitiæ, aut alicujus alterius virtutis B opus, dignum quod memoriæ mandetur, aut in quod studium conferatur, ostenderunt, dicitur honorasse statuis ac simulacris. Qui autem majorum mentem ignorarunt posteri, quod eos solum memoriæ gratia, ut qui rem aliquam laudabilem fecerant honorassent, eisque imagines et statuas posuissent, ad homines interitui et omnino similibus obnoxios affectionibus accesserunt: et ut eis fierent sacrificia, honoresque haberentur, et dies festi celebrarentur, providerunt. Eos vester quoque sapiens Plutarchus Cheronæus arguit, dicens eos inducere errorem imaginum, quibus oportet te quoque credere, o imperator. Non enim alienis omnino, sed tuis credes, et non tam multas animas inducere in extremum barathrum interitus. C Pro quibus ipse misere lues pœnas, et æternum subibis supplicium, gehennam, inquam, ignis, quæ nunquam desinit, sed majorem semper flammam accendit. Iis ergo persuaderis, o imperator, et persuasus agnosce verum Deum solum, qui dedit tibi hoc imperium, et præterea ipsam quoque vitam præbuit. Qui cum esset Deus æternus et immortalis, propter nos homo quoque factus est, crucemque et mortem elegit, nos faciens surgere a morte inobedientiæ, et ut ipse scit, nostram procurans salutem. Is et eorum, qui errant, est Servator, et eos quos pœnitet benigne et clementer excipit.

τέρους θεοὺς ὅπερ εἰσὶ καὶ μὴ ἁπλῶς οὕτω καὶ ἀλογίστως τοιαῦτά τε ἀσχημονεῖν ἐλέσθαι, καὶ θεοὺς νομίζειν, ἐλεεινῶς τὸν βίον καταλυσάντων ἀνθρώπων εἴδωλα. Φησὶ γὰρ ἐκεῖνος, ἀνθρώπους τε τοὺς θεοὺς εἶναι λέγων καὶ δι' εὐεργεσίας τινὰς ἀθανάτους ὀνομασθῆναι. Ἱστορεῖ δὲ καὶ ἰδίαις αὐτοὺς ὀνομάτων ἐσχηκέναι προσηγορίας, καί τινων ἄρξαι χωρῶν τε καὶ πόλεων. Ἀγνοίᾳ δὲ πλανηθέντας φησὶ τοὺς ἀνθρώπους θεούς τε αὐτοὺς καλέσαι καὶ ἀθανασίας περιβαλεῖν ἀξιώματι. Καὶ ἄλλος δὲ σοφὸς παρ' ὑμῖν πάλιν τῶν ἱστορίαν γραψάντων τὸν Σεροὺχ ἐκεῖνον ἔφησε πρῶτον τὰ τοῦ Ἑλληνισμοῦ ἐξευρεῖν. Τοὺς γὰρ ἐν τοῖς πάλαι χρόνοις ἢ ἀνδρίας ἢ φιλίας, εἴτε τινὸς ἑτέρας ἀρετῆς ἔργον μνήμης ἄξιον καὶ σπουδῆς ἐπιδειξαμένους ἀνδριᾶσι λέγεται καὶ στήλαις τιμῆσαι. Οἱ δὲ μετὰ ταῦτα, τὴν τῶν προγόνων ἀγνοήσαντες γνώμην, καὶ ὅτι μνήμης ἕνεκα μόνον αὐτοὺς, ὡς ἐπαινετόν τι πρᾶγμα πεποιηκότας, ἐτίμησαν, καὶ ἀνδριάντας αὐτοῖς καὶ στήλας ἀνέστησαν, ὡς ἀθανάτοις θεοῖς τοῖς ὁμοιοπαθέσιν ἀνθρώποις καὶ φθαρτοῖς προσετέθησαν, καὶ θυσίας αὐτοῖς καὶ τιμὰς καὶ πανηγύρεις ἐπενοήσαντο. Τούτοις δὲ καὶ ὁ σοφὸς ὑμῶν Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεὺς ἐπιμέμφεται, πλάνην ἀγαλμάτων αὐτοὺς παρεισάγειν λέγων, οἷς χρὴ πεισθῆναι καὶ σὲ, βασιλεῦ. Οὐχ ἀλλοτρίοις γὰρ πάντως, ἀλλὰ τοῖς οἰκείοις ἐπειθόμενος, καὶ μὴ ψυχὰς τοσαύτας εἰς ἔσχατον βάραθρον ἀπωλείας κατάγειν, ὧν αὐτὸς δήπου τὴν κόλασιν, ἀθλίως ὑφέξεις, καὶ κόλασιν οὐδέποτε λήγουσαν, ἀλλ' ἀεὶ μείζονά σοι τὴν τοῦ πυρὸς ἀνάπτουσαν γέενναν. Τούτοις οὖν πείσθητι, βασιλεῦ, καὶ πεισθεὶς ἐπίγνωθι Θεὸν ἀληθῆ μόνον τὸν δεδωκότα σοι τὴν βασίλειον ταύτην ἀρχὴν, προσέτι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ζῆν παρασχόμενον, ὃς Θεὸς ὢν ἀΐδιος καὶ ἀθάνατος καὶ ἄνθρωπος ὕστερον ἐγένετο δι' ἡμᾶς καὶ σταυρὸν καὶ θάνατον εἵλετο, τοῦ θανάτου τῆς παρακοῆς ἡμᾶς ἀνιστῶν, καὶ ὡς αὐτὸς οἶδε τὴν σωτηρίαν πραγματευόμενος. Οὗτος καὶ τῶν πλανωμένων ἐστὶ Σωτὴρ, καὶ τοὺς μετανοοῦντας ἠπίως πάνυ καὶ προσηνῶς ὑποδέχεται.

V. Ad hæc ira impletur Maxentius [*Maximinus*], D et cum fervens sanguis ad cor ejus modicum affluxisset, vox quoque ei fuit exstincta, et nec potuit quidem omnino respondere. Cum autem ad se vix tandem rediisset, et quæ a martyre dicta fuerant, vidisset esse validiora, quam ut contra ea dici posset, Nunc quidem, inquit, o mulier, sine peragere sacrificium; paulo post autem de iis, quæ dicis, audiemus apertius. Peracto ergo sacrificio, et festo per hæc soluto, in regiam reversus, accersit beatam. Postquam autem ea astitit: Dic nobis, inquit, quænam es, aut quænam sunt ea verba, quæ es nobis locuta? Illa autem: Nescis, inquit, o imperator, quænam ego sim? Sum filia imperatoris, qui te præcessit: vocor autem Æcaterina. Sum vero exercitata in omni disciplina

Ε'. Πρὸς ταῦτα ὀργῆς ὁ Μαξέντιος ὑποπίμπλαται, καὶ τοῦ θυμοῦ ἐπὶ μέσην αὐτῷ καταρρεύσαντος τὴν καρδίαν, ἐσβέσθη τε αὐτῷ ἡ φωνὴ καὶ οὐδὲ ἀποκρίνασθαι ὅλως εἶχεν. Ὀψὲ δὲ καὶ βραδέως ἀνενεγκὼν, ἐπεὶ πάσης ἀντιθέσεως ἰσχυρότερα τὰ ὑπὸ τῆς μάρτυρος εἰρημένα εἶδε, νῦν μὲν ἔασον ἡμᾶς, ἔφη, γύναι, τὴν θυσίαν ἐπιτελέσαι· μετ' οὐ πολὺ δὲ σαφέστερον περὶ ὧν λαλεῖς ἀκουσόμεθα. Τελεσθείσης οὖν τῆς θυσίας, καὶ λυθείσης μετὰ ταῦτα τῆς ἑορτῆς, ἐπανελθὼν εἰς τὰ βασίλεια, μετάπεμπτον ποιεῖ τὴν μακαρίαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ παρέστη. Εἰπὲ ἡμῖν, ἔφη, τίς εἶ, καὶ τίνες οἱ λόγοι οὓς ἐλάλησας πρὸς ἡμᾶς; Ἡ δέ· Οὐχ οἶσθα, βασιλεῦ, ἥτις ἐγώ; Τοῦ πρὸ σοῦ βασιλέως θυγάτηρ εἰμί· Αἰκατερίνα δὲ κέκλημαι· ἤσκημαι δὲ πᾶσαν παιδείαν, ῥητορικῆς καὶ φιλοσοφίας, γεωμετρίας τε

καὶ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν. Ἀλλὰ παρ' οὐδὲν ἐκεῖνα θεμένη πάντα, ἦλθον νυμφευθῆναι τῷ ἀθανάτῳ νυμφίῳ Χριστῷ διὰ τοῦ προφήτου λαλήσαντι, « Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. »

Ϛ'. Τοῦ δὲ βασιλέως ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσι θαυμάσαντος, εἶτα καὶ ἀτενέστερον πρὸς αὐτὴν ἀπιδόντος, καὶ οἰηθέντος μὴ εἶναι ταύτην μίαν τῶν γένεσιν ἀπὸ γῆς ἐσχηκότων, ἀλλά τινα τῶν θεῶν ὀπτασίαν ὁρᾷν ἐν ἀνθρώπου σχήματι διαλεγομένην, οὕτω καὶ οἰηθέντος καὶ πρὸς αὐτὸν παραφθεγξαμένου, ἡ μακαρία τὸν λόγον ὑπολαβοῦσα φησὶ πρὸς αὐτόν· Ἀληθῶς ἔλεξας, ὦ βασιλεῦ. Δαίμονες γὰρ οὓς ὀνομάζεις θεοὺς ὄντες, δαιμονικοῖς ὑμᾶς φάσμασιν ἀπατῶσι, καὶ πρὸς ἀσέλγειαν ἐκκαλοῦνται, καὶ εἰς ἀτόπους ἐπιθυμίας ἐμβάλλουσιν. Ἐγὼ δὲ, ὁποία τις ἂν ὦ, χοῦς εἰμι καὶ πηλὸς, εἰς τοιαύτην παρὰ τοῦ Θεοῦ πλασθεῖσα μορφὴν, καὶ τῇ αὐτοῦ εἰκόνι τετιμημένη· ὥστε καὶ θαυμάζειν μᾶλλον ἐντεῦθεν τὴν σοφίαν τοῦ δημιουργοῦ προσήκει, ὅτιπερ ἐν πηλῷ, καὶ οὕτως εὐτελεῖ τῇ ὕλῃ τοσοῦτον ἴσχυσεν ἐξασκῆσαι κάλλος. Ἐφ' οἷς δυσχεράνας ὁ βασιλεὺς, Μὴ λέγε τοὺς θεοὺς κακῶς, ἔφη, ἀθανάτους τε αὐτοὺς ὄντας, καὶ δόξαν ἀθάνατον ἔχοντας. Καὶ ἡ μάρτυς· Εὑρήσεις ἄρα καὶ σὺ, φησὶν, ὦ βασιλεῦ, ὅ τι ποτέ εἰσιν οἱ θεοί σου, μόνον εἰ τὴν ἀχλὺν τῆς ἀπάτης ἐθελήσῃς ἀποβαλεῖν· ἐπιγνώσῃ δὲ καὶ τὸν ἀληθῆ Θεὸν, ὅστις ἐστὶν ἀθάνατος καὶ ἀΐδιος, οὗ καὶ ὄνομα μόνον λαλούμενον, ἢ καὶ σταυρὸς ἐν τῷ ἀέρι διατυπούμενος φυγάδας σου τοὺς θεοὺς ἀπεργάζεται. Εἰ δὲ βούλει, καὶ φανερὰν ἀπὸ τῆς ἀληθείας τὴν ἀπόδειξιν ποιησόμεθα.

Ζ'. Ὑποπτεύσας τοίνυν ὁ βασιλεὺς τὴν ἐλευθερίαν τῆς μάρτυρος μὴ περιστῇ πάντοθεν αὐτὸν καὶ κατάσχῃ ταῖς ἀποδείξεσιν, αὐτὸς δὲ ἀποκρίνασθαι καὶ ἀνθυποφέρειν οὐκ ἔχων ἑαυτόν τε φανερῶς καὶ τοὺς οἰκείους αἰσχύνῃ θεοὺς, ἐκεῖνος μὲν οὐδὲ ψιλὴν τὴν ἀκρόασιν καταδέχεται, Προσποιησάμενος ἀνάξιον εἶναι γυναικὶ διαλέγεσθαι προσαχθήσονται δέ σοι παρ' ἐμοῦ ῥήτορες, εἶπε, πάντα σου λόγον καὶ πρότασιν μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας ἀνασκευάζοντες, ὅπως, ἀκριβῶς καὶ αὐτὴ καταμαθοῦσα τὴν τῶν οἰκείων προβλημάτων ἀσθένειαν, πρὸς τὸ συμφέρον ἀποβλέψῃς καὶ τῷ ἡμετέρῳ πεισθῇς δόγματι. Ταῦτα εἶπε, καὶ τὴν μὲν ἁγίαν ὑπὸ φυλακῇ τηρεῖσθαι προστάττει', αὐτὸς δὲ ὡς εἶχεν εὐθὺς, ἐκτίθησιν ἐπιστολὴν ἔχουσαν οὕτως· Βασιλεὺς Μαξέντιος, πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἐξουσίαν χαίρειν. Ὅσοι τοῦ σοφωτάτου θεῶν Ἑρμοῦ τῆς προνοίας ἐτύχετε, τὰς αἰτίας τῆς γνώσεως ἐπικαλεσάμενοι μούσας, ἔλθετε μέχρις ἡμῶν, τὸ φανὲν ἡμῖν ἔκ τινος ὡς ἔοικε μηχανῆς σοφώτατον γύναιον θᾶττον ἐπιστομίσοντες, μὴ τοὺς μεγάλους διαχλευάζειν θεοὺς, μηδὲ μύθους τὰ περὶ αὐτῶν ἡγεῖσθαι, ὑπὸ πιθανῷ τῷ ψεύδει καλυπτομένους. Οὕτω γὰρ ἄν τήν τε πάτριον ὑμῶν σοφίαν πάντες θαυμάσονται. καὶ ἡμεῖς τὴν ὑμετέραν περὶ τὸ λέγειν δύνα-

[1] Isa. xxix, 14.

A rhetoricæ et philosophiæ, geometriæ et aliarum scientiarum. Sed illa omnia nihili ducens, veni ut desponderer immortali sponso Christo, qui locutus est per prophetam : Perdam sapientiam sapientum, et prudentiam prudentum reprobabo [1].

VI. Cum autem imperator admiratus esset, quæ dicta fuerant, et in eam intentius defixisset oculos, et existimasset eam non esse unam ex iis, quæ natæ sunt e terra ; sed se deorum aliquam videre visionem, loquentem in habitu humano : cum sic putasset, et eam perperam esset allocutus, beata sermonem excipiens, dicit ei : Vere dixisti, o imperator. Dæmones enim, quos deos nominas, revera vos spectris decipiunt dæmoniacis, et vos provocant ad libidinem et intemperantiam, et ad B nefarias impellunt cupiditates. Ego autem cujusmodicunque sum, sum pulvis et lutum, efficta in hanc formam, et ejus honorata imagine. Quamobrem hinc magis convenit admirari sapientiam opificis, quod in luto et in materia tam vili potuerit tantam exstruere pulchritudinem. Quæ quidem ægre ferens imperator : Noli, inquit, diis maledicere, qui et ipsi sunt immortales, et gloriam habent immortalem. Martyr autem : Invenies, inquit, tu quoque, o imperator, quidnam sunt dii tui, si velis solum tuam abjicere parumper deceptionem, verum quoque Deum agnosces, qui est æternus et immortalis; cujus vel solum nomen pronuntiatum, vel crux etiam figurata in aere, C tuos deos vertit in fugam. Si velis autem, vel ex ipsa veritate apertam faciamus demonstrationem.

VII. Cum itaque imperatori suspecta fuisset libertas martyris, timeretque ne se undique circumsisteret, et implicaret demonstrationibus, ipse autem non posset respondere et resistere, seque et suos deos aperto dedecore afficeret, ipse quidem nec eam tantum audire sustinet, præ se ferens non decere, ut cum femina dissereret : Ad te autem, inquit, a me adducentur oratores, qui omnes tuas rationes et propositiones abunde confutabunt : ut cum tu quoque abunde didiceris tuorum dogmatum imbecillitatem, aspicias ad id quod est utile, et nostro pareas dogmati. Hæc D dixit, et sanctam quidem jubet servari in custodia : ipse autem statim emittit epistolam in hæc verba : Imperator Maxentius [*Maximinus*] omnibus, qui sunt meæ ditionis salutem. Quicunque deorum sapientissimi Mercurii curam geritis, invocatis Musis, quæ sunt causæ cognitionis, venite ad nos usque, sapientissimæ mulierculæ, quæ nobis veluti ex quadam machina apparuit, os obstructuri, ne magnos deos irrideat, neque fabulas esse putet, quæ sub falso teguntur probabili. Sic enim et patriam sapientiam omnes admirabuntur, et nos vestram dicendi facultatem et artem laudantes, et acceptam habentes, vos

magnis donis remunerabimus. Cum eæ ergo litteræ brevi per totum suum pervasissent imperium, convenerunt ad ipsum electi numero quinquaginta oratores, qui erant acres ad inveniendum, et multum valebant in dicendo. Quos cum proxime sistendos curasset Maxentius [*Maximinus*], ut familiaritate eos magis acueret et incitaret : Quæ, inquit, a nobis ad vos missæ sunt litteræ, significarunt causam vestri huc adventus. Vos ergo pulchre vosipsos paretis et instruatis. Neque quod sit adversaria femina, segnius aut negligentius veniatis ad certamen, sed tanquam contra fortissimum adversarium, generoso et excelso animo, et cum omni apparatu in eam insurgatis. Nam si viceritis quidem, non videbimini multis parvum erexisse tropæum. Sin autem, quod absit, vos vinci contigerit, magnum dedecus vobis conciliabitis, et ridebimini ab omnibus. Aspicientes enim ad sexum, quod sit mulier, eam esse existimant in dicendo imbecillam, et ejus eloquentiæ nullas esse vires arbitrantur, eamque nihil generosum ac forte posse aut facere, aut dicere. Ego autem, ut qui ejus accuratam habeam experientiam, opinor ab ea secundum futurum Platonem, qui tulit primas partes sapientiæ. Vosque sic velim esse paratos, perinde ac si adversus illum ipsum essetis decertaturi. Est enim melius, magna exspectantes invenire minora, quam parva sperantes, incidere in fortiora.

A μιν καὶ τέχνην ἀποδεξάμενοι μεγάλαις ὑμᾶς δωρεαῖς ἀμειψόμεθα. Τῶν γραμμάτων τοίνυν πᾶσαν τὴν ὑπ' αὐτὸν ἀρχὴν ἐν ὀλίγῳ περιελθόντων συνῆλθον πρὸς αὐτὸν ἐξ ἐπιλογῆς τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα ῥήτορες, ὀξεῖς τε νοῆσαι καὶ εἰπεῖν ἱκανώτατοι. Καὶ τούτους ἐγγυτάτω παραστησάμενος ὁ Μαξέντιος ἵνα καὶ πλέον παραθήξῃ ταῖς οἰκειώσεσι, Τὸ παρ' ἡμῶν, ἔφη, γράμμα πεμφθὲν πρὸς ὑμᾶς ἐδήλωσε τὴν αἰτίαν τῆς ἐνταῦθα ὑμῶν ἀφίξεως. Παρασκευάσασθε οὖν ἰσχυρῶς, καὶ μή, ὅτι θῆλυ τὸ ἀντιμαχόμενον, ἀργότερόν πως εἰς τὸν ἀγῶνα ἢ ῥαθυμότερον ἀπαντήσητε, ἀλλ' ὡς πρὸς ἀνταγωνιστὴν ἀνδρειότατον οὕτω γενναίως καὶ πάσῃ παρασκευῇ διανάστητε. Νικήσαντες μὲν γὰρ οὐ μέγα στήσεσθαι τοῖς πολλοῖς δόξετε τρόπαιον· εἰ δὲ καὶ ἡττηθῆναι B ὑμᾶς συμβῇ, ὅπερ ἀπεύχομαι, μεγάλην ἂν αἰσχύνην πᾶσι καὶ γέλωτα ὄφλοιτε· πρὸς γὰρ τὴν φύσιν ὁρῶντες ὅτι γυνή, ἀσθενῆ καὶ τὸν λόγον αὐτῆς ὑπολαμβάνουσι καὶ τὴν ἰσχὺν εἶναι, καὶ οὐδὲν ἂν γενναῖον αὐτὴν οὐδὲ ἀνδρικὸν οὔτε πρᾶξαί ποτε, οὔτε εἰπεῖν δυνηθῆναι. Ἐγὼ δὲ ὡς ἀκριβῆ πεῖραν αὐτῆς ἐσχηκώς, καὶ αὐτὸν ἄν μοι δοκῶ τὰ δευτερεῖα ταύτης ἔχειν τὸν τὰ πρῶτα τῆς σοφίας ἀπενεγκάμενον Πλάτωνα, καὶ ὑμᾶς ὥσπερ ἂν εἰ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον οὕτω παρασκευάζεσθαι ἀξιῶ· βέλτιον γὰρ μεγάλα προσδοκῶντας ἐλάττονα εὑρεῖν, ἢ μικρὰ ἐλπίσαντας ἰσχυροτέροις περιπεσεῖν.

VIII. Ad hæc dixit unus ex oratoribus, qui erat eximius inter omnes, qui erant cum ipsis : Consentaneum est, o imperator, hæc ita se habere, et intelligentem esse mulierem, et acuti ingenii. Sed non videtur mihi fore, ut sustineat venire in conspectum oratoris, ne dum ut cum eo ineat certamen disputationis, et aut aliquid proponat, aut opponat. Quid est enim mulier ad artem rhetoricam? Veniat tamen solum, te jubente, et videbis quæ deinceps consequuntur. Cum ergo oratorem adeo tumidum vidisset Maxentius [*Maximinus*], ad voluptatem et lætitiam statim fuit conversus, sperans stultus linguam adeo intemperantem et audacem persuasuram linguæ moderatæ et plenæ sapientia. Jubet ergo ante se sisti martyrem. Collecta quoque fuerat frequens multitudo, concurrens ad spectaculum certaminis, ut scirent, ex utra parte staret victoria. Nondum pervenerant ad custodiam ii, qui jussi fuerant eam adducere, cum angelus Domini ei apparens: Noli timere, ait, Dei puella. Ecce enim præter tuam sapientiam tibi dabitur a Deo sapientia, et persuadebis quinquaginta oratoribus. Neque solum persuadebis, sed et ipsos, et multos alios, qui sunt cum eis, ad Deum adduces. Deinde tu quoque eris redimita corona martyrii. Hæc ille quidem cum dixisset, abiit.

C Η'. Πρὸς ταῦτα εἷς τῶν ῥητόρων ὁ τῶν σὺν αὐτῷ πάντων διαφορώτατος εἶπεν. Εἰκὸς οὕτω ταῦτα ἔχειν, ὦ βασιλεῦ, καὶ συνετήν τινα τὴν γυναῖκα καὶ ἀγχίνουν εἶναι. Ἀλλ' οὐ δοκεῖ μοι κατὰ πρόσωπον ῥήτορος αὐτὴν ἐλθεῖν ὑπομεῖναι, μή ὅτι γε καὶ λόγον συνᾶραι, καὶ εἰς προτάσεις αὐτῷ καὶ ἀντιθέσεις χωρῆσαι. Τί γάρ ἐστι γυνὴ πρὸς τέχνην ῥητορικήν; Ὅμως ἐλθέτω μόνον σοῦ κελεύσαντος, καὶ ὄψει τὰ ἐπὶ τούτοις. Τὸν ῥήτορα τοίνυν οὕτω μεγάλα φυσῶντα ἰδὼν ὁ Μαξέντιος, πρὸς ἡδονὴν εὐθὺς καὶ φαιδρότητα μετεβάλλετο, ἐλπίσας ὁ μάταιος ἀκόλαστον οὕτω καὶ θρασεῖαν γλῶτταν ἐπιεικῆ καὶ φιλοσοφίας γέμουσαν πεῖσαι ψυχήν. Παραστῆναι τοίνυν αὐτῷ κελεύει τὴν μακαρίαν, συνείλκετο δὲ καὶ πλῆθος ἀθρόον εἰς θέαν τοῦ D ἀγῶνος ἐπιδραμόντες, ὥστε μαθεῖν ὁπότερον μέρος τὴν νικῶσαν ἀποίσεται. Οὔπω τὴν φυλακὴν οἱ ἀγαγεῖν αὐτὴν ἀπεσταλμένοι κατέλαβον, καὶ ἄγγελος ἦν αὐτῇ ἐπιστὰς καί, Μὴ φοβοῦ, ἡ παῖς τοῦ Θεοῦ, εἶπεν· ἰδοὺ γὰρ δοθήσεταί σοι σοφία ἐπὶ τῇ σῇ σοφίᾳ παρὰ Θεοῦ, καὶ πείσεις τοὺς πεντήκοντα ῥήτορας. Οὐ πείσεις δὲ μόνον ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς καὶ πολλοὺς σὺν αὐτοῖς ἑτέρους προσάξεις Θεῷ. Εἶτα καὶ αὐτὴ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδήσει. Ταῦτα ὁ μὲν εἰπὼν ᾤχετο.

IX. Cum eam autem accepissent ii, qui missi fuerant, adducunt ad tribunal imperatoris. Et statim egregius ille orator, quem prius diximus,

Θ'. Λαβόντες δὲ αὐτὴν οἱ ἀπεσταλμένοι τῷ βασιλικῷ προσάγουσι βήματι. Καὶ αὐτίκα ὁ γενναῖος ῥήτωρ ἐκεῖνος, ὃν προλαβὼν ὁ λόγος ἐδήλωσε, μέγα

βλέπων καὶ σοβαρὸν φθεγγόμενος, Σὺ εἶ, φησὶν, ἡ A ἀναισχύντως, οὕτω καὶ ἰταμῶς εἰς τοὺς θεοὺς ἡμῶν ἐξυβρίζουσα; Καὶ ἡ μάρτυς πράως μάλιστα καὶ κοσμίως, Ἐγώ εἰμι, ἀπεκρίνατο, πλὴν οὐκ ἀναισχύντως, ὡς αὐτὸς ἔφης, καὶ ἰταμῶς, μετρίως δὲ μᾶλλον ἐφθεγξάμην καὶ φιλαληθῶς. Καὶ ὁ ῥήτωρ, Τῶν μεγάλων ποιητῶν, φησὶ, θεοὺς ὑψηλοὺς ἐκείνους ὀνομαζόντων, πῶς αὐτὴ καὶ γλῶτταν κινεῖς κατ' αὐτῶν καὶ ὅλως ἀποθρασύνεσθαι τὰ τοιαῦτα τολμᾷς, καίτοι γε, ὡς ὁ λόγος ἔχει, τῆς τούτων σοφίας καὶ αὐτὴ γευσαμένη, καὶ τῆς γλυκύτητος κοινωνήσασα; Εὐσυνέτως τοίνυν ἐκείνη τὸν λόγον ὑπολαβοῦσα, Τὴν μὲν σοφίαν ὡς τοῦ ἐμοῦ, φησὶ, δῶρον ἔχω Θεοῦ, ὅς ἐστιν ἡ σοφία καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ὃν τὸ φοβεῖσθαι καὶ τὰς αὐτοῦ τηρεῖν ἐντολὰς ἀρχὴ σοφίας ἐστὶ τελεωτέρας καὶ μείζονος· B τὰ δὲ τῶν ὑμετέρων θεῶν καταγέλαστα ὄντα, καὶ πολλῆς γέμοντα τῆς ἀπάτης, οὐκέτι οὐδὲ ἀξίου τινὸς ἔτυχε ψόγου. Πλὴν ἀλλ' εἰπὲ ἡμῖν ὅστις σου τῶν μεγάλων, ὡς φῄς, ποιητῶν καὶ ὅπως θεοὺς αὐτοὺς ἐπωνόμασεν. Ὁ δὲ ῥήτωρ· Πρῶτα μὲν ὁ σοφώτατος, ἔφη, ποιητῶν Ὅμηρος, ἐπευχόμενος οὑτωσὶ τῷ Διὶ, *Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι*· ἔπειτα δὲ καὶ ὁ περίβλεπτος Ὀρφεὺς ἐν τῇ αὐτοῦ Θεογονίᾳ οὕτω πως εὐχαριστῶν τῷ Ἀπόλλωνι, ὦ ἄνα Λητοῦς υἱὲ, ἑκατηβόλε Φοῖβε, κραταιὲ, πανδερκὲς, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσων, Ἠέλιε χρυσέοισιν ἀειρόμενε πτερύγεσιν. Οὕτω μὲν οὖν οἱ κράτιστοι καὶ πρῶτοι τῶν ποιητῶν ἐτίμων τε αὐτοὺς καὶ θεοὺς φανερῶς ἀθανάτους ἐκάλουν. Μηδὲ σὺ τοίνυν C ὑπὸ τῆς ἀπάτης κλεπτομένη προσανέχῃς οἷα Θεῷ τῷ ἐσταυρωμένῳ, ὃν οὐδὲ τῶν παλαιῶν τις σοφὸν ὀνομάσας εὑρίσκεται, οὐδὲ εἰ Θεὸς καλοῖτο εἰδώς.

Ι'. Καὶ ἡ μάρτυς· Ναὶ, φησὶ, τὰ περὶ τῶν θεῶν σου οὕτως ἔχειν ὁμολογῶ καὶ οὐκ ἂν ἀντείποιμι· ἀλλ' ἐκεῖνά που θήσομεν. Ὅμηρος μὲν γὰρ ὃν κράτιστον ποιητῶν ἔφης, αὐτὸς ἐκεῖνος πάλιν τὸν μέγιστον ἁπάντων θεῶν σου Δία μυρίοις ὑποβάλλει τοῖς ἀτοπήμασι, πῇ μὲν ψεύστην καὶ σκολιὸν, πανοῦργόν τε καὶ ἀπατεῶνα καλῶν, πῇ δὲ ὑπὸ Ἥρας καὶ Ποσειδῶνος καὶ Ἀθηνᾶς, παρ' ὀλίγον δεσμώτην γενόμενον. Εἰ γὰρ μὴ παρὰ Θέτιδος κατεμηνύθη τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ τὸν Αἰγαῖον φύλακα τῆς οἰκείας σωτηρίας προὐβάλλετο, τάχα σοι τῶν θεῶν καὶ τῶν ἀνδρῶν ὁ πατὴρ ὕπτιος ἔκειτο δέσμιος, ἀβοήθητος D ὑπὸ δύο γυναικῶν καὶ Ποσειδῶνος καταπαιζόμενος. Ὁ μουσικὸς δὲ πάλιν Ὀρφεὺς πολλὴν ὑμῶν τῶν αὐτοὺς σεβομένων καὶ οὗτος ἄνοιαν καὶ παραπληξίαν καταγινώσκει, καὶ μάλιστα ἐν ᾗ βίβλῳ περί τε αὐτῶν, ὡς ἔφης, τῶν θεῶν τῆς γονῆς καὶ τῆς τοῦ κόσμου συνέγραψε κτίσεως, οὕτω πως καὶ περὶ τῆς ὑμετέρας ματαιότητος καὶ τῆς ἀμαθίας ὑποσημήνας, οὔτε κακοῖς προσερχομένοις νοῆσαι, οὔτε τοῖς μάλα προτρέψαι κακότητος ἔχουσιν, ᾧτινι καὶ αὐτὸς ὑμῶν ὁ σοφὸς προσμαρτυρεῖ Σοφοκλῆς. Ἔστι Θεὸς, εἰπὼν, ὃς οὐρανὸν ἔτευξε καὶ γαῖαν μακρὰν, πόντου τε χαροπὸν οἶδμα καὶ ἀνέμων βίας. Θνητοὶ δὲ πολυκερδείῃ πλανώμενοι, ἱδρυσάμεθα πημάτων παραψυχὰς καὶ θεῶν ἀγάλματα, ξύλων καὶ λίθων ἐκ χρυσο-

A torve intuens, et superbe loquens: Tu es, inquit, quæ deos nostros tam impudenter et adeo insolenter injuria afficis? Martyr autem valde leniter et placide respondit: Ego sum, sed non impudenter et insolenter, ut dixisti, sed moderate potius et vere sum locuta. Dixit vero orator: Cum magni poetæ deos altos illos nominent, quomodo tu in eos linguam moves, et tam insolenter audes in eos insultare? etsi, ut fertur, tu quoque eorum gustasti sapientiam, et fuisti particeps dulcedinis. Illa autem prudenter respondens: Habeo quidem, inquit, sapientiam, sicut mei Dei donum, qui est sapientia et vita, et quem timere et ejus mandata servare, est initium sapientiæ perfectioris et majoris. Res autem vestrorum deorum cum sint ri- B diculæ, et plenæ multa deceptione, nondum ullam pro meritis assecutæ sunt vituperationem. Verum enimvero dic nobis, quisnam ex tuis magnis, ut dicis, poetis, et quomodo deos ipsos nominavit? Orator autem: Primum quidem, inquit, sapiens poeta Homerus Jovem precans, sic dicit: Jupiter gloriosissime, maxime, et alii dii immortales. Deinde insignis quoque Orpheus in sua Theogonia, sic gratias agens deo Apollini, dicit: O rex filius Latonis, eminus feriens, potens Phœbe, qui omnia intueris, et imperas mortalibus et immortalibus, Sol, qui in altum pennis aureis extolleris. Atque sic quidem præstantissimi et primi ex poetis, ipsos honorabant, et deos aperte vocabant. Ne- C que tu ergo decepta, crucifixum attendas tanquam Deum, quem nullus ex veteribus sapiens invenitur nominasse, neque scire, an esset Deus.

XXXIX. Imperatorem equitantem prævenit capsa, quæ ferebat corpora martyrum, quæ tanta erat ferreaque, et per mare navigabat. Nam cum divina quadam virtute celerrime e fundo emersisset, et fluctus marinos pervasisset, secunda aqua navigabat, et celeritate par volucribus currebat Byzantium; et D eum qui condemnaverat ne habitaret civitatem, ea quæ fuerat condemnata, magna prævenit celeritate. Postquam autem divina quædam apparitio civitatis episcopo facta est media nocte, quæ significabat et mox affuturos martyres, et jubebat eum properare ad littora, quæ sunt in arce, ut eos descendentes e mari statim exciperet : cum hac ipsa hora noctis congregasset eos qui ex clero simul aderant, et quosdam pios et fideles, cum eis perrexit ad littora, quæ ei ostenderat is, qui apparuerat. Cum autem versus mare intenderent oculos, repente vident lucem, tanquam columnam e cœlo usque ad mare pervadentem, et in quadam cymba quodammodo fundatam : duos vero viros aspectu præclaros, ex utraque parte honorifice et

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΣΠΥΡΙΔΩΝΟΣ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΡΙΜΙΘΟΥΝΤΟΣ.

VITA ET CONVERSATIO

S. P. N. SPYRIDONIS

EPISCOPI TRIMITHUNTIS.

(Latine apud Surium ad diem 12 Dec.; Græce ex cod. ms. Colslin. 147.)

Α'. Μέγιστον εἰς ψυχῆς ὠφέλειαν βίος γενναίων A καὶ φιλοθέων ἀνδρῶν καὶ πολὺν τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς ἐμποιεῖν δυνάμενος. Οὐ μόνον γὰρ τοῦ χείρονος ἐκκοπὴν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν πρὸς τὸ βέλτιον μεταβολὴν ἀπεργάζεται. Εἴτε γάρ τις εἴη πάθεσι προκατειλημμένος, τοιούτων ἀπολαύων διηγημάτων, τῆς πρὸς ταῦτα ὁρμῆς ἀφίσταται, καὶ μισοπόνηρος γίνεται· εἴτε μὴν καὶ ἀρετῆς ἐπιμέλεται, θερμότερον ὑπὸ τῆς ἱστορίας περὶ αὐτὴν διανίσταται καὶ τῇ τοῦ ὁμοίου φιλίᾳ παροξύνεται πρὸς τὴν μίμησιν, Μίμησις δὲ καὶ ζῆλος μεγάλων δήπου καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν ὅσον δύναται, καὶ ἄλλοι μὲν ἔδειξαν τῶν φθασάντων τὸ περὶ τὴν ἀρετὴν φιλόκαλον μιμησάμενοι, μάλιστα δὲ πάντων ὁ θαυμάσιος τὸν βίον Σπυρίδων, Ἰακὼβ τε ὁμοῦ καὶ τὸν θεῖον Δαυῒδ εἰς ἄκρον ζηλώσας, καὶ πολὺ κατ' ἐκείνους B τὸ πρᾶον καὶ ἄπλαστον ἀσπασάμενος, ὡς δὲ καὶ πρὸς Ἀβραὰμ τὸν φιλόξενον ἐμμελὲς βλέψας, καὶ κοινὰ τὰ ὄντα τοῖς χρῄζουσι ποιησάμενος, κἀντεῦθεν οὐ τὴν γῆν διὰ τὸ πρᾶον ὡς ἡ ὑπόσχεσις, ἀλλ' αὐτοὺς κληρονομήσας τοὺς οὐρανούς. Καὶ διὰ πλοῦτον, ὃν περιεῖδε, Χριστὸν ὅλως τὸν θεῖον πλοῦτον ἐμπορευσάμενος, θαυμάτων τε ποταμοὺς πλουτήσας, ἀεί ποτε μὲν ἀντλουμένους, μηδέποτε δὲ μηδαμῶς λήγοντας.

Β'. Τοῦτον ἤνεγκε μὲν Κύπρος ἡ νῆσος· ἦν δὲ οὐ στωμύλος τις, οὐδὲ κομψὸς τὸ ἦθος, οὐδὲ πλήθει καὶ ἀγορᾷ χαίρων, ἀλλ' ἁπλοῦς καὶ ἡσύχιος καὶ ἀπραγμοσύνην εἴπερ τις ἕτερος ἀσπαζόμενος. Δι' ἃ, καὶ πρὸς τὴν τοῦ πατριάρχου, καθάπερ ἔφημεν, Ἰακὼβ πολιτείαν τὸ σύνολον ἑαυτὸν τυπῶν, ποιμὴν καὶ αὐτὸς προβάτων ἐδείκνυτο, οὐ μὴν ἀκριβῶς ποιμὴν οὐδὲ ἀφελὴς οὕτως ἢ καὶ ἀγροικικὸς τὸ ἦθος

I. Ad utilitatem animæ res est maxima, vita generosorum et piorum virorum, et quæ potest parare magnas opes virtutis. Non solum enim resecat id, quod est deterius, sed etiam magnam efficit mutationem ad id quod est melius. Sive enim fuerit aliquis vitiis præoccupatus, talibus fruens narrationibus, facilius ab eis se continet: sive sit aliquis virtutis studiosus, audita historia, exsurgit alacrior, et amore ejus, quod est simile, incitatur ad imitationem. Imitatio autem et æmulatio magnorum et admirabilium virorum quantum possit, et alii quidem ostenderunt, eorum qui præcesserunt præclarum virtutis studium imitati: maxime vero omnium, vita admirabilis Spiridonis, qui Jacob simul et divinum David summe est æmulatus: et sicut illi, amplexus est lenitatem ac mansuetudinem, et a simulatione alienam simplicitatem, similiter vero ad Abrahami aspexit hospitalitatem, et suas facultates effecit communes indigentibus. Hincque factum est, ut non terræ, propter mansuetudinem, ut habet promissio, sed ipsorum cœlorum assequeretur hæreditatem, et propter divitias quas despexit, Christum plane, divinas comparavit divitias: miraculorum autem dilatatus est fluviis, qui semper quidem hauriuntur, nunquam vero desinunt.

II. Eum tulit quidem insula Cyprus; erat autem non garrulus aliquis, neque urbanus et elegans moribus, neque qui multitudine et foro delectabatur, sed simplex et quietus, et a negotiis curisque remotionem colens, si ullus alius. Quocirca ad patriarchæ Jacob vitam se omnino effingens, sicut diximus, fuit ipse quoque pastor ovium: non tamen omnino pastor, aut nimia simplicitate, aut feris et

agrestibus moribus, sed commodis et valde facilibus, et qui a vulgi quidem se abducebat congressione: pauperibus autem et hospitibus tam facilis ad eum patebat aditus, et se eis tam præbebat affabilem, ut esset omnibus in sermone jucundior, et ad facultates suas communicandas longe liberalissimus. Præteriisse certe aliquem ex iis qui accedebant, qui non fuisset ab eo hospitio acceptus, erat ei longe molestissimum, perinde ac si re aliqua maxima et quæstuosissima esset fraudatus. Et erat quidem alioqui ei liber animus, et alienus ab omni illiberali assentatione et humilitate: ad eorum autem, qui iter ingrediebantur, labores recreandos, et ad pedes qui erant fatigati, abluendos, et ad mensam apponendam, et alia administranda jure amicitiæ et moderationis, erat adeo dexter et officiosus, ut ipse solus hoc magis præstaret, quam famuli, qui sunt in suos dominos maxima præditi benevolentia. Erat enim ei contemperata cum gravitate quidem simplicitas, cum animi vero magnitudine lenitas: cum intensa autem et ardenti charitate, grata florebat temperantia, quam non minus dilexit, et ardenter est amplexus, quam reliqua omnia: ut qui cum legitima quidem et pudica uxore non diu versatus, et liberorum pater ex ea effectus, deinceps voluptate et omni alia mundana cupiditate permansit superior. Hinc mel virtutis conficiens diligentius et in lege Domini studiose meditans, benignissimus evasit et clementissimus. Et ut semel dicam, erat Spiridon divinum virtutum exemplar archetypum; habens quidem omnes in se scriptas, sed ad quarum imitationem pauci poterant accedere.

III. Cum sic ille resplenderet benefactis, magnamque vitam et insignem attulisset, multa quoque dona majora consequitur, tam quæ sunt hinc, inquam, quam quæ futurorum describunt magnitudinem. Hæc autem erant: Morbo confecta confirmabat corpora, membrorum mutilationes sanabat incurabiles, malignos increpabat spiritus, quos cum primum increpasset, nulla mora interjecta fugiebant, et statim recedebant: alia quoque ab eo fiebant his majora, virtute divina ei opem ferente. Quamobrem ex pastore constitutus pastor loco ovium cura gregis ei commissa, quo tempore magnus Constantinus Romanorum tenebat imperium, Trimithuntinorum creatur episcopus. Quantam autem, postquam perductus fuit ad sedem, virtutis curam gesserit, ostendent, quæ similiter a sedem adepto facta sunt miracula. Verumenimvero omnia illius persequi, stulti et ineruditi fuerit hominis, neque vero id quis assequi potuerit, quomodo etiam omnia prætermittere, nimis magnum damnum attulerit. Quæcumque autem et dici possunt, et auditu valde sunt utilia, ea dicam.

IV. Castigabat Deus insulam pluviæ egestate, et gravis premebat siccitas, et siccitatem quidem consequebatur fames, famem autem pestis, et populi quidem magna pars jam interierat, al-

A καὶ ἀνομίλητος, ἀλλ' ἠθῶν μάλιστα χρηστῶν ἐπιμελητής, καὶ τῆς μὲν τῶν πολλῶν ὁμιλίας ἑαυτὸν ἀπάγων, πένησι δὲ ἀνδράσι καὶ ξένοις οὕτω τι εὐπρόσιτος καὶ κοινωνικὸς, ὡς καὶ ὁμιλῆσαι πάντων ἀνθρώπων δείκνυσθαι χαριέστατος, καὶ μεταδοῦναι τῶν ὄντων φιλοτιμότατος. Ἀμέλει καὶ τό τινα τῶν παριόντων παραδραμεῖν ἐκείνῳ μὴ ἐπιξενωθέντα λυπηρὸν ἦν αὐτῷ σφόδρα, καὶ ἴσον τῷ μεγίστου τινὸς καὶ κερδαλεωτάτου διαμαρτεῖν. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐλεύθερον ἦν ἔχων τὸ φρόνημα καὶ ξένον πάσης ἀγεννοῦς κολακείας καὶ ταπεινότητος, κόπους δὲ ὁδοιπορούντων ἐκθεραπεῦσαι, καὶ πόδας ἀπονίψαι πεπονηκότας, τράπεζάν τε παραθεῖναι καὶ τἄλλα διακονῆσαι πάντα νόμῳ φιλίας καὶ μετριότητος, οὕτω θεραπευτικός τε καὶ δεξιώτατος, ὡς αὐτοῦ μόνου εἶναι ταῦτα, ἢ τῶν οἰκετῶν, τῶν εὐνοϊκώτατα περὶ τοὺς δεσπότας τοὺς ἰδίους διακειμένων. Ἐκέκρατο γὰρ αὐτῷ σεμνότητι μὲν ἡ ἁπλότης, ἀνδρίᾳ δὲ ἡ πραότης. Τῷ δὲ σφόδρα συντόνῳ καὶ διαπύρῳ τῆς φύσεως τὸ χάριεν ἐπήνθει τῆς σωφροσύνης, ἧς ὡς οὐδενὸς ἠράσθη τῶν πάντων, καὶ θερμῶς περιείχετο· γυναικὶ μὲν νομίμῳ καὶ σώφρονι χρόνον ὁμιλήσας οὐχὶ συχνὸν, καὶ πατὴρ παίδων ἐκ ταύτης γενόμενος· τὸ λοιπὸν δὲ κρείττων ἡδονῆς καὶ πάσης ἄλλης ὑλώδους ἐπιθυμίας μεμενηκώς. Ἐντεῦθεν καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς μέλι φιλοπονώτερον ἐργαζόμενος, τῷ νόμῳ τε Κυρίου σπουδαίως ἐμμελετῶν, φιλανθρωπότατος τὴν ψυχὴν κατέστη καὶ τὴν γνώμην ἐπιεικέστατος, καὶ συνελόντα φάναι, θεῖόν τι Σπυρίδων ἀρχέτυπον καὶ πίναξ ἀρετῶν ἦν· πάσας μὲν ἐν ἑαυτῷ γεγραμμένας ἔχων, ὀλίγοις πρὸς μίμησιν ἐλθεῖν δυναμένας.

Γ'. Οὕτω διαλάμπων τοῖς κατορθώμασι, καὶ βίον ἐκεῖνος μέγαν εἰσενεγκὼν, πολλῷ μειζόνων ἀξιοῦται καὶ δωρεῶν, καὶ τέως τῶν ἐνταῦθα φημὶ, καὶ ὅσα δὴ τῶν μελλόντων ζωγραφεῖ τὴν μεγαλειότητα. Τὰ δὲ ἦν· ἐρώννυ σώματα, νόσῳ κατειργασμένα, πηρώσεις ἰᾶτο θεραπείας ἰσχυροτέρας, πνεύμασι πονηροῖς ἐπετίμα· καὶ τὸ μέσον τῆς ἐπιτιμίας καὶ τῆς φυγῆς οὐδὲν ὅλως ἦν, ἀλλ' εὐθὺς ἀπηλλάττοντο. Καὶ ἄλλα δὲ μείζονα τούτων πολλὰ διεπράττετο, δυνάμεως αὐτῷ συνεργούσης. Δι' ἃ καὶ ποιμὴν ἐκ ποιμένος καθίσταται, ἀνθρώπους ἀντὶ προβάτων διέπειν ἐγχειρισθεὶς, ὁπηνίκα Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐκράτει Ῥωμαίων, αὐτὸς τῆς πόλεως Τριμιθούντων ἐπίσκοπος γνωρισθείς. Ὅσης δὲ καὶ μετὰ τὸν θρόνον εἶχε τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν, τὰ μετὰ τὸν θρόνον ὡσαύτως θαύματα δηλώσει. Πλὴν ἀλλὰ τὸ πάντα μὲν τὰ ἐκείνου διεξελθεῖν ἀπειρόκαλόν τε ὁμοῦ καὶ ἀδύνατον, ὥσπερ τὸ πάντα παραλιπεῖν ἀτεχνῶς ἐπιζήμιον· ὅσα δὲ καὶ εἰπεῖν δυνατὸν, καὶ ἀκοῦσαι λίαν ὠφέλιμον, ταῦτα δὴ καὶ ἐρῶ.

Δ'. Ἐκόλαζε τὴν νῆσον ὁ Θεὸς ἀνομβρίᾳ, καὶ αὐχμὸς ἐφειστήκει δεινὸς· καὶ ἠκολούθει τῷ αὐχμῷ μὲν λιμὸς, τῷ λιμῷ δὲ λοιμὸς, καὶ τὸ πολὺ τοῦ πλήθους, τὸ μὲν ἤδη καὶ διεφθείρετο, τὸ δὲ ὅσον

οὔπω τοῦτο παθεῖν ἠλπίζετο. Ἐδεῖτο δὲ τὸ δεινὸν Ἠλιοῦ πάντως ἢ ἑτέρου τῶν κατ' ἐκεῖνον, εὐχῇ τὸν οὐρανὸν διανοίξαντος, καὶ οὗτος Σπυρίδων ἦν. Ὡς γὰρ ἡ μάστιξ ἐπέκειτο καὶ ἰσχυρῶς μετῄει τὸ πλῆθος, ὑπεραλγῶν αὐτὸς τοῦ ποιμνίου, καὶ πατρικοῖς σπλάγχνοις διακαιόμενος, δεῖται μὲν ὡς φιλάνθρωπος τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, πληροῖ δὲ ἐκεῖνος αὐτίκα τὸν οὐρανὸν νεφέλαις ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὡς μή τις νομίσοι φυσικῇ τινι τῶν στοιχείων ῥοπῇ τὸν ὄμβρον ἀκολουθεῖν, δείκνυσι μὲν αὐτὰς πόῤῥωθεν ὁ Θεὸς, ἵστησι δὲ μὴ πρότερον ἐφιεὶς ἐπιβῆναι τῆς νήσου, πρὶν ἢ καὶ πάλιν αὐτοῦ δεηθῆναι τὸν ἅγιον. Οὔπω τοίνυν ἐκεῖνος σταλαγμὸν ἀφῆκε δακρύων, καὶ ὄμβρος αὐτίκα κατεῤῥάγη πολύς. Καὶ πιαίνεται μὲν ἡ γῆ, τρέφεται δὲ τὰ ὡραῖα, καὶ τὰ λήϊα αὔξεται, καὶ πάντα ὁμοῦ λύεται τὰ δεινά. Τούτῳ Σπυρίδων καὶ αὐτοῦ Ἠλιοῦ, ἵνα τι καὶ τολμήσω, φιλανθρωπότερος. Ὁ μὲν γὰρ, τὸν ὑετὸν ἐπισχὼν, εἶτα πάλιν ἀνῆκεν· ὁ δὲ τὸ πρῶτον οὐ μιμησάμενος ἴσος ἐν τῷ δευτέρῳ δείκνυται. Καὶ τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον. Ἕτερον δὲ οὐδὲν ἐκείνου καταδεέστερον.

Ε'. Συμφορὰ πάλιν ἐκράτει κοινὴ, καὶ ἄγονος ἡ νῆσος καρπῶν. Οἱ σιτῶναι δὲ καὶ σιτοκάπηλοι, ἐν ἀπειλῇ τοιᾷδε Θεοῦ, τρυφᾷν ἐκεῖνοι βουλόμενοι, καὶ σοφιζόμενοι τὸν καιρὸν, τὴν συμφορὰν μᾶλλον ἐπιτείνοντες ἦσαν, τιμιουλχοῦντες, ὅ φησιν ἡ θεία Γραφὴ, τὸν σῖτον καὶ τοῖς τῶν πλησίον κακοῖς, κέρδος ἀνόσιον ἑαυτοῖς προσπορίζοντες. Ἑνὶ γοῦν τῶν οὕτω πλουτούντων, πένης τις προσελθὼν, καὶ χρήματα μὲν οὐκ ἔχων οἷς ἂν τὰ πρὸς τὴν χρείαν ὠνήσαιτο, δάκρυα δὲ φεῦ! ἅπερ εἶχε καταβαλλόμενος, καὶ φωνὰς γοερὰς ἐν οἰκτρῷ σχήματί τε καὶ βλέμματι προϊέμενος, ἐπειρᾶτο τὸν ἀμείλικτον ἐπικάμπτειν, ποδῶν ἁπτόμενος, οἰκίαν ὅλην ἀποκλαιόμενος, τί μὴ ποιῶν τί μὴ λέγων, ὃ πρὸς οἶκτον ἐπισπάσασθαι δυνατόν; Ὡς δὲ οὐδὲν τούτων ὅλως τὴν λιθώδη ψυχὴν ἐκείνην ἔκαμπτε πρὸς συμπάθειαν, μίαν εὑρίσκει καταφυγὴν ὁ πένης, τὸν ὅσιον. Ὦ προσελθὼν, αὐτοῦ τε τὴν ἀπορίαν, καὶ τὴν πρὸς ἔλεον ἀκριβῆ πενίαν διέξεισι τοῦ πλουσίου. Τὸν δὲ ἀκούσαντα, τοῦτον μὲν, ἐλεῆσαι τῆς συμφορᾶς, τοῦ πλουσίου δὲ μισῆσαι τὴν ἀγριότητα, καὶ ὥσπερ ἔνθουν γενόμενον, προφητικώτατα προειπεῖν· Σὺ δὲ ἀλλὰ μὴ στέναζε μηδὲ κλαῖε· αὔριον γὰρ ὄψει τὸν μὲν σὸν οἶκον εὐθηνοῦντα τοῖς ἀγαθοῖς, τὸν δὲ νῦν πλούσιον ἐλεούμενόν τε ὁμοῦ καὶ γελώμενον, καὶ ἄκοντά σοι ὧν χρήζεις παραχωροῦντα, καὶ προθύμως ἀξιοῦντα λαβεῖν. Ταῦτα ὁ μὲν πένης εἰς παραψυχὴν ἐδόκει μόνην λέγεσθαι τῷ ἁγίῳ τῆς ἐχούσης αὐτὸν συμφορᾶς. Ἔνθεν τοι καὶ σκυθρωπὸς ἀπῄει, καὶ αὐτὴν, ὡς ἐδόκει, τὴν ἱερὰν ἄγκυραν, τὴν πρὸς τὸν μέγαν ἐλπίδα, κενὴν καὶ ἄπρακτον εὑρηκώς.

Ϛ'. Νυκτὸς δὲ ἤδη καταλαβούσης, νεύει μὲν ὁ

A tera vero id mox credebatur passura. Opus autem habebat illud malum omnino aliquo Elia, aut alio illi simili, qui cœlum aperuit oratione; is vero erat Spiridon. Nam cum plaga graviter urgeret, et populum valde persequeretur, ipse pro grege magnum patiens angorem, et paternis inflammatus visceribus, rogat quidem ut clemens Deum clementem. Ille autem statim implet cœlum nubibus ex extremo terræ: et quod est mirabile, ne aliquem motum elementorum existimaret consequi pluviam, Deus eas procul ostendit. Sistit autem, non prius permittens eas ascendere insulam, quam sanctus eum rursus oret. Nondum enim ille guttam emiserat lacrymarum, protinus multa erupit pluvia, et pinguescit quidem terra: aluntur autem fructus, et
B crescunt segetes, et omnia simul mala solvuntur. In hoc Spiridon fuit ipso Elia, ut aliquid dicam audacter, benignior. Nam Elias quidem cum pluviam retinuisset, deinde rursus remisit: ille vero primum non imitatus, exsistit ei par in secundo. Et hoc quidem est ejusmodi. Alterum autem est illo nihilo inferius.

V. Affligebat rursus communis calamitas, et fructum non ferebat insula. Frumentarii autem et frumenti cauponatores, in tantis Dei minis volentes frui deliciis, et tempore callide et malitiose utentes, magis augebant calamitatem, frumenti, ut dicit Scriptura [1], trahentes et augentes pretium, et e propinquorum malis impium sibi lu-
C crum parantes. Ad unum ergo horum divitum cum quidam pauper accessisset, et pecunias quidem non haberet, quibus emeret, quæ erant sibi ad usum necessaria: lacrymas autem, quas proh dolor! habebat, exsolveret, et flebiles voces miserabili habitu et obtutu emitteret, illum inflexibilem conabatur flectere, pedes prensans, totam domum complens ejulatu, quid non faciens, quid non dicens, quod posset attrahere ad misericordiam? Postquam autem nihil horum omnino lapideam illam animam movit ad miserationem, unum refugium invenit pauper, nempe sanctum. Ad quem cum accessisset, et suam inopiam, et summam divitis refert egestatem misericordiæ. Cum is autem hoc audiisset, misertus
D quidem est calamitatis: divitis vero odio habuit immanitatem: et veluti a Deo afflatus, prædixit imprimis prophetice: Tu autem nec gemas, nec lacrymeris. Tua enim domus cras abundabit bonis; qui autem nunc est dives, simul erit et miserabilis, et irridebitur, et invitus tibi cedet iis quibus eges, promptoque et alacri animo rogabit, ut accipias. Hæc pauper putabat sanctum quidem solum dicere ad consolandam, qua premebatur, calamitatem. Unde etiam abibat tristis, ut qui sacram anchoram, nempe eam quam in magno Spiridone spem habebat, invenisset inanem et irritam.

VI. Cum nox autem jam adventasset, Deus qui-

[1] Amos v, 11.

dem annuit. Repente vero cœlo aquam effundit in terram, tanta copia et tanto impetu, ut divitis una attraherentur horrea, frumentum autem et omnis alius fructus sparsim ejiceretur, et jaceret paratus ad rapiendum volentibus. Orto autem die, dives quidem miser, et luctu plenus, et huc et illuc circumcursans, et justam deflens calamitatem rogabat eos qui accedebant, ut sibi opem ferrent ad fructus colligendos. Cum multi vero, utpote esurientes, ad rapiendum concurrissent, accedit etiam ille pauper, miraculo quidem obstupefactus, divitem autem irridens suavissime et meritissime, et domum replens fructibus, et omnia nullo negotio habens, ut dicitur, nec seminata, nec arata. Deinde cum confluentem multitudinem videret sævus ille et immisericors (oportebat enim nihil manere imperfectum eorum quæ prædicta fuerant a Spiridone) et res omnes illius secure ambabus haurire manibus, et eum quoque, qui heri fuerat supplex, una cum reliquo populo abunde, sicut diximus, frui iis quæ jacebant, perinde ac ei sua sponte dare volens, liberalisque esse et munificus, qui sordidissimus erat et parcissimus, jubebat eum ad satietatem accipere ex iis quæ aderant. Ille autem satis risa ejus vecordia, domum est reversus, Deo præcipue, deinde etiam Spiridoni id accepto ferens. Sic sciebat Spiridon, non solum propter multos, sed etiam propter unum, supernos sæpe aperire fontes: et simul quidem prædicere tempus, quo hoc esset futurum: simul autem pauperibus quoque prodesse, et castigare divites. Nam etsi parcus ille nihilo melior evasit, ut jam dicetur: multis tamen similibus fuit occasio, ut emendarentur. Hæc quis ex præsentibus non libenter audiit? Quis autem cum audivisset, non fuit alia quoque audiendi avidior, et cupit scire, quisnam erat adeo ignavus aut invidus, ut sitientem animam tali privaret alimento?

VII. Alius autem agricola, viro sancto familiaris cum fame valde premeretur, abiit is quoque ad inopem illum divitem, adhuc habentem alia multa horrea plena frumento, existimans illam priorem eum omnino castigasse calamitatem. Visus est autem ille frumentum quidem amisisse; parcitatis vero, et quæ in divite inerat, crudelitatis nihil omnino dimisisse, neque omnino seipso evasisse melior, etsi polliceretur se tempore æstivo id quod datum fuisset, redditurum cum accessione, sed ille dicebat id quod dicitur, spem pascere insipientes: Tu autem, inquit, absque pecunia non granum unum, imo ne unius quidem grani umbram accipies. Cum itaque hic quoque pauper desperasset, imitatur præcedentem, et tanquam ad communem thesaurum confugit Spiridonem, et ei renuntiat quæ esset passus, et quæ divitem rogans, ab eo audiisset. Ille autem eum tunc quidem cum satis esset consolatus, domum

A Θεὸς, καταχέει δὲ τῆς γῆς ἀθρόως ὁ οὐρανὸς ὕδατα οὕτω δαψιλῶς, ὡς τῇ πολλῇ τούτων ῥύμῃ καὶ τοῦ πλουσίου παρασυρῆναι τὰς ἀποθήκας, τὸν οἶτον δὲ καὶ ὅσος ἄλλος καρπὸς ἀποκέκλειστο χύδην ἐκφορηθῆναι, καὶ εἰς διαρπαγὴν ἕτοιμον κεῖσθαι τοῖς βουλομένοις. Ἡμέρας δὲ ἀνασχούσης, ὁ πλούσιος μὲν θρηνώδης, ἄθλιος, τῇδε περιτρέχων κἀκεῖσε, καὶ τὴν δικαίαν μεταχλαιόμενος συμφοράν· εἶτα καὶ τῶν παριόντων ἐδεῖτο βοηθῆσαί οἱ, καὶ συνάρασθαι τῆς συναγωγῆς τῶν καρπῶν. Πολλῶν δὲ οἷα δήπου πεινώντων ἐφ' ἁρπαγῇ συνδεδραμηκότων, πρόσεισι καὶ ὁ πένης, τὸ θαῦμα μὲν ἐκπληττόμενος, ἥδιστα δὲ καὶ τοῦ πλουσίου καταγελῶν, γέλωτα δικαιότατον, καρπῶν τε ἅμα πληρῶν τὴν οἰκίαν, καὶ πάντα ἔχων εὐπετῶς, τὸ τοῦ λόγου,
B ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα. Εἶτα συῤῥέον τὸ πλῆθος ὁρῶν ὁ ὠμὸς ἐκεῖνος καὶ ἄσπλαγχνος, ἔδει γὰρ ἀτέλεστον οὐδὲν μεῖναι τῶν Σπυρίδωνι προλεχθέντων, καὶ τὰ αὐτοῦ πάντα κατὰ πολλὴν ἄδειαν ἀμφοτέραις ἀντλοῦντας· ὡς δὲ καὶ τὸν χθὲς ἱκέτην, ἕνα τοῦ πλήθους γενόμενον, καὶ αὐτὸν, ὥσπερ ἔφημεν, ἀφθόνως ἀπολαύοντα τῶν προκειμένων, ὥσπερ κατὰ γνώμην αὐτῷ δωρεῖσθαι βουλόμενος, καὶ κοινωνικός τις εἶναι καὶ μεγαλόδωρος ὁ λίαν φειδωλός τε καὶ ἀκοινώνητος, ἐκέλευε τῶν παρόντων εἰς κόρον ἀδεῶς λαμβάνειν. Ὁ δὲ, τῆς ἀνοίας ἱκανῶς αὐτὸν διαμυκτηρίσας, οἴκαδε ἀνεχώρει, Θεῷ προηγουμένως, ἔπειτα δὲ καὶ Σπυρίδωνι τὴν χάριν ἐπιγραφόμενος. Οὕτως ᾔδει Σπυρίδων οὐ μόνον διὰ πολ-
C λοὺς, ἀλλὰ καὶ δι' ἕνα γοῦν πολλάκις τὰς ἄνωθεν ἀνοίγειν πηγὰς, καὶ ὁμοῦ μὲν καθ' ὃν ἔσται τοῦτο καιρὸν προειπεῖν ὁμοῦ δὲ καὶ πένητας ὠφελῆσαι, καὶ πλουσίους παιδαγωγῆσαι. Εἰ γὰρ καὶ οὐδὲν μᾶλλον, ὡς ἤδη λεχθήσεται, ὁ φειδωλὸς ἐκεῖνος κατέστη χρηστὸς, ἀλλ' οὖν γε τῶν ὁμοίων πολλοῖς γέγονε πρὸς βελτίωσιν ἀφορμή. Ταῦτα τίς ἡδέως οὐκ ἤκουσε τῶν παρόντων; Τίς δὲ καὶ ἀκούσας οὐχὶ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα λιχνοτέραν ἔσχε τὴν ἀκοὴν, καὶ μαθεῖν ἐπεζήτησεν, ἐπιζητοῦντα δὲ, τίς ὀκνηρὸς οὕτως ἢ φθονερὸς, ὡς ψυχὴν πεινῶσαν τρυφῆς τοιαύτης ἀποστερεῖν;

Ζ'. Ἄλλος τοίνυν γεωργὸς ἀνὴρ, τῶν συνήθων ὢν τῷ ὁσίῳ, καὶ εἰς ἄγαν τῷ λιμῷ πιεζόμενος, ἄπεισι καὶ οὗτος πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν πενιχρὸν πλούσιον, πολλὰς ἔτι καὶ ἄλλας ἀποθήκας ἔχοντα
D σίτῳ βαρυνομένας, ὑπολαβὼν πάντως, ὡς ἱκανῶς αὐτὸν ἡ προτέρα παιδαγωγήσειε συμφορά. Ἐῴκει δὲ οὗτος τὸν μὲν σῖτον ἀποβαλὼν, τοῦ φειδωλοῦ δὲ καὶ τῆς περὶ τὸν πλησίον ὠμότητος τὸ παράπαν οὐδὲν ἀποβεβληκὼς, οὔτε μὴν ὅλως ἀμείνων ἑαυτοῦ γενόμενος, καίτοι καὶ εἰς ὥραν ὑπισχνουμένου τοῦ πένητος μετὰ προσθήκης τὸ καταβληθὲν ἀντιδοῦναι, ἀλλ' ἐκεῖνος, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, τὰς ἐλπίδας ἔλεγε τοὺς ἄφρονας βόσκειν. Σὺ δὲ, φησὶ, χρημάτων ἄνευ οὐδὲ κόκκου ἂν ἑνὸς οὐδὲ σκιᾶς αὐτοῦ μεταλάβοις. Ἀπογνοὺς οὖν καὶ ὁ πένης οὗτος, μιμεῖται τὸν προλαβόντα, καὶ ὥσπερ εἰς κοινὸν θησαυρὸν τὸν Σπυρίδωνα καταφεύγει ἀπαγγέλλει τε καὶ ὅσα πάθοι καὶ ἃ τοῦ πλουσίου δεόμενος ἐπακούσειεν. Ὁ δὲ, τότε μὲν ἱκανῶς ψυχαγωγήσας αὐτὸν, οἴκαδε πα-

A ραπέμπει. Οὐ μὴν ἄχρι λόγων ἵστησι τὴν ψυχαγωγίαν, ἀλλὰ τῆς ἐπιούσης ὁ μέγας ἀρχιερεὺς αὐτὸς ἐκεῖνος, πρὸς τὸν πένητα ἀφικνεῖται, χρυσοῦν τι εἶδος ἐπιφερόμενος, οὐκ εὐάγωγον τὴν ὁλκὴν, ὅπερ τί τε ἦν, καὶ ὅθεν, καὶ ὅπως εὕρηται τῷ ἁγίῳ, μετὰ μικρὸν ὁ λόγος δηλώσει. Τέως δ' οὖν ὁ μέγας τοῦτο Σπυρίδων ταῖς χερσὶ τοῦ πένητος ἐμβαλὼν, Δέξαι, ἔφη, καὶ τῷ πλουσίῳ τὸ προσφιλὲς αὐτῷ παρασχὼν εἰς ἐνέχυρον, τά σοι χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα παρ' αὐτοῦ λάμβανε. Ἥσθη τοῦτο λαβὼν ὁ πένης, καὶ πρὸς τὸν πλούσιον ᾗ ποδῶν εἶχεν, ἐκθύμως ἐχώρει, εἶτα ἰδὼν ἐκεῖνος τὸ ἐν χερσὶν, ὁ πρὸ μικροῦ σκληρός τε καὶ ἀδυσώπητος, καὶ τὰ ὦτα πρὸς δέησιν ἐκκεκωφημένος, εὐθὺς ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν κάμπτεται, καὶ ἡδὺς γίνεται καὶ φιλάνθρωπος. Κἀκεῖνο λαβὼν, οὕτω τοῦ σίτου δαψι- B λῶς μεταδίδωσιν, ὡς καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ πληρῶσαι, καὶ πρὸς σπερμάτων καταβολὴν αἷς εἶχεν ἀρούραις τὸ δοθὲν ἀρκέσαι, οὕτω τε πολύχουν τὸν καταβληθέντα γενέσθαι, καρπὸν, ὥστε καὶ τὸ χρέος ἀπομετρῆσαι τῷ δεδωκότι, τόν εἰς ἐνέχυρόν τε χρυσὸν ἐκεῖθεν ἀναλαβεῖν, καὶ τῷ ἁγίῳ αὖθις εὐγνωμόνως προσενεγκεῖν.

Η'. Ἀλλ' ὁ μὲν πένης, τὴν ὀφειλὴν οὕτως· βούλεται δὲ καὶ ὁ λόγος τὸ ἑαυτοῦ χρέος καταβαλεῖν, καὶ γνωρίσας ὃ ἐπηγγείλατο, τί τε ὁ χρυσὸς πρότερον ἦν, καὶ ὅθεν εἴληπται. Ἀπολαβὼν γὰρ ὁ ὅσιος τὸ δοθὲν, Δεῦρο, φησὶν, ἀδελφὲ, πρὸς τὸν πένητα, καὶ ἀποδῶμεν κοινῇ τῷ φιλανθρώπῳ αὐτὸ χρήσαντι. Οὕτως ἔφη, καὶ λαβὼν αὐτὸν, ἄγει παρά τι C κηπίον, ὅπερ ἦν τῷ μεγάλῳ μικροῖς λαχάνοις τὴν ἀσιτίαν παραμυθούμενον. Καὶ στὰς παρ' αὐτὸ δὴ τὸ θριγκίον καὶ ἁψάμενος τοῦ φραγμοῦ, τὰ ὄμματά τε διάρας πρὸς οὐρανὸν, Κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστὲ, εἰς ἐπήκοον τοῦ παρεστῶτος αὐτῷ ἐξεφώνει, ὁ πάντα ποιῶν καὶ μετασκευάζων μόνῳ τῷ βούλεσθαι, ὁ ἐπὶ Μωϋσέως τὴν ῥάβδον εἰς ὄφιν ἐπ' ὄψει βασιλέως Αἰγύπτου μεταβαλὼν, αὐτὸς καὶ τουτὶ τὸ χρυσίον ὥσπερ ἐκ ζώου πρότερον εἰς ταύτην μετέβαλες τὴν μορφὴν, οὕτω καὶ νῦν νεῦσον εἰς ὃ ἐξ ἀρχῆς εἶδος ἀναδραμεῖν, ὅπως καὶ οὗτος τὴν περὶ ἡμᾶς σου μάθῃ κηδεμονίαν, καὶ πράγμασιν αὐτοῖς τὸ ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ διδαχθῇ, ὅτι Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος ἐποίησεν. Ταῦτα εὐξαμένου, τίς εἴποι τῶν σῶν θαυμασίων, Δέσποτα, τὴν ὑπερβολήν; Ὄφις D ὁ χρυσὸς ἦν, πνέων καὶ ἕρπων, καὶ περὶ τὸ θριγκίον κινούμενός τε καὶ ἑλισσόμενος, ἀφ' οὗ δὴ καὶ τὸ πρῶτον χερσὶ τοῦ ἁγίου ληφθεὶς ἐκεῖνον δὴ παραδόξως μετήλλαξε τὸν χρυσόν. Τοῦτο παρὰ πᾶσαν ἔννοιαν ἀνθρωπίνην ὁ γεωργὸς θεασάμενος, καὶ τρόμῳ κατάσχετος γεγονὼς, πίπτει τε ἐπ' ὄψιν εἰς γῆν, καὶ καταπάττει κόνιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, δάκρυά τε τῶν ὀφθαλμῶν ἀφιεὶς, καὶ ἀνάξιον ἑαυτὸν εἶναι λέγων οὐ τοιαύτης μόνον δωρεᾶς τε καὶ χάριτος, ἀλλὰ καὶ θέας μόνης, μᾶλλον δὲ καὶ ἀκούσματος. Πλὴν ἀλλὰ τοῦτον μὲν ὁ ὅσιος διανίστησι, καὶ ψυχὴν αὐτῷ ἅμα καὶ σῶμα ῥώννυσιν· ὁ ὄφις δὲ

dimittit. Neque tamen verbis tenus sistit consolationem : sed sequenti die magnus pontifex venit ipse ad pauperem, auream quamdam secum afferens speciem non levis ponderis, quæ quænam esset et unde, et quomodo inventa sit a sancto, declarabit paulo post oratio. Cum tunc autem magnus Spiridon eam immisisset in manus pauperis : Accipe, inquit, et cum diviti gratum hoc pignus præbueris, quæ tibi sunt necessaria ad usum ab eo accipe. Hoc cum accepisset pauper, lætatus est, et quanta maxima potuit celeritate contendit ad divitem. Deinde cum vidisset ille id quod erat in manibus, qui paulo ante erat durus et inexorabilis, et cujus aures ad preces obsurduerant, statim flectitur ab oculis, evaditque jucundus et benignus : cumque id accepisset, eum tam copioso frumento impertitur, ut et domum suam impleret, et ad dejicienda semina in iis quos habebat agris, datum sufficeret. Quod autem dejectum fuerat fructum produxit tam multiplicem, ut et ei qui dederat, debitum reddiderit, et aurum ei datum pignori receperit, et ad sanctum rursus grato animo retulerit.

VIII. Sed sic quidem pauper debitum; vult autem oratio quoque id quod debet exsolvere, et ostendere id quod erat pollicita, quidnam erat prius aurum, et undenam fuit sumptum. Cum enim recepisset sanctus id quod datum fuerat : Adesdum, o frater, ait pauperi, et reddamus, inquit, communiter ei, qui benigne commodavit. Sic inquit, et cum eum accepisset, ducit adquemdam hortum, qui magni inediam quibusdam parvis recreabat oleribus. Qui cum in ipso agere constitisset, ac sepem attigisset, in cœlum sublatis oculis ; Domine mi Jesu Christe, effatus est, eo audiente, qui aderat, qui sola voluntate omnia creas et transmutas, qui aliquando Mosi virgam, vidente rege Ægypti, in serpentem convertisti, ipse hoc quoque aurum, quomodo ex animante prius in hanc mutasti formam, ita nunc quoque annue, ut revertatur in eam formam, in qua erat ab initio; ut hic quoque sciat quam tu nostri curam geras, et rebus ipsis discat id quod est in divina Scriptura, quod Quæcunque vult Deus fecit omnia [a]. Cum ita esset precatus (Quis, o Domine, dixerit magnitudinem miraculorum tuorum?) aurum erat serpens, spirans et repens, et circa sepem movebatur et volvebatur : ex qua primum sumptus sancti manibus, admirabiliter mutatus fuit in illud aurum. Hoc cum præter omnem humanam cogitationem aspexisset agricola, tremore correptus, pronus cadit in faciem, et capiti aspergit pulverem, lacrymas emittens ex oculis, et se esse indignum non solum tali dono et gratia, sed vel solo spectaculo, imo vero auditione. Verumenimvero eum quidem sanctus erigit, et ei animum simul et corpus corroborat. Serpens autem interim per

[a] Psal. CXXXIV, 6.

sepem transiens, subiit cavernam quam habebat A ab initio. Miraculum omnino nulla opus habet oratione ad amplificationem; ex ipso enim satis ostenditur, quale sit; et arte omnino non indiget natura, quæ propriam habet exsuperationem. Dicatur autem id quoque quod consequitur, quod est cognatum prioribus, et ejusdem gratiæ et potentiæ.

IX. Alius, qui erat ipse quoque sancto amicus (erat autem virtutis studiosus, et ideo improbos homines moverat ad invidiam, et aliquorum criminum accusabatur per calumniam), comprehensus a præside civitatis, conjicitur in carcerem: protinus vero damnatur capitis. Cum autem prope esset dies præstitutus, prævenit sanctus, qui hoc præsciverat, et festinat liberare amicum a calamitate. Erat vero tunc hiems vehementissima, et qui B præterfluebat torrens, cum valde inundasset, et e suis esset effusus limitibus, ei valde fluebat in transitu, neque poterat omnino transmitti. Ille autem Jesum Nave, et quæ ille fecerat, mente versans, et arcæ transitum reputans, et credens eumdem esse, sicut erat, Deum, et perinde atque servo utens torrente: Sta, inquit, communis hoc tibi imperat Dominus, et ego transibo, vir autem servabitur, pro quo properamus et multas Deo preces fudimus. Sic dixit, et quod dictum fuerat, protinus fit compos fluvio, et sistit fluentum; cedit vero via non solum Spiridoni, sed aliis etiam viatoribus. De cætero nihil amplius illis malum occurrit et dubium. Quod ergo ab eo C factum est transeundo, non fuit minus admirabile, quam id quod instituerat facere: ex hoc autem illud quoque facilius et melius perfectum. Nam cum qui cum eo ambulabant, vidissent quod factum fuerat, eum præcurrentes et venientes quamprimum in civitatem, fiunt præclari præcones ejus quod factum fuerat; et præses partim quidem stupefactus, partim autem timore correptus, ne virum qui talia posset cerneretur offendere, repente ejus amicum relaxat e vinculis, et eum sancto largitur. Is autem eo accepto est reversus, cum ex una causa duo effecisset: nempe fluenti quidem repressisset impetum, hominem vero benigne liberasset a calamitate. Atque quod ad prophetiam quidem attinet, aut miracula, aut in ærumnis commiserationem, nihil arbitror esse majus iis quæ dicta sunt.

X. Oratio autem adhuc amplius iis quæ dicta D sunt parata est ostendere, quod spectat ad prophetiam simul et commiserationem: quod, inquam, peccata hominum videret ex occulto, et ea remitteret, animi benignitate et gratiæ abundantia. Ubique suos mores servabat magnus ille Spiridon, delectabatur maxime tenuitate et frugalitate, ut qui vellet suum imitari Dominum. Neque enim equo utebatur iter ingrediendo, neque se removebat ab omnium sermone et congressione tanquam qui ex eo videri vellet gravior et severior. Cum ergo aliquando vehementer ambulasset, et defatigati essent pedes itineris longitudine,

ἐν τοσούτῳ τοῦ φραγμοῦ διεξελιχθεὶς, τὸν φωλεὸν ὑπέδυ τὸν ἐξ ἀρχῆς. Πάντως οὐδενὸς δεῖται τὸ θαῦμα λόγου πρὸς αὔξησιν· δείκνυται γὰρ αὐτόθεν ὁποῖον· καὶ τέχνης ὅλως ἡ φύσις ἀνενδεὴς, οἰκείαν ἔχουσα τὴν ὑπερβολήν. Λεγέσθω δὲ καὶ τὸ ἐφεξῆς συγγενὲς ὂν τοῖς προλαβοῦσι, καὶ τῆς αὐτῆς ἐκείνοις χάριτος καὶ δυνάμεως.

Θ'. Ἕτερος προσφιλὴς μὲν καὶ αὐτὸς τῷ ὁσίῳ, ἀρετὴν δὲ μετιὼν, καὶ ταύτῃ πονηρούς τε ἄνδρας ἐς φθόνον κεκινηκὼς, καί τινων ἐγκλημάτων ὑπομένων συκοφαντίαν, ὑπὸ τοῦ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος συσχεθεὶς τῇ εἱρκτῇ παραδίδοται, ὅσον δὲ οὔπω, καὶ θανάτῳ καταδικάζεται. Ὡς οὖν ἡ κυρία ἐγγὺς ἦν, φθάνει δὲ καὶ τοῦτο προγνοὺς ὁ ἅγιος, σπεύδει λῦσαι τῷ φίλῳ τὴν συμφοράν. Ἦν δὲ τότε χειμῶνος τὸ ἀκμαιότατον, καὶ ὁ παραῤῥέων χείμαῤῥος ὕδασι πλημμυρήσας μάλα πολλοῖς, καὶ τῶν ἰδίων ὅρων ὑπερχυθεὶς, σφοδρὸς αὐτῷ κατὰ τὴν πάροδον ἔῤῥει, καὶ οὐδαμῇ οὐδ' ὅλως διαβατὸς ἦν. Ὁ δὲ Ἰησοῦν τε τὸν τοῦ Ναυῆ καὶ τὰ ἐκείνου ἐν νῷ τιθέμενος, τήν διάβασίν τε τῆς κιβωτοῦ λογιζόμενος, τὸν αὐτὸν, ὥσπερ καὶ ἦν, πεπιστευκὼς εἶναι Θεὸν, καὶ τρόπον οἰκέτου τῷ χειμάῤῥῳ χρώμενος, Στῆθι, ἔφη, ὁ κοινός σοι ἐπιτάττει Δεσπότης, καὶ διαβήσομαι μὲν ἐγὼ, σωθήσεται δὲ ὁ ἀνὴρ, ὑπὲρ οὗ σπεύδομέν τε καὶ πολλὰ τοῦ Θεοῦ ἐδεήθημεν. Οὕτως ἔφη, καὶ τὸ ῥηθὲν παραχρῆμα πέδη τῷ ποταμῷ γίνεται, καὶ τοῦ ῥεύματος ἵσταται. Παραχωρεῖ δὲ οὐ Σπυρίδωνι τῆς ὁδοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁδίταις, οὐκέτι τοῦ λοιποῦ πονηρόν τι συνάντημα ἐκεῖνος καὶ ἄπορον ὤν. Τὸ μὲν οὖν πάρεργον, οὐδὲν ἧττον αὐτῷ τοῦ ἔργου θαυμαστὸν εἴργασται. Ἐκ τούτου δὲ κἀκεῖνο κατώρθωτο μᾶλλον. Ὡς γὰρ οἱ συμπορευόμενοι τὸ γεγονὸς ἐθεάσαντο, αὐτοῦ τε προδραμόντες καὶ τὴν πόλιν ὡς τάχος καταλαβόντες, λαμπροὶ κήρυκες τοῦ τελεσθέντος καθίστανται. Καὶ ὁ ἄρχων, τοῦτο μὲν ἐκπλαγεὶς, τοῦτο δὲ καὶ δέει καταληφθεὶς μὴ τοιαῦτα δυναμένῳ ἀνδρὶ προσκρούσας ὀφθῇ, ἀνίησί τε παραχρῆμα τὸν φίλον αὐτῷ τῶν δεσμῶν καὶ τῷ ἁγίῳ τοῦτον χαρίζεται. Ὁ δὲ λαβὼν ἐπανήει, ἐκ μιᾶς αἰτίας δύο κατειργασμένος, καὶ στήσας· τῷ χειμάῤῥῳ μὲν τὴν φορὰν, τῷ ἀνθρώπῳ δὲ φιλανθρώπως πάνυ τὴν συμφοράν. Προφητείας μὲν οὖν ἢ θαυματουργίας, ἢ πρὸς τοὺς ἐν συμφοραῖς συμπαθείας οὐδὲν οἶμαι τῶν λεχθέντων σημείων μεῖζόν ἐστιν.

Ι'. Ὁ δὲ λόγος καὶ πλέον τι τῶν εἰρημένων δεικνύειν ἕτοιμος εἰς προφητείαν ὁμοῦ καὶ συμπάθειαν· τὸ ἁμαρτίας ἀνθρώπων φημὶ ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ὁρᾷν, καὶ ταύτας ἀφιέναι, γνώμης τε φιλανθρωπίᾳ καὶ χάριτος δαψιλείᾳ· πανταχοῦ τὸν ἑαυτοῦ τρόπον ὥσπερ ἀκίνητόν τινα νόμον ὁ μέγας φυλάττων, λιτότητι μάλιστα χαίρων ἦν, ἅτε δὴ τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην μιμεῖσθαι βουλόμενος. Οὔτε γὰρ ἵππῳ πρὸς τὰς ὁδοιπορίας ἐχρῆτο, οὔτε μὴν τὸ πρὸς πάντας ἀνομίλητόν τε καὶ ἄμικτον ὡς δή τι σεμνὸν ἑαυτῷ περιεποιεῖτο. Ἐπεὶ γοῦν ἔφθη ποτὲ συντόνως ὁδοιπορήσας καὶ ὁδοῦ μήκει τοὺς πόδας πεπονηκὼς, ἔν τινί τε τῶν φίλων καὶ τῆς αὐτοῦ ποίμνης τῷ

θρέμματι ξενιζόμενος, αὐτὸς, οἷα τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος ἀγαθὸν πρόβατον, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου βίον ὥσπερ εἰς κάλλιστον ἀρχέτυπον ἀφορῶν, τὸ τοῦ διδασκάλου, μᾶλλον δὲ τὸ τοῦ Δεσπότου καὶ πρώτου διδασκάλου Χριστοῦ, ἐδείκνυ μέτριον. Λαβὼν γὰρ ὕδωρ καὶ τῷ νιπτῆρι βαλὼν, ἕτοιμος ἦν τῷ ἁγίῳ τοὺς πόδας ἐκθεραπεῦσαι. Οἱ γε μὴν ἐν γειτόνων, ἐπεὶ τὸν ἅγιον ᾔσθοντο παρελθόντα, συνέθεον καὶ αὐτοὶ, καὶ οὐδὲν ἧττον ἐβούλοντο τοῖς ποσὶν ἐκείνου τοῦτο ποιεῖν, καὶ ὡς περιμάχητόν τι παρ' αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα ἐτίθουν, καὶ τῆς εὐλογίας ἠμφισβήτουν ἀλλήλοις.

ΙΑ'. Ἐν αὐτοῖς οὖν καὶ γυνή τις τοὺς πλείους παραγκωνιζομένη πολλή τις ἦν, τοῦτο μάλιστα δρᾶσαι βιαζομένη· ἦν δὲ αὕτη σαρκικῷ ἔρωτι ἁλοῦσα μὴ πρὸ πολλοῦ, καὶ ἥττων, οἴμοι! γενομένη τῆς ἁμαρτίας· αὐτὸς δὲ εἰς καρδίαν ὄντως ὁρῶν, καὶ οἷα τὰ ἐκείνης εὖ ἐπιστάμενος, ἠρέμα μὲν τὸ ἥμερον ἐκεῖνο καὶ ἡδὺ αὐτῇ πρόσωπον ἀποστρέφει, ἠρέμα δὲ καὶ πρὸς αὐτὴν, Μή μου ἅπτου, φησὶ, γύναι· οὐχ' ὡς ἄν τις εἴποι ἑαυτὸν ἀποσεμνύνων ἢ τὸ γύναιον μυσαττόμενος (πῶς γὰρ μαθητὴς ὢν ἐκείνου, τοῦ καὶ τελώναις καὶ πόρναις, καὶ ἁμαρτωλοῖς συνεσθίοντος;), ἀλλ' ἐντρέπων αὐτὴν, καὶ εἰς ἔννοιαν ἐμβάλλων τῆς πονηρᾶς πράξεως, καὶ ἠπίως οὕτω πρὸς μετάνοιαν ἐκκαλούμενος, ὃ δὴ καὶ πέρας εἶχε καὶ κατὰ σκοπὸν αὐτῷ διηνύετο. Ὡς γὰρ ἡ μὲν διετείνετο καὶ ἔτι δρᾶσαι τὸ σπουδαζόμενον, καὶ πολλὴν εἰσῆγε τὴν ἔνστασιν, ὁ δὲ καὶ μᾶλλον αὐτῆς καθίκετο πληκτικώτερον, ὅπερ ἐκείνη πέπραχε, φανερῶς ἐξειπών· τότε δὴ καὶ αὐτὴ τῷ μὲν σοφῷ τῆς ἐπιτιμήσεως τὴν ψυχὴν πληγεῖσα, ἐκπλαγεῖσα δὲ ὅτι καὶ πρὸς τοὺς τῆς ψυχῆς ἀθεάτους ἔβλεψε μώλωπας, ὕδασι μὲν οὐκ ἔτι, δάκρυσι δὲ τοὺς πόδας ἀποκαθαίρει, καὶ συντριβῇ καρδίας ἀπαγγέλλει τὸ πεπραγμένον. Τί οὖν; ἡ μὲν πρὸς αὐτὸν τὰ τῆς πόρνης, ὁ δὲ τὰ τοῦ Δεσπότου παῤῥησιαστικώτατα πρὸς αὐτὴν, «Θάρσει, θύγατερ, φησὶν, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.» Καὶ αὖθις· «Ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε,» ἅμα καὶ τὴν νόσον κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἰατρῶν ἰώμενος καὶ τὸ μὴ τοῖς αὐτοῖς πάλιν περιπεσεῖν προμηθούμενος. Οὕτω μὲν οὖν ἐκείνη καρποῦται τὰ τῆς ἰάσεως κάλλιστά τε καὶ ὠφελιμώτατα, ὡς μὴ μόνον αὐτῇ τὴν ὑγείαν ἀμετάβλητον μεῖναι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις διηγουμένην, ἀφορμὴν πολλοῖς πρὸς σωτηρίαν ὀφθῆναι.

ΙΒ'. Ἐπεὶ δὲ τὸν μὲν βίον ἱκανὰ τεκμηριῶσαι τὰ θαύματα, δεῖ δὲ γνωρίσαι οἷος ἦν αὐτῷ καὶ περὶ τὴν πίστιν ὁ ζῆλος, τὸ προκείμενον γνωριεῖ. Ὅτε Ῥωμαίων ἦρχε μὲν Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἐν βασιλεῦσι Χριστιανὸς, ὑπάτευε δὲ Παυλῖνος καὶ Ἰουλιανός· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου βασιλείας, ἕκτον καὶ τριακοστὸν καὶ ἑξακοσιοστὸν ἠνύετο ἔτος· τό τε δὴ καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ περιώνυμος τῶν ἁγίων Πατέρων ἠθροίζετο σύνοδος,

A et a quodam suorum amicorum, et bona sui gregis pecude hospitio esset exceptus, ipse tanquam ovis boni Pastoris, et qui ad illius vitam tanquam pulcherrimum exemplar intueretur, magistri vel potius Domini et primi magistri Christi, ostendit moderationem. Nam cum accepisset aquam, et eam in lavacrum immisisset, paratus erat sancto lavare pedes. Qui autem erant in vicinia, cum sensissent sanctum accessisse, ipsi quoque concurrerunt et volebant nihilo secius hoc ipsum facere illius pedibus: eamque rem ducebant hujusmodi, ut de ea re esset inter eos decertandum, et inter se contendebant de benedictione.

XI. Inter eos autem erat etiam quædam mulier, quæ complures in hoc certamine superabat urge-
B batque, et hoc maxime volebat facere. Ea vero fuerat haud ita pridem capta carnali amore, et victa, proh dolor! a peccato. Ipse autem revera in cor intuens, et ut qui sciret, quemadmodum res ejus se haberet, sensim quidem avertit mansuetam illam et suavem suam faciem; sensim vero ei quoque dicit: Ne me tangas, mulier; non, ut dixerit quispiam, sibi placens et se magnifice circumspiciens, aut mulierem abominans (quomodo enim, qui erat illius discipulus qui vescebatur cum publicanis, meretricibus et peccatoribus?), sed eam pudore afficiens, et turpem ei actionem revocans in memoriam, et sic eam placide vocans ad pœnitentiam: quod quidem est ab
C eo perfectum, et scopum est assecutus. Quo enim illa magis contendebat facere, quod studebat, magisque urgebat et instabat, ille eo acrius eam tetigit, aperte dicens id, quod illa fecerat. Tunc ipsa sapienti quidem reprehensione animo sauciata, obstupefacta autem, quod qui sub oculos non cadebant, animæ livores aspexisset, non amplius quidem aquis, lacrymis autem pedes emundat, et contrito corde enuntiat id quod factum fuerat. Quid ergo? illa quidem ei ea quæ meretrix; ipse autem ea quæ Dominus, ei dicit liberrime: «Confide, filia: dimissa sunt tibi peccata tua [a].» Et rursus: «Ecce sana facta es; noli amplius peccare [b]:» simul et morbum curans, sicut sapientes medici, et providens ne rursus in eadem
D incidat. Atque sic illa quidem curationem assequitur pulcherrime et utilissime, ut non solum ei esset sanitas immutabilis, sed etiam aliis narrans, multis esset occasio consequendæ salutis.

XII. Quoniam autem ex miraculis quidem sumitur de vita conjectura, oportet vero declarare, qualis esset ei zelus circa fidem, hoc indicabit id quod est propositum. Quando Romanis imperabat magnus ille Constantinus, et primus inter imperatores Christianus, consul autem erat Paulinus et Julianus: a regno vero Alexandri Philippi filii agebatur sexcentesimus tricesimus et sextus annus, tunc Nicææ congregata fuit insignis illa Patrum

[a] Luc. VII, 48. [b] Joan. V, 14.

synodus, ut Arium quidem deponerent, qui rem creatam impie nominabat Filium: decernerent vero Filium esse ejusdem essentiæ cum Patre. Erant autem ex iis quidem, qui ejus suffragabantur blasphemiæ, primi et maxime insignes Eusebius Nicomediæ, et cum illo Maris et Theognis, quorum hic quidem Nicææ, Maris autem erat episcopus Chalcedonensis. Isti, Ario duce illius insaniæ, Dei Filium et Deum creatum esse (o insaniam!) improbi et scelerati homines decernebant. Eorum autem, qui pro pietate decertabant principes, quorum et doctrina simul et vita erat præstantissima, erant hi: magnus inter sanctos Alexander, qui erat presbyter, tunc vero vicem gerebat beati illius Metrophanis, ut qui ipse non adesset; quod al esset autem, causa erat morbus: et clarissimus ille Athanasius, qui nondum sacerdotali sede erat decoratus, sed in Ecclesia Alexandrina munus obibat diaconi. Quocirca non parva in eos irrepsit invidia, quod cum nondum dignitate præstarent, in ratione fidei alios superarent. Erat autem cum eis quoque magnus ille Spiridon, cujus vita et quæ cum eo habitabat gratia, erat utilior ad persuadendum, quam linguæ aliorum, et inevitabiles ansæ syllogismorum, splendidæque et elegantes periodi orationum.

XIII. Cum autem hic adesset (hic enim jam res est jucundissima), intererant autem synodo etiam philosophi, cum ita videretur imperatori, qui ab ambulando se jactabant, et animos seducente sophistica arte erant summe eruditi. Quidam vero unus inter eos primas partes tenebat in agendo, qui habebat persuadendi vim inexpugnabilem, et cujus eloquentia linguis celebrabatur omnium. Is congressus cum episcopis, fortiter defendebat Arium, et valde resistebat, suscipiens ejus patrocinium, adeo ut magnam partem populi attraheret ad audiendum, aventem scire, utri ex contradicentibus futuri essent superiores. Nihil igitur erat adeo solutu difficile, quod non ille redderet facile solubile sua dicendi copia et facultate. Cum autem sæpe in arctum cogeretur responsio, instar anguillæ elabebatur, furtis persuasionis et escis sophisticis. Erat ergo veritatis et artis contentio; illis quidem, qui veram tuebantur rationem, sententiis non artificiose et callide excogitatis sophistam ferientibus; hoc autem, tanquam arma, objiciente varietatem orationis, fallacemque et subdolam ratiocinationem, et ea se magis arbitrante posse vincere.

XIV. Sed ne dicendi facultatis esset victoria, verum Christi et veritatis, aliis viris doctis prætermissis, ea fuit Spiridonis viri simplicis, qui cum nihil aliud sciret nisi Christum, eumque crucifixum, sicut ait Paulus [a]: cum vidisset philosophum se jactantem sophismatibus, et linguam maledicam moventem contra Christum, et nostra

A ἐφ' ᾧ καθελεῖν μὲν τὸν Ἄρειον, κτίσμα τὸν Υἱὸν δυσσεβῶς ὀνομάζοντα, δογματίσαι δὲ τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ὁμοούσιον· ἦσαν δὲ τῶν μὲν τῆς βλασφημίας αὐτῷ συναιρομένων οἱ πρῶτοι μάλιστα καὶ ἐπισημότατοι Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, Μάρις τε σὺν ἐκείνῳ καὶ Θέογνις, ὧν ὁ μὲν Νικαίας, Μάρις δὲ, Χαλκηδόνος ἐπίσκοπος ἦν. Οὗτοι Ἀρείου τῆς λύσσης ἀφηγουμένου, τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν καὶ Θεὸν, κτιστὸν, ὢ μανίας! τὰ πονηρὰ κτίσματα ἐδογμάτιζον. Τῶν γε μὴν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας διαγωνιζομένων οἱ πρόμαχοι, ὧν καὶ λόγος ἅμα καὶ βίος, τῶν ἄλλων διαφορώτατος ἦν, ἦσαν οὗτοι. Ὅ τε μέγας ἐν ἁγίοις Ἀλέξανδρος, πρεσβύτερος μὲν ὢν, ἄρτι δὲ τὸν τοῦ μακαρίου Μητροφάνους τόπον ἐπέχων, ὡς ἂν αὐτοῦ μὴ παρόντος, ἀλλ' αἰτίαν τῆς ἀπολείψεως B νόσον ἔχοντος, καὶ Ἀθανάσιος ὁ πολὺς, οὔπω τότε τὸν ἱερατικὸν θρόνον ἀποσεμνύνων, ἀλλὰ τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ τὴν τοῦ διακόνου τάξιν ἀποπληρῶν· διὸ καὶ φθόνος κατ' αὐτῶν οὐ μικρὸς ὑφεῖρπεν, ὅτι μήπω διαφέροντες ἀξιώμασι, πολὺ περὶ τὸν λόγον τῆς πίστεως τῶν ἄλλων ἐκράτουν. Ἦν δὲ ἄρα σὺν τούτοις καὶ Σπυρίδων ὁ μέγας, οὗπερ ὁ βίος μᾶλλον, καὶ ἡ συνοικοῦσα χάρις ἀνύσιμος εἰς πειθὼ ἢ τῶν ἄλλων αἱ γλῶσσαι, καὶ τῶν συλλογισμῶν αἱ ἄφυκτοι λαβαὶ, καὶ αἱ τῶν λόγων κομψαὶ περίοδοι.

ΙΓ'. Ὡς δὲ καὶ οὕτω παρῆν (ἐνταῦθα γὰρ ἤδη καὶ τὸ τοῦ πράγματος ἥδιστον), παρῆσαν δὲ καὶ φιλόσοφοι τῇ συνόδῳ, τῷ βασιλεῖ τοῦτο δοκοῦν, κόμπον C περιπατητικὸν αὐχοῦντες, καὶ σοφιστικὴν ψυχαγωγίαν ἄκρως πεπαιδευμένοι. Εἷς δέ τις ἐν αὐτοῖς ἡγεῖτο τοῦ λόγου, ἄμαχον εἰς πειθὼ δύναμιν ἔχων, καὶ διὰ πάσης γλώττης τὴν εὐγλωττίαν ᾀδόμενος. Οὗτος τοῖς ἐπισκόποις συμμίξας, ἰσχυρῶς Ἀρείῳ συνέστη, καὶ λίαν ἀντεῖχε συνηγορῶν, ὡς καὶ τὸ πολὺ τοῦ πλήθους εἰς ἀκρόασιν ἐπισπάσασθαι, γλιχομένους μαθεῖν, πότεροι τῶν ἀντιλεγόντων νικῶντες ἔσονται. Οὐδὲ γὰρ ἦν οὕτω πρὸς ἐπίλυσιν δυσχερὲς, ὃ μὴ εὔλυτον ἐκεῖνος ἐτίθει τῇ πρὸς τὸ λέγειν περιουσίᾳ. Καὶ εἰς στενὸν δὲ πολλάκις τῆς ἀπολογίας αὐτῷ καταστάσης, δίκην ἐγχέλυος διωλίσθαινε πειθοῦς κλέμμασι καὶ σοφιστικοῖς δελεάμασιν. Ἦν οὖν ἀληθείας καὶ τέχνης ἅμιλλα, τῶν μὲν τἀληθῆ φιλολογούντων, νοήμασιν ἀρᾳδιουργήτοις D βαλλόντων τὸν σοφιστὴν, τοῦ δὲ καθάπερ ὅπλα προβαλλομένου τὸ ποικίλον τοῦ λόγου, καὶ παραλογιστικὸν καὶ κακότεχνον, καὶ τούτῳ μᾶλλον οἰομένου κρατεῖν.

ΙΔ'. Ἀλλ' ἵνα μὴ τῶν λόγων τὸ νικᾷν εἴη, ἀλλὰ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀληθείας, τοὺς ἄλλως λογίους παραδραμὸν, Σπυρίδωνος τοῦτο τοῦ ἁπλοῦ γίνεται, ὡς οὐδὲν ἄλλο τι πλέον εἰδὼς ὅτι μὴ Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον, ὥς φησιν Παῦλος. Ὡς εἶδε τὸν φιλόσοφον τοῖς σοφίσμασι βρενθυόμενον, φιλολοίδορόν τε γλῶσσαν κινοῦντα κατὰ Χριστοῦ, καὶ τὰ

[a] I Cor. II, 2.

ἡμέτερα διαχλευάζειν πειρώμενον, προσελθὼν ἐκεῖνος, ᾐτεῖτο μικρόν τι καὶ αὐτῷ πρὸς λόγους ἐλθεῖν. Οἱ δὲ τοῦ μέρους τῆς εὐσεβείας, τὸ ἁπλοῦν αὐτῷ καὶ ἀρχαῖκὸν συνειδότες, πρὸς ἔτι δὲ καὶ τὸ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας καθαρῶς ἄγευστον, ἐκώλυον εἰς μέσον ἐλθεῖν καὶ τῷ σοφιστῇ συμβαλεῖν. Τὸν δὲ, μηδὲν ἐκείνοις πεισθέντα ᾔδει γὰρ τί μὲν ἡ ἄνωθεν σοφία, τί δὲ ἡ ἀνθρωπινὴ καὶ καταργουμένη δύναται, προσελθεῖν τῷ ἀνδρὶ, καὶ φάναι· ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὦ φιλόσοφε, πρόσσχες ἄρτι καὶ ἐν ἐμοὶ τὸν νοῦν, καὶ ἃ βούλομαι λέγειν, αὐτὸς ἄκουσον. Τοῦ δὲ φήσαντος ὡς Σὺ μὲν λέξον, ἐγὼ δὲ ἀκούσομαι. Εἷς ἐστι, Σπυρίδων ἔφη, Θεὸς, οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν ἐν μέσῳ δημιουργός. Οὗτος, ὁ καὶ τὰς οὐρανίους δυνάμεις παραγαγὼν, οὗτος ὁ ἐκ γῆς τὸν ἄνθρωπον διαπλάσας· καὶ B πάντα ὁμοῦ ὁρατά τε καὶ ἀόρατα παραστήσας, τούτου τῷ Λόγῳ τε καὶ τῷ Πνεύματι, παρήχθη μὲν ὁ οὐρανὸς, παρήχθη δὲ γῆ, ἀνεχύθη θάλασσα, ἐτάθη ἀὴρ, ἐτέχθη ζῶα, ἄνθρωπος διεπλάσθη, τὸ μέγα τοῦτο ζῶον καὶ θαυμαστὸν δημιούργημα, πάντα γέγονε, ἀστέρες, φωστῆρες, ἡμέρα, νὺξ, τὰ λοιπὰ, πάντα. Τοῦτον οὖν τὸν Λόγον Θεοῦ ἡμεῖς εἰδότες Υἱὸν καὶ Θεὸν, ἐκ Παρθένου δι' ἡμᾶς πιστεύομεν γεγεννῆσθαι καὶ ἐσταυρῶσθαι, καὶ τέλος, τεθάφθαι· εἶτα καὶ ἀναστάντα, καὶ ἡμᾶς συνεγείραντα, καὶ ἄφθαρτον ἡμῖν καὶ ἀΐδιον παρεσχηκότα ζωήν. Τοῦτόν φαμεν καὶ αὖθις ἐλεύσεσθαι πάντων κριτὴν καὶ τῶν ἡμετέρων καὶ ἔργων καὶ λόγων, καὶ λογισμῶν ἀπαραλόγιστον λογιστήν· τοῦτον ὁμοούσιον τῷ Πα- C τρὶ, τοῦτον σύνθρονον, τοῦτον ὁμότιμον. Οὐχ ἄρα καὶ σοὶ ταῦτα, ὦ φιλόσοφε, δοκεῖ;

A conantem subsannare, accedens petiit, ut sibi liceret parumper cum eo colloqui. Qui autem erant earumdem partium, cum scirent quam esset ei simplex et prisca pietas, et præterea quod Græcorum doctrinam ne summis quidem labris gustasset, prohibebant ne veniret in medium, et congrederetur cum sophista. Is vero ab eis minime persuasus (sciebat enim quid superna quidem esset sapientia, quid autem humanæ vires, et quæ inanes redduntur et abolentur), ad virum accessit, et dixit : In nomine Jesu Christi, o philosophe, mihi jam quoque animum adhibe, et audi ipse quæ volo dicere. Cum is autem dixisset : Tu quidem dic, ego vero audiam. Unus est Deus, inquit Spiridon, cœli et terræ et aliorum omnium quæ intercedunt, opifex. Is est, qui cœlestes produxit virtutes ; is est, qui e terra formavit hominem, et omnia constituit tam quæ sub aspectum cadunt quam quæ non cadunt. Hujus Verbo et Spiritu productum quidem est cœlum : producta est autem terra, diffusum est mare, extensus est aer, generata sunt animalia, homo formatus est, magnum hoc animal et opus admirabile : omnia facta sunt, astra, luminaria, dies, nox, reliqua omnia. Hoc ergo Verbum Dei nos scientes esse Filium et Deum, ex Virgine propter nos credimus esse natum, et crucifixum, et fuisse postremo sepultum, deinde etiam resurrexisse. Deinde cum resurrexerit, et nos simul fecerit resurgere, et ab interitu alienam et æternam nobis vitam præbuerit, cum dicimus etiam rursus venturum judicem omnium, nostrorumque factorum, sermonum et cogitationum incorruptum et qui falli minime potest, judicem : eum esse ejusdem cum Patre essentiæ et simul considere, et esse ei honore æqualem. Non hæc quoque ita tibi esse videntur, o philosophe ?

ΙΕ'. Ὁ μὲν ἤρετο· ὁ δὲ ὥσπερ αὐτὴν ἔχων καὶ πρὸ τοῦ ψυχὴν, οὐ δὲ τὴν αὐτὴν καὶ φρένα καὶ γλῶτταν, οὕτω ῥᾳδίως ἀντιτιθεμένην καὶ ἀντερίζουσαν, ἐπλήγη μὲν τὴν ἀκοὴν, ἐξεπλάγη δὲ τὴν ψυχὴν, τὴν φωνὴν ἐσβέσθη καὶ ἀποσιωπήσας ἐφ' ἱκανὸν, οὐδὲν ἕτερον ἔσχε φθέγξασθαι ἢ ὅτι ταῦτα οὕτως D ἔχειν δοκεῖ. Ὁ δὲ ἅγιος, Ἄγε οὖν, ἔφη, ἐπεὶ καὶ ταῦτά μοι συνομολογεῖς, μηδὲ τοῖς ἔργοις διαφωνῶν ἔσο· ἀλλ' εἰδὼς τίς τε ὁ Θεὸς, καὶ τὸ πᾶν τοῦτο πεποιηκὼς ἀναστὰς, τῇ Ἐκκλησίᾳ πρόσελθε, καὶ τὸ σημεῖον τῆς ὀρθοδόξου λάμβανε πίστεως. Ταῦτα ἐπειδὴ ἤκουσεν ὁ φιλόσοφος, μετέβαλε μὲν αὐτίκα πρὸς ἀκριβῆ θεοσέβειαν, ἐπιστραφεὶς δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς καὶ τοὺς ἄλλους τῶν λεγομένων ἀκροατὰς, Μέχρι μὲν, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἐν λόγοις ἦν ὁ ἀγὼν, ἀντεῖχον τῇ τέχνῃ κἀγώ· ἡνίκα δὲ λόγοι μὲν οὐκ ἔτι, θεία δὲ δύναμις ἀντίθετος ἦν, καὶ ἄρρητόν τινα καὶ ἀπόρρητον ἐν ἁπλότητι ῥημάτων ἐπεδείξατο τὴν ἰσχὺν, τό τε δὴ τὴν ἧτταν οὐκ ἐπαισχύνομαι, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδέως συμβουλεύσαιμι ἂν, εἴ τις μὴ τοσοῦτον σκαιὸς, ἢ περὶ τὴν ἀλήθειαν κακουργεῖν ἐθέλων πιστεῦσαι Χριστῷ, καὶ τῷ γέροντι ἕπεσθαι τούτῳ, ᾧ ἡ μὲν γλῶττα πάντως ἀνθρώπου, οἱ δὲ λόγοι Θεοῦ, πόσην οἴεσθε τοῦτο τοῖς μὲν ἀρειανίζουσιν αἰσχύνην, τοῖς εὐσεβοῦσι δὲ τιμὴν

XV. Ille quidem interrogavit ; philosophus vero, ut qui non eamdem quam prius haberet animam, nec eamdem mentem et linguam, quæ tam facile opponeret et contenderet, auribus quidem fuit attonitus, animo vero obstupefactus ; ei autem vox est exstincta : et cum aliquandiu conticuisset, nihil aliud habuit quod responderet, nisi : Hæc quoque ita mihi se habere videntur. Sanctus autem : Age ergo, inquit, quoniam hæc tu mecum confiteris, nec factis velis discrepare, sed cum scias, quis sit Deus, et quis hoc fecerit universum, surge et accede ad Ecclesiam, et accipe signum rectæ fidei. Hæc postquam audivit philosophus, statim quidem mutatus fuit ad accuratam ac perfectam religionem. Conversus autem ad discipulos et alios auditores eorum quæ dicebantur : Quandiu quidem, inquit, o viri, certatum est verbis, ego quoque arte restiti. Quando vero non amplius quidem verba, sed divina virtus fuit opposita, et in verborum simplicitate arcanam quamdam et ineffabilem ostendit virtutem, tunc me non pudet esse victum. Quin etiam et mihi ipsi, et aliis libenter consuluerim, si non sit aliquis nimis sinister et perversus, aut qui se in veritatem velit improbe gerere, ut credat Christo, et hunc senem sequatur :

κῶς τε καὶ ἀνελόμενος, ἐγχειρίζει τῇ γυναικὶ, A αὔξησιν οὕτω καὶ πίστωσιν τῷ θαύματι παρασχών. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῇ νήσῳ.

ΙΖ'. Ἵνα δὲ μηδὲ Ἀντιόχεια τῆς Σπυρίδωνος ἀρετῆς τε καὶ χάριτος ἀθέατος ᾖ μηδ' ἀμάρτυρος καὶ τοῦτο τελεῖται παραδόξως ὅσον καὶ θαυμαστῶς. Τὸ δὲ ὅπως, ὁ λόγος ἤδη δηλώσει. Ἀπολείπει μὲν ἄρτι Κωνσταντῖνος ὁ μέγας μετά γε τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸν βίον· διαιροῦνται δὲ ταύτην οἱ τούτου υἱεῖς. Καὶ Κωνστάντιος μὲν, τῆς Ἑῴας ἄρχειν λαχὼν, εἰς τὴν μεγάλην τῆς Κοίλης Συρίας πόλιν, τὴν Ἀντιόχου φημὶ, διατρίβων ἦν· νόσος δὲ αὐτῷ ἐπισκήπτει μάλα δεινὴ, ἰατρῶν τέχνην καὶ χεῖρας ἐλέγχουσα. Ταύτῃ τοι καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἀπογνοὺς, ἐδεῖτο μόνου τοῦ καὶ ψυχὰς εἰδότος καὶ σώματα θεραπεύειν. Συντονώτερον δὲ χρωμένῳ τῇ προσευχῇ, νυκτὸς B ἐφίσταται ὄψις, ἄγγελος ὑποδεικνύων αὐτῷ πολλῶν ἁγίων ἐπισκόπων χορόν. Οἷς ὁ βασιλεὺς ἀτενίσας ἐν μέσοις αὐτοῖς, ὁρᾷ δύο τινὰς ἱσταμένους ἐπισκόπους μὲν καὶ αὐτοὺς ἐοικότας, προστάτας δὲ τῶν ἄλλων καὶ ἀρχηγοὺς εἶναι δοκοῦντας. Τούτους αὐτῷ ὁ ἄγγελος παραδείξας, μόνους ἔλεγεν εἶναι τῆς αὐτοῦ νόσου θεραπευτάς. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ὕπνος ἀνῆκεν αὐτὸν, διεσκοπεῖτο μὲν, τίνες ἂν οὗτοι εἶεν, οὐκ εἶχε δὲ τὸν ὄνειρον συμβαλεῖν. Πῶς γὰρ, ὧν μήτε κλῆσις μήτε πατρὶς ἐκείνῳ γνώριμος; Ἄλλως τε καὶ θατέρου τούτων φανέντος μὲν αὐτῷ κατ' ἐπίσκοπον, οὔπω δὲ τότε γενομένου ταῖς ἀληθείαις, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἔσεσθαι, ὡς ἤδη φθάσαν γενέσθαι παρεστηκός. Πρὸς ταῦτα τοίνυν διαπορούμενος ὁ C κρατῶν, καὶ ἅμα μὲν κινούμενος καὶ τῇ ὄψει, ἅμα δὲ καὶ ταῖς ὀδύναις ὑποβαλλόμενος, οὐκ εἶχεν ὅ τι καὶ δράσειε. Τὸ δὲ τῆς πίστεως ἐκεῖνο θερμὸν κάλλιστα ὑπετίθει μὴ ἂν οὕτω ματαίως τὴν ὅρασιν ἐπιστῆναι· ὅθεν καὶ πείθει φρονῆσαι, βασιλικόν τι καὶ γενναῖον, καὶ πρὸς τὸ νῦν ἔχον σοφίας οὐκ ἄμοιρον. Τοὺς γὰρ ἁπανταχοῦ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐπισκόπους, ὅσοι βίου ἐπιμέλονται φιλαρέτου, ἐκέλευε συνδραμεῖν, ἵν', ὁμοῦ συνελθόντων, καὶ οἱ φανέντες αὐτῷ δύο γνώριμοι καταστῶσι.

A audias, primum te interrogabo ea quæ cogitationi meæ sunt proposita, et tunc dicam ordine id quod a me quæsiisti. Dixit præses: Dabitur omnino tibi potestas et opportune et importune dicendi quod vis. Dic nobis quod velis. Dixit Eustratius: Omnem hominem, qui est sanæ mentis, convenit Deum existimare justum, qui comprehendi non potest, neque effingi, neque verbis explicari: estque immutabilis, et divinis suis bonis omnem superat potestatem: an non ita tibi videtur, judex sapientissime? Dixit præses: Ita arbitror. Dixit sanctus Eustratius: Hoc quoque adjiciemus, ei omnino nihil deesse. Præses dixit: Omnino. Sanctus dixit Eustratius: Quid ergo? dabimusne aliquos etiam alios esse deos, et eos B consistere intra hanc, quam dicimus, ab interitu alienam essentiam? Sed est absurdum quod dicitur. Quodsi vel parum quid eis desit hujus beatæ conditionis, non arbitror eos existimari deos ab hominibus. Deo enim nihil deest, ut prius dictum est: cui credere, et quem adorare oportet omnes homines. Dixit præses: Ita habet. Sanctus dixit Eustratius: Quid ergo, multi tui dii consistuntne intra hæc intemerata bona et immortalia, et pares inter se vires habent? Qui sunt in una distincti essentia, et tanquam in unum verticem, conveniunt in virtutem divinitatis, dicantur non dii majores et minores, sed Deus unus, qui in virtute incomparabili est unicus, et nomen habet divinitatis, et ne a vobis existimetur alius quidem cœlum habitare, alius vero mare, alius autem terram. An non tibi sic videtur?

ΚΔ'. Μὴ δυνάμενος δὲ πρὸς ταῦτα ἀντιλέγειν ὁ ἄρχων, ἐπὶ πολὺ ἐσιώπα· μόλις δὲ τελευταῖον ἀπεκρίνατο λέγων· Ἐάσας τοὺς συλλογισμοὺς τούτους, καὶ μακρὰν χαίρειν εἰπὼν τῇ πιθανολογίᾳ σου, ὃ ἠρωτήθης δίδαξον, πῶς ἐσταυρωμένον σέβεσθε Θεόν. Ὁ ἅγιος Εὐστράτιος εἶπεν· Ἄρξομαι κατὰ τὸν σὸν ποιητὴν Ἡσίοδον· Ἐν ἀρχῇ ἦν Ἔρεβος καὶ Χάος, τουτέστι ζόφος καὶ βυθὸς ὑδάτων. Ὁ οὖν Θεὸς διακοσμήσας τόνδε τὸν κόσμον, οὐκ ἐξ ὑποκειμένης ἢ προϋπαρχούσης ὕλης, ἀλλὰ ἅπαντα ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, λόγῳ καὶ κελεύσει τὴν κτίσιν πᾶσαν δημιουργήσας, ἐποίησε καὶ τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ καὶ ὁμοίωσιν, ἄρχειν τε καὶ ἀπολαύειν τῆς ὁρωμένης κτίσεως, καὶ βασιλεύειν πάντων τῶν θηρίων τε καὶ τῶν κτηνῶν καὶ πετεινῶν καὶ ἐναλίων, ὃν ᾐδοῦντο καὶ αἱ ὑπερκόσμιοι δυνάμεις, καὶ τῶν ἀγγέλων τὰ τάγματα. Εἷς δέ τις τῶν ἀρχαγγέλων, καὶ αὐτὸς πρωτεύων τάγματος ἀγγέλων, προαιρέσει ἰδίᾳ ἀφηνιάσας κατὰ τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν, καὶ ὑπερηφανευσάμενος, ἀπεβλήθη τῆς τάξεως αὐτοῦ, καὶ τῆς προσεδρίας τοῦ Θεοῦ μετὰ τοῦ τάγματος αὐτοῦ. Τότε τοίνυν διὰ τὴν τοιαύτην αὐτοῦ ἀπείθειαν, ἔῤῥιψεν αὐτὸν ὁ Θεὸς τῆς ἄνωθεν ἐξουσίας, τῆς ἀγγελικῆς δόξης στερήσας αὐτόν. Τὸν δὲ ἄνθρωπον ἐν τῷ παραδείσῳ ἔθετο, ἐντολὴν αὐτῷ δεδωκὼς, γυμνάζουσαν πρὸς ὑπακοὴν, ἔχεσθαι μὲν καὶ ἀπολαύειν πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ καρπῶν, ἑνὸς δὲ μόνου φυτοῦ ἀπέχεσθαι, ἀγώνισμα αὐτῷ τοῦτο ἐνστησάμενος, ὡς εἰ ἄρα προσεδρεύοντος τοῦ οὐκ ἔτι ἀγγέλου, ἀλλ' ἀπο-

C XXIV. Cum non posset autem præses ad hæc respondere, diu siluit, vix tandem vero respondit, dicens: Mittens hos syllogismos, et multum valere jubens rationum tuarum probabilitatem, hoc doce, de quo fueras interrogatus: Quomodo vos Deum colitis crucifixum? Sanctus dixit: Incipiam, quomodo tuus poeta Hesiodus: In principio erat Erebus et Chaos, hoc est, caligo et profunditas aquarum. Deus ergo cum tunc mundum in hunc ornatum distinxisset, et non ex subjecta, aut quæ prius exsistebat, materia, sed omnia ex eo quod non erat, ad essentiam produxisset, fecit hominem ad imaginem et similitudinem suam. Malus ergo angelus, qui ipse quoque obtinebat principatum in ordine angelorum, cum sua sponte D rebellasset adversus eum, qui ipsum fecerat, et elatus fuisset superbia, a suo ordine fuit expulsus, et a Deo assidendi potestate, et merito a Deo accepit sententiam, quæ ejus puniret audaciam, et tunc propter eam ejus inobedientiam, projecit eum Deus a superna potestate, et angelica eum privavit gloria, hominem autem posuit in paradiso, dans ei mandatum quod exercebat ad obedientiam, ut vesceretur quidem omnibus bonis quæ erant in paradiso, unam vero non tangeret arborem, hoc ei instituto certamine, ut si ei insidiante malo, non amplius angelo, sed dæmone, qui defecerat, et omnia contra eum machinante, posset primus homo non transilire ei datum a Deo præ-

ceptum, et dedecore afficere adversarium, qui ei invidebat propter insignem honorem : si hoc, inquam, factum esset, homo esset immortalis, degens in incorruptione. Sin minus, non sineretur amplius esse in paradiso, sed ex eo exterminatus, viveret et moreretur. Malus ergo dæmon, qui invidia ferebatur in hominem, in eum variis usus est præstigiis, et cum ope serpentis decepisset uxorem primi hominis, per eam ipsum quoque induxit, ut præceptum transiliret, ut ipse ideo expulsus ex paradiso a Deo omnipotente, deduceretur ad labores sudorum et interitum. Obtinuit itaque malignus victoriam, qui gloriabatur, quod propter eam sententiam hominem accepisset redactum in suam potestatem : et cum de cætero multiplicatum esset genus hominum, is tanquam tyrannus omnem animam redegit in servitutem.

XXV. Cum itaque ii in multam lapsi essent impietatem, inundatione Deus mundum perdidit. Conservavit autem Noe quemdam virum justum, qui præclare decertavit adversus malignum hunc dæmonem, et non fuit ab eo omnino superatus, in arca lignea cum uxore et liberis. Cum rursus vero restituisset omnem terram in pristinum statum, tanquam civem quemdam victorem eum in terra posuit. Procedente autem tempore, cum rursus multiplicarentur homines, omnis profecit impietas, et omnes vincebantur a peccatis, et morti subjiciebantur, et vincti tenebantur apud inferos, ad interitum examinati a maligno dæmone. Misertus autem Deus, qui nos formavit, et non amplius volens quod a se factum erat opus despicere, primum quidem Græcis hanc concessit sapientiam, ut immotis animæ oculis agnoscerent Deum omnipotentem, et superarent dæmonem adversarium. Hi ergo, et si visi sunt paululum resipiscere, et rectum iter pietatis attendere, cum tamen tanquam in umbra verbis solum apprehendissent visionem, rursus cadebant in errorem majorum, ipsi quoque superati a falsa religione, et in deteriorem prolapsi impietatem, et via invia aberrantes. Et nec sic quidem passa est insignis et ab omnibus celebranda Dei potestas nos jacere in delictis, unde etiam dedit legem, et misit prophetas, et multifariam multisque modis generi Hebræorum viam ostendit salutarem. Omnes autem retrocedentes, recidebant in majorum suorum infirmitatem, et morti subjiciebantur omnes propter peccatum. Æquum itaque censuit æquale nobiscum certamen suscipere Dominus noster, Deus Verbum, et nobis ostendere victoriam adversus adversarium, par nobis in omnibus factus præter peccatum : et cum seipsum humilem reddidisset, et nobis servis formam similem suscepisset, natus est ex Virgine, non mutatus divinitate, sed ovis ferens pellem propter lupi progressum. Si enim per supernam divinam suam potentiam percussis-

A στάτου καὶ πονηροῦ δαίμονος, καὶ πάντα μηχανωμένου κατ' αὐτοῦ, δυνηθῇ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος οὗτος μὴ παραβῆναι τὴν ἐντολὴν τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ καταισχύνῃ τὸν ἀντίπαλον τὸν φθονήσαντα αὐτῷ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τιμὴν, ὡς εἰ τούτου γενομένου, ἀθάνατον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἐν ἀφθαρσίᾳ διαιτώμενον· εἰ δὲ μή γε, οὐκ ἔτι ἐᾶσθαι αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ εἶναι, ἀλλ' ἐξορισθέντα βιοῦν καὶ ἀποθνήσκειν. Ὁ οὖν ἀντικείμενος δαίμων, φθόνῳ κατὰ τοῦ ἀνθρώπου φερόμενος, ποικίλαις μαγγανείαις κατ' αὐτοῦ ἐχρῆτο, καὶ διὰ συνεργίας τοῦ ὄφεως ἀπατήσας τὴν γυναῖκα τοῦ πρωτοπλάστου, δι' αὐτῆς παρήγαγε καὶ αὐτὸν παραβῆναι τὴν ἐντολήν· ὡς ἐντεῦθεν ἐξόριστον γενόμενον τοῦ παραδείσου ὑπὸ τοῦ Παντοκράτορος εἰς κό-
B πους ἱδρώτων καὶ φθορὰν ἀχθῆναι. Εἴχετο οὖν τῆς νίκης ὁ πονηρὸς, καὶ ἐνεκαυχᾶτο ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ παραβάσει, ὡς ὑπεξούσιον λαβὼν τὸν ἄνθρωπον· καὶ λοιπὸν πληθύνοντος τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ τύραννος πᾶσαν κατεδουλώσατο ψυχὴν, καὶ εἰς ἀπώλειαν διέφθειρεν.

ΚΕ'. Ὅθεν, περὶ πολλὰς ἀπωλείας ἐξοκειλάντων αὐτῶν, κατακλυσμῷ τὴν γῆν ἐσκέπασεν ὁ Θεὸς, ἀπολέσας πᾶσαν ψυχὴν ζῶσαν. Νῶε δέ τινα ἄνδρα δίκαιον, καλῶς ἀγωνισάμενον κατὰ τοῦ πονηροῦ τούτου δαίμονος καὶ μὴ ἡττηθέντα, διεφύλαξεν ὁ Θεὸς ἐν λάρνακι ξυλίνῃ μετὰ γυναικὸς καὶ τέκνων. Ἀποκαταστήσας δὲ πάλιν πᾶσαν τὴν γῆν εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα, ὥσπερ τινὰ πολίτην νικητὴν τοῦτον αὖθις ἐν τῇ γῇ ἔθετο. Καὶ δὴ χρόνοις ὕστερον πληθυνόντων τῶν ἀνθρώπων, πᾶσα ἀσέβεια
C προέκοπτε, καὶ πάντες ἐχειροῦντο τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ ὑπήγοντο τῷ θανάτῳ, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ κατείχοντο δέσμιοι, ἐταζόμενοι εἰς ἀπώλειαν ὑπὸ τοῦ πονηροῦ τούτου διαβόλου. Σπλαγχνισθεὶς οὖν ὁ πλάσας ἡμᾶς Θεὸς, καὶ μηκέτι ἐπὶ πολὺ παριδεῖν ἐθέλων τὸ ἑαυτοῦ ποίημα, πρῶτον ἐχαρίσατο τὴν σύνεσιν ταύτην τοῖς Ἕλλησιν, εἴ πως ἀκλινεῖ τῷ τῆς ψυχῆς ὄμματι ἐπιγνῶσι τὸν μόνον παντοκράτορα Θεὸν, καὶ περιγένωνται τοῦ ἀντιτεταγμένου δαίμονος. Οὗτοι δὲ, εἰ καὶ ἔδοξαν μικρόν τι διανῆψαι καὶ ἐπιστῆναι τῇ θεοσεβεῖ πορείᾳ, ἀλλ' ὅμως ὥσπερ ἐν σκιᾷ λογισμῷ μόνῳ φαντασθέντες, ἀλληνάλλως τοπάσαντες, πάντες αὖθις τῇ προγονικῇ ὑπέπεσον πλάνῃ, ἡττηθέντες καὶ αὐτοὶ εἰς δεισιδαιμονίαν καὶ εἰς χείρονα ἐκπεσόντες ἀσέβειαν, καὶ ἀδιέκβατον πλανηθέντες
D ὁδόν. Ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἠνέσχετο ἡ ἵλεως καὶ πολυύμνητος τοῦ Θεοῦ δύναμις κεῖσθαι ἡμᾶς ἐν τῷ παραπτώματι· ὅθεν καὶ νόμον ἔδωκε, καὶ προφήτας ἐξαπέστειλε, πολυτρόπως τε ὑπέδειξε τῷ γένει τῶν Ἑβραίων τὴν σωτήριον ὁδόν. Καὶ πάντες ἀναχαιτιζόμενοι, τῇ προγονικῇ περιεπείροντο ἀσθενείᾳ, καὶ πάντες ὑπέκειντο τῷ θανάτῳ διὰ τὴν ἁμαρτίαν. Ἐδικαίωσεν οὖν τὸ ἴσον ἡμῖν ἀγώνισμα αὐτὸ ἀναδέξασθαι ὁ Δεσπότης ἡμῶν Θεὸς Λόγος, καὶ ὑποδεῖξαι ἡμῖν τὴν κατὰ τοῦ ἀντιπάλου νίκην. Κατὰ πάντα ἴσος ἡμῖν γενόμενος χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ ταπεινώσας ἑαυτὸν, καὶ ὁμοίαν ἡμῶν τῶν δούλων αὐτοῦ μορφὴν λαβὼν, ἐτέχθη ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου μὴ τραπεὶς τῇ θεότητι, ἀλλὰ φορέσας τὴν τοῦ προβάτου δορὰν διὰ τὴν τοῦ λύκου πρόσοδον. Εἰ γὰρ διὰ τῆς

ἄνωθεν θείας αὐτοῦ δυνάμεως ἐπάταξε τὸν ἀντικείμενον τοῦτον· ἠδύνατο γὰρ ὡς πάντα δυνάμενος, ἃ ἐμοὶ ἦν ἀδύνατα· ἀλλ' οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ καιρὸν ἀπολογίας λέγειν· ὅτι Ἄνθρωπον ἐνίκησα, καὶ ὑπὸ Θεοῦ ἐνικήθην. Καὶ εὐαπολόγητος ἂν ὑπῆρχεν, ὡς εἰδὼς ὅτι Θεῷ μὲν πάντα ἐφικτά, ἐμοὶ δὲ τῷ τὸ σῶμα περιβεβλημένῳ τοῦτο κατορθῶσαι ἀδύνατον. Οἰκονομίας οὖν ἕνεκεν τὴν ἡμετέραν ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἀνέλαβε σάρκα, ἵνα τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποτίσῃ χρέος.

ΚϚ'. Λάβωμεν δὲ καὶ εἰκόνα, δικαστά, ὁμοίαν ταύτης μου τῆς διηγήσεως. Ἐὰν σὺ αὐτὸς ὁ κύριος τῆσδε τῆς πόλεως, ἄρκτον ἢ ἄλλο τι τῶν θηρίων ἐπελθὸν τῇ πόλει θεάσῃ, καὶ ἐρεῖς τῷ δούλῳ σου, Παρελθὼν φόνευσον αὐτό, ἐκεῖνος δὲ τῷ σῷ προστάγματι δουλεύσας, καὶ προσελθὼν ἀτέχνως καταβληθῇ ὑπὸ τοῦ θηρίου καὶ ἀναλωθῇ· μή τι ἀνέχῃ ἔτι ἐκ δευτέρου ἄλλῳ δούλῳ σου τὸ τοιοῦτο προστάξαι ἀγώνισμα, ἢ καταγνῶναι τῆς ἐκείνου ἥττης, μᾶλλον δὲ ἀπωλείας; καὶ οὐχ ἵνα μὴ φανῇς ἀδύνατα προστάσσων, παρορᾷς καὶ τοὺς συνόντας σοι συμμάχους, οὐ κέχρησαι δὲ οὔτε ἵππῳ οὔτε ὅπλοις τισίν, ἔχων καὶ δυνάμενος πάντα, ἀλλὰ διὰ τοὺς λοιπούς σου δούλους, ἔμπροσθεν αὐτῶν ἴσος τῷ ἐπιταγέντι πάλαι καὶ ἡττηθέντι δούλῳ γενόμενος, ὡς ἐκεῖνος γυμνὸς ἐκτὸς οἱασοῦν βοηθείας, προσέρχῃ τῷ θηρίῳ τούτῳ, καὶ πατάξας αὐτό, τὸ τηνικαῦτα τῆς μὲν τοῦ ἀναλωθέντος οἰκέτου ταλαιπωρίας ἐπὶ πάντων καταγνώσῃ, διδάξεις δὲ τοὺς λοιποὺς ὁμοίῳ ὁρμήματι καὶ ἐμπειρίᾳ κεχρῆσθαι, ὁσάκις ἐὰν τύχῃ τῷ τοιούτῳ προσιέναι συναντήματι, καὶ ἀπειλήσεις τότε, εἰ μὴ ἴσως τῇ ὑποδειχθείσῃ αὐτοῖς νήψει χρήσονται διηνεκῶς, καὶ φυλάξουσιν ἑαυτοὺς καὶ τὰ ἑαυτῶν. Εἰ δὲ ἀμελήσειαν, ἀπειλήσεις καὶ πρὸς ἀναπολόγητα αὐτοὺς ἔσεσθαι, καὶ ὑπὸ τιμωρίαν μεγάλην ἀχθήσεσθαι· τοὺς δὲ ἀνδριζομένους καὶ μιμουμένους τὴν σὴν τοῦ δεσπότου ὑποδειχθεῖσαν αὐτοῖς ἀρετὴν ὑπὸ τιμὴν πολλὴν καὶ δορυφορίαν ἔσεσθαι, ὡς καλῶν φύλακας καὶ γενναίους στρατιώτας.

ΚΖ'. Οὕτως οὖν καὶ ὁ Δεσπότης ἡμῶν Χριστός, ὁ Σωτὴρ πάντων, τῶν αὐτοῦ δούλων ἐν τῇ κατὰ τοῦ Σατανᾶ τούτου πάλῃ τοῦ παρ' ὑμῶν σεβομένου ἡττηθέντων καὶ συντριβέντων ὑπ' αὐτοῦ, αὐτὸς ἀῤῥήτῳ τινὶ καὶ μυστικῇ οἰκονομίᾳ ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβὼν ἐν Παρθένῳ ἁγίᾳ καὶ σεμνῇ, καὶ ἐν πᾶσιν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν γενόμενος χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ τοῦ βίου τούτου προελθὼν ἔλαθε τὸν τύραννον ἐν τῇ ἑκουσίῳ αὐτοῦ καὶ πανσόφῳ καὶ σωτηρίῳ ἡμῖν ταπεινώσει, καὶ τὸν ἀλιτήριον τοῦτον δαίμονα τὸν παρ' ὑμῶν, ὡς προείρηται, νῦν σεβόμενον καταδραμόντα συνήθως κατ' αὐτοῦ ὡς κατὰ ἀνθρώπου ψιλοῦ, ἐχειρώσατο, καὶ ὤλεσε πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν διὰ τοῦ τιμίου αὐτοῦ καὶ σωτηρίου πάθους τοῦ ἐν τῷ σταυρῷ, παιδεύσας καὶ ἡμᾶς, θεωρητὰς γενομένους τῆς νίκης αὐτοῦ, ἐν ἴσῳ τῷ ὑπογραμμῷ ἀντιμάχεσθαι, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καταβάλλειν. Αὐτὸς οὖν τὰ ἡμέτερα ἀνεδέξατο πάθη, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀπάθειαν ἐδωρήσατο ἡμῖν· καὶ τοῖς ἐν τῇ γῇ καὶ τοῖς ἐν τῷ ᾅδῃ τὴν ἀνάστασιν χαριζά-

A sed hunc adversarium (poterat enim, ut qui potest omnia, quæ a me non possunt fieri), dedisset ei justam occasionem defensionis, dicendo: Hominem vici, et a Deo sum victus. Se enim tunc sic facile potuisset defendere, ut qui sciret, Deum quidem posse omnia efficere: et nec, si corpus quidem induisset, non esse ejusmodi, quod non posset facere.

XXVI. Accipiamus autem, o judex, aliquam similitudinem, quæ conveniat huic meæ narrationi. Si tu ipse, qui es dominus hujus civitatis, cum vidisses lupum, aut ursum, aut aliquam aliam bestiam invadentem tuam civitatem, dixeris servo B tuo: Occide illam: ille autem parens tuo jussui, et sine arte accedens, fuisset a fera dejectus et consumptus, sustineresne iterum alteri servo tale certamen imperare, aut illum damnare, quod victus periisset? Nequaquam. Sed ne videaris eis imperasse, quæ fieri non potuerunt, eos qui tecum sunt, opem tibi laturi, despicis: non uteris autem nec equo, nec aliquibus armis, cum et habeas et possis omnia, sed propter cæteros tuos servos, effectus similis servo, cui jusseras, et qui victus fuerat, sicut ille, nudus et omni auxilio defectus, ad hanc bestiam accedis: et ea percussa, tunc famuli quidem, qui fuit consumptus, damnabis imbecillitatem coram omnibus: docebis vero C cæteros, ut simili animo accedant et experientia, quoties tale quid occurrerit: et tunc minaberis, si non similiter eis ostensa assidue usi fuerint victoria, et se et sua custodierint. Sin minus, eos futuros inexcusabiles, et esse ad magnum ducendos supplicium: eos autem, qui se fortiter gesserint, et imitati fuerint virtutem eis a domino ostensam, et honorem et libertatem esse consecuturos, ut bonorum custodes, et præclaros milites.

XXVII. Sic ergo Dominus quoque noster Deus, Servator omnium, cum sui servi in certamine suscepto adversus dæmonem, qui nunc a vobis colitur, ab ipso victi essent et contriti, ipse ineffabili quodam consilio seipsum exinanivit, descen- D dens ad sanctam et venerandam Virginem, et servi formam accipiens, et in omnibus effectus iisdem, quibus nos obnoxii, affectionibus præter peccatum: et progressus in hoc vitæ theatrum, voluntaria sua et longe sapientissima et salutari humilitate latuit sceleratum ipsum dæmonem, qui a vobis, ut dictum est, colitur, et eum, ut consueverat, tanquam nudum ac solum hominem invadentem, vicit, et ejus totam profligavit potentiam per suam pretiosam et nobis salutarem passionem, quam in cruce subiit, docens nos, qui fuimus ejus victoriæ spectatores, eodem exemplo contra eum pugnare, et ejus potentiam dejicere ac prosternere. Ipse ergo nostras accepit affectiones, et suam nobis dedit impatibilitatem, cum tamen

iis qui prope erant, quam iis qui erant apud inferos, largitus esset resurrectionem, et docuisset nos in filiorum adoptionem asseitos, in eo manum habere invictam, et coronari, si decertaverimus. Corpore ergo vincimur, et vincimus spiritu. Cadimus in interitum, et is casus, nempe mortis, eo nobis deducitur, ut efficiamur incorrupti, et ab interitu alieni. Aversamur vestram ebrietatem, qui ritu brutorum vitam agitis, et angelicam quærimus æternitatem. Non terram proni spectamus, sicut pecora, nec cum simus belluinis moribus, nominamur homines, sed erecti cœlum intuemur, et cum simus in corpore, vitam, quæ illic est, angelicam amplectimur. Scimus animi nostri et corporis esse perpetuum et implacabile bellum, sapientique et moderata utentes ratiocinatione, aversamur conjunctionem cum hoc mortali corpore, ejusque titillationes et suaves libidinis motiones fortiter recusamus : cogitatione in altum exsilire, et membra mortificare, semper exercemur per tolerantiam, et a rebus propriis abstinentiam. Utimur vero pura et perspicua Domini nostri memoria, et scaturit nobis sermo minime perturbatus. In nos citra ullum impedimentum rationales operantur virtutes. Hæc et his plura nobis largitus est Deus, cum hominem induisset. Vos autem, ut est probabile, corpori estis dediti : et cum corpori dediti sitis, eos deos appellatis, qui fecerunt probrosa opera ignominiæ, et eorum posita colitis simulacra, et alienati estis a conjunctione virtutum cœlestium, et in dies angimini, non solum propter res adversas, sed etiam propter insolentes, et quæ in somnis agitantur, hujus vitæ felicitates. Vos non solum corpore, sed etiam anima morimini ad eum, qui nunquam desinit, interitum. Nos autem a Domino nostro Jesu Christo didicimus, viventem spiritum corpus quoque, quod omnibus communi solvitur interitu, rursus animare, et ad immortalitatem ei essentiam præbere. Hæc ergo breviter sum persecutus, ut et tuo Platoni parens, et a me discens ea quæ vera sunt, renunties parricidæ de tuo et amabili cygno, qui multum flet propter mortem suorum filiorum.

XXVIII. Dixit præses Agricolaus : Non potuimus nos divinorum et magnorum regum virtutes discernere, sed solum iis credere, quæ jusserunt imperatores. Quamobrem cessante omni supervacanea oratione et dilatione, veni, et diis sacrifica, alioqui periclitaberis multa supplicia, quæ nunquam audivisti. Sanctus dixit Eustratius : Cur nos ergo fecisti tantum laboris capere, et non hoc diu ante cœpisti? Tunc jubet lectum afferri ferreum, et multum ignem substerni, ut ipse arderet, et candens evaderet, et sanctum Orestem primum ei jubet imponi, et dicit sancto Eustratio : Æquum est, ut eum, quæ te manent supplicia, prius in aliis fueris contemplatus, tunc subeas tormentum, ut constantiorem ostendas fortitudinem. Sanctus vero Orestes cum ad lectum

μενος, καὶ διδάξας ἡμᾶς, τῆς υἱοθεσίας καταξιωθέντας, ἀήττητον τὴν κατ' αὐτοῦ χεῖρα φέρειν, εἴπερ ἀγωνισόμεθα, στεφανούμεθα. Τῷ οὖν σώματι ἡττώμεθα, καὶ νικῶμεν τῷ πνεύματι· πίπτομεν εἰς φθοράν, καὶ εἰς ἀφθαρσίαν μεθίσταται ἡμῖν ἡ τοιαύτη πτῶσις, λέγω δὴ τοῦ θανάτου. Ἀποστρεφόμεθα οὖν τὴν μεθ' ὑμῶν τὴν δίκην ἀλόγων ζώων ζώντων ζωὴν καὶ δίαιταν, καὶ τὴν ἀγγελικὴν ἐπιζητοῦμεν ἀϊδιότητα. Οὐ βλέπομεν κάτω εἰς γῆν ὁμοίως τοῖς κτήνεσιν, ἢ καὶ ὡς οἱ κτηνώδεις ὀνομαζόμενοι ἄνθρωποι· ἀλλ' ὄρθιοι εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνανεύομεν, ὅπου ἡμῶν τὸ πολίτευμα ὑπάρχει· διαγωγὴν τὴν ἐκεῖ καὶ ἐν σώματι ὄντες ἀσπαζόμεθα, καὶ πνευματικὴν πολιτείαν ἐπανῃρήμεθα. Οἴδαμεν τὸν ἀκατάλλακτον τῆς ψυχῆς ἡμῶν καὶ τοῦ σώματος διηνεκῆ πόλεμον, καὶ λογισμῷ σώφρονι χρώμενοι τὴν πρὸς τὸ θνητὸν τοῦτο σῶμα ἀποστρεφόμεθα κοινωνίαν τῶν παθῶν, καὶ τοὺς γαργαλισμοὺς αὐτοῦ καὶ τὰς ἡδυπαθείας πάνυ εὐείκτως παραιτούμεθα, καὶ ὑπερπηδᾷν τῷ λογισμῷ, καὶ νεκροῦν τὰ μέλη διὰ καρτερίας καὶ ἀποχῆς τῶν ἡδέων ἀεὶ γυμναζόμεθα. Καθαραῖς δὲ καὶ διαυγέσι μνήμαις ταῖς πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν κεχρήμεθα, καὶ λόγος ἡμῖν πηγάζει ἀθόλωτος, λογικαί τε δυνάμεις ἀπαρεμποδίστως ἐνεργοῦσιν εἰς ἡμᾶς. Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων ὁ Χριστὸς ἐνανθρωπήσας ἐχαρίσατο ἡμῖν. Ὑμεῖς δὲ φιλοσωματεῖτε, καὶ φιλοσωματοῦντες, εἰκότως θεοὺς ἀναγορεύετε τοὺς δεδρακότας τὰ ἄτιμα τῆς αἰσχύνης ἔργα, καὶ εἴδωλα αὐτῶν στήσαντες σέβεσθε, καὶ τῆς τῶν οὐρανίων ἀρετῶν συναφείας ἠλλοτρίωσθε, καὶ ὀδυνᾶσθε καθ' ἑκάστην οὐ μόνον ἐπὶ ταῖς ἀτυχίαις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ταῖς ὑπερόγκοις καὶ ὀνειροπόλοις τοῦ βίου τούτου εὐτυχίαις. Ὑμεῖς οὐ μόνον σώματι, ἀλλὰ καὶ ψυχῇ ἀποθνήσκετε, ἡμεῖς δὲ ἅμα τῷ ζῶντι πνεύματι καὶ τὸ σῶμα, τὸ τοῖς πᾶσι κοινῇ λυόμενον φθορᾷ, ψυχαγωγεῖσθαι αὖθις καὶ εἰς ἀθανασίαν οὐσιοποιεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐδιδάχθημεν. Ταῦτα τοίνυν ἐν ἐπιτόμῳ διεξῆλθον, ἵνα καὶ τῷ σοφῷ σου Πλάτωνι πεισθεὶς, καὶ παρ' ἐμοῦ τἀληθῆ διδαχθεὶς, ἀποτάξῃ τῷ πατραλοίᾳ Διὶ τῷ θεῷ σου, τῷ ἐπαφροδίτῳ κύκνῳ, τῷ πολλὰ κλαίοντι ἐπὶ τῷ θανάτῳ τῶν τέκνων αὐτοῦ.

ΚΗ'. Ἀγρικόλαος εἶπεν· Οὐχ οἷοί τε καθεστήκαμεν ἡμεῖς τὰς τῶν μεγάλων καὶ θειοτάτων βασιλέων ἀρετὰς διαγινώσκειν, ἀλλὰ μόνον εἴκειν τοῖς προστάγμασι τῶν κρατούντων. Ὅθεν πάσης περιττολογίας καὶ ἀναβολῆς ἀργούσης ἀποστὰς, προσελθὼν θῦσον τοῖς θεοῖς· ἐπεὶ πειραθήσῃ βασανιστηρίων ὀργάνων, ὧν οὐ πώποτε ἤκουσας. Ὁ ἅγιος Εὐστράτιος εἶπεν· Τί οὖν κόπους ἡμῖν παρέσχες, καὶ μὴ πρὸ πολλοῦ τοῦτο εἰργάσω; Τότε κελεύει κλίνην σιδηρᾶν ἐνεχθῆναι, καὶ ὑποστρωθῆναι πῦρ πολὺ, ὥστε αὐτὴν πυρακτωθεῖσαν σπινθηρακώδη γενέσθαι· καὶ τὸν ἅγιον Ὀρέστην πρῶτον ἐπ' αὐτῇ ἐπιτεθῆναι κελεύσας, λέγει πρὸς τὸν ἅγιον Εὐστράτιον· Δίκαιόν ἐστι τὰς μενούσας σε τιμωρίας πρῶτον ἐν ἄλλοις θεωρῆσαι, καὶ τὸ τηνικαῦτα ὑπομεῖναι τὴν βάσανον, ἵνα εὐσταθεστέραν τὴν καρτερίαν ἀνα-

παιδεξῃ. Ὁ δὲ ἅγιος Ὀρέστης ἀπαγόμενος, ἐδειλίασε A καὶ προσεσχηκὼς τῷ ἁγίῳ Εὐστρατίῳ εἶπεν· Εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, ὅτι κάμνει μου ὁ λογισμός. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· Μὴ ὀλιγώρει, ἀδελφὲ Ὀρέστα· ἡ θέα γὰρ μόνον ἔχει τὸν φόβον· αἴσθησις δὲ οὐ μή σοι γένηται, ἐὰν θαῤῥῶν προσέλθῃς· παρίσταται γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς βοηθῶν καὶ ἀντιλαμβανόμενος. Μέμνησο τῆς γενναιότητος τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων, καὶ μὴ χείρων τινὸς φανῇς· μικρὸν γὰρ, μικρὸν ὅσον καὶ ἐκλείψει ταῦτα· μένει δὲ ἡμῖν ἐν οὐρανοῖς θησαυρὸς ἀτελεύτητος. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ὀρέστης ἐθάρσησε, καὶ ἀνδρείῳ τῷ φρονήματι προσελθὼν ἥλατο, καὶ ἔστη ἐπάνω τοῦ πεπυρακτωμένου κραββάτου ἐκείνου, καὶ κατασφραγίσας ἑαυτὸν, παραυτίκα ἀνακλιθεὶς, ἡπλώθη ὅλῳ τῷ σώματι ἐπὶ τοῦ πυρὸς, καὶ οὕτω κράξας B φωνῇ μεγάλῃ, Κύριε, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου, παρέδωκε τὴν ψυχήν. Ἐπεφώνησε δὲ αὐτῷ ὁ ἅγιος Εὐστράτιος τὸ Ἀμήν. Καὶ μετὰ ταῦτα προσέταξεν ὁ ἡγεμὼν τὸν ἅγιον Εὐστράτιον εἰς τὴν φρουρὰν εἰσενεχθῆναι. Ἀχθεὶς δὲ εἰς τὴν φυλακὴν, καὶ τὰς συνήθεις τῷ Θεῷ ἀναπέμψας εὐχὰς, ἐκάλεσε τὸν συνόντα αὐτῷ οἰκέτην, καὶ λέγει αὐτῷ· Φέρε, τέκνον, διάθωμαι· ἐλπίζω γὰρ κἀγὼ τῇ αὔριον παραστῆναι τῷ Δεσπότῃ μου Χριστῷ.

ΚΘ'. Ἐνεχθέντος δὲ αὐτῷ χάρτου, διέθετο σημάνας ἐν αὐτῷ, ὥστε τὸ ἅγιον αὐτοῦ λείψανον εἰς τὴν Ἀραυρακηνῶν ἀποκομισθῆναι πολίχνην καὶ κατατεθῆναι ἐκεῖ. Μηδενὶ δὲ ἐξεῖναι τὸ σύνολον ἅπτεσθαι τούτου, ἀλλὰ σῶον αὐτὸ κατατεθῆναι ἐν C τόπῳ τινὶ καλουμένῳ Ἀναλιβόζορα ἅμα τοῖς τελειωθεῖσι σὺν αὐτῷ ἁγίοις Εὐγενίῳ, Μαρδαρίῳ, Ὀρέστῃ καὶ Αὐξεντίῳ. Ἐπειδὴ οἱ ἅγιοι οὗτοι καθώρκωσαν τὸν ἅγιον Εὐστράτιον ὅτε κατεσχέθησαν, ὥστε μετὰ τὸ τελειωθῆναι αὐτοὺς πρὸς τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ λειψάνῳ καὶ τὰ τούτων κατατεθῆναι λείψανα σῶα καὶ ὁλόκληρα, καὶ τὸ ἐν Ἀραυράκοις δὲ κτῆμα προσέταξεν εἰς ἀποτροφὴν τῶν μελλόντων παραμένειν τῇ ὑπηρεσίᾳ τοῦ μαρτυρίου αὐτῶν προσκυρωθῆναι· τὴν δὲ λοιπὴν πᾶσαν κινητὴν οὐσίαν, τὴν μὲν ἡμίσειαν πένησι διανεμηθῆναι, τὴν δὲ ἄλλην ταῖς ἀδελφαῖς αὐτοῦ παρασχεθῆναι, τοὺς δὲ οἰκέτας ἐλευθερίας τυχεῖν, λαβόντας καὶ λεγάτα. Τοῦτο δὲ διατυπώσας ἐνήστευσεν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐκείνην.

Λ'. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος τῆς Σεβαστειανῶν πόλεως τῷ D τότε χρόνῳ ἀποκρυπτόμενος ἦν διὰ τὸν διωγμόν. Ὅστις ἐλθὼν ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ πρὸς αὐτὸν, καὶ χρήματα δοὺς τοῖς φυλάττουσιν, ἠξίωσεν ἐπισκέψασθαι τὸν ἅγιον Εὐστράτιον, ἦν γὰρ ἀκούσας περὶ τῆς σοφίας αὐτοῦ καὶ πολλῆς παῤῥησίας, καὶ ὅπως κατῄσχυνε τὸν ἄρχοντα μετὰ τῶν θεῶν αὐτοῦ, καὶ εἰσελθὼν ἔσω, καὶ ἑωρακὼς αὐτὸν, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ἐδεήθη αὐτοῦ εἰρηκώς· Μακάριος εἶ, τέκνον Εὐστράτιε, ὅτι οὕτως ἐνεδυναμώθης ὑπὸ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ. Μέμνησο δὲ καὶ ἐμοῦ, δέομαί σου. Ὁ δὲ ἅγιος Εὐστράτιος ἀπεκρίνατο· Μὴ ποίει οὕτω, Πάτερ πνεύματι κύριε, ἀλλ' εἰς τὴν ἐπικειμένην σοι ἀξίαν ἀποβλέπων παρ' ἡμῶν ἐκδέχου τὸ τοιοῦτον πληροῦσθαί σοι χρέος. Καθεσθέντων οὖν

adduceretur, timuit: et sanctum intuens Eustratium, dixit: Ora pro me; laborat enim mihi cogitatio. Sanctus autem respondit Eustratius: Noli animum despondere, frater Oresta. Solus enim aspectus affert timorem et cruciatum; nullus vero ejus tibi aderit sensus, si audacter et fidenti animo accesseris. Ipse enim Dominus adest nobis adjutor, et nos defendit. Memento generositatis sancti Auxentii, et reliquorum sanctorum; neque iis videaris deterior, hæc enim mox deficiunt: manet autem nos thesaurus, qui non potest auferri. Hæc cum sanctus audivisset Orestes, audenti et forti animo insiluit, et stetit supra ignitum grabatum, cum se signasset, et statim accumbens, toto corpore se expandit supra ignem; et magna voce clamans, dixit: Domine Jesu Christe, in manus tuas commendo spiritum meum, et Domino sanctam suam tradidit animam. Acclamavit autem sanctus Eustratius: Amen, et statim jussit Agricolaus sanctum Eustratium abduci in custodiam. Qui cum consuetas preces Deo emisisset, et famulum, qui erat cum eo, vocasset, dicit ei: Age, fili, faciam testamentum. Spero enim fore, ut ego quoque cras sistar ante Dominum meum Christum.

XXIX. Charta autem ei allata, fecit testamentum, in eo significans, se velle sanctas suas reliquias efferri in oppidulum Arabracinorum, et illic deponi; nemini vero licere omnino eas tangere, sed salvas esse deponendas in loco, qui vocatur Analicozora, simul cum Auxentio et Oreste et Mardario et Eugenio; quoniam hi sancti sanctum Eustratium sacramento adegerunt, dicentes, ut, postquam esset consummatus, cum sanctis suis reliquiis, eorum quoque deponerentur reliquiæ salvæ et integræ. Quas autem Arabracis habebat facultates, assignavit ad eos alendos, qui erant permansuri in ministerio martyrii eorum; reliquorum vero omnium mobilium, dimidium quidem distribuit pauperibus, aliam autem partem suis sororibus, famulos vero suos, donata eis libertate, jussit accipere legata. Hæc cum decrevisset, toto die jejunavit, tota autem nocte perseveravit Deum orare, et ei psallere.

XXX. Episcopus autem civitatis Sebastenorum, eo tempore latebat propter persecutionem; qui noctu venit ad eum, et datis custodibus pecuniis, ingressus est ad sanctum Eustratium: audiverat enim de magna ejus sapientia, et quod præsidem cum diis suis pudore affecerat, et cum fuisset intra custodiam, pronus cecidit in faciem, et sanctum adoravit, dicens: Beatus es, fili Eustrati, quod Dominus Deus tantam tibi dederit virtutem. Memento autem mei quoque, te rogo. Respondit vero sanctus Eustratius: Ne sic facias, Pater spiritualis, sed ad eam quæ est tibi data, dignitatem aspiciens, exspecta hoc a nobis implendum tibi debitum. Cum ii ergo sedissent, dixit Eustratius episcopo: Quoniam Deo volente, cras hora

tertia sum sistendus ante Dominum meum Christum (ita enim mihi fuit aperte revelatum), ideo accipe chartam mei testamenti, et lege. Cum ergo legisset episcopus chartam ejus testamenti, rogavit illum cum iis qui cum ipso aderant, clericis, ut testamento subscriberent: et eum adegit jurejurando, ut ille ipse surreptas ipsius et sancti Orestæ ferret reliquias, et deponeret in eorum regione, in loco qui continetur in testamento, et reliqua omnia impleret, dicens, pro eo labore esse ei reddendam mercedem a Domino nostro Jesu Christo in futura vita. Cum pollicitus autem esset episcopus se singula eorum esse facturum, rogavit eum, ut ab ipso sanctam acciperet communionem. Sic enim dicebat sanctus : Ex quo tempore fui comprehensus, non communicavi. Allato ergo eo, quod oportebat, ministerio, et impleto sacrificio, accedens sanctus Eustratius, cœlestem accepit margaritam, et repente tanquam fulgur illuxit in carcere, et vox venit, dicens : Eustrati, recte decertasti. Veni deinceps in cœlos, et accipe tuam coronam. Hac voce audita, proni in faciem humi ceciderunt. Tota ergo illa nocte mansit episcopus apud sanctum Eustratium, eum audiens, et voluptatem capiens ex sermone martyris.

A αὐτῶν, ὁ ἅγιος Εὐστράτιος εἶπε τῷ ἐπισκόπῳ· Ἐπειδὴ μέλλω τῇ αὔριον χάριτι Θεοῦ ὥρᾳ τρίτῃ πορεύεσθαι πρὸς τὸν Δεσπότην μου Χριστὸν (καὶ ἔγνων τὴν προκειμένην μοι ὁδόν· τοῦτο γάρ μοι ἀπεκαλύφθη φανερῶς), λαβὼν τὸν χάρτην τοῦτον τῆς διατυπώσεώς μου ἀνάγνωθι. Ἀνεγνωκότος δὲ αὐτοῦ, ἠξίωσε καὶ αὐτὸν τὸν ἐπίσκοπον ὑποσημήνασθαι μετὰ τῶν συνόντων αὐτῷ κληρικῶν, καὶ ὥρκωσε πρὸς τὸ αὐτὸν ἐκεῖνον σκυλέντα ἀποκομίσαι τὰ λείψανα αὐτοῦ τε καὶ τοῦ ἁγίου Ὀρέστου εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ καταθέσθαι, ὡς διετάξατο μετὰ τῶν λοιπῶν λειψάνων ἐν τῷ περιεχομένῳ ἐν τῇ διαθήκῃ τόπῳ, καὶ τὰ λοιπὰ ἕκαστα πληρῶσαι εἰρηκὼς τὸν μισθὸν ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καμάτου πληροῦσθαι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ B Χριστοῦ ἐν τῇ μελλούσῃ ζωῇ. Συνθεμένου δὲ τοῦ ἐπισκόπου ταῦτα ποιεῖν ἕκαστα, ἠξίωσεν αὐτὸν τοῦ τὴν ἁγίαν κοινωνίαν δέξασθαι παρ' αὐτοῦ. Ἔλεγε γὰρ, ὅτι Ἀφ' οὗ κατεσχέθην οὐκ ἐκοινώνησα. Τῆς προσηκούσης τοίνυν ὑπηρεσίας ἐνεχθείσης, καὶ πληρωθείσης τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, προσελθὼν ὁ ἅγιος Εὐστράτιος ἐδέξατο τὸν οὐράνιον μαργαρίτην, καὶ αἰφνίδιον ὥσπερ ἀστραπὴ ἔλαμψεν ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ φωνὴ ἦλθε λέγουσα· Εὐστράτιε, καλῶς ἠγωνίσω· δεῦρο λοιπὸν ἀπόλαβέ σου τὸν στέφανον.

Ταύτης οὖν τῆς φωνῆς ἀκούσαντες πάντες, ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ. Πᾶσαν οὖν τὴν νύκτα παρέμεινεν ὁ ἐπίσκοπος, ἀκούων αὐτοῦ, καὶ εὐφραινόμενος ἐπὶ τῷ λόγῳ τοῦ ἁγίου μάρτυρος.

XXXI. Cum mane autem factum esset, recessit, jubens eum valere, et promittens se nihil prætermissurum eorum quæ in suo testamento statuerat. Agricolaus vero cum mane e lecto surrexisset, sedit in tribunali, et jussit sanctum Eustratium adduci. Cum is autem astitisset, eum vocavit præses, et dixit ei in arcano : Testis mihi est, o Eustrati, quæ omnia intuetur justitia, me de te valde angi animo, quod in animum non inducas, ut pareas edicto imperatorum; sed publice saltem simula, et specie deos adora, apud te autem crede, et adora Deum tuum : is autem tibi ignoscet propter impositam necessitatem. Nec, cum sis vir tanta doctrina et sapientia, male pereas tanquam unus maleficus. Si hoc enim esset remotum a periculo, ne id quidem a te requirerem, multos enim punivi tuæ religionis, et nullius sum misertus, neque ab ullo sum flexus. Tui vero magnam curam gero, et propter te tota nocte magno sum dolore cruciatus. Sanctus dixit Eustratius : De hac re ne crucieris, neque propter me venias in periculum, sed quod imperatorum tuorum continetur edictis, accurate exsequere. Ego enim neque simulate, neque ullo alio modo, diis tuis sacrificabo, sed semper Deo meo confitebor in omnibus, et in medio multorum laudabo ipsum. Tua vero tormenta me recreant ac juvant, et hujus rei, si velis, fac periculum. Præses autem cum diu manu vultum texisset, est lacrymatus adeo ut universa quæ circumsistebat turba, cum cognovisset præsidem misereri sancti, vocem emiserit lamentabilem, eratque magnus luctus in civitate. Dixit vero

ΛΑ'. Πρωΐας δὲ γενομένης, ἀνεχώρησε συνταξάμενος αὐτῷ, C παραγγελίαν δεξάμενος, εἰς μηδὲν τῶν παρ' αὐτοῦ διατετυπωμένων ῥᾳθυμῆσαι. Ὁ δὲ Ἀγρικόλαος πρωΐθεν ἀναστὰς ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ, ἐκαθέσθη ἐπὶ τοῦ βήματος, καὶ κελεύει τὸν ἅγιον Εὐστράτιον ἀχθῆναι. Παραστάντος δὲ αὐτοῦ, ὁ ἄρχων, καλέσας τὸν ἅγιον Εὐστράτιον κατ' ἰδίαν, εἶπεν αὐτῷ ἐν μυστηρίῳ· Μάρτυς μου ἡ ἔφορος δίκη, Εὐστράτιε, ὅτι πάνυ θλίβομαι περὶ σοῦ, μὴ καταδεχομένου σου πεισθῆναι τοῖς θεσπίσμασι τῶν βασιλέων. Ἀλλὰ κἂν διὰ τὴν δημοσίαν ὄψιν, ὑποκρίνασθαι θέλησον προσκυνῆσαι τοῖς θεοῖς σχήματι· καθ' ἑαυτὸν δὲ πίστευε καὶ προσκύνει τῷ Θεῷ σου. Καὶ αἴτησαι συγγνώμην παρ' αὐτοῦ διὰ τὴν περικειμένην σοι ἀνάγκην, καὶ μὴ οὕτως, ἀνὴρ ἐν τοσαύτῃ σοφίᾳ ὑπάρχων, ἀπόλῃ κακῶς ὡς εἷς τῶν D κακούργων· καὶ εἰ ἦν μοι ἀκίνδυνον, οὐδὲ τοῦτο ἂν ἐπεζήτουν παρὰ σοῦ. Πολλοὺς γὰρ τῆς θρησκείας σου ἀπώλεσα, καὶ οὐδένα ᾤκτειρα, οὐδὲ ἐπεκάμφθην τινί· σοῦ δὲ κήδομαι λίαν, καὶ πᾶσαν τὴν νύκτα σοῦ ἕνεκεν ὠδυνήθην λυπούμενος. Ὁ ἅγιος Εὐστράτιος εἶπεν· Μὴ λυπηθῇς περὶ τούτου, μηδὲ κινδυνεύσῃς ἕνεκεν ἐμοῦ. Ἀλλὰ τὸ παριστάμενον τῇ ἀκριβείᾳ τῶν βασιλικῶν σου θεσπισμάτων τοῦτο ποίησον. Ἐγὼ γὰρ οὔτε μετὰ ὑποκρίσεως, οὔτε ἄλλως πως θύσω τοῖς θεοῖς σου, ἀλλὰ πάντοτε ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ μου ἐπὶ πάντων καὶ ἐν μέσῳ πολλῶν αἰνέσω αὐτόν. Αἱ δὲ βάσανοί σου ἐμοὶ εἰς εὐωχίαν γίνονται, καὶ, εἰ δοκεῖ σοι, δοκίμασον τοῦτο. Ὁ δὲ ἄρχων ἐπὶ πολλὴν τὴν ὥραν τῇ χειρὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ σκεπάσας, ἐδάκρυσεν, ὡς καὶ πάντα

τὸν περιεστῶτα ὄχλον, ἐγνωκότα τὴν τοῦ ἄρχοντος ἐπὶ τῷ δικαίῳ συμπάθειαν, θρηνώδη ἀναπέμψαι φωνήν. Καὶ ἦν ὀδυρμὸς πολύς, σχεδὸν ἐν πάσῃ τῇ πόλει, ὡς καὶ τῶν Ἑλλήνων ἀνιωμένων. Ὁ δὲ ἅγιος Εὐστράτιος εἶπεν· Τί βραδύνομεν, ὦ δικαστά; Ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ καταργήσει τὰς μηχανὰς τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου· αὐτὸς γὰρ ἐπινοεῖ μοι ταῦτα, ἵνα ἐμποδίσῃ εἰς τὸ προκείμενόν μοι βραβεῖον. Ποίει τοίνυν ὃ βούλει· δοῦλος γάρ εἰμι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀντιτάσσομαι τῷ προστάγματι τῶν βασιλέων, καὶ τῷ σῷ θελήματι. Καὶ τὰ βδελύγματα τῶν θεῶν ὑμῶν ἀποστρέφομαι καὶ καταρῶμαι αὐτοῖς, ὅτι ἐπικατάρατοί εἰσι καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ σεβόμενοι αὐτούς. Ἑωρακὼς οὖν ὁ ἄρχων τὴν ἔνστασιν καὶ τὴν πολλὴν αὐτοῦ προθυμίαν, μόλις ποτὲ ἀπεφήνατο κατ' αὐτοῦ οὕτως· Εὐστράτιον ἀπειθήσαντα τῷ προστάγματι τῶν αὐτοκρατόρων, καὶ τοῖς θεοῖς θῦσαι μὴ βουληθέντα, προστάττω τὴν σιδηρέαν αὐτοῦ ψυχὴν, πυρὶ φλεχθεῖσαν, τὸ πέρας τοῦ βίου λαβεῖν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν δρομαῖος ἀνεχώρησεν εἰς τὸ πραιτώριον.

ΛΒ'. Ὁ δὲ ἅγιος Εὐστράτιος σταθεὶς πάντων ἀκουόντων προσηύξατο οὕτως· Μεγαλύνων μεγαλύνω σε, Κύριε, ὅτι ἐπεῖδες τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, καὶ ἔσωσας ἐκ τῶν ἀναγκῶν τὴν ψυχήν μου. Καὶ νῦν, Δέσποτα, σκεπασάτω με ἡ χείρ σου, καὶ ἐλθέτω ἐπ' ἐμὲ τὸ ἔλεός σου, ὅτι τετάρακται ἡ ψυχή μου, καὶ κατώδυνός ἐστιν, ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαι αὐτὴν ἐκ τοῦ σώματος τούτου. Μή ποτε ἡ πονηρὰ τοῦ ἀντικειμένου βουλὴ συναντήσῃ αὐτῇ, καὶ παρεμποδίσῃ ἐν σκότει διὰ τὰς ἐν ἀγνοίᾳ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ γενομένας μοι ἁμαρτίας. Ἵλεώς μοι γενοῦ, Δέσποτα, καὶ μὴ ἰδέτω ἡ ψυχή μου τὴν ἐζοφωμένην ὄψιν τῶν πονηρῶν δαιμόνων. Ἀλλὰ παραλαβέτωσαν αὐτὴν ἄγγελοί σου φαιδροὶ καὶ φωτεινοί. Δὸς δόξαν τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ, καὶ τῇ σῇ δυνάμει ἀνάγαγέ με εἰς τὸ θεῖόν σου βῆμα. Ἐν τῷ κρίνεσθαί με μὴ καταλάβῃ με ἡ χεὶρ τοῦ ἄρχοντος τοῦ κόσμου τούτου, εἰς τὸ κατασπᾶσαί με τὸν ἁμαρτωλὸν εἰς βυθὸν ᾅδου. Ἀλλὰ παράστηθί μοι καὶ γενοῦ μοι σωτὴρ καὶ ἀντιλήπτωρ· αἱ γὰρ σωματικαὶ αὗται τιμωρίαι εὐφροσύναι εἰσὶ τοῖς δούλοις σου. Ἐλέησον, Κύριε, τὴν ῥυπωθεῖσαν τοῖς πάθεσι τοῦ βίου τούτου ψυχήν μου· καὶ καθαρὰν αὐτὴν πρόσδεξαι, ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΛΓ'. Ταῦτα εὐξάμενος, ἤδη ἀναφθείσης τῆς καμίνου καὶ ἐπὶ πολὺ καιομένης, ποιησάμενος τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα, εἰσῆλθεν εἰς αὐτὴν ψάλλων καὶ ἀγαλλιώμενος, καὶ οὕτω παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Ἐτελειώθη δὲ ὁ ἅγιος Εὐστράτιος τῇ τρισκαιδεκάτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνός. Ὁ οὖν ἐπίσκοπος λαβὼν καὶ συστείλας τὸ λείψανον αὐτοῦ μετὰ σπουδῆς ἅπαντα τὰ ἐν τῇ διαθήκῃ προσταχθέντα ὑπὸ τοῦ ἁγίου μάρτυρος ἐποίησεν εἰς δόξαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A sanctus Eustratius: Deus altissimus irritas faciet machinas patris tui Satanæ. Ille enim hanc quoque in me excogitat tentationem, ut mihi propositum impediat bravium. Fac quod velis: ego enim sum servus Domini Christi, et adversor edicto imperatorum, et aversor eorum abominationes; quoniam sunt exsecrandi et ipsi, et qui eos colunt. Cum ergo vidisset præses tam alacre et promptum ejus animi studium, vix tandem in sanctum Eustratium pronuntiavit hanc sententiam: Eustratium, qui non paruit jussui imperatorum, et diis noluit sacrificare, jubeo, igne combusta ferrea ejus anima, finem accipere. Hæc cum dixisset, cursu recessit in prætorium.

B XXXII. Cum autem sanctus abduceretur Eustratius, iis qui audiebant stantibus, sic oravit: Magnificans magnificabo te, Domine, quoniam respexisti humilitatem meam, et non conclusisti me in manibus inimicorum meorum, et ex necessitatibus eripuisti animam meam. Et nunc, Domine, regat me manus tua, et veniat supra me misericordia tua. Quoniam conturbata est anima mea, et tristis est dum egreditur hoc corpore. Ne forte mala inimici potestas ei occurrat, et eam impediat in tenebris, propter peccata, quæ a me in vita facta sunt in ignorantia. Sis mihi propitius, Domine, et ne videat anima mea tenebricosum vultum malorum dæmonum, sed eam accipiant angeli læti et lucidi, et da gloriam nomini tuo sancto, et tua virtute C deduc me ad divinum tribunal, dum judicor. Ne me comprehendat manus principis mundi hujus ad hoc, ut me peccatorem attrahat in profundum inferorum, sed adsis, et sis mihi servator, adjutor et defensor. Hæc enim corporis tormenta sunt gaudia tuis servis. Miserere, Domine, animæ meæ quæ fuit inquinata hujus vitæ affectionibus, et eam puram suscipe, quoniam benedictus es in sæcula. Amen.

XXXIII. Hæc cum ipse esset precatus, jam accensa fornace et valde ardente, facto crucis Christi signo, in eam est ingressus sanctus Eustratius, psallens et dicens: Domine Jesu Christe, in manus tuas D commendo spiritum meum. Et sic cum pace tradidit suum spiritum, cum ne ejus quidem pilum ignis tetigisset. Consummatus autem fuit sanctus Eustratius tertio decimo Decembris. Sanctissimus vero episcopus Blasius, cum sancti accepisset reliquias, easque cum sancti Orestis reliquiis composuisset, ea implevit, quæ ipsi mandata fuerant in testamento sancti Eustratii, glorificans Patrem, et Filium, et sanctum Spiritum, cui gloria et potentia nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. (1)

(1) Asservantur Romæ SS. Eustratii et sociorum corpora in ecclesia S. Apollinaris episcopi, ubi ad reparandas ingentes clades Germanarum Ecclesiarum ab hæreticis illatas Gregorius XIII papa divino consilio stabilivit collegium Germanicum, addidit et Hungaricum, auxitque amplissimis donis ac reditibus, ut tradit Baron. in not. Mart. Rom.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΘΥΡΣΟΥ, ΛΟΥΚΙΟΥ, ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ,

ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ.

—

MARTYRIUM SANCTORUM MARTYRUM

THYRSI, LUCII, CALLINICI,

PHILEMONIS, APOLLONII ET RELIQUORUM.

(Latine apud Surium ad diem 14 Decembris; Græce ex cod. ms. Paris. 1496.)

—

I. Cum Dominus noster Jesus Christus, carnis inita societate, benigne, ut dicit Paulus [1], in terra esset versatus (misit enim Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege [2]), ut et nos ad veritatis adduceret agnitionem per prodigia, per signa, per apostolicum sermonem et doctrinam, per præclaros et admirabiles viros, qui postea fuerunt: et omnibus modis procuraret, ut revocaremur a vitio: qui statim ab initio nostro generi exstitit inimicus, hæc videns, et nostram non ferens correctionem, movit adversus nos omnem, ut dicitur, lapidem; et cum ex se nos non posset aggredi, prioribus rursus usus est machinis, et per alios excitavit seditiones, et bella commovit, et molitus est omne genus insidias. Nam cum artificiose subiisset Decium, qui tunc Romanis imperabat, vehementer conturbabat Christianos, lacerabat, trahebat ad judicia, eos maximis afficiens suppliciis, et postremo ipsa morte. Causa autem, quod non, relicto vero Deo, vanas et inanes deorum abominationes ut adorarent persuaderi poterant. Quo tempore fortes pietatis athletæ, Lucius, inquam, et Thyrsus, et Callinicus (re vera Callinicus, nempe præclarus victor), mortem propter Christum elegerunt, prius multis cruciati suppliciis: quæ omnia superarunt tolerantia: et deinde ipsa quoque corpora, tanquam sanctum sacrificium, consecrarunt ei, quem desiderabant. Eos tulit quidem inclyta regio Bithynorum: cum essent autem clari et genere et gloria, multo magis studuerunt sibi parare splendorem ex pietate.

II. Cum ergo, quæ in Christianos fiebat, persecutio adhuc duraret, atque adeo magis magisque cresceret: et per universum orbem terræ mitterentur decreta impietatis, et permitteretur omni-

A Α'. Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κοινωνίᾳ σαρκὸς, ὅ φησι Παῦλος, ἐπὶ γῆς φιλανθρώπως ἐπιδημήσαντος (ἐξαπέστειλε γὰρ ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς γενόμενον ὑπὸ νόμον), εἰς ἐπίγνωσίν τε τῆς ἀληθείας ἡμᾶς ἐνάγοντος διὰ τεραστίων, διὰ σημείων, δι' ἀποστολικοῦ λόγου καὶ διδαγμάτων, διὰ τῶν μετὰ ταῦτα γενναίων καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν καὶ πᾶσι τρόποις τὴν ἀπὸ κακίας ἀνάκλησιν ἡμῶν πραγματευομένου, ὁ ἄνωθεν τῷ ἡμετέρῳ γένει περιφανὴς πολέμιος ἀποδεδειγμένος ταῦτα ὁρῶν, καὶ τὴν ἡμῶν οὐμενουν ἀνόρθωσιν ἀνεχόμενος, πάντα λίθον, ὃ λέγεται, καθ' ἡμῶν ἐκίνει, καὶ προσβαλεῖν οἴκοθεν αὐτὸς οὐκ ἔχων τῇ προτέρᾳ μηχανῇ καὶ αὖθις ἐχρῆτο, καὶ δι' ἑτέρων στάσεις ἀνῆπτε καὶ πολέμοις ἠρέθιζε καὶ πᾶν εἶδος ἐπιβουλῆς B ἐπεδείκνυτο. Ὑπελθὼν γὰρ εὐτέχνως τὸν Δέκιον ὃς τηνικαῦτα Ῥωμαίων ἐκράτει, πολὺς ἦν Χριστιανοὺς ταράττων, σπαράττων, εἰς δικαστήρια ἕλκων, κολάσεις ἀνηκέστους αὐτοῖς ἐπάγων, καὶ τελευταῖον τὸν θάνατον. Ἡ δὲ αἰτία, ὅτι μὴ Θεὸν ἀψευδῆ μόνον ἀπολιπόντες, βδελύγμασι κενοῖς καὶ ματαίοις θεῶν ὀνόματι κατεψευσμένοις πείθονται προσκυνεῖν· ὅτε δὴ καὶ οἱ στεῤῥοὶ τῆς εὐσεβείας ἀγωνισταὶ, Λεύκιος, φημὶ, καὶ Θύρσος καὶ ὁ Καλλίνικος ὄντως καλλίνικος, διὰ Χριστὸν εἵλοντο θνήσκειν, πολλαῖς ὅτι πρότερον ταῖς τιμωρίαις ὑποβληθέντες καὶ πάσας αὐτὰς ὑπομονῇ διελέγξαντες, εἶτα καὶ αὐτὰ τὰ σώματα ὡς θυσίαν ἁγίαν τῷ ποθουμένῳ καθαγιάσαντες. Τούτους ἤνεγκε μὲν ἡ περιώνυμος χώρα τῶν C Βιθυνῶν· γένει δὲ ὄντες καὶ δόξῃ λαμπροὶ πολλῷ μᾶλλον ἔσπευσαν τὴν ἀπὸ τῆς εὐσεβείας κτήσασθαι περιφάνειαν.

Β'. Ἐπεὶ οὖν ὁ κατὰ Χριστιανῶν ἔτι διωγμὸς ἐπεκράτει, μᾶλλον δὲ καὶ μείζων τὸ τηνικάδε ἤρετο, πανταχοῦ τε τὰ τῆς ἀσεβείας κατεπέμπετο δόγματα καὶ πᾶσιν ἐφεῖτο κολάζειν Χριστιανοὺς, μάλιστα

[1] Tit. III, 1. [2] Galat. IV, 4.

τὴν προστασίαν τῶν δημοσίων τινὸς ἐπιτετραμμένους, παρέστησαν οὗτοι τυραννουμένοις τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις, καὶ τοῖς τῆς εὐσεβείας ἀδικουμένοις θεσμοῖς βοηθήσοντες, καὶ πολλὴν ὅσην καὶ δι' ὧν εἶπον, καὶ δι' ὧν ἔπαθον, τὴν ῥοπὴν ἐπεδείξαντο. Ἔρχεται γάρ τις ἀπὸ τῆς Νικομήδους διὰ Νικαίας ἐπὶ τὴν θρεψαμένην αὐτοὺς πόλιν, ἥτις Καισάρεια ἔκ τινος τῶν παλαιῶν ἐκαλεῖτο Καισάρων, Κουμβρίκιος ὄνομα, ναοὺς εἰδώλων καὶ βωμοὺς καὶ θυσίας, καὶ εἴ τι ἄλλο δαίμοσι χαριζόμενον ἦν, διὰ πάσης ἐπιμελείας τιθέμενος· οὐκ ἐκεῖνος δὲ ταῦτα μόνον ἀλλὰ καὶ τὴν πᾶσαν κοινωνεῖν αὐτῷ τῆς ἀνοσιουργίας φιλοτιμούμενος, καὶ τοὺς μὲν ἀπειλαῖς καταπλήττων, τοὺς δὲ καὶ ἀγαθῶν ἐλπίσι παρακρουόμενος. Λεύκιος δὲ τῶν κατὰ τὴν πόλιν διά τε σύνεσιν καὶ παιδείαν ἐπίσημος ὤν, ἀλλὰ καὶ γένους ἐπιφανοῦς, ὥσπερ ἔφημεν, καὶ οἰκίας τῶν περιβλέπτων, ἠνιᾶτο δεινῶς ἐπὶ τούτοις καὶ ζήλῳ θείῳ τὴν ψυχὴν κατεπίμπρατο. Ἐντεῦθεν οὐδὲ ἤνεγκε τοῦ λοιποῦ τὴν εὐσέβειαν λανθάνουσαν ἔχειν, οὐδὲ κατέχειν ἐπὶ πλέον τὴν παῤῥησίαν, ἀλλὰ τὸν τότε καιρὸν ἐπιτηδειότατον εἶναι ὥστε ταύτην δήλην ποιήσασθαι οἰηθείς, καὶ ὃν ἐκ πολλοῦ ὤδινε ζῆλον ἐμφανῆ καταστῆσαι ὡς εἶχεν εὐθὺς τῷ τῆς ἀσεβείας ὑπασπιστῇ παραστάς· Ἱνατί, φησὶν, ὦ Κουμβρίκιε, δυστυχῶς οὕτω καὶ ἀθλίως κατὰ τῆς οἰκείας ὁπλίζῃ ψυχῆς, ἀναίσθητα δαιμόνων καὶ κωφὰ τιμῶν εἴδωλα, καὶ εἰς κοινωνίαν πολλοὺς ταύτης παραλαμβάνων τῆς κακοδαιμονίας, ἵνα καὶ αὐτῶν λίθων καὶ ξύλων ἄνθρωποι φανῶμεν ἀναισθητότεροι, δέον ἐπιγνῶναι μᾶλλον ἀληθῆ Θεὸν καὶ Σωτῆρα καὶ τῷ φωτὶ πορευθῆναι τῆς ἀληθείας, τὸ τῆς πλάνης σκότος καὶ πᾶσαν ταύτην ἀπολιπόντας τὴν ματαιότητα;

Γ. Ταῦτα πρὸς τὸν ἡγεμόνα τοῦ Λευκίου ἐν ἀρχαῖς ἔτι καὶ προοιμίοις εἰπόντος, ὁ ἄφρων ἐκεῖνος καὶ ἰσχυρῶς ἀνόητος, δηχθεὶς τὴν ψυχὴν, καὶ ὡς ἀνόσιόν τι καὶ σκαιὸν μισήσας τὴν πεπαῤῥησιασμένην ἀλήθειαν, πληγὰς ἐντείνειν εὐθέως αὐτῷ κατὰ νώτων ἐκέλευεν, οὐ λόγου πρότερον μεταδοὺς, οὐ πεῖραν μεταγαγὼν εἰς μετάθεσιν, ἀλλ' οὕτως ἄκριτόν τε καὶ ἀβασάνιστον ὥσπερ ἐκ πρώτης ἀνέλπιστον εἶναι τὴν μεταβολὴν πιστεύσας, τιμωρίαις ἐξέδωκεν. Ὁ μάρτυς τοίνυν ἡδέως τὰς πληγὰς ἐκείνας δεχόμενος, καὶ τὸν Κύριον ἐπ' αὐταῖς εὐλογῶν, εἰς μείζονα πολλῶν καὶ χαλεπωτέραν μανίαν τὸν ἡγεμόνα ἠρέθιζεν· ὁμέλει καὶ σφοδροτέρων ἑαυτῷ καθίστατο πληγῶν αἴτιος· τοῦτο γὰρ καὶ ἐβούλετο δι' ἀμοιβῶν πάντως μειζόνων ἐπιθυμίαν· ἕως οἵ τε δήμιοι παίοντες ἔκαμον, καὶ τὸ αὐτοῦ ἀπείρηκε σῶμα, κατατριβὲς ἤδη γενόμενον ταῖς πληγαῖς. Αὐτὸς δὲ τὴν πρὸς Θεὸν ἀνάλυσιν ηὔχετο, ἐντυχεῖν ἐκείνῳ ποθῶν, ἐφ' ᾧ κατανεύοντα μᾶλλον καὶ τὸν ἡγεμόνα εἶχεν, οἷα δὴ τὴν πρὸς τοιοῦτον ἀπαγορεύοντα πάλην, καὶ τῆς ἐκείνου γλώττης τὴν παῤῥησίαν οὐ φέροντα. Τοιγαροῦν, Ἐπεί σοι, φησὶν, ὦ Λεύκιε, φίλον ὁ θάνατος, φέρε σου τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ ἡμεῖς χαρισώμεθα, καθάπερ καὶ πολλοῖς ἴσμεν πολλάκις τῶν ὁμοίως πλανωμένων Χριστιανῶν χαρισά-

A bus punire Christianos, maxime quibus erat commissa aliqua præfectura reipublicæ, astiterunt hi, opem laturi Dei legibus, in quas exercebatur tyrannis, et pietatis veræque religionis ritibus, quibus fiebat injuria, et per ea, quæ dixerunt, et quæ passi sunt, plurimum adjumenti attulerunt. Venit enim quidam ex Nicomedia per Nicæam ad eam, quæ ipsos aluit, civitatem, quæ dicta est Cæsarea a quodam ex veteribus Cæsaribus nomine Cumbricius, cui magnæ curæ erant templa simulacrorum, aræque et sacrificia, et si quid aliud erat gratum dæmonibus. Non ille autem hæc solus, sed etiam contendebat, ut universus exercitus facti hujus nefarii esset cum eo particeps : et alios quidem terrebat minis, alios vero promissis
B et spe bonorum inducebat. Lucius vero, qui inter cives erat et prudentia et doctrina insignis, et erat etiam genere clarus, sicut diximus, et ex illustri familia, propter hæc valde angebatur animo, divinoque zelo ejus inflammabatur animus. Hinc factum est, ut de cætero non amplius occultam haberet pietatem, neque amplius contineret dicendi libertatem : sed illam ostendendi opportunissimum hoc tempus esse ratus, et in lucem proferendi zelum quem jamdiu parturiebat, ad impietatis defensorem continuo accedens : Cur, inquit, o Cumbrici, tam misere et infeliciter in tuam armaris animam, dæmonum insensilia et surda adorans simulacra et multos assumens ad societatem infaustæ hujus
C superstitionis, ut vel ipsis lapidibus et lignis videamur homines minus habere sensus, cum oporteat potius agnoscere Deum verum et Servatorem, et ambulare in luce veritatis, relicto errore tenebrarum et omni vanitate?

III. Hæc cum in principio dixisset Lucius præsidi, insipiens ille, et plane amens, animo morsus, et tanquam impium quid et sinistrum, libere prolatam odio habens veritatem, ejus tergo statim jussit infligi plagas, et nec eum prius conveniens, nec tentans, an eum posset a sua traducere sententia : sed indicta causa et citra ullam examinationem, ut qui crederet nullam esse spem mutationis, tradidit cruciandum. Martyr itaque plagas illas libenter accipiens, et propter eas Dominum
D laudans, incitavit præsidem ad longe majorem et graviorem furorem. Ipse certe fuit sibi causa majorum plagarum : nam hoc etiam omnino volebat propter cupiditatem majorum remunerationum, donec et percutientes lictores defessi essent, et defatigatum esset ejus corpus, quod plagis jam fuerat contritum. Ipse vero precabatur, ut ad Deum resolveretur, illum convenire desiderans. Quamobrem annuentem quoque habuit præsidem, ut qui desperaret se eum posse vincere in certamine, et illius linguæ non ferret libertatem. Quoniam ergo, inquit, o Luci, mors est tibi grata, age nos quoque tibi largiamur, quod desideras, quomodo nos scimus esse largitos multis Christianis, qui fallebantur similiter : et statim jubet sancto ci-

vitate expulso caput amputari. Ducebatur itaque A martyr a lictoribus, non mœstus, nec timens, neque ullum doloris vestigium vultu præ se ferens, sed totus lætus et alacris, perinde ac si abduceretur, non ut caput ei amputaretur, sed potius ut coronaretur : quod quidem erat in cœlis consecuturus. Procul ergo abductus a civitate, sic pie consummatur, et vere beatum ei caput amputatur. Sed eum quidem jam deinceps habet cœlum, quæ non corrumpitur, corona coronatum.

IV. Cum autem Cumbricii fama pervasisset in omnes partes, et laterent omnes Christiani propter illius crudelitatem, divino zelo undique armatus B Thyrsus (erat autem is quoque honesto loco natus), et proficiscens ex regione Bithynorum, venit ei in conspectum, et, Salve, inquit, o optime præses. Cum is vero ipsi quoque parem reddidisset salutationem : Licetne, dixit Thyrsus, dicere vobis, qui geritis magistratus, ea quæ quis velit, an solum oportet vestris se jussis submittere, et nec vocem quidem omnino emittere ? Præses autem, ut videtur, oblitus quemadmodum ante eum cum Lucio egerit : Licet, inquit ; neque ulli in hunc diem adempta fuit hæc libertas : et maxime si ea possit dicere, quæ in commune conferant. Thyrsus autem : Quænam, inquit, dici possunt utiliora iis quæ prosunt animæ ? Ego enim videns te multis damnum afferentem in eo, quod est sa- C lutis præcipuum, et a recta quidem abducentem sententia, miserabiliter autem abducentem ad errorem simulacrorum : et plane sciens te totam ignis gehennam in tuum caput, aut in animam potius accendere, duxi expedire cum ea, qua par est, fiducia ac libertate libere tecum agere, tecumque disserere, et ex te scire, quanam de causa relicto cœli et terræ et hominum Opifice, opera manuum quæ facta sunt ab hominibus, statuisti potius adorare, ligno dicens : Pater meus es tu, ut dicam cum divino Jeremia[1] ; et lapidi : Tu me genuisti : et ad Deum, qui te genuit, tergum vertens, et non faciem tuam : et omne studium conferens, nullamque vim aut necessitatem prætermittens, ut omnibus hominibus si fieri possit, persuadeas, ut malæ D opinionis sint tecum participes.

V. Ad hæc præses : Importuna hæc et nimia dicendi libertas, ostendit te laborare morbo eorum, qui dicuntur Christiani. Verumenimvero inanium harum interrogationum et nugarum solutiones mitte iis, qui sedent in scholis, qui publicis scilicet sunt curis vacui. Illi enim singula horum aperte tibi solvent. In præsentia autem cede jussis imperatoris, et accedens, diis sacrifica. Sin minus, importunorum verborum opportunam invenies tormentorum remunerationem. Ille vero : Cum sitis, inquit, Dei figmenta ratione prædita, qua

[1] Jerem. II 27.

μενοι. Καὶ αὐτίκα κελεύει τῆς πόλεως ἐκβληθέντα τὸν ἅγιον ἀποτμηθῆναι τὴν κεφαλήν. Ἤγετο οὖν ὑπὸ τῶν δημίων ὁ μάρτυς, οὐ σκυθρωπάζων, οὐ δειλιῶν, οὐδὲν κατηφείας ἴχνος ἐπὶ τῆς ὄψεως ὑποφαίνων, ἀλλὰ φαιδρὸς ὅλος καὶ εὔθυμος, ὥσπερ οὐχ ἀποτμηθῆναι μᾶλλον, ἀλλὰ στεφθῆναι τὴν κεφαλὴν ἀπαγόμενος, οὗπερ ἄρα καὶ τυχεῖν ἐν οὐρανοῖς ἔμελλε. Πόῤῥω τοίνυν τῆς πόλεως ἀπαχθεὶς, οὕτως τελειοῦται, καὶ τὴν μακαρίαν ὄντως ἀποτέμνεται κεφαλήν. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἤδη λοιπὸν εἶχεν ὁ οὐρανὸς, στεφάνῳ τε ἀφθάρτῳ κατεστεμμένον, καὶ ἀγγέλοις συνευφραινόμενον.

XXIII. Præses autem illa repentina obstupefactus mutatione: Quid vero, inquit, Callinice, tantum illius præstigiatoris valuerunt prodigia, ut te generosam animam, ministrum deorum, illorumque intrepetem et sacerdotem, qui ab illis magnam assequeris benevolentiam, abduxerint a patria religione, et ad extremum attraxerint interitum? Callinicus vero: Ex multis quidem, inquit, etiam aliis sum persuasus, maxime autem talis mutationis causa est ipse Hercules, qui tot quidem certamina, ut de eo narrant fabulæ, perfecit; nunc autem ne nudo quidem viri verbo restitit, sed adeo misere cecidit, et ostendit esse jucundas fabulas, quæ de ipso et aliis diis jactata sunt ab hominibus. Rursus autem præses: Nequaquam, inquit, sed illius præstigiarum et similium prodigiorum amor id tibi persuasit, existimantem teipsum quoque posse facere similia. Sed neque præstigiatorem illum et planum, neque hæc te juverint, nisi te tuorum pœniteat delictorum, et pristinos honores rursus diis reddideris.

XXIV. Ille vero volens aperte convincere ignorantiam præsidis (sciebat enim aperte, sciebat ei quoque adfuturum Thyrsi Deum, et sua in eum ostensurum prodigia): Quoniam, inquit, o præses,

non recte tibi se habet corpus, et putas me deceptum esse figmentis et visis : accedamus, si videtur, ad magnum Æsculapium, et communiter obsecremus, ut morbum tibi sedet, et liberet a doloribus : et tunc scies nihil omnino fingere, nec visione quidquam apprehendere mihi unquam venisse in mentem. Eorum ergo, quæ dicebantur, ille modum non intelligens, sed hæc simpliciter dicta esse arbitrans, et jam Callinicum aliqua duci pœnitentia, eum statim assumens, lætus perrexit ad templum. Postquam autem ingressi sunt exsecranda illa adyta, mente attenta Callinicus : Domine Jesu Christe, inquit, qui per famulum tuum Thyrsum a me agnitus fuisti verus Deus, qui me, qui millies te offendi, et legem tuam sum transgressus, non repulisti, tu quoque surge nunc ad auxilium meum, et in me quoque rursus tuam ostende potentiam. Hæc dicebat, et ecce vox quædam ex alto audiebatur, quæ et ejus animo addebat audaciam, et excitabat ad bravium supernæ vocationis. Ille autem, cum ex eo esset repletus audacia, et nomen Christi esset effatus, vehementer et minaciter increpat simulacrum Æsculapii. Tanta vero statua parvam non tulit increpationem, sed statim cadit ad illius pedes, perinde ac si quædam manus ei vim attulisset. Ad præsidem itaque intuens Callinicus : Hic, inquit, non poterit quidem surgere, nisi ei manum præbueris adjutricem ; adspice ergo, et cognosce non esse præstigias nec artem, quæ adsunt, sed Deum aliquem in me operari, qui in te quoque potest eadem facere miracula, si tantum in eum credideris. Animo ergo valde anxius præses, quod jam ipsius quoque Callinici fecisset jacturam, tunc quidem eum includit in carcere.

XXV. Cum mane autem surrexisset, quoniam malis, quæ infligerentur, eum noverat foro superiorem, ut qui Thyrsi esset æmulator, in ambos talem pronuntiat sententiam : Illum quidem, inquit, qui se a deorum abrupit conjunctione et familiaritate, et horum miserorum fraudi, quos Christianos vocant, se adjunxit, Callinicum jubeo ense mortem subire ; Thyrsum vero, qui multis gloriatur prodigiis, et qui etiam procuravit, ut miser perverteretur Callinicus, in quamdam ligneam injectum capsam, cum ea acutissima serra minutatim dissecari, ut prolixæ illius deceptionis et præstigiarum, dignas etiam post mortem luat pœnas. Atque ille quidem cum in martyres hanc tulisset sententiam, rursus cœpit vacare iis quæ se ad manum offerebant, negotiis. Cum eos autem accepissent milites, Callinicum quidem e foro eductum, cum tempus petiisset et accepisset precationis, per ensem illata deinde morte consummant. Generosum vero Thyrsum cum in quamdam machinam immisissent ligneam, ut improbe jusserat præses, cuidam Vitali et Sabino mandant, ut tormentum exsequantur. Qui cum sursum serram trahere aggrederentur, ea quidem eis videbatur valde gravis et ductu difficilis, in li-

A ἡγεμὼν, ἀνωμάλως ἔχει σοι τὰ τοῦ σώματος, οἴει δὲ κἀμὲ πλάσμασί τισιν ἠπατῆσθαι καὶ φαντασίαις, προσέλθωμεν, εἰ δοκεῖ, τῷ μεγάλῳ Ἀσκληπιῷ, καὶ κοινῇ λιπαρήσωμεν ὥστε κοιμῆσαί σοι τὸ πάθος, καὶ τῶν ὀδυνῶν ἀπαλλάξαι, καὶ τηνικάδε εἴσῃ καὶ περὶ ἐμοῦ πάντως ὡς οὐδέν μοι πλάσασθαι ἢ φαντασθῆναι τοιοῦτον ἐπῆλθέ ποτε. Τὸν τρόπον τοίνυν ἐκεῖνος τῶν λεγομένων οὐ συνιδὼν, ἀλλὰ νομίσας ἁπλῶς ταῦτα εἰρῆσθαι (μεταμέλειά τις ἤδη τὸν Καλλίνικον ἔχει), παραλαβὼν εὐθέως αὐτὸν, χαίρων ἐχώρει πρὸς τὸν ναόν. Ἐπεὶ δὲ τῶν μιαρῶν ἐκείνων ἀδύτων ἐντὸς ἐγένοντο, προσσχὼν ὁ Καλλίνικος, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ διὰ τοῦ σοῦ θεράποντος Θύρσου ἀψευδὴς ἐπιγνωσθείς μοι Θεὸς, ὁ καὶ μυριάκις εἰς σὲ παρηνομηκότα με μὴ ἀπωσάμενος,
B αὐτὸς ἀνάστηθι καὶ νῦν εἰς τὴν βοήθειάν μου, καὶ δεῖξον καὶ ἐν ἐμοὶ πάλιν τὴν δυναστείαν σου. Καὶ ἰδοὺ φωνή τις ἠκούετο ἄνωθεν ἐπιθαῤῥύνουσά τε αὐτοῦ τὴν ψυχὴν καὶ εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως διεγείρουσα. Ὁ δὲ θάῤῥους ἐντεῦθεν γενόμενος ἔμπλεως, καὶ τὸ τοῦ Κυρίου ὄνομα ἐπειπὼν, τῷ τοῦ Ἀσκληπιοῦ εἰδώλῳ σφοδρόν τι καὶ ἀπειλητικὸν ἐπιτιμᾷ. Καὶ ὁ τηλικοῦτος ἀνδριὰς ἐκεῖνος μικρὰν οὐκ ἤνεγκεν ἐπιτίμησιν, ἀλλ' ὀξέως πρὸ τῶν ἐκείνου ποδῶν καταπίπτει ὥσπερ τις βιασαμένης χειρός. Πρὸς τὸν ἡγέμονα τοίνυν ἀπιδὼν ὁ Καλλίνικος, Οὗτος, φησὶν, οὐδὲ ἀναστῆναι δυνατὸς ἔσται, εἰ μή που βοηθὸν αὐτὸς χεῖρα ὀρέξεις. Διάβλεψον τοιγαροῦν καὶ γνῶθι ὡς οὐ γοητεία τὰ παρόντα καὶ τέχνη,
C ἀλλά τις ἐνεργεῖ Θεὸς ἐν ἐμοὶ, τὰ ἴσα καὶ ἐπὶ σοὶ θαυματουργῆσαι δυνάμενος, μόνον εἰ ἐπ' αὐτὸν πιστεύσειας. Σφόδρα γοῦν ἀθυμήσας ὁ ἡγεμὼν, ὅτι καὶ αὐτὸν ἤδη τὸν Καλλίνικον ἐζημίωτο, τηνικαῦτα μὲν εἱρκτῇ κατακλείει τὸν ἄνδρα.

ΚΕ'. Ἕωθεν δὲ ἀναστὰς, ἐπεὶ κακῶν ἐπαγωγαῖς ἀχείρωτον αὐτὸν ἐπόμενον ᾔδει οἷα ζηλωτὴν τοῦ Θύρσου γενόμενον, τοιαύτην κατ' ἀμφοτέρων ἐκφέρει τὴν ψῆφον· Τὸν μὲν ἀποῤῥαγέντα, φησὶ, πρὸ μικροῦ τῆς τῶν θεῶν οἰκειώσεως, καὶ τῇ τῶν ἀθλίων τούτων ἀπάτῃ οὓς Χριστιανοὺς καλοῦσι, προστεθέντα Καλλίνικον τὸν διὰ ξίφους θάνατον ὑποστῆναι κελεύω· τὸν δέ γε πολλαῖς τερατείαις ἐπισεμνυνόμενον Θύρσον, ὃς καὶ τῷ δειλαίῳ τούτῳ Καλλινίκῳ τὴν διαστροφὴν ἐμνηστεύσατο, εἴς τινα γυμνὴν
D ἐμβληθέντα θήκην ὀξυτάτῳ σὺν αὐτῇ διακοπῆναι εἰς λεπτὰ πρίονι, ὡς ἂν τῆς μακρᾶς ἐκείνης ἀπάτης καὶ γοητείας ἀξίαν καὶ μετὰ τελευτὴν ὑπόσχῃ τὴν δίκην. Ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα κατὰ τῶν μαρτύρων ἀποφηνάμενος, τῶν ἐν χερσὶ πραγμάτων φροντίδων ἥπτετο. Παραλαβόντες δὲ αὐτοὺς οἱ στρατιῶται τὸν μὲν Καλλίνικον ἐξαγαγόντες τῆς ἀγορᾶς, καὶ καιρὸν αἰτήσαντα προσευχῆς καὶ λαβόντα, εἶτα καὶ τῷ διὰ ξίφους θανάτῳ τελειοῦσι· Θύρσον δὲ τὸν γενναῖον εἴς τι μηχάνημα γυμνὸν ἐμβαλόντες ὡς τὸ πονηρὸν ἐπίταγμα Βιταλίῳ τινὶ καὶ Σαβίνῳ τὴν βάσανον ἐπιτρέπουσιν. Ὧν ἄνωθεν ἕλκειν ἐπιχειρούντων τὸν πρίονα, βαρὺς μὲν οὗτος αὐτοῖς ἐδόκει κομιδῇ καὶ δυσάγωγος, κοῦφος δὲ ὅμως κατὰ τοῦ ξύλου καὶ μετέωρος ἤρχετο· ὥστε τοὺς μὲν κάμνειν τῷ ἄχθει

huc persistebant, neque quidquam illos conturbabat eorum quæ aderant.

XXVIII. Quidam autem, nomine quidem Apollonius, ordine vero lector, cum vidisset tormentorum formam et multitudinem, timore completur ejus animus, et dissolvitur promptum ejus animi studium. Cum autem duplex eum invasisset metus, unus quidem imminentium suppliciorum, alter autem abnegandæ impietatis, mediam inter utrumque ingreditur, ut neque animam daret dæmonibus, neque corpus lictoribus, sed ex æquo et illorum effugeret sacrificia, et horum cruciatus. Quemadmodum autem, jam parata est declarare oratio. Erat vir quidam stans prope illum, religione gentilis, nomine autem Philemon, arte tibicen, qui propter eam ab iis quidem qui habitabant in regione, vocabatur Choraules. Delectabat vero is quoque Arrianum, quando paululum laxatus a curis, aspiciebat ad voluptatem. Cum eum autem prope vidisset Apollonius, advocat, et pollicetur ei quatuor aureos, si pro illo sacrificet, et eum quidem liberet a tormentis, eos vero qui videbant, et ipsum Arrianum deciperet, dicens se Apollonium. Paret his Philemon; et illius quidem vestem induens, et vultum, quoad ejus fieri potuit, operiens, pervenit ad sacrificium; Deus autem erat, qui hæc procurabat admirabiliter, et Philemonem quidem ad se attrahebat per Apollonium; per Philemonem autem Apollonio texebat coronam martyrii, et sic per se invicem dans ambobus occasionem, ut ei familiares evaderent.

XXIX. Nam cum Philemonem tunc illuminasset, et, ut cum veste animum quoque mutaret, effecisset, fecit ut hoc ipsum esset, quod simulabat. Nam cum se quidem signo crucis signasset tanquam Christianus, ut in hoc quoque ostenderet Apollonium, profectus est recta ad ipsum præsidem. Ille autem cum eum vidisset, eos qui aderant rogabat, quisnam esset. Cum illi vero dixissent: Est quidem unus, ut videtur, ex Christianis: ille autem jussisset illico eum sacrificare, tunc Philemon, mente facilius mutata quam veste, et perinde ac reveritus esset id quod imitabatur, aut potius ei, quod est videri, ut esset etiam adjecisset, clara voce, quantum poterat, clamabat: Non sacrifico. Sum enim Christianus, Christi servus, Christi Dei vivi. Præses autem: Non vidisti paulo ante, inquit, qualia et quam multa perpessi supplicia Asclas et Leonides, deinde etiam morte fuere condemnati? Hoc ipsum, inquit, fuit mihi occasio, quæ me impulit ad martyrium, quod Asclas et Leonides sic paulo ante decertarunt propter Christum, et maxime tolerantiæ hinc percepi doctrinam, et argumentum fortitudinis. Et alioqui miraculum quod in illa navi tua illi nuper ostenderunt, quam, cum per medium fluminis alveum ferretur, sisterunt, quos non induxerit, ut se parent ad suscipiendum certamen pro pietate? Cum desperaret itaque præses se posse illum a sua traducere sententia,

A αὐτῆς εἴχοντο, καὶ οὐδὲν τῶν παρόντων αὐτοὺς ἐθορύβει.

ΚΗ'. Εἷς δέ τις τὴν κλῆσιν μὲν Ἀπολλώνιος, τὴν τάξιν δὲ ἀναγνώστης, τά τε εἴδη καὶ πλήθη τῶν βασανιστηρίων ἰδὼν, φόβου τὴν ψυχὴν πληροῦται καὶ τὴν προθυμίαν ἐκλύεται· διττῷ δὲ φόβῳ κατειλημμένος τῷ μὲν προστὰς ἐπηρτημένας βασάνους, τῷ δὲ πρὸς τὴν τῆς εὐσεβείας ἄρνησιν μέσην ἀμφοτέρων τρέπεται, ὡς μήτε τὴν ψυχὴν τοῖς δαίμοσι μήτε τὸ σῶμα τοῖς δημίοις ἐκδοῦναι, ἀλλ' ἐπ' ἴσης καὶ τὰς τούτων θυσίας καὶ τὰς παρ' ἐκείνων τιμωρίας διαφυγεῖν. Τὸ δὲ ὅπως ὁ λόγος ἤδη δηλοῦν ἕτοιμος. Ἐτύγχανέ τις ἀνὴρ πλησίον ἐκείνου ἑστὼς Ἕλλην τὸ σέβας, τὴν κλῆσιν Φιλήμων, τὴν τέχνην αὐλητής· ὃς διὰ ταύτην ἐκαλεῖτο μὲν τοῖς ἐπιχω-

B ρίοις Χοραύλης· ἔτερπε δὲ καὶ Ἀῤῥιανὸν ὁπόταν καὶ οὗτος μικρὰ τῶν φροντίδων ἀπολυθείς. Τοῦτον ἐγγὺς ἰδὼν Ἀπολλώνιος καλεῖ τε πρὸς ἑαυτὸν καὶ ὑπισχνεῖται χρυσοῦς τέσσαρας, εἰ ἀντ' ἐκείνου τὴν θυσίαν ὑπέλθοι, καὶ τοῦτον μὲν τῶν βασάνων ῥύσαιτο, τοὺς ὁρῶντας δὲ καὶ αὐτὸν Ἀῤῥιανὸν ὡς αὐτὸς εἴη Ἀπολλώνιος, παρακρούσαιτο. Πείθεται τούτοις Φιλήμων, καὶ τὴν ἐκείνου στολὴν μετενδὺς καὶ τὸ πρόσωπον ὡς ἐνῆν καλυψάμενος ἐχώρει πρὸς τὴν θυσίαν. Θεὸς δὲ ἄρα ἦν ὁ ταῦτα πραγματευόμενος παραδόξως, καὶ Φιλήμονα μὲν δι' Ἀπολλωνίου πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπώμενος, διὰ Φιλήμονος δὲ Ἀπολλωνίῳ τοῦ μαρτυρίου πλέκων τὸν στέφανον, καὶ οὕτω ἀφορμὰς δι' ἀλλήλων ἀμφοτέροις διδοὺς

C τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεως.

ΚΘ'. Περιαστράψας γὰρ τότε Φιλήμονι φωτισμὸν καὶ ὥσπερ ἅμα τῇ στολῇ καὶ τὴν ψυχὴν ἀμεῖψαι παρασκευάσας ταὐτὸ εἶναι πεποίηκεν, ὅπερ ἄρα καὶ ὑπεκρίνετο· σφραγισάμενος μὲν γὰρ οἷα Χριστιανὸς τῷ τοῦ σταυροῦ σημείῳ, ἵνα κἀν τούτῳ δείξῃ τὸν Ἀπολλώνιον, παρ' αὐτὸν εὐθέως τὸν ἡγεμόνα ἐχώρει. Ὁ δὲ τὸν ἄνδρα ἰδὼν, τίς οὗτος; ἠρώτα τοὺς παρεστῶτας. Ὡς δὲ οἱ μὲν, Τῶν Χριστιανῶν, εἶπον, ὥσπερ ἔοικεν, εἷς, ὁ δὲ θύειν αὐτὸν παραχρῆμα ἐπέταττε, τότε δὴ τότε Φιλήμων ῥᾷον ἢ τὸ ἔνδυμα τὴν γνώμην μεταβαλὼν καὶ ὥσπερ ὃ ἐμιμεῖτο δυσωπηθεὶς ἢ τὸ δοκεῖν μᾶλλον καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι προσθεὶς, λαμπρᾷ ὡς εἶχεν ἀνέκραγε τῇ φωνῇ·

D Οὐ θύω, Χριστιανὸς γάρ εἰμι, Χριστοῦ δοῦλος, Χριστοῦ τοῦ ζῶντος Θεοῦ. Καὶ ὁ ἡγεμὼν, Οὐ πρὸ μικροῦ ἑώρακας, εἶπεν, ἡλίκων καὶ ὅσων οἱ περὶ Ἀσκλᾶν καὶ Λεωνίδην πειραθέντες κολάσεων, εἶτα καὶ θάνατον κατεκρίθησαν; Ὁ δὲ, Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο, ἔφη, καὶ ἀφορμὴ τοῦ μαρτυρίου μοι γέγονεν· ὅτι καὶ Ἀσκλᾶς καὶ Λεωνίδης οὕτω πρὸ μικροῦ διὰ Χριστὸν ἠγωνίσαντο, καὶ μεγίστης ὑπομονῆς ἐντεῦθεν ἐδρεψάμην διδασκαλίαν καὶ καρτερίας ὑπόθεσιν. Ἄλλως τε καὶ τὸ θαῦμα ὃ περὶ τὴν σὴν ἐκεῖνοι ναῦν ἐπεδείξαντο φερομένην αὐτὴν διὰ τοῦ ποταμοῦ κατὰ μέσον τὸν πόρον στήσαντες, τίνας οὐκ ἂν ἀποδύσασθαι πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶνα παρασκευάσειε; Μεταπεῖσαι τοίνυν οὕτως αὐτὸν ἀπαγορεύων ὁ ἡγεμὼν, πρὸς τοὺς περιεστῶτα;

ἐπιστραφεὶς, Μεταπέμψατέ μοι, φησὶ, τὸν Χοραύλην Φιλήμονα· ἴσως ὑπὸ τῶν αὐλῶν ἐκείνου καὶ τῆς σειρῆνος πρὸς ἡδονὰς ἀνεθεὶς ῥᾷων ἂν οὕτω τὴν μεταβολὴν γένοιτο· ἀγνοῶν πάντως ὁ μάταιος ὅτι αὐτὸς οὗτος Φιλήμων ἦν καὶ τῇ αὐτῇ γλώττῃ χρώμενος, πλὴν ὅσον πρότερον μὲν ὑπὸ λύρᾳ καὶ αὐλοῖς, τότε δὲ Πνεύματι θείῳ φθεγγόμενος.

Λ'. Πάσης τοίνυν σχεδὸν τῆς περὶ αὐτὸν τάξεως τὸν δῆμον περιελθούσης καὶ οὐδαμοῦ Φιλήμονα δυνηθείσης εὑρεῖν, ὁ ἡγεμὼν, Τὸν ἀδελφὸν ἐκείνου Θέωνα, ἔφη, μετακλητέον, καὶ αὐτὸς ἔνθα πάντως Φιλήμων ἐστὶ διδάξει. Ἐπεὶ δὲ καὶ Θέων πάρεστι μηδὲν ἐκεῖνος εἰδὼς, οἷος εἴη σκοπὸς τῷ Φιλήμονι, Οὗτος, εἶπε, Φιλήμων, δείξας τὸν ἀδελφόν. Εὐθὺς οὖν ὁ ἡγεμὼν ἀνακαλύπτειν αὐτοῦ τὴν ὄψιν ἐκέλευε, B καὶ ἰδόντι γελᾷν μὲν αὐτῷ ἐπῄει τερπνόν τι καὶ ἄνετον νομίσαντι πάντως εἰς γέλωτα τοῦτο θέσθαι Χριστιανῶν τὸν Φιλήμονα καὶ παρὰ τοῦτο καὶ τὸ προσωπεῖον ἐκεῖνο περιβαλέσθαι, ἵνα καὶ ἄλλοις παρείη γελᾷν. Εἶτα τὸ μὲν δρᾶμα καὶ τὴν ὑπόκρισιν ἀποῤῥίπτειν ἐπέτρατε, προσελθόντα δὲ σὺν ἐκείνῳ θύειν. Ἐπεὶ δὲ Φιλήμων τοὐναντίον ἔφασκε μᾶλλον τῷ μὲν Χριστῷ λατρεύειν ταῖς ἀληθείαις, τὰ δὲ τῶν ἐκείνου θεῶν ἐν παιδιᾷ καὶ γέλωτι τίθεσθαι, πολλὴ ἔκπληξις εἶχε καὶ ἀπορία τὸν δικαστήν. Ἐμβλέψας οὖν πρὸς Φιλήμονα, Πρὸς αὐτῆς, ἔφη, τῆς ὑγείας Ῥωμαίων ἀληθῆ τὰ παρόντα, Φιλῆμον, ἢ χλεύη Χριστιανῶν καὶ μυκτήρ; Ὁ δὲ, Οὐ τὴν ὑγείαν ἐγὼ τὴν Ῥωμαίων, ἀλλ' αὐτὴν ὄμνυμι, ἔφη, τὴν ἐμαυτοῦ σωτηρίαν καὶ τὸν ἐμὸν Δεσπότην καὶ βασιλέα C Χριστὸν, οὐ γέλως, οὐ παιδιὰ, οὐ πλάσμα, οὐμενοῦν τὰ ὁρώμενα, ἀλλὰ καρδίας μετάθεσις ἀληθὴς, καὶ πρὸς Χριστὸν πίστις ἀψευδεστάτη· καὶ ὑπὲρ ταύτης ἐγὼ τῆς ὁμολογίας οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ καὶ μυρίους, εἰ οἷόν τε, θανάτους ἀποθανεῖν ἕτοιμος.

ΛΑ'. Ὀργῆς ἐπλήρωσε ταῦτα τὸν ἡγεμόνα, καὶ πρὸς τοὺς περιεστῶτας ἐπιστραφεὶς ἐπυνθάνετο Φιλήμονα παραχρῆμα κτείνειν οὕτω φανερῶς ἐξυβρικότα πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ ἀσεβῆ ἐπίσημον ἀποδεδειγμένον, ἢ χρόνον παρασχεῖν εἰς ἐπίσκεψίν τε καὶ μεταμέλειαν τοῦ γεγενημένου. Ὁ μὲν οὖν δῆμος (ἰσχυρῶς γὰρ εἶχε πόθος αὐτοὺς Φιλήμονος καὶ πάντες τῆς ἐκείνου γλώττης καὶ τῶν αὐλῶν ἐξεκρέμαντο) D αὐτίκα μάλα ἠξίουν τὸν ἡγεμόνα μὴ ἀπολλύναι λέγοντες τὴν κοινὴν τῆς πόλεως ἡδονήν. Ὁ δὲ τὸν τόνον αὐτῷ καὶ τὴν προθυμίαν ἐκλῦσαι βουλόμενος, Ὁρᾷς, ὦ Φιλῆμον, εἶπεν, ὅπως σου καὶ τὸ πλῆθος λίαν ἐρωτικῶς περιέχεται, καὶ κοινὴν μέν σε καλοῦσιν ἡδονὴν, κοινὴν δὲ νομίζουσιν εὐφροσύνην; Σὺ δὲ κἂν γοῦν τοῦ παρ' αὐτῶν κρότου καὶ τῶν ἐπαίνων ἐπιμνησθεὶς καὶ σαυτῷ καὶ τούτοις τὰ εἰθισμένα ποιῶν τοῖς σωτῆρσι θῦσον θεοῖς. Ἰδοὺ γὰρ καὶ ἡ μεγίστη μετὰ μικρὸν τελεῖται πανήγυρις, ἐν ᾗ φιλοτιμότερον ᾄσεις, καὶ σὺ μὲν ἡσθήσῃ τὴν ψυχὴν τοῖς παρὰ τούτων ἐπαίνοις, ἡμῶν δὲ θέλξεις τὴν ἀκοὴν τοῖς αὐλήμασι. Πρὸς ταῦτα Φιλήμων, Ἡ πανήγυρις αὕτη, φησὶν, ὦ ἡγεμὼν, τῆς ἐκεῖθεν ἀναμιμνήσκει με πανηγύρεως· ἡ δὲ φιλοτιμία τῆς μουσικῆς εἰς φαντασίαν

A Mihi, inquit, accersite Choraulem Philemonem: fortasse tibiarum illarum dulcedine delinitus, facilius mutabitur, ignorans omnino stultus, hunc ipsum esse Philemonem, et eadem lingua utentem nisi quod prius quidem lyra et tibiis, tunc autem divino loquebatur Spiritu.

XXX. Cum ergo tota fere cohors ejus apparitorum obiret populum, et nusquam posset invenire Philemonem: Illius, inquit, frater Theon est accersendus. Ipse enim omnino docebit, ubi sit Philemon. Cum autem adfuisset Theon, ille nihil sciens, qualis esset scopus Philemonis: Hic est, inquit, Philemon, ostendens fratrem. Statim ergo jussit B præses eum aperire faciem, et cum vidisset, vehementer quidem cœpit et profuse ridere, arbitrans Philemonem hoc omnino facere ut rideret Christianos: et ideo illam eum induisse personam, ut alios quoque moveret ad risum. Deinde illum quidem jussit actum deponere et simulationem, accedentem vero cum illo sacrificare. Postquam autem contra dixit Philemon, se Christo quidem revera servire, illius autem deos habere pro ludo et ridiculo: judicem magnus invasit stupor et dubitatio. Intuens itaque Philemonem, Per ipsam, inquit, Romanorum salutem, verane sunt quæ in præsentia, o Philemon, a te fiunt, an comparata ad irridendum et ludificandum Christianos? Ille vero, Non Romanorum, inquit, ego, sed meam C ipsius juro salutem, et Dominum meum et regem Christum, non esse irrisionem, nec lusionem, nec fictionem quæ videntur, sed veram cordis mutationem, et fidem esse in Christum certissimam: et me pro hoc confessione, non unam solam, sed innumerabiles, si fieri posset, paratum esse subire mortes.

XXXI. Hæc ira implevere præsidem: et conversus ad eos qui circumstabant, rogabat, an oporteret protinus occidere Philemonem, qui deos aperte tanta affecerat contumelia, et evasisset tam insigniter impius, an ei tempus præbere ut deliberaret, et ejus quod fecerat, duceretur pœnitentia. Atque populus quidem (Philemonis enim magno tenebatur desiderio, et pendebant omnes ab illius lingua et D a tibiis) rogavit protinus præsidem, ne perderet communem voluptatem civitatis. Ille autem volens ejus solvere constantiam, et promptum animi studium: Vides, inquit, o Philemon, quanto tui amore tenetur populus, et quemadmodum communem te vocat voluptatem, communem autem existimat lætitiam? Tu ergo saltem eorum plausus et laudum memor, et faciens quæ sunt et tibi et iis consueta, sacrifica diis servatoribus. Ecce enim maximum festum mox peragitur, in quo tu quidem præclare canes, et eorum laudibus tibi oblectabitur animus: aures vero nostras cantu tibiæ demulcebis. Ad hæc autem Philemon: Hoc, inquit, festum, o præses, mihi in memoriam revocat festum, quod illic agitur; honor vero et laus musicæ facit, ut visione

apprehendam angelicam hymnodiam. Scias ergo fore, ut frustra labores, si me coneris a mea dimovere sententia : neque vero solum nihil proficies, sed etiam majus mihi in Christum accendes desiderium. Præses autem : Sed etsi omnia, ut dixisti, molesta et gravia propter Christum sustinueris, quid hinc lucrifacies? Neque enim, etsi omnia pati elegeris, res tibi succedet ad martyrium. Nam neque factus es omnino Christianus, neque accepisti baptismum, convenienter illorum legibus.

XXXII. Hoc postquam audivit Philemon, exclamavit : O ignem spiritalem, qui accensus es in meis præcordiis, quantum tibi debeo, o præses, quod me etiam invitus maximis affecisti beneficiis, sacrum baptismum in memoriam revocans. Hæc cum dixisset præsidi, stetit in media turba, et : Rogo vos, vehementer exclamavit, si quis inter vos præest Christianis, et contemnit tormenta propter pietatem, adsit cito, et me divino impertiat baptismate. Postquam autem vidit omnes victos timore, et qui, ut tempus postulabat, nihil poterant facere juveniliter, dolore animi cruciatus, et continuo in vocem erumpens cum calidis lacrymis : Deus meus Christe, inquit, qui me benigne aspiciens, a profundo errore me revocasti, ne sic me despicias, divinum baptismum minime assecutum. Sed quo vis modo ostende mihi sacerdotem et aquam, a quo et in qua, similiter atque alii Christiani, baptizabor. Cum sic dixisset, nubes desuper continuo descendens, cum eum stantem medium in orbem comprehendisset, baptizavit. Deinde nubes quidem sursum ascendit. Ille autem, omnibus videntibus, fluento cœlesti baptizatus : Vobis, inquit, omnibus videre licuit, qui Christiani quidem estis, nondum autem vultis manifestam esse vestram pietatem, quemadmodum cum nullus utique ad me ausus esset accedere, ipse veniens aperte Dominus, me maximo dono impertiit baptismatis. Videte ergo, et turpi ac illiberali timore liberemini. Quinetiam tu quoque aspice, præses, relicta, quæ nihil habet utile insania : cognosce, cuinam Deo teipsum absque ratione feceris inimicum, et quemadmodum, eo judice, sis luiturus pœnas

XXXIII. Cum martyr sic esset locutus, præses neque ea quæ vidit admirabilia, omnino attendens (res enim plane cæca, est vitium) : Hæc quidem, inquit, mitte, o Philemon. Nihil enim est aliud, nisi solum oculorum deceptio et præstigiæ. Tu autem dic, quanam de causa res despicis adeo dulces, ut neque tuarum tibiarum ullam ducas rationem, neque maximum nostrum festum vel tantillum veniat in mentem, neque ullum totius populi te capiat desiderium : qui postquam venerint quidem in theatrum, te autem non adspexerint concinne et modulate canentem, sed alium pro te sumentem tibias, quantum, putas, lugebunt, modorum tuorum recordantes, et tuæ illicientis sua-

A τῆς ἀγγελικῆς ἄγει με ὑμνῳδίας. Ἴσθι τοιγαροῦν ὅτι ἄπρακτα πονήσεις ἐμὲ μεταπείσειν ἐπιχειρῶν· καὶ οὐ μόνον οὐδὲν ὀνήσεις, ἀλλὰ καὶ πλειόνά μοι πρὸς Χριστὸν ἀνάψεις τὸν πόθον. Καὶ ὁ ἡγεμών· Ἀλλ' εἰ καὶ πάντα, ὥσπερ ἔφης, διὰ Χριστὸν ὑποστήσῃ τὰ λυπηρὰ, τί τὸ κέρδος ἐντεῦθεν ἕξεις; Οὐδὲ γὰρ εἰς μαρτύριόν σοι τὸ πρᾶγμα, κἂν πάντα ἕλῃ παθεῖν, ἀποβήσεται· ἐπεὶ οὔτε Χριστιανὸς ὅμως γέγονας οὔτε μὴν κατὰ τοὺς ἐκείνων νόμους τὸ βάπτισμα εἴληφας.

ΛΒ'. Τοῦτο Φιλήμων ὡς ἤκουσεν, Ὦ τοῦ πνευματικοῦ πυρὸς, ἀνεβόησεν, ὃ ταῖς ἐμαῖς φρεσὶν ὑπανῆψας· ὡς πολλάς ὀφείλω σοι τὰς χάριτας, ἡγεμὼν, ὅτι με καὶ ἄκων οὕτω τὰ μέγιστα εὐηργέτηκας ἱεροῦ B βαπτίσματος ἀναμνήσας. Ταῦτα πρὸς τὸν ἡγεμόνα φθεγξάμενος ἐν μέσῳ τῶν ὄχλων ἔστη, καὶ, Δέομαι ὑμῶν, ἀνέκραγεν ἰσχυρῶς, εἴ τις ἐν ὑμῖν Χριστιανῶν εἴη προεστηκὼς καὶ βασάνων καταφρονῶν διὰ τὴν εὐσέβειαν, παρίτω τὸ τάχος καὶ βαπτίσματός με τοῦ θείου μεταδιδότω. Ὡς δὲ πάντας ἑώρα δέει νικωμένους καὶ μηδὲν τοῦ καιροῦ δρᾶσαι δυναμένους νεανικώτερον, λύπῃ συγχυθεὶς τὴν ψυχὴν καὶ φωνὴν αἴρων, εὐθέως μετὰ θερμῶν τῶν δακρύων, Ὁ Θεός μου, ἔφη, Χριστὲ, ὃς εὐμενές μοι βλέψας τῆς βαθείας πλάνης ἀνεκαλέσω με, μὴ οὕτω με περιίδῃς τοῦ θείου βαπτίσματος ἀκοινώνητον, ἀλλ' ὃν βούλει τρόπον ὑπόδειξόν μοι καὶ ἱερέα καὶ ὕδωρ παρ' οὗ καὶ ἐν ᾧ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως Χριστιανοῖς βαπτισθήσομαι. Οὕτως εἰπόντος νεφέλη ἄνωθεν εὐθὺς ὑποκαταβᾶσα καὶ μέσον αὐτὸν C ἑστηκότα κύκλῳ περιλαβοῦσα ἐβάπτισεν. Εἶτα ἡ νεφέλη μὲν ἄνεισι πάλιν· ὁ δὲ ὑπὸ τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς οὐρανίῳ νάματι βαπτισάμενος, Ὁρᾷν ὑμῖν, ἔφη, πρόκειται πᾶσιν ὅσοι Χριστιανοὶ μέν ἐστε, οὔπω δὲ καὶ δῆλοι τὴν εὐσέβειαν εἶναι βούλεσθε, ὅπως οὐδενὸς ὑμῶν οὐδὲ προσελθεῖν μοι τάχα θαρσήσαντος αὐτὸς ἐπιφανῶς ἐλθὼν ὁ Δεσπότης τῆς μεγίστης μοι τοῦ βαπτίσματος ἐκοινώνησε δωρεᾶς. Ἴδετε τοιγαροῦν, καὶ φόβου καὶ δειλίας τῆς ἀγεννοῦς ἀπαλλάγητε. Καὶ σὺ δὲ, περίβλεπτε ἡγεμὼν, μανίας οὐδὲν ἐχούσης λυσιτελὲς ἀποστὰς, γνῶθι τίνι Θεῷ σεαυτὸν ἀλόγως ἐξεπολέμωσας, καὶ ὅπως ὑπ' αὐτῷ δικάζοντι μέλλεις τὴν κόλασιν ὑποσχεῖν.

D

ΛΓ'. Οὕτω φθεγξαμένου τοῦ μάρτυρος ὁ ἡγεμὼν μήτε τούτοις οἷς ἤκουσε μήτε οἷς εἶδε παραδόξοις ὅμως προσσχὼν (τυφλὸν γὰρ ἀκριβῶς ἡ κακία). Ταῦτα μὲν, εἶπε, Φιλῆμον, ἐᾷν· οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ ὀφθαλμῶν ἀπάτη μόνον καὶ τερατεία· σὺ δὲ ὅτου χάριν ἡδέων οὕτω πραγμάτων ἀμελῶς ἔσχες εἰπὲ, ὡς μήτε τῶν οἰκείων αὐλῶν μηδένα λόγον ποιεῖσθαι μήτε τῆς μεγίστης ἡμῶν ἑορτῆς μηδ' εἰς βραχεῖαν ἀνάμνησιν ἔρχεσθαι, μήτε τοῦ σύμπαντος τούτου πλήθους πόθον λαμβάνειν, οἳ ἐπειδὰν ἀφίκωνται μὲν εἰς τὸ θέατρον, σὲ δὲ μὴ θεάσωνται τὸ ἐμμελὲς ἐκεῖνο καὶ γλαφυρὸν ᾄδοντα, ἀλλὰ τοὺς αὐλοὺς ἕτερον ἀντὶ σοῦ λαβόντα, πόσα δοκεῖς ἀνοιμώζουσι τῶν σῶν μεμνημένοι μελῶν καὶ τῆς γλυκείας ὄντως ἴυγγός τε

καὶ χάριτος; Ἀλλὰ ταῦτα ὁ ἡγεμὼν γυναιξὶ μᾶλλον ἢ ἀνδράσι προσήκοντα λέγων, καὶ κολακείᾳ δουλοπρεπεῖ διαφθείρειν ψυχῆς εὐγένειαν προελόμενος. Φιλήμονι δὲ τοσοῦτον ἐμέλησε τῶν ῥηθέντων ὡς, ἐπεὶ ἔγνω τὸν ἡγεμόνα οἱονεί τι δέλεαρ αὐτῷ προτείνοντα τοὺς αὐλοὺς καὶ οὕτως αὐτὸν θηρεῦσαι πειρώμενον, ἐδεῖτο θερμότατα τοῦ Θεοῦ πῦρ κατὰ τῶν αὐλῶν ἀφεῖναι καὶ τέφραν αὐτοὺς ἀποφῆναι καὶ κόνιν, Εἰσάκουσόν μου καὶ νῦν, λέγων, Κύριε βασιλεῦ, καὶ ὥσπερ ἐπ' ἐμὲ ὕδωρ, οὕτω καὶ ἐπὶ τοὺς ἐμοὺς αὐλοὺς πῦρ ἐλθέτω καὶ καταφαγέτω αὐτοὺς, οὓς ἐπὶ τὸ σὸν μαρτύριον καὶ ταῖς χερσὶν ἔχων παρεθέμην Ἀπολλωνίῳ. Ναὶ, Δέσποτα Ἰησοῦ, ἵνα μηδέν μου τῆσδε τῆς ματαιοτεχνίας ὑπολειφθῇ λείψανον, μηδέ τις ἰδὼν τῶν ἀπίστων, Οὗτοι, ἂν εἴποι, Φιλήμονος αὐλοί.

ΛΔ'. Οὔπω τέλος ἐλάμβανεν ἡ εὐχὴ, καὶ σκηπτὸς μὲν ἐπὶ τὰς Ἀπολλωνίου χεῖρας καθίετο· καὶ τῶν χειρῶν μὲν παραδόξως ἄγαν ἀπέσχετο, κατέφλεξε δὲ τοὺς αὐλοὺς καὶ εἰς χοῦν αὐτοὺς καὶ κόνιν εὐθέως διέθηκε, καθάπερ τινὸς τὸν σκηπτὸν περιάγοντος, καὶ τίνων μὲν χρῆν ἀπέχεσθαι, τίνων δὲ ἅψασθαι διαδεικνύντος. Ἐντεῦθεν ἀμφότερα κατωρθοῦτο ταῦτα· Φιλήμονι μὲν γὰρ ἡ εὐχὴ πέρας εἶχε καὶ εἰς ἔργον ἐξέβαινεν, Ἀπολλωνίῳ δὲ ἤδη θύρα πρὸς τὸ μαρτύριον διηνοίγετο. Θέων γὰρ ὁ Φιλήμονος ἀδελφὸς εὐθέως, ὥσπερ ἔκ τινος ἀποστολῆς δραμὼν, πάντα τοῦ δράματος γνωρίζει τῷ ἡγεμόνι, ὅπως τε Φιλήμονι τὴν οἰκείαν στολὴν περιέβαλεν Ἀπολλώνιος, ὅπως τε ἀντ' ἐκείνου χωρῆσαι πρὸς τοὺς ἀγῶνας αὐτὸν παρεσκεύασε, καὶ ὡς αὐτὸς οὗτος εἴη τῆς ἐκείνου διαφθορᾶς αἰτιώτατος. Ἄγεται οὖν αὐτίκα καὶ Ἀπολλώνιος, ᾧ μανικόν τι καὶ ἄγριον ἐμβλέψας Ἀῤῥιανός· Τί τοῦτο, φησὶ, μιαρώτατε πάντων ἀνθρώπων, ὃ καὶ ἡμᾶς καὶ τὴν πόλιν καὶ τουτονὶ τὸν δείλαιον εἴργασαι; ὅτιπερ ἀπονοίᾳ μὲν καὶ θεῶν καὶ νόμων ὑπερφρονῶν, δειλίᾳ δὲ τὰς βασάνους ἐκκλίνων, ἤμειψάς τε πρὸς αὐτὸν τὴν ἐσθῆτα καὶ μαγγανείᾳ τινὶ τὴν αὐτοῦ καρδίαν διέτρεψας, μεγίστης ἡδονῆς τὴν πόλιν ἀποστερήσας. Ἔδει σε τοίνυν, εἰ τὰς κολάσεις οὕτως ἐδεδοίκεις, ἐμοὶ προσελθόντα τὴν γνώμην ἀποκαλύψαι. Ἐγὼ δέ σε πάντως ἀνῆκα ἂν νόμοις φιλανθρωπίας πειθόμενος· καὶ οὔτε ἂν αὐτὸς πράγματα εἶχες, οὔτε ἑτέροις παρεῖχες, ἀλλὰ δέους καὶ κινδύνων ἀπαλλαγεὶς ἀδεῶς ἔζης καὶ ἀπραγμόνως.

ΛΕ'. Ταῦτα τοῦ ἡγεμόνος εἰπόντος ὑπολαβὼν Ἀπολλώνιος· Ὅτι μὲν εὐλόγως ἡμᾶς διαλοιδορῇ καὶ ὕβρεσι πλύνεις, οὐδὲ αὐτὸς ἂν ἀντείποιμι πρῶτος ἐμαυτοῦ κατήγορος ὤν· πλὴν οὐχ ὅτι τοσούτων ἀγαθῶν ἐκείνῳ κατέστην αἴτιος, ἀλλ' ὅτι μὴ πολλῷ πρότερον ἐμαυτῷ· καὶ οὐχ ὅτι οὗτος τὴν ἐμὴν ἐσθῆτα ἐνέδυ, ἀλλ' ὅτι ταύτην ἐπενδύθην αὐτός. Ὅμως ἐπεὶ δι' αὐτῆς ἀμφότεροι σωτήριον ἀληθῶς ἔνδυμα κρίμασιν οἷς οἶδεν ὁ ἀψευδὴς Θεὸς ἐνδεδύμεθα, ἴσθι σαφῶς ὡς οὔτε Φιλήμων τὸ μετὰ ταῦτα οὔτε μὴν Ἀπολλώνιος θεοῖς θύσομεν. Ἀλλ' εἰ καὶ πρότερόν σοι δειλίας ὑπέσχομεν γραφὴν, νῦν μεγίστην καὶ φανερὰν ἐπιδείξομαι τὴν ἀνδρίαν. Πρὸς ταῦτα θυμοῦ πνεύσας Ἀῤῥιανὸς αὐτὸν μὲν μείζοσι

A vitalis et gratiæ? Sed hæc quidem præses, quæ magis feminis, quam viris conveniunt, servilibus blanditiis volens corrumpere generosum animum. Philemoni autem tantæ curæ fuerunt ea quæ dicta sunt, ut postquam cognovit præsidem ei tibias tanquam escas proponentem, et sic eum conantem illicere, Deum rogarit ardentissime, ut ignem immitteret in tibias, et eas in cinerem redigeret et pulverem: Exaudi me nunc quoque, dicens, Domine rex, et quomodo supra me aqua, ita etiam supra meas tibias veniat ignis, et eas devoret, quas, ad tuum currens martyrium, deposui apud Apollonium. Ita, Domine Jesu, ut vani hujus mei artificii nullæ remaneant reliquiæ, neque eas videns quispiam ex infidelibus, dicat: Hæ
B sunt tibiæ Philemonis.

XXXIV. Nondum finitæ erant preces, et descendit quidem fulmen supra manus Apollonii, et a manibus quidem abstinuit admirabiliter, combussit autem tibias, et eas continuo redegit in pulverem et cinerem: perinde ac si fulmen circumduceret quispiam, et a quibusnam quidem abstinere, quænam vero tangere oporteat, ostenderet. Hinc utraque successerunt. Nam et Philemonis votum deductum est ad effectum; Apollonio autem jam aperta erat janua ad martyrium. Nam Theon frater Philemonis, tanquam ab aliquo missus, currens omnem rem gestam significat præsidi, quemadmodum Philemonem sua veste induit Apollonius, et
C quemadmodum effecerit, ut pro illo adiret ad certamen, et ut fuerit ipse præcipua causa illius exitii. Adducitur ergo mox quoque Apollonius. Quem torvo et furioso vultu intuens Arrianus: Quid hoc est, inquit, o omnium hominum sceleratissime, quod fecisti et nobis, et civitati, et huic misero: quod propter arrogantiam quidem deos et leges despiciens, metu autem tormenta declinans, cum eo mutasti vestem, et quibusdam maleficiis cor ejus pervertisti, privans civitatem maxima voluptate? Oportebat, si sic timebas supplicia, ad me accedere, et tuum animum aperire. Ego vero omnino id tibi remisissem lege humanitatis et neque tibi fuisset exhibitum negotium, neque tu exhibuisses aliis: sed liberatus a metu et periculis, secure vi-
D xisses, et sine ulla molestia.

XXXV. Hæc cum dixisset præses, excipiens Apollonius: Quod nos quidem contumeliis et maledictis jure insecteris, ne ipse quidem contradixerim, ut qui meipsum primus accusem: verum non ideo, quod tantorum bonorum illi causa fuerim, sed quod non mihi multo prius: et non quod ipse meam vestem induerit, sed quod ego vestem illius induerim. Quoniam tamen per ipsam ambo salutari indumento induti sumus, iis judiciis, quæ verus novit Deus, certo scias, neque posthac Philemonem, neque Apollonium diis sacrificaturos. Quod si prius timiditatis a te sum accusatus, nunc maximam et apertam ostendam fortitudinem. Propter hæc iram spirans Arrianus, ipsum quidem

jubet majoribus reservari cruciatibus, Philomeni autem a tribus militibus fortiter cædi oculos. Cum vero populus ea quæ fiebant, ægre tulisset, et clamaret, ut milites ab eo abstinerent (moleste enim ferebant illum pati, qui eos voluptate affecerat), dicebat præses : Tui saltem modo miserere, Philemon. Sin minus, at populi quidem, cujus pro te acerbe discerpuntur viscera. Te enim oportet considerare, quod si te tam parvum et leve subeunte supplicium, ostendunt tantam animi perturbationem : quid fiet, si majoribus malis afficiaris? Ego enim, ut tibi quoque meam mentem aperiam, non temere possum credere iis quæ videntur : sed hoc mihi das conjiciendum, quod populi volens in te amorem experiri, simulasti te esse Christianum, et diis sacrificare recusasti. Si ergo hæc est vera causa tuæ mutationis, et pulchre nosti, quantum tibi bene velit populus, et quemadmodum, cum tibi cæditur facies, ipsi corde et animo magis affliciuntur, sacrifica tu quoque, Philemon, et quem ex incussis tibi colaphis acceperunt dolorem, leni per gaudium, quod postea consequetur. Prandeamus in templo Serapidis, et lætitia maxima fruamur et deliciis.

XXXVI. Philemon autem judici : Mihi quidem, inquit, cœna parata est in cœlis ; ad populum vero conversus : Cur, inquit, si ego cædar, vobis est molestum? Atqui quando eram Choraules, multi nos feriebant adulatores : et nonnunquam faciebant etiam pejora et graviora ; vos autem suaviter et profuse ridebatis, eamque rem vos revera esse vestras putabatis delicias. Sed nunc consentaneum est, vestrum dolorem esse lætitiam et gaudium angelorum : quorum lætitia est mihi magnæ curæ, et quos ego volo per me delectare, cum sim Christianus, et colam pietatem. Hæc cum audisset præses, et de Philemone omnem spem abjecisset, tunc in eum graviora aggreditur supplicia : et Philemoni et Apollonio jubet perfodi talos, et funes eis alligari, et sic per totam civitatem duci martyres. Cum cito autem factum fuisset, quod jusserat, eos rursus jubet ad se adduci. Qui cum essent adducti, propius accedens ad Philemonem : Vides, inquit, o Philemon, quam sint gravia et molesta, quæ inferuntur, supplicia? Ubi est autem vobis invictus ille Deus, et cur non vos a præsenti liberavit calamitate? Ad hæc Philemon : Nondum nosti, inquit, Arriane, quemadmodum non verbis solum, sed etiam factis ostendimus fortitudinem, et tormenta vicimus experientia? Nostri vero Dei virtutis multa quidem etiam alia vidisti in nobis signa : aquam de cœlo, ignem de cœlo, ne dicam ea quæ vidisti per Asclam et Leonidam. Quod si etiam plura quæris, ego tibi quoque alia ostendam ; primumque tibi quasi in imagine exponam quomodo ab illo salvamur. Hæc cum dixisset, petit ut sibi construatur quidam ocnus æneus, significat vero apud eos, qui in ea regione habitant, hoc vocabulum, speciem quamdam currus muliebris.

A κελεύει τιμωρίαις ταμιευθῆναι, Φιλήμονα δὲ ὑπὸ τριῶν εὐτόνως στρατιωτῶν τὰς ὄψεις ῥαπίζεσθαι. Τοῦ δήμου δὲ τοῖς γινομένοις περιπαθήσαντος καὶ ἀπέχεσθαι αὐτοῦ βοῶντος τοὺς στρατιώτας (λελύπηντο γὰρ τούτου πάσχοντος ἐξ οὗπερ ἡδονὰς εἶχον ἐκεῖνοι), ὁ ἡγεμὼν, Κἂν ἄρτι σεαυτὸν, εἶπε, Φιλῆμον, ἐλέησον· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τὸν δῆμον πικρῶς ὑπὲρ σοῦ τὰ σπλάγχνα διακοπτόμενον· λογίζεσθαι γάρ σε χρὴ ὡς, εἰ καὶ κούφην οὕτω καὶ μικρὰν ὑπέχοντος τιμωρίαν, τοιαύτην ἐπιδείκνυνται περιπάθειαν, τί ποτε ἂν οὗτοι πάθοιεν, μείζοσιν ἐκδοθέντος κακοῖς; Ἐγὼ γὰρ, ἵνα σοι καὶ τὴν ἐμὴν ἐκκαλύψω γνώμην, οὐδὲ πιστεύειν ἁπλῶς ἔχω τοῖς ὁρωμένοις· ἀλλ' ἐκεῖνό μοι δίδως ὑπονοεῖν ὡς ἄρα τὸν περὶ σὲ τῆς πόλεως γυμνάσαι πόθον βουλόμενος τὸν B Χριστιανὸν ὑπεκρίθης καὶ θύειν τοῖς θεοῖς ἀπηγόρευκας. Εἴπερ οὖν αὕτη σοι τῆς μεταβολῆς ἡ ἀληθὴς αἰτία, καὶ ἀκριβῶς ἔγνως ὅσον ἐπὶ σοὶ τοῦ δήμου τὸ φίλτρον, καὶ ὅπως σου ῥαπιζομένου τὰς ὄψεις αὐτοὶ τὴν καρδίαν μᾶλλον καὶ τὰς ψυχὰς πάσχουσι, θῦσον καὶ αὐτὸς, Φιλῆμον, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ῥαπίσμασι λύπην αὐτῶν διὰ τῆς μετὰ ταῦτα χαρᾶς παραμύθησαι. Ἀριστοποιηθῶμεν ἐν τῷ Σεραπείῳ, καὶ μεγίστης ἅμα καὶ τρυφῆς καὶ ἡδονῆς ἀπολαύσωμεν.

ΛϚʹ. Καὶ ὁ Φιλήμων πρὸς μὲν τὸν δικαστὴν, Ἐμοὶ τὸ δεῖπνον, εἶπεν, ἐν οὐρανοῖς εὐτρεπίζεται· πρὸς δὲ τὸν δῆμον ἐπιστραφεὶς, Ὑμῖν δὲ ὅτου χάριν ἐμοῦ ῥαπιζομένου λύπη, φησὶ, καίτοι ὁπηνίκα Χοραύλης ἦν, ἔπαιον εἰς ἡμᾶς πολλοὶ τῶν κολάκων· ἔστι δ' ὅτε καὶ χείρω καὶ βαρύτερα διεπράττοντο C ὑμᾶς δὲ πλατὺ μᾶλλον καὶ ἥδιστον ἐγελᾶτε, καὶ τὸ πρᾶγμα τρυφὴν οἰκείαν ἀτεχνῶς ἐνομίζετε. Ἀλλὰ νῦν ἔοικε τὴν ὑμετέραν λύπην χαρὰν ἀγγέλων εἶναι καὶ ἡδονὴν, ὧν ἐμοὶ σφόδρα μέλει τῆς εὐφροσύνης καὶ οὓς ἐγὼ τέρπειν δι' ἐμαυτοῦ βούλομαι, Χριστιανὸς ὢν καὶ εὐσεβείας μεταποιούμενος. Τούτων ὁ ἡγεμὼν ἀκούσας καὶ τέλεον ἀπογνοὺς τὸν Φιλήμονα, τότε δὴ καὶ βαρυτέρων κατ' αὐτοῦ κολάσεων ἅπτεται, καὶ κελεύει διατρηθῆναι Φιλήμονι καὶ Ἀπολλωνίῳ τοὺς τῶν ποδῶν ἀστραγάλους σχοίνους τε αὐτῶν ἐκδεθῆναι, καὶ οὕτω διὰ πάσης τῆς πόλεως τοὺς μάρτυρας ἕλκεσθαι. Θᾶττον δὲ τελεσθέντος τοῦ ἐπιτάγματος παρίστησι καὶ πάλιν αὐτοὺς, καὶ προσσχὼν τῷ Φιλήμονι, Ὁρᾷς, ὦ Φιλῆμον, εἶπεν, ὅπως ἡ D τῶν βασάνων ἐπαγωγὴ χαλεπὴ λίαν καὶ περιώδυνος; Ποῦ δὲ καὶ ἄμαχος ὑμῖν ἐκεῖνος Θεὸς, καὶ διὰ τί τῆς παρούσης ὑμᾶς ἀνάγκης οὐκ ἐξείλετο; Πρὸς ταῦτα ὁ Φιλήμων, Καὶ οὔπω, φησὶν, ἔγνως, Ἀῤῥιανὲ, ὅπως οὐ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργοις τὴν καρτερίαν ἐπιδεδείγμεθα καὶ πείρᾳ τὰς βασάνους ἠλέγξαμεν; Τῆς δὲ τοῦ ἡμετέρου Θεοῦ δυνάμεως πολλὰ μὲν εἶδες ἐφ' ἡμῖν σημεῖα καὶ ἄλλα, ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ, πῦρ ἐξ οὐρανοῦ, ἵνα μὴ καὶ ὅσα δι' Ἀσκλᾶ λέγω καὶ Λεωνίδου τεθέασαι· εἰ δὲ καὶ πλείω ζητεῖς, ἐγώ σοι καὶ ἕτερα ἐπιδείξω, πρότερον δὲ καὶ ὅπως φυλάττομαι παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἐν τύπῳ τινὶ παραστήσω σοι. Ταῦτα εἰπὼν ὄκνον αὐτῷ αἰτεῖται κατασκευασθῆναι χαλκοῦν. Βούλεται δὲ τοῦτο τοῖς ἐπιχωρίοις δίφρου τινὸς γυναικείου εἶδος εἶναι.

ΛΖ'. Ἐπινεύσαντος τοίνυν τοῦ ἡγεμόνος, καὶ τοῦ δίφρου, ὡς ἐκεῖνος ᾔτησε, κατασκευασθέντος, παιδάριον ἀχθῆναι προστάττει, ἐμβληθῆναί τε εἰς αὐτὸν καὶ ἀσφαλῶς ἐγκλεισθῆναι· ἀθροισθέντας δὲ πάντας τοὺς ἀνὰ τὴν πόλιν τοξεύειν ἐπισταμένους ὡς κατὰ σκοποῦ βάλλειν τοῦ δίφρου, καὶ οὕτω μὴ ὑφεῖναι τοξεύοντας, ἕως ὁ δίφρος ἅπας καλυφθείη τοῖς βέλεσιν. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἀθροισθέντες οὕτως ἐποίουν, ὁ δὲ χαλκὸς (ἦν γὰρ οἷος πρὸς βελῶν ἀντέχειν ὀξύτητας ἔξω τὰς πληγὰς δεχόμενος) ἔνδον ἀβλαβῆ τὸν παῖδα διέσωζεν. Ἐπεὶ δὲ αὐτοί τε τοξεύοντες ἔκαμον καὶ τὰ βέλη τούτοις ἔλειπον, ἀπαθὴς ἐκβάλλεται τὸ παιδίον· καὶ οἱ περὶ τὸν ἡγεμόνα μὲν ἀποροῦντες εἱστήκεσαν ὅτου χάριν γένοιτο ταῦτα. Ὁ μάρτυς μέντοι πρὸς τὸν Ἀῤῥιανὸν, Τοῦτο, φησὶν, ὦ ἡγεμὼν, ἐναργὴς ἔστω τῆς ἐμῆς σωτηρίας εἰκών. Ὥσπερ γὰρ ὁ παῖς οὗτος, καίτοι πρὸς μηδὲν ἑαυτῷ δυνάμενος συντελεῖν, ὅμως χαλεπὸν οὐδὲν ὑπὸ τοσούτων ἀνδρῶν καὶ βελῶν πέπονθεν ἀσφαλέστατα τῷ χαλκῷ διατετειχισμένος· τὸν αὐτὸν τρόπον κἀγὼ, κἂν μυρίαι μοι κολάσεις ἐπενεχθεῖεν, οὐδὲ μιᾶς τούτων ἐπιστραφήσομαι· ἀμβλύνει γὰρ αὐτὰς ἡ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ δύναμις ἀδαμαντίνῳ με τείχει κύκλῳ περιτειχίζουσα. Θυμοῦ πρὸς ταῦτα πληροῦται Ἀῤῥιανὸς καὶ τοῦ μάρτυρος ἐλέγξαι τοὺς λόγους βουλόμενος εἰς ἔργα μᾶλλον αὐτοὺς ἐκβῆναι ποιεῖ. Φυτοῦ γάρ τινος τὸν δίκαιον ἀναρτήσας ὅπερ ἐχόμενα μὲν τοῦ βήματος ἦν ἑστηκὸς, τοῦ Περσέως δὲ οὕτω καλουμένου, τοξότας αὐτὸν πάντοθεν περιΐστησι. Καὶ οἱ μὲν ἔβαλλον ἰσχυρῶς· ὁ δὲ τῇ πρὸς τὸν οἰκεῖον Δεσπότην εὐχῇ πάντα ὁμοίως ἀπεσόβει τὰ βέλη. Καὶ γὰρ τὰ μὲν εἰς γῆν ἔπιπτε, τὰ δὲ καὶ τῷ δένδρῳ περιεπήγνυτο· ἕτερα δὲ τοῦ ἀέρος θαυμαστῶς ἐξεκρέματο.

A XXXVII. Cum præses autem annuisset, et currus, ut ille petierat, esset constructus, jubet adduci puellum, et in eum immitti et diligenter includi : congregari vero omnes, qui erant in civitate periti sagittandi, et ad currum jaculari tanquam ad scopum : et non cessare jaculari, donec totus currus esset tectus sagittis. Atque illi quidem congregati sic faciebant. Æs autem (erat enim hujusmodi ut, ad resistendum aciei telorum, ictus acciperet extrinsecus) intus illæsum conservabat puerum. Cum vero, et ipsi sagittando essent defessi, et tela eis defecissent, puer educitur illæsus. Et stabat quidem præses dubius, cui hæc fierent. Dicit autem martyr Arriano : Hoc, inquit, o præses, est tibi evidens imago meæ salutis. Quomodo B enim hic puer, etiamsi sibi ad nihil possit esse utilis, nihil tamen grave passus est a tam multis viris et jaculis ære optime munitus, eodem modo ego quoque, etiamsi mihi innumerabilia inflicta fuerint supplicia, nullius horum curam geram ; ea enim obtundit et hebetat mei Christi virtus, quæ me circumcirca muro munit adamantino. Propter hæc ira impletur Arrianus ; et cum vellet verba martyris convincere, facit ut ea potius deducantur ad effectum. Nam cum e quadam arbore suspendisset justum, quæ stabat quidem juxta tribunal, vocabatur autem Persei, circa eum ex omni parte statuit sagittarios. Et illi quidem fortiter torquebant ; ille vero sua ad Dominum oratione omnia tela similiter depellebat. Nam alia quidem C cadebant in terram, alia vero figebantur in arbore, alia autem admirabiliter pendebant ex aere.

ΛΗ'. Ἐπεὶ δὲ κεκένωντο μὲν αὐτοῖς αἱ φαρέτραι, ὁ μάρτυς δὲ δεινὸν τὸ παράπαν οὐδὲν ἔπασχεν, ὁ ἡγεμών τε ταῦτα ὁρῶν οὐκ εἶχε τοῖς παροῦσι πιστεύειν· θαῦμά τι πάλιν ἐπιτρέχει τῷ θαύματι. Ὁ μὲν γὰρ ἠπείγετο μαθεῖν εἰ ἀληθῆ τὰ ὁρώμενα. Τῷ τόπῳ δὲ παραστὰς Φιλήμονα πρὸς τὸ δένδρον ἀκριβῶς ἐθεᾶτο. Ἐν τούτῳ δὲ τῶν ἀερίων ἐκείνων βελῶν ἓν ἐπικαταπτὰν τὸν δεξιὸν αὐτῷ βάλλει τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ αὐτίκα πηροῖ. Ἡ δὲ πήρωσις αὕτη φωτισμοῦ καρδίας ἦρξε τῷ δικαστῇ. Ὅρα γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν ἐκ μακροῦ πλέκουσαν καὶ ποικίλλουσαν παραδόξως λυσιτελεῖς πραγμάτων οἰκονομίας. Ἀῤῥιανὸς γὰρ πολλὰ μὲν Χριστὸν, πολλὰ δὲ καὶ Χριστιανοὺς κακῶς ἔλεγε σφόδρα τῇ ὀδύνῃ παροξυμμένος. Τοῦ κακοῦ δὲ ὅμως ἡττώμενος κατενεχθῆναι κελεύει τὸν ἀθλητήν. Εἶτα καὶ θεραπεύειν ἐδεῖτο τὸν ὀφθαλμὸν μαθὼν ὁ ἄφρων ἐκ τοῦ παθεῖν ὅτι ὅσπερ οὕτω παραδόξως πλῆξαι δυνατὸς γέγονεν, οὐκ ἂν ἄρα καὶ παραδόξως ἰάσασθαι ἀδύνατος καταστῇ. Ὁ δὲ, Νῦν μέντοι, φησὶ, τὴν ἴασιν ἀναβάλλομαι, μὴ καὶ γοητείαν αὖθις καλέσῃς τὴν εὐεργεσίαν, καὶ ὑπεύθυνον αὐτὸς ἐμαυτὸν ἀλογίστως σοι καταστήσω· ἀλλ' ἡνίκα τοῦ σώματος ἐκδημήσαιμι, ἤδη δὲ τὸ τέλος ἐγγὺς, ἐπὶ τὸν ἐμὸν ἐλθὼν τάφον, καὶ κόνιν ἐκεῖθεν λαβὼν, ταύτῃ χρῖσαι τὸν ὀφθαλμὸν, ἐπιλέγων

XXXVIII. Postquam vero eis quidem fuerunt exinanitæ pharetræ, martyr autem nihil omnino grave patiebatur. Præses hæc videns, non poterat credere iis quæ cernebat, et præ admiratione accurrit ad miraculum. Nam ille quidem studebat scire an vera essent quæ videbantur. Cum ad locum autem accessisset, Philemonem vidit aperte in arbore. Interim autem ex aeriis illis jaculis unum advolans, ferit ei dexterum oculum, eumque excæcat. Hæc vero excæcatio, fuit judici principium D illuminationis. Vide enim Dei sapientiam, quæ e longinquo contexit, et admirabiliter variat utiles rerum dispensationes. Arrianus enim multum quidem Christum, multum autem etiam Christianos insectatus est maledictis, ut qui gravi dolore irritaretur. A malo tamen victus, jussit deferri martyrem. Deinde etiam rogavit, ut curaret oculum, ex eo quod passus fuerat stultus, dicens, quod quomodo admirabiliter fuerat potens ad percutiendum, ita sit etiam ad sanandum admirabilis. Ille autem : Nunc quidem, inquit, tibi offero sanationem, ne beneficium acceptum rursus voces præstigias, et ipse inconsiderate me tibi reum constituam. Sed quando e corpore excessero (jam autem finis appropinquat) veniens ad meum sepulcrum,

et ex eo pulverem accipiens, eo unge oculum, invocans tu quoque Christi nomen, et non diu post, sed statim sequentem habebis sanitatem.

XXXIX. Post hoc non differt Arrianus, sed amborum simul, Philemonis et Apollonii amputat capita. Nam sive mentiatur Philemon, inquit, iræ medebor : sin minus, mihi curabitur oculus. Tales quidem fuere athletis occasiones martyrii ; tales autem etiam exitus. Quoniam vero oportebat Arrianum quoque non esse oculo obcæcatum, sed illum quoque simul esse animo illuminatum, hoc quoque consequitur ea quæ præcesserunt. Nam cum reliquiæ fuissent, ut par erat, a piis habitæ in honore, et cum Ascla et Leonida divinis Christi martyribus depositæ ; Arrianus statim (non sinebat enim oculus eum esse desidem) accedit ad eum, sicut fuerat ei prædictum, et cum sustulisset pulverem, inungit oculum : In nomine tuo, Jesu Christe, dicens, propter quem isti mortem sua sponte elegerunt, impono pulverem meo oculo; et si rursus aspexero, ipse quoque dicam non esse alium Deum præter te. Hæc cum dixisset, statim duplicem invenit curationem, nempe et oculi et animæ. Nam illo quidem videt solem, hac vero veritatem. Egreditur ergo lætus et clamans : Sum Christianus, et coram multis testibus confitens acceptum beneficium. Domum autem reversus, et omnes qui erant apud se baptizat, et triginta sex Christianos relaxat e vinculis. Tot enim tunc erant propter Christum in vinculis. Deinde cum accepisset sindones, cum multis aromatibus, cum multis aliis, et duobus episcopis, rursus venit ad thecas sanctorum, et horum venerandas reliquias fideliter simul et pie terra tegit.

XL. Cum de eo autem fama jam fuisset delata ad Diocletianum, quod Christianus ex Græco factus esset Arrianus, et quod sacrificare nequaquam in animum induceret, mittit ille quatuor protectores, iubens ut eum quamprimum adducerent, ut accurate sciret, an vera essent, quæ dicebantur. Atque isti quidem cum ipsum comprehendissent, urgebant ad iter ineundum. Ille autem persuadet iis qui tantopere urgebant, ductoribus, cum id nummis emisset octingentis, ut parvo tempore sibi liceret accedere ad martyrum reliquias. Cum ei ergo data facultate accessisset, rogabat, pronus cadebat, supplicabat, pulverem amplectebatur; et precabatur. ut ei opem ferret in certamine, et vox statim audita est e sepulcro (videbatur autem vox esse Philemonis) dicens : Esto fortis, Arriane, et nullus metus te invadat. Ecce enim Dominus te ad seipsum accersit, et ducit ad certamina, et incipit tibi contexere coronam martyrii. Habebis vero eos quoque, qui te ad eam deducunt, protectores, laborum simul socios et remunerationis. Illum, cum hæc audisset, subiit stupor et admiratio simul cum iis qui aderant, et ei potestate data

A σὺ καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἀκολουθοῦσαν ἕξεις εὐθὺς καὶ τὴν ἴασιν

ΛΘʹ. Πρὸς ταῦτα οὐ μέλλων Ἀῤῥιανὸς ἦν, ἀλλ' ἀμφοτέρων ὁμοῦ, Φιλήμονός τε καὶ Ἀπολλωνίου, τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνει. Ἄν τε γὰρ ψεύδοιτο Φιλήμων, φησὶ, τὸν θυμὸν θεραπεύω· ἄν τε μὴ, τὸν ὀφθαλμὸν ἰαθήσομαι. Τοιαῦτα μὲν τοῖς ἀθληταῖς τοῦ μαρτυρίου αἱ ἀφορμαί· τοιαῦται δὲ καὶ αἱ τελευταί. Ἐπεὶ δὲ ἔδει καὶ Ἀῤῥιανὸν μὴ τὸν ὀφθαλμὸν πηρωθῆναι μόνον, ἀλλὰ κἀκεῖνον ἅμα φωτισθῆναι καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τοῦτο τοῖς φθάσασιν ἐπακολουθεῖ. Τῶν γὰρ λειψάνων αὐτοῖς τιμῆς παρὰ τοῖς εὐσεβέσιν, ὥσπερ ἦν θέμις, ἀξιωθέντων, καὶ μετὰ Ἀσκλᾶ καὶ Λεωνίδου τῶν θείων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων B κατατεθέντων, εὐθέως Ἀῤῥιανὸς (οὐ γὰρ εἴα βλακεύειν ὁ ὀφθαλμὸς) πρόσεισιν, ὥσπερ οὖν αὐτῷ ἡ ἐπαγγελία, καὶ τοῦ χοὸς ἄρας πάττει τὸν ὀφθαλμὸν, Ἐν τῷ ὀνόματί σου, Χριστὲ Ἰησοῦ, λέγων, δι' ὃν καὶ οὗτοι τὸ θανεῖν εἵλοντο, ἐπιτιθῶ μου τὴν κόνιν τῷ ὀφθαλμῷ, καὶ εἰ ἀναβλέψομαι, ἐρῶ καὶ αὐτὸς ὅτι οὐκ ἔστιν ἀληθῶς ἕτερος πλὴν σου Θεός. Ταῦτα εἰπὼν διπλῆν εὐθὺς εὑρίσκει τὴν ἴασιν καὶ ὀφθαλμοῦ καὶ ψυχῆς καὶ ἀμφότερα ὁμοῦ ταῦτα φωτίζεται· τῷ μὲν γὰρ ὁρᾷ τὸν ἥλιον, τῇ δὲ τὴν ἀλήθειαν. Ἔξεισιν οὖν χαίρων καὶ κράζων, Χριστιανός εἰμι, καὶ ὑπὸ πολλοῖς τοῖς μάρτυσι τὴν εὐεργεσίαν ὁμολογῶν. Ἐπανελθὼν δὲ οἴκαδε πάντας τε βαπτίζει τοὺς ἐν αὐτῷ καὶ Χριστιανοὺς ἓξ ἐπὶ τοῖς τριάκοντα τῶν δεσμῶν C ἀνίησι. Τοσούτους γὰρ καὶ διὰ Χριστὸν τηνικαῦτα εἶχε τὰ δεσμωτήρια. Εἶτα καὶ σινδόνας τῶν πολυτίμων λαβὼν σὺν ἅμα καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἀρώμασι, πρὸς δὲ μετὰ πολλῶν καὶ ἄλλων καὶ δύο τῶν ἐπισκόπων ἐπὶ τὰς θήκας τῶν ἁγίων αὖθις χωρεῖ καὶ τὰ σεπτὰ τούτων λείψανα πιστῶς ἅμα καὶ εὐλαβῶς τῇ γῇ καταχρύπτει.

Μʹ. Τῆς δὲ περὶ αὐτοῦ φήμης καὶ εἰς Διοκλητιανὸν ἤδη ἀνενεχθείσης ὡς ἄρα Χριστιανὸς ἐξ Ἕλληνος Ἀῤῥιανὸς γένοιτο, καὶ ὡς οὐκ ἔτι θύειν ἀνέχοιτο, πέμπει τέσσαρας ἐκεῖνος τῶν προτεκτώρων τὸν ἄνδρα κελεύσας ᾗ τάχιστα παρ' αὐτὸν ἀγαγεῖν, ὥστε μαθεῖν ἀκριβῶς εἰ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα. Οὗτοι μὲν οὖν αὐτὸν συλλαβόντες πρὸς τὴν ὁδὸν ἤπειγον· ὁ δὲ πείθει τοὺς σπουδαστὰς ὀκτακοσίων τοῦτο νομισμάτων D ἐωνημένος, ὥστε βραχὺν αὐτῷ χρόνον δοῦναι τοῖς τῶν μαρτύρων προσελθεῖν λειψάνοις. Λαβὼν τοίνυν καὶ προσελθὼν ἐδεῖτο, προσέπιπτεν, ἠξίου, τὴν κόνιν περιεπτύσσετο καὶ συνάρασθαι τούτῳ τῆς ἀθλήσεως ηὔχετο, καὶ παραχρῆμα φωνὴ τοῦ τάφου ἠκούετο· ἐδόκει δὲ ἡ φωνὴ Φιλήμονος εἶναι· Ἀνδρίζου, Ἀῤῥιανὲ, λέγουσα, καὶ φόβος σε μηδαμῶς ἐχέτω. Ἰδοὺ γάρ σε πρὸς ἑαυτὸν ὁ Δεσπότης μετακαλεῖται καὶ πρὸ τοὺς ἀγῶνας ἄγει, καὶ διαπλέκειν ἄρχεταί σοι τοῦ μαρτυρίου τὸν στέφανον. Προπέμποντας δέ σε παρ' αὐτὸν καὶ τοὺς προτέκτωρας ἕξεις καὶ τῶν πόνων καὶ τῶν ἀμοιβῶν κοινωνοῦντάς σοι. Τούτων ἐκεῖνον ἀκούσαντα ἔκπληξίς τε μετὰ τῶν συνόντων εἰσῄει καὶ ἀδείας ὑπὸ τῶν προτεκτώρων ἐπιτυχὼν εἰς τὸν οἶκον τὸν αὐτοῦ ἐπανῆκεν. Ἔνθα

καὶ δαψιλεστέρας ἄνωθεν τῆς χάριτος ἀπολαύσας τόν τε χρόνον αὐτὸς ἑαυτῷ τοῦ τέλους καὶ τὸν τρόπον προαγορεύει. Καλέσας γὰρ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν παιδάρια, Νῦν μὲν, ἔφη, σὺν ἡμῖν ἄχρι καὶ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐλεύσεσθε· ἔπειτα ἐγὼ μὲν ἀχθήσομαι πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ Θεοῦ συλλαμβάνοντος ἄνωθεν τὸν προκείμενόν μοι τοῦτον ἀγῶνα τῇ ὀγδόῃ τελέσω τοῦ Φαμενὼθ, εἰς σάκκον ἐμβληθεὶς καὶ κατὰ θαλάσσης ῥιφθείς· ὑμεῖς δὲ (καὶ γὰρ ἔστω διὰ φροντίδος ὑμῖν τὸ λεχθὲν) κατὰ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ αὐτοῦ μηνὸς περί που ὥραν ἕκτην ἔλθετε παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ τὸ ἐμὸν σῶμα νώτοις δελφῖνος ἐποχούμενον εὑρόντες τοῖς ἄλλοις κατάθεσθε μάρτυσι.

ΜΑ'. Ταῦτα εἰπὼν ἄγεται παρὰ τὸν βασιλέα Διοκλητιανὸν, καὶ αὐτὸς πρῶτα μὲν γαληνῶς καὶ ἠπίως αὐτῷ προσφέρεται, εἶτα λουτρὸν εὐτρεπίζεται, καὶ πρὸ τοῦ λουτροῦ βωμός· ὁ δὲ βωμὸς ἦν Ἀπόλλωνος. Καὶ λούεται μὲν βασιλεὺς ὁμοῦ καὶ Ἀῤῥιανός· ἐξελθόντες δὲ τοῦ λουτροῦ καὶ τῷ βωμῷ πλησιάσαντες, Θῦσον, ὦ Ἀῤῥιανὲ, ἔφη Διοκλητιανὸς, τῷ μεγάλῳ θεῷ Ἀπόλλωνι· οὕτω γὰρ, ὡς εἰκὸς, ἡσθέντες καὶ ἐπὶ τὸ δεῖπνον εὔθυμοι βαδιούμεθα. Ὁ δὲ, Καὶ πῶς ἂν, ἔφη, δυναίμην ἐγὼ, βασιλεῦ, μετὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα Χριστοῦ τοῦ μόνου ζῶντος Θεοῦ θαύματα ὧν οὐ μῦθοι καὶ φῆμαι κεναὶ, ἀλλ' αὐτοὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῖν οἱ ὀφθαλμοὶ παρέσχοντο· πῶς ἂν οὖν ὁ τοσαῦτα ἰδὼν ἐγὼ τοῦτον μὲν καταλίπω, τοῖς δὲ ἀψύχοις τούτοις θύσω καὶ ἀναισθήτοις; Ἐνταῦθα ἡ προσποίησις Διοκλητιανῷ καὶ τὸ προσωπεῖον ἠλέγχετο, καὶ τὴν ἐπίχριστον πραότητα καὶ τὰς δεξιώσεις εὐθὺς ἀποδὺς ἐπὶ τὰ συνήθη μᾶλλον ἐχώρει καὶ τὸν Ἀῤῥιανὸν τοιούτοις ἠμείβετο, δεσμοῖς χειρῶν, καταπέλταις ποδῶν, ὀρύγματι κατὰ πεδίου βαθεῖ, λίθων πλήθει μεγάλων κομιδῇ καὶ μυλοειδῶν. Τούτοις γὰρ προσδεδεμένον αὐτὸν κατὰ τοῦ χάσματος ὤσαντες ἄνωθεν ἐπεχώννυον.

ΜΒ'. Μετὰ δὲ καὶ αὐτὸς, οἷα τὸν ἐχθρὸν δῆθεν καταβαλὼν, τὸν θρόνον ὑψηλότερον τίθησι. Καὶ ὁ μὲν σεμνὸς μάλα σεμνῶς ἐκάθητο· τοῖς στρατιώταις δὲ παίζειν ἐπέταττεν ἐπιχλευάζων καὶ βλάσφημα λέγων ὁ δείλαιος· Ἴδω τί αὐτὸν ὀνήσει Χριστὸς, καὶ ὅπως ἄρα τῶν ἐμῶν ἐξελεῖται χειρῶν, καὶ τὰ τοιαῦτα ἡ κόνις ἡ σαπρία σοβαρευόμενος. Ἔπειτα τοῦ ἵππου κομψῶς ἐπιβὰς, αὐτὸς μὲν καθάπερ τις ἀριστεὺς εἰς τὰ βασίλεια ἤρχετο. Ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ οἰκονομία ὅπως ἀρίστη καὶ διὰ τῶν ἐναντίων ὁδεύουσα μᾶλλον δῆλον αὐτῷ μετ' οὐ πολὺ γίνεται. Εἴσεισι μὲν γὰρ εἰς τὸν κοιτωνίσκον ὁ βασιλεὺς, ὥστε μικρόν τι διαναπαύσασθαι· ὁρᾷ δὲ θέαμα φρικτὸν, (ὦ Δέσποτα καὶ Βασιλεῦ ἁπάντων Χριστὲ, καὶ μόνης ὂν τῆς σῆς ἀπεράντου καὶ ἀνεξερευνήτου δυνάμεως,) πέδας μὲν ἐκείνας καὶ λίθους μεθ' ὧν κατὰ τοῦ ὀρύγματος καθῆκε τὸν μάρτυρα τῇ βασιλικῇ κλίνῃ προσηρτημένους· αὐτὸν δὲ Ἀῤῥιανὸν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀνακείμενον κλίνης καὶ βασιλικῶς αὐτῇ ἐπαναπαυόμενον. Τοιαῦτα Διοκλητιανὸς ἰδὼν θορύβου καὶ δείματος ἐπληρώθη τυραννίδος ἐπίθεσιν εἶναι τῶν ἐν τοῖς

A a protectoribus, domum suam est reversus. Qua in loco copiosiorem a superis gratiam consecutus, prædicit suis et tempus sui decessus et modum. Nam cum pueros, qui erant domi suæ vocasset: Nunc quidem, inquit, venietis nobiscum usque ad Alexandriam. Deinde ego quidem ducar ad imperatorem, et Deo a superis ferente auxilium, hoc mihi propositum certamen peragam octavo mensis Phamenoth, in saccum injectus, et projectus in mare. Vos autem (sit vero vobis curæ, quod dictum est) undecimo mensis circa horam sextam, venite ad littus, et cum corpus meum inveneritis, quod vehetur a tergo delphini, id tollite, et deponite cum aliis martyribus.

XLI. Hæc cum dixisset, ad imperatorem Diocle- B tianum ducitur; et ipse primum quidem cum eo agit benigne et placide. Deinde paratur lavacrum, et ante lavacrum ara: ara autem erat Apollinis. Et simul quidem lavantur imperator et Arrianus. Egressi autem ex lavacro, cum aræ appropinquassent: Sacrifica, o Arriane, inquit Diocletianus, maximo deo Apollini. Sic enim, ut par est, exhilarati, alacri deinde animo veniemus ad cœnam. Ille vero: Et quomodo possum ego, inquit, o imperator, post tot et tanta Christi, qui est solus Deus vivus, miracula, quorum non sunt inanes fabulæ et rumores, sed ipsi nobis testimonium præbuerunt oculi: quomodo ergo ego, qui tot et tanta vidi, eum quidem relinquam, sacrificabo autem his inanimis et C nullo sensu præditis? Hic fuit deprehensa et convicta Diocletiani simulatio, et ficta quam induerat persona, et quam sibi illiverat mansuetudinem exuens et benignitatem, ad suam rediit consuetudinem, et his excepit Arrianum, nempe vinculis manuum, catapultis pedum, profunda in agro fossa, magnorum et molarium lapidum magnitudine. His enim, cum eum vinctum trusissent in hiatum, desuper obruebant.

XLII. Postea autem ipse quoque, ut qui dejecisset inimicum, thronum ponit excelsiorem. Et ille quidem severus cum gravitate sedebat et severitate: jubebat autem milites eum ludificari, irridens miser, et dicens impia et blasphema: Videam, inquit, quid ei proderit Christus, et quem- D admodum liberabit eum e meis manibus, et quæ sunt similia, pulvis marcidus insolenter jactitans. Deinde cum equum superbe et gloriose ascendisset, ipse quidem tanquam qui fortia et præclara gessisset, venit in regiam; Dei autem providentia quam sit ineffabilis, et ut per ea procedat, quæ sunt contraria, non multo post evadit manifestum. Nam ingreditur quidem imperator in cubiculum, ut paululum requiescat; videt vero spectaculum terribile, (o Domine et rex omnium Christe, et quod est solum tuæ infinitæ, et quæ investigari non potest potentiæ,) nempe illos quidem compedes et lapides, cum quibus in fossam demiserat martyrem, lecto appensos imperatorio: ipsum autem Arrianum jacentem in eodem cubili, et rege-

liter in eo quiescentem. Hæc cum vidisset Diocletianus, fuit conturbatus et exterritus, existimans aliquem ex iis qui erant in regia, invadere tyrannidem. Clamabat itaque et convocabat eos qui essent opem laturi; Arrianus vero ei leniter dixit e lecto : Ne conturberis; nemo ex iis qui sunt tuæ subjecti potestati, adversus te insurrexit, neque ullæ tibi sunt paratæ insidiæ ; sed ego sum ille Arrianus, Thebaidis procurator, quem cum in vastum illum jecisti hiatum, Videamus, dicebas, an Christus ipsum a meis liberabit manibus.

A βασιλείοις τινὸς οἰόμενος. Ἐβόα οὖν καὶ συνεκάλει τοὺς βοηθήσοντας· Ἀῤῥιανὸς δὲ, Μὴ θορυβοῦ, πράως ἀπὸ τῆς κλίνης αὐτῷ ὑπερεφώνει, οὐδεὶς ἐπανέστη τῶν ὑπὸ χεῖρα, οὐδ' ἐπιβουλή τις εἴργασται κατὰ σοῦ, ἀλλ' ἐγώ σοι ἐκεῖνος Ἀῤῥιανὸς ὁ ἡγεμὼν Θηβαΐδος ὃν εἰς τὸ χάσμα βαλὼν, Ἴδωμεν, ἔλεγες, εἰ τῶν ἐμῶν αὐτὸν ἐξελεῖται χειρῶν ὁ Χριστός.

XLIII. Propter hæc Diocletianus fuit animo obstupefactus, sermoque fuit ei impeditus, et neque vocem quidem omnino poterat emittere. Vix tandem ad se rediens, foras processit, timore perturbatus, et clamore implevit regiam : O improbam artem, dicens, o præstigias ! nemo hucusque tale quid fecit; et multas ejusmodi dicens nugas. Deinde etiam majori ira accensus, jussit statim saccum afferri, in quo esset quidem arena, sed non esset ea plenus, imo esset magna ex parte vacuus, ut pondere quidem, aiebat, arenæ deorsum trahatur : eo autem, quod est vacuum, suscipiat Arrianum ; in quem injectum jubet eum dimitti in alto mari. Interim vero protectores quoque, ut quorum animi priore miraculo essent moti, confitentur se esse Christianos, et accedentes ad Diocletianum : Quanam de causa, aiebant, hominem, qui nihil mali quidem fecit, imo vero Deo vero est conjunctus et familiaris, et per ipsum non pauca fecit miracula, adeo ut omnes qui ei Deo crediderunt, confidant quod etiamsi quis mortuus fuerit, vivet, etsi in fossam fuerit projectus, etiamsi lapidibus obrutus, etiamsi sit sub petris, etiamsi omnia simul fuerit passus gravia, possit rursus servari ex omnibus : cur eum tanquam maleficum quempiam jussisti in mare dejici ? Cum ipso ergo nos quoque nos ipsos præbemus, et rogamus, ut eamdem mortem, quam ipse, subeamus. Credimus enim Deum Arriani, qui eum eduxit ex profundo terræ, et vinculis, et tantis lapidibus, posse nos quoque suscitare, et ad optimam vitam traducere et longe beatissimam.

ΜΓ'. Πρὸς ταῦτα Διοκλητιανὸς ἐξεπλάγη τὴν ψυχὴν, ἐπεσχέσθη τὸ φθέγμα, καὶ οὐδὲ φωνὴν ὅμως προέσθαι δυνατὸς ἦν. Βραδέως δὲ καὶ μόλις ἀνενεγκὼν ἔξω τε περιδεὴς ἐχώρει καὶ βοῆς τὰ βασίλεια ἐνεπίπλα, Τῆς κακοτεχνίας, λέγων, τῆς γοητείας ! οὐ-
B δὲν οὐδέπω τοσοῦτον εἴργασται, καὶ πολλὰ τοιαῦτα λέγων. Εἶτα καὶ πρὸς μείζονα θυμὸν ἐξαφθεὶς σάκκον εὐθὺς ἐπέταττε κομισθῆναι ψάμμον ἔχοντα, πλὴν οὐ μεστὸν, ἀλλ' ἐπιχειλῆ καὶ διάκενον, ἵνα τῷ μὲν ἄχθει τῆς ψάμμου, φησὶ, καθέλκηται, τῷ διακένῳ δὲ τὸν Ἀῤῥιανὸν ὑποδέχηται· ᾧ ἐμβληθέντα προσωτέρω θαλάσσης ἐπέσκηπτεν ἀφεθῆναι. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ οἱ προτέκτωρες, οἷα τῷ προλαβόντι αἵματι τὰς ψυχὰς προκεκινημένοι Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ἀνομολογοῦσι, καὶ προσελθόντες Διοκλητιανῷ, Ὅτου χάριν, εἶπον, ἄνθρωπον οὐδ' ὁτιοῦν μὲν ἀδικήσαντα, Θεῷ δὲ μᾶλλον ἀψευδεῖ προσοικειωθέντα καὶ δι' αὐτοῦ θαυμάσια οὐκ ὀλίγα ἐνηργηκότα, ὥστε θαῤῥεῖν ἅπαντας τοὺς Θεῷ τοιούτῳ πεπιστευκότας ὅτι, κἂν ἀποθάνοι τις, ζήσεται, κἂν ἐν βόθρῳ βληθῇ
C καὶ λίθοις καταχωσθῇ, κἂν ὑποκάτω πετρῶν ἢ ὀρέων ᾖ, κἂν ὁμοῦ πάθοι τὰ δεινὰ ἅπαντα, δυνατὸν αὐτῷ πάλιν ἐκ πάντων ἀνασωθῆναι· διὰ τί δὴ τοῦτον ὥσπερ τινὰ τῶν κακούργων ἀφεθῆναι κατὰ θαλάσσης ἐκέλευσας ; Σὺν αὐτῷ οὖν καὶ ἡμεῖς ἑαυτοὺς ἐμπαρέχομεν, δεόμενοι τὸν ἴσον ἐκείνῳ θάνατον ὑποστῆναι. Πιστεύομεν γὰρ ὡς ὁ Ἀῤῥιανοῦ Θεὸς ὁ τοῦτον ἐκ μυχοῦ γῆς καὶ δεσμῶν καὶ λίθων τηλικούτων ἐξαγαγὼν, αὐτὸς δυνατὸς ἔσται πάντως καὶ ἡμᾶς ἀναστῆσαι καὶ εἰς κρείττονα ζωὴν καὶ μακαριωτάτην ἀναγαγεῖν.

XLIV. Ad hæc ille admodum ironice : Ego etiam prius, inquit, quando eramus ejusdem sententiæ, et eratis studiosi, ut me observaretis, nullam, ut scitis, vestram repuli petitionem, sed semper vos exaudivi, et ut pater filiorum , sic vestri curam gessi. Quin etiam nunc quoque, etsi in patrios deos impii, et in nos infideles exstiteritis, ne sic quidem vos repellam. Sed quoniam sititis eamdem mortem, quam Arrianus, ego eam quoque vobis concedam libentissime. Theotychus autem , qui erat primus illorum, excipiens : Deus, inquit , o imperator, ad quem migramus, et in quem resolvimur : qui nobis nomen præbuit admirabile, et cui placuit ut nos mortem pro eo subiremus, ipse te remunerabitur pro meritis tuæ in nos affectionis ; sed si hoc quoque a te potest impetrari, rogo te, o imperator, ut meas facultates liceat in duas partes dividere, et una quidem pars aulæ consecretur regiæ, altera vero distribuatur orphanis et vi-

ΜΔ'. Πρὸς ταῦτα μετὰ πολλῆς ἐκεῖνος τῆς εἰρωνείας, Ἐγὼ καὶ πρότερον, εἶπεν, ἡνίκα τῆς αὐτῆς ἐκοινωνεῖτέ μοι γνώμης καὶ περὶ τὴν ἐμὴν ἐσπουδάζετε θεραπείαν, οὐκ ἀγνοεῖτε πάντως ὡς οὐδὲ
D μίαν τῶν ὑμετέρων διωσάμην αἰτήσεων, ἀλλ' ἐπήκοον ἐμαυτὸν ἀεὶ παρεῖχον ὑμῖν καὶ ὥσπερ τις πατὴρ παίδων γνησίων οὕτω περιειχόμην ὑμῖν· καὶ νῦν δὲ ἀσεβεῖς τε περὶ τοὺς πατρῴους θεοὺς καὶ περὶ ἡμᾶς ἀπίστους ἀναφανέντας οὐδὲ οὕτως ὑμᾶς ἀπώσομαι. Ἀλλ' ἐπεὶ τὸν αὐτὸν Ἀῤῥιανῷ διψᾶτε θάνατον, ἐγὼ καὶ τοῦτο ὑμῖν προθυμότατα χαριοῦμαι. Θεότυχος δὲ ὁ πρῶτος ἐκείνων ὑπολαβὼν, Ὁ Θεὸς, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, πρὸς ὃν ἐκδημοῦμεν καὶ εἰς ὃν ἀναλύομεν, ὁ τὸ θαυμαστὸν ἡμῖν περιποιησάμενος ὄνομα καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ εὐδοκήσας θάνατον ἡμᾶς ὑποστῆναι, αὐτός σε τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀξίως ἀμείψεται διαθέσεως. Πλὴν εἴ τις καὶ παρὰ τοιοῦδε χάρις, ἐγὼ καὶ τοῦτό σου δέομαι, βασιλεῦ, ὥστε τὴν οὐσίαν τὴν ἐμὴν ἐφεῖναι δυσὶ μοίραις διαιρεθῆναι, καὶ τὴν

μὲν ἀνατεθῆναι τῷ βασιλικῷ ταμιείῳ, τὴν δὲ ὀρφανοῖς καὶ χήραις διαδοθῆναι. Ἔτι δὲ αὐτοῦ λέγειν ὡρμημένου οἱ σὺν αὐτῷ τρεῖς, Ἀδελφὲ Θεότυχε, εἶπον, τὴν μὲν τούτων πρόνοιαν τῷ φροντιστῇ τῶν ἡμετέρων ἀναθῶμεν Θεῷ· τὸ δὲ νῦν ἔχον τοῦ οἰκείου τέλους αὐτοὶ φροντίσωμεν. Ἐφ' οἷς ἐπὶ συννοίας ἔστη μέχρι πολλοῦ Διοκλητιανὸς, ἐοικὼς τῶν ἀνδρῶν θαυμάζειν τὸ πρὸς τὸν θάνατον εὔψυχόν τε καὶ μεγαλότολμον.

ΜΕ'. Οὕτω δὲ αὐτὸν ὁ γενναῖος Ἀῤῥιανὸς ἔχοντα θεασάμενος, Ἀλλὰ μὴ ἔτι βούλου, φησὶν, παρατείνειν ἡμῖν τὴν μετάθεσιν, βασιλεῦ· τάχα γὰρ μεθοδεία καὶ τοῦτο τοῦ πονηροῦ ὥστε τὸν τῆς ἀθλήσεως ἡμῖν ἐπικόψαι δρόμον. Ἐνταῦθα τὴν τῶν ἀνδρῶν μεταβολὴν Διοκλητιανὸς παντάπασιν ἀπογνοὺς, καὶ ἑτέρους μετὰ ψάμμου τέσσαρας ἐνεχθῆναι σάκκους κελεύει, καὶ τὸν ὅμοιον Ἀῤῥιανῷ θάνατον καὶ τοὺς προτέκτωρας ὑποστῆναι, πέρας οὕτω Φιλήμονι τῆς προῤῥήσεως δεξαμένης. Ῥιφέντων δὲ αὐτῶν κατὰ τῆς θαλάσσης, αὐτίκα δελφὶς προσελθὼν κρείττων ἢ κατὰ δελφῖνα καὶ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ μέγεθος κήτει τὰ πολλὰ παραπλήσιος καὶ τὴν φύσιν οἷος ἀλλόκοτος τοὺς πέντε ὁμοῦ παραδόξως σάκκους ἐπὶ τῶν νώτων ἀσφαλῶς ἐπωμίζεται καὶ οἷά τις ναῦς φόρτον εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἄγει. Οἱ δὲ παῖδες (ἐτύγχανον γὰρ πρὸς αὐτῷ ἔτι τῷ αἰγιαλῷ περιμένοντες, ὡς αὐτοῖς ὑπὸ Ἀῤῥιανοῦ εἴη προειρημένον καὶ τὴν ὥραν φυλάττοντες ἀκριβῶς), ἐπεὶ τὸν δελφῖνα μετὰ τοῦ φόρτου θεάσαιντο, ἐκπλήττονται μὲν καὶ αὐτοῦ τὴν ὑπερβολὴν, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τὴν τῶν σάκκων ἀσφαλεῖᾳ παραγωγὴν, ὥστε μηδένα τῶν νώτων διαπεσεῖν λείων φύσει καὶ ὀλισθηρῶν ὑπαρχόντων. Διαπορουμένοις δὲ τοῖς παισὶν ὅπως ὁ μὲν δεσπότης αὐτοῖς Ἀῤῥιανὸς περὶ σώματος μόνου τοῦ ἑαυτοῦ τὴν ὑπὸ τοῦ δελφῖνος μετακομιδὴν εἴρηκε, νῦν δὲ τέσσαρα καὶ ἄλλα πρὸς αὐτῷ βλέπουσι, φωνή τις αὐτοῖς ἠκούετο θειοτέρα, Ἔλθετε ὑμεῖς, λέγουσα, καὶ αὐτοῦ τε τοῦ δεσπότου καὶ τὰ τῶν προτεκτώρων κομιούμενοι σώματα. Ὁ γὰρ ἐκεῖνον εἰς τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν μετακαλεσάμενος καὶ τούτους ὁμοίως σὺν αὐτῷ κέκληκε. Λαβόντες οὖν ταῦτα μετὰ Ἀσκλᾶ καὶ Λεωνίδου ἐντίμως κατάθεσθε. Καὶ ἡ μὲν φωνὴ οὕτως.

ΜϚ'. Ὁ μέντοι δελφὶς τοὺς σάκκους τῷ αἰγιαλῷ παραθεὶς εἴσω θαλάττης πάλιν αὐτὸς ἐξενήχετο. Οἱ δὲ παῖδες εὐλαβῶς αὐτὰ ἀνελόμενοι καὶ εἰς πλοῖον ἐμβάντες διὰ τοῦ ποταμοῦ ἐκομίζοντο. Ἡμέρας δὲ τρεῖς καὶ τὰς ἴσας διαπλεύσαντες νύκτας τῇ Ἀντινοητῶν ἐγγίζουσι μητροπόλει, ἔνθα καὶ ἔδει τὰ ἱερὰ ταῦτα κατατεθῆναι λείψανα. Ὕπνου δὲ αὐτοὺς ἐπισχόντος ἡ ναῦς πλήρεσιν ἱστίοις ἐφιπταμένη, κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐν ἀκαρεῖ ἔστη, φωνή τε παραδόξως ἠκούετο· Θεοδοτίων (τοῦτο γὰρ ὄνομα δήπου τῷ κυβερνήτῃ), οὗτός ἐστιν ὁ τόπος ὅς γε μέλλει τῶν ἁγίων κληρωθῆναι τὰ σώματα. Ἔξυπνος οὖν ἐκεῖνος γενόμενος καὶ τὴν ναῦν οἷα πεπεδημένην εὑρὼν, ἀποβαίνει μὲν τοῦ πλοίου, τάχει δὲ παρὰ τὴν πόλιν χωρήσας μηνυτὴς τοῦ θαύματος γίνεται. Καὶ συῤῥέουσιν αὐτίκα πανδημεὶ πάντες λαμπαδηφόροι, στεφανηφόροι, θείους ὕμνους ὑπᾴδοντες. Καὶ οὕτω

A duis. Cum ipse autem adhuc plura vellet dicere, qui erant cum eo tres, dixerunt: Frater Theotyche, harum quidem rerum curam relinquamus Deo, qui curat res nostras: in præsentia vero nos nostri decessus curam geramus. Propter quæ diu cogitabundus stetit Diocletianus, ut qui videretur admirari eorum in morte contemnenda magnum et excelsum animum.

XLV. Cum eum autem sic vidisset effectum Arrianus: Sed noli, inquit, o imperator, nostram amplius differre migrationem; fortasse enim sunt hæ maligni insidiæ, ut nobis interrumpat cursum decertationis. Tunc cum de eorum mutatione spem omnem abjecisset Diocletianus, jubet alios quatuor
B saccos afferri cum arena, et similem Arriano mortem subire protectores, et sic ad effectum deducta est prædictio Philemonis. Ipsis vero in mare projectis, statim accedens delphinus, major quam soleat esse delphinus, et robore et magnitudine, et ceto magna ex parte similis, et natura plane aliena et admiranda, quinque simul saccos admirabiliter secure fert humeris, et tanquam quædam navis, onus vehit Alexandriam. Pueri autem (exspectabant enim adhuc in ipso littore, ut eis prædictum fuerat ab Arriano, et horam accurate observabant) postquam delphinum viderunt cum onere, stupent quidem ipsius magnitudinem: nihilominus vero, quod sacci quoque tuto fuissent
C adducti, adeo ut ei nullus cederet ex humeris, cum natura essent læves et lubrici. Dubitantibus autem pueris, quemadmodum dominus quidem Arrianus de solo suo corpore dixisset fore, ut id apportaretur a delphino, nunc vero præter ipsum vident alia quatuor, vox quædam divinior ab eis est audita: Venite vos, dicens, et domini vestri, et protectorum accepturi corpora. Qui enim illum ad suam vitam evocavit, eos quoque vocavit cum eo similiter. Cum ea ergo acceperitis, cum Ascla et Leonida honorifice deponite. Et sic quidem vox.

XLVI. Delphinus autem cum saccos posuisset in littore, rursus enatavit in mare. Pueri vero cum
D ea honorifice sustulissent, et in navem immisissent, per fluvium portabant. Cum autem tres dies et totidem noctes navigassent, appropinquant metropoli Antinoetarum, ubi oportebat eas sacras deponi reliquias. Cum eos vero somnus oppressisset, navis plenis velis advolans, momento temporis stetit in illo loco, et vox audita fuit admirabiliter: Theodoriton (hoc enim erat nomen gubernatoris), hic est locus, qui est sanctorum corpora sortiturus. Ille ergo excitatus, cum invenisset navem veluti vinctam compedibus, descendit quidem de nave: celeriter autem profectus in civitatem, significat miraculum. Protinus vero publice confluunt omnes, gestantes lampades et coronas, et divinos hymnos canentes. Et cum sic eas præclare et magnifice

illic deposuissent, uberes fructus miraculorum quotidie colligunt, ad gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti, unius divinitatis et potentiæ, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

λαμπρῶς αὐτὰ καὶ πολυτελῶς ἐκεῖ καταθέμενοι δαψιλεῖς τῶν θαυμάτων ἑκάστης δρέπονται τοὺς καρπούς, εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς θεότητός τε καὶ δυνάμεως νῦν, καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

COMMENTARIUS

RERUM GESTARUM

SANCTI ET GLORIOSI APOSTOLI THOMÆ.

(Surius ad diem 21 Dec.; Græce non exstat in mss. Paris.)

—

I. Olim quidem in terra versantes apostoli, et terram, quæ est sub cœlo, obeuntes, iis qui impietati inservierunt, prædicarunt libertatem, miraculis ad salutem ab errore abstrahentes, et fidei malagmate medicantes animas, quæ laborabant infidelitate. Postquam autem migrarunt ad Dominum, piis reliquerunt corpora, pignora salutis, ut quod cum aderant, faciebant, hoc etiam postquam migrassent, efficerent, cœlestis illius publicæ celebritatis imagines, eorum memoriæ festa nobis largientes : ut tanquam cum præsentibus et disserentibus rursus versantes, percipiamus gratiam apostolicam. Unde etiam nunc clarissimus apostolorum Thomas, per ejus memoriam nobiscum rursum versatur : Thomas, qui est fidei nostræ pater ex incredulitate, et index perfectus veritatis : qui incredulitatis occasionem amputavit incredulis, et fidem apostolorum per incredulitatem efficit firmiorem.

II. Quando enim unigenitus Dei Filius, qui est in sinu Patris, non ferens videre suum figmentum in peccati servitutem redactum, suis hac in re inflexus visceribus, visus est sicut nos, si peccatum dempseris, tunc hic quoque magnus apostolus, post aliorum discipulorum electionem, qui Jesum sunt secuti, jussus est sequi Dominum. Nam cum in Judæa a matre esset in lucem editus, habens parentes, qui vitam tenuiter agebant, ab eis alebatur et educabatur, et ad vitam formabatur similem, veluti a quodam optimo pædagogo, paupertate eruditus, et ad Domini suscipiendum præceptum aptus redditus. Libros itaque legens Mosaicos (ii enim diligenter proponebantur filiis Judæorum) componebat quidem suos mores ad honestatem : doctrina autem formabatur ad res diviniores, et a puerilibus procul remotus ludibriis, instituebatur et crescebat, donec pervenisset ad perfectam mensuram ætatis Christi. Vivens enim, sicut prius diximus, in vita paupere, et artem exercens piscatoriam, in utroque potens est cognitus : ex uno quidem formatus ad tenuitatem, quæ sunt supervacanea, minime admittentem, et doctus esse contentum solis necessariis; ab altero autem institutus ad patientiam in laboribus, et ad hoc, ut rebus molestis et asperis sua sponte primus exerceretur.

III. Protinus itaque nulla dilatione usus est nec cunctatione, nec tardavit ad vocationem ; sed adeo celeriter fuit mutatus, et vinctus voce vocantis, ut dicto citius ostenderet obedientiam. Atque sic quidem fit Verbo familiaris, et refertur in numerum reliquorum, qui vocati fuerant : fitque discipulus animi studio promptissimus, minister fidelissimus, apostolusque et œconomus probatissimus apostolatus gentium, qui fuit ei creditus. Statim autem et ad apostolatum fuit corroboratus, et divina impletus virtute, et miraculorum dives operatione, statuit cum Verbo versari perpetuo. Cum quo quidem degens toto tempore, quo vitam egit in carne, multas quidem cum eo subiit afflictiones, multas autem persecutiones et migrationes. Et aliquando quidem cum ipse a Judæis expelleretur, simul quoque cum eo expellebatur ; et cum lapidibus appeteretur, ipse quoque simul appetebatur ; aliquando autem cum ipsum vellent in suam redigere potestatem, et morte afficere, paratus erat alacriter cum ipso morte affici, desiderio plenam illam vocem emittens ad Dominum : « Eamus, et moriamur cum ipso [1]. » Quando enim amicum Lazarum a mortuis suscitaturus pergebat Salvator, quando per absentiam concessit morti superare naturam, quando voluit ostendere sepulcrum somni locum, quando vinctum mortuum voluit efficere ad vocationem vivis celeriorem, tunc accedentes discipuli metum prædicabant Judæorum, lapides revocabant in memoriam, dehortabantur ne accederet : « Magister, dicentes, nunc quærebant Judæi te occi-

[1] Joan. xi, 16.

dere, et rursus vadis illuc [2]? » Cum autem illi non possent persuadere (non enim oportebat infantiam, quæ tunc erat, discipulorum, morti opem ferre adversus Lazarum, neque impedimentum liberationis ex sepulcris, illorum cerni timiditatem), metu et desiderio distractis eorum animis, convertebantur ad animi ægritudinem. Sed Thomas prompte et alacriter solvens apostolis molestiam : « Eamus et nos, inquit, et moriamur cum ipso. » Est enim quavis vita melior, quæ cum Domino accipitur, occisio. Atque hæc quidem sic se habebant, et apostolorum animos detinebat admiratio, cogitantes condiscipuli audaciam ad mortem subeundam.

IV. Sed cum crux fixa fuisset, et mors esset suspensa, et infernus traheretur captivus, et mutata esset lex sepulcri, et mors Christi effecta esset mors mortis, surgens Salvator post erecta apud inferos adversus mortem tropæa, apparet suis amicis lugentibus et flentibus, in hoc quoque fidem faciens victoriæ : qui rerum recte gestarum illos faciens spectatores, certe nec ipsum quidem permisit esse expertem primorum miraculorum. In quadam domuncula discipulos in arctum tunc metus cogebat Judæorum : quo quidem in loco, periculum prævidentes, manebant. In medium ergo eorum latentium accedit Jesus, non vocem emittens antequam aspiceretur, non pulsatione ostii territis eorum animis : sed pedes, qui per mare sunt ingressi, ostiis quoque non apertis intrarunt (negabat enim suas leges natura jussa a Domino), et qui omnia fecerat, in suum templum ingreditur clausis ostiis: et qui per lignum mortem contrivit, nunc vim affert ipsi ligni naturæ. Venit ergo Christus in medium eorum, miraculo ingressus confirmans miraculum resurrectionis. Et sic quidem discipuli ipsis oculis ejus, quem desiderabant, fructum percipientes, lætitia afficiebantur. Solus autem Thomas abfuit a spectaculo : qui divino quodam, ut videtur, consilio non aderat, ut cum miraculum magis examinasset, esset præclarior præco resurrectionis. Sed Salvator quidem cum sui spectaculo impertiisset apostolos, recessit protinus, perfectiorem contemplationis visionem Thomæ amico, ut videtur, reservans.

V. Cum autem reversus esset Thomas, et venisset in mentem discipulis ei dicere : « Vidimus Dominum, » ille propter id quod audiebat, lætitia affectus, quod fieri desiderabat, hoc factum esse audiens, non credebat. Solent enim ingentis lætitiæ exsuperationes esse tardiores ad ea credenda quæ dicuntur. Discipulis igitur : « Nisi, inquit, videro in manibus ejus fissuram clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam [3]. » Ad hæc forte apostoli : Quid sibi vult, o Thoma, sermo incredulitatis? Si non credit discipulus, quomodo crediderint Judæi? Si apostolus et amicus non admittit resurrectionem, quomodo eam admiserint ii qui cruci affixerunt? Qui Thomæ non persuaserunt, quomodo reputabuntur digni, qui admittantur a gentibus? Non te pudore afficiunt, et ad fidem attrahunt, præcedentium ingentes turbæ miraculorum: leprosus mundatus; paralyticus integris membrorum compagibus restitutus; cæcus videndi facultati redditus; manus morte affecta, quæ rursus fuit ad vitam revocata; fluctus, per quos inceditur pedibus; et Lazarus sepulcrum exuens, tanquam vestem? quomodo, cujus admiraris opera, ejus suspectam habes resurrectionem? Non credat Caiphas; curiose scrutetur Nicodemus; calumnietur Judæus. Cur dubitat Thomas de resurrectione ? Sed contra discipulus videtur dicere justiora : Cur mea dubitatio est a vobis reprehendenda, o apostoli? Ad Judæos emittor præco resurrectionis; sicut vos, proficiscor apostolus ad docendum gentes resurrectionem. Quomodo ergo, quibus non fui socius spectaculi, suscipiam æque atque ipsi legationem? Quomodo, quorum non habeo cognitionem, ea ego docebo alios? Quomodo lingua ea dicet confidenter, quorum testes non habet oculos? Verbis credam solis? Sed Judæis ero in fide suspectus, meque facilitatis damnabunt et levitatis. Gentiles quoque verba non admittent; potius autem meum ridebunt testimonium, qui ex solo auditu prædico resurrectionem.

VI. Non multum intercessit temporis, et rursus adfuit Dominus, ingressus miraculum nunc quoque similiter ostendens, ut quæ aliis simul discipulis, ea soli quoque Thomæ largiatur. Ostendit ergo ei signa crucis, ac vulneris quod accepit in latere, ostendit signaculum, deinde : « Quia vidisti me, inquit, credidisti. Beati qui non viderunt, et crediderunt [4], » magnam nobis repositam ostendens beatitudinem, qui credidimus per sermonem discipulorum. Illud ergo divinum et admirabile spectaculum cum consecutus esset Thomas, fuit etiam causa apostolis, ut illa discerent, quæ prius non noverant; suum enim Deum et Dominum confessus est eum quem aspexerat. Revera enim Dei est pulchrum facinus resurrectionis. Cum autem post hæc Christus a discipulis magna ex parte videri non posset, ut qui esset glorificatus incorruptione corporis, et non posset conspici mortalibus oculis, seipsum manifestum reddebat, quando volebat, et quando noverat futurum utile iis qui aspiciebant. Itaque cum Domini eis deesset conspectus, curam gerebant veteris artis, in qua fuerant educati. Illa autem erat, scapham ascendere, et in profundum maris retia demittere. Quodam vero die, dum ipsi intenti erant piscationi, apparuit eis desideratus Jesus, stans in littore, et jubens ad dexteram partem navis rete demittere. Capta est autem multitudo piscium innumerabilis; erat enim divini jussus operatio. Tunc simul cum iis aderat etiam Thomas, et simul navigabat, et simul ope-

[2] Joan. xi, 8. [3] Joan. xx, 25. [4] Ibid. 29.

rabatur, et diligenter curabat retia, et se paratissimum ostendebat ad obediendum. Experientia enim didicerat iis credere, quæ Deus fuerit operatus : et ideo una navigabat, et simul operabatur cum discipulis [5].

VII. Cum autem jam adesset tempus Assumptionis, quo cum eo quod ex nobis assumpserat, oportebat Christum ascendere ad Patrem, ipse educit mystas extra Bethaniam usque ad Olivetum; et illic de se disserens, et ex Scripturis conjungens testimonia, cum et coram eis comedisset, et confirmasset se non esse spiritum, ut ipsi existimaverant, et deinde sublata manu eis immisisset benedictionem, ille quidem ascendit in cœlos; ipsis autem cum magno gaudio fuit reditus in Jerusalem [6]. Quidni enim gauderet, et cum aliis lætaretur discipulis, sacrosanctus iste et magnus apostolus, videns verba deducta esse ad effectum, et susceptæ carnis verum esse mysterium, neque frustra in eo versatam fuisse incredulitatem? Atque dies quidem ille a Domino præstitutus, jam finem accipiebat convenienter iis, quæ ille dixerat : et divinus Spiritus ad eos advolans, tanquam sonus quidam flatus vehementis, statim in linguas igneas dividebatur. Qui cum fuisset super unumquemque, faciebat eos loqui linguis alienis, adeo ut, qui audiebant, afficerentur magna admiratione [7]. Tunc ergo hic quoque magnus apostolus cum sederet una cum reliquis discipulis, ipse quoque in igneis linguis accepit gratiam : et cum in suum habitaculum totum intromisisset Spiritum, totus fuit illius instrumentum, valde sapienter et opportune pulsatum. Sic ergo Thomas ab alto confirmatus, fuit perpetuo accinctus, promptoque et alacri animo ad prædicationem, nihil timens eorum quæ sunt terribilia, nec stupens aliquid eorum quæ sunt clara et illustria.

VIII. Cum ergo res apostolis se haberent ex animi sententia, oporteret autem Domini jussum finem accipere, qui quidem erat : « Euntes in mundum, docete omnes gentes [8], » alius quidem ex apostolis aliam orbis terræ partem sortitus est, sicut eis, qui advenerat, Spiritus, sortem definierat. Thomas igitur missus est in Indiam, quæ erat plane barbara, et in nefariis versabatur actionibus. Ipsa autem sita est longissime ab Ægypto; alluitur vero mari valde navigabili, et est quidem egena rerum necessariarum, abundat autem rebus pretiosis et ad luxum accommodatis. Eam habitat id genus, quod dictum est, quod est frequentissimum, et deditum mercaturæ, et magna ex parte nudum, et instar ferarum, quæ degunt in montibus, vitam agens. Quam ob causam corporum superficiem radii solares invadunt ardentius, valdeque incendunt, et denigrant, et efficiunt visu deformiores. Colebant autem isti simulacra facta ex omne genus materia: et quod in ea conferebatur studium, et cultura, longo tempore confirmata, inducebat consuetudinem, ratione quavis potentiorem. In hanc ergo regionem magnus ingrediens apostolus, nullum præ se tulit fastum et arrogantiam, neque elate aut gloriose quippiam est locutus, neque aliud fecit superbe et insolenter ad ostentationem : sed ornatus Christi moderatione, et pro quovis alio ornamento et lorica, ea indutus, coma sordidus, vultu pallidus, totus aridus et exsanguis, et plane succo carens, et ut semel dicam, non tam corpus, quam umbram corporis circumferens, sordido et trito amictus pallio, moribus lenis, sermone utilis, factis valde admirabilis, humilioribus se accommodabat, spiritus altiorum deprimens.

IX. Cum talibus moribus et vita præditus ad Indos venisset, visumque ei esset gentis ingredi interiora, postquam vidit falsam dæmonum religionem eos comprehendisse, et imis eorum animis insedisse, non statim processit ad eos refellendos, non induxit reprehensiones, non tanquam medicamento usus est austeritate; sciebat enim, quod quæ longa consuetudine in nostris confirmata sunt animis, non possunt facile deleri, et persuasione magis, quam vi mutantur. Propterea magis utitur mansuetudine, et bonis moribus, et blandis verbis, magnus et dignus, qui in honore haberetur, non ex fastu et tumore, et verbis magnificis, sed ex factis et signis eis apparens, et insigni Christi, nempe humilitate, valde ornatus : quo quidem eos magis capiebat et attrahebat ad agnitionem, quod esset operibus quidem admirabilis, spiritu autem mitis et moderatus. Itaque moti admiratione Indi, rogare cœperunt quisnam esset, et cujas genere, et quænam esset ejus religio, et quod studium. Ille autem (habebat enim in se Christum magistrum) leniter et modeste respondit, quod esset genere quidem Judæus, discipulus autem insignis illius Moysis, illius inquam Moysis, qui cum Deo est collocutus, deinde etiam Christi Filii Dei discipulus, qui venit ad mundi salutem, et quod vitam æternam et animarum salutem veniret annuntiatum : quibus qui crediderint, erunt ineffabilium bonorum participes. Præterea narrat Christi Dei Verbi demissionem, refertque miracula quæ fecit, dum in terris in carne ageret; ipsamque passionem, quæ multis videtur probrosa; virtutem resurrectionis, et ad cœlos ascensionem : Cujus discipulus, inquit, ego et minister admirabilium, quæ ipse fecit, miraculorum, atque œconomiæ, qua fuit Deus et homo, creatus sum præco; cujus annuntians in homines benignitatem, et immensam in ipsos misericordiam, ad vos usque accessi; cujus factus sum mysta et apostolus. Et cum ipsis oculis facta sit mihi fides eorum quæ dicuntur, non vi eos qui renuunt, sed omni charitate amplector eos qui persuadentur.

X. His, et pluribus aliis divinitus prolatis verbis, Indorum populus ad mysterium introductus, suis

[5] Joan. xxi, 1 seqq. [6] Luc. xxiv, 36 seqq. [7] Act. ii, 1 seqq. [8] Matth. xxviii, 18.

animis suscepit verbi semen. Deinde (ut dicam A cum divino Evangelio) Domino adjuvante, et sermonem confirmante per signa consequentia, paulatim quidem abducti sunt ab idolorum libaminibus et abominationibus, ad veram autem fidem accesserunt, et sic apostolicis transformati doctrinis, Christo familiares evaserunt per baptismum : adeo, ut etiam usque ad ipsum regem pervenerit prædicatio, etiamsi non penetrarit usque ad profundum ejus mentis. Itaque qui genere quidem ad regem attinebant, cum se totos dedissent sermonibus apostoli, ab eo avelli non poterant : rex autem ipse detentus a profunda caligine ignorantiæ, et a quibus miraculis oportebat ad lucem traduci, ab eis voluntaria cæcitate ad majorem accensus insaniam, consultabat de morte apostoli. Quamobrem dicto B citius in eum fert sententiam : et lanceis de medio tollitur magnus hic apostolus, qui propter Christum mortem libenter suscepit. Enim beatum quidem judicavit chorus eorum qui per ipsum crediderunt : beatum autem censuit quoque chorus eorum qui sunt in excelsis : plausitque justorum multitudo cum apostolis, videntes sacram illam et divinam animam in cœlos asendentem, et stipatam angelorum ordinibus.

XI. Quid autem deinceps consequitur, et quid e superis providet et dispensat bonitas, homines attrahens ad pietatem? Sacrum quidem illud corpus, fidelium manibus decenter compositum, sepelitur : regis autem filius incidit in gravem morbum, et qui erat arte humana validior. Pater ergo (quidni enim, si pater?) inflectitur a natura fletibusque et lacrymis irrigatur, lamentationibus laniatur; sed nullam inveniens mali solutionem, miraculorum apostoli recordatur, et quærebat parvam aliquam partem ex ejus reliquiis ad medendum ei qui laborabat. Postquam autem rescivit non comparere corpus apostolicum, saltem pulverem, quem illud tetigit, jussit afferre. Quod quidem cum factum esset, pater, ægrotanti filio pulvere imposito, sanum vidit eum, quem putabat moriturum, etiamsi ille modicam lucem agnitionis, quam acceperat, sua sponte repulerat, et vere erat mortuus, ut qui acerbam mortem suscepisset impietatis. Et hæc quidem quantum licuit non aberrando a veritate, composita fuerunt, et conscripta, et apostoli laudi sunt dedicata. Tantæ nobis lætitiæ causa est hodie Thomas. Per quem etiam Indorum barbaræ gentes didicerunt eam viam, quæ fert ad cœlos : et quorum corpora erant solis radiis denigrata, evaserunt candidis lætisque et alacribus animis, qui in intelligentiam cadit, sole pure ac suaviter eis illucescente : ad gloriam Patris, et Filii, et Spiritus sancti, unius, et quæ dividi non potest, divinitatis : quam decet gloria, honor et adoratio nunc, semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΔΕΚΑ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΚΡΗΤΗ.

MARTYRIUM SS. DECEM MARTYRUM QUI IN CRETA PASSI SUNT.

(Græce apud Cornelium, *Creta sacra*, 4° Venetiis 1745; Latine apud Surium ad 23 Decembris.)

Α'. Ἄλλος μὲν ἄλλο τι τῆς θρυλουμένης διεξιέτω C Κρήτης, ὁ μὲν τὸ κάλλος, ὁ δὲ τὸ μέγεθος, καὶ ὁ μὲν τείχη καὶ λιμένας, ὁ δὲ τῶν ὡρῶν τὴν κρᾶσιν καὶ τὸ τῶν καρπῶν εὔφορον· ἐγὼ δὲ ὃ πάντα τἄλλα νικᾷ καὶ ἣν μόνην ἀξίαν εἴποιμι τοῦ ταύτης δημιουργοῦ φορὰν, ταύτην πρὸ τῶν ἄλλων ἐρῶ. Τίς δὲ οὗτος ὁ καρπὸς καὶ τίς ὁ τοσοῦτος τῆς νήσου κόσμος; Τίς ἕτερος ἢ ὁ θεῖος τῶν μαρτύρων χορὸς, ὁ ἐπαινούμενος ἀριθμὸς, τὸ πάντων μὲν θεαμάτων ἥδιστον, πάντων δὲ ἀκουσμάτων ὠφελιμώτατον; οἱ δέκα, φημὶ, τοῦ Χριστοῦ στεφανῖται, οἱ ἐκ ταύτης μὲν προελθόντες, γενναιότατα δὲ καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσαντες, οἳ καὶ καλά γε ὄντως ἀποδεδώκασι τὰ τροφεῖα τιμῆς ὅσης αὐτὴν ἀξιώσαντες τὸ μαρτυρι-

I. Alius quidem aliquid aliud persequatur oratione, illius quæ vulgo jactatur, Cretæ; alius quidem pulchritudinem, alius vero magnitudinem, et alius quidem mœnia et portus, alius autem aeris temperationem et fructuum fertilitatem. Ego vero id, quod alia vincit omnia, et quam solam ejus opifice dignam dixerim feracitatem, eam dicam ante alia. Quisnam est hic fructus, et quodnam est tantum insulæ ornamentum? Quid aliud, nisi divinus chorus martyrum, et qui laudatur numerus, et quod omnium quidem est spectaculorum jucundissimum, ac acroamatum omnium utilissimum? Decem, inquam, illi pro Christo martyrii coronis redimiti : qui ex ea quidem processerunt, fortis-

sime autem pro Christo subiere martyrium : qui eam pro alimentis revera pulchre sunt remunerati, cum eam tanto honore affecerint, ut in ea per martyrium fuerint consummati. Quomodo vero, paucis jam dicet oratio.

A κῶς ἐν ταύτῃ τελειωθῆναι. Ὅπως δὲ, συνελὼν ἤδη ὁ λόγος ἐρεῖ.

II. Decius ille, qui magno fuit furore percitus, et ad persequendos Christianos omnium fuit violentissimus, is tunc sceptra tenens imperii Romanorum, hujus insulæ constituit proconsulem virum quemdam, qui eodem quoque nomine appellabatur, nempe Decius, non minus autem, quam in nomine, conveniebat in moribus. Qui cum fuisset in Creta, rem parvam existimavit, et quæ nullam haberet immanitatem et sævitiam, omnes qui sunt in ea Christianos, postquam subjecisset innumerabilibus generibus tormentorum, deinde acerbe tollere de medio. Quærebantur ergo omnes, et inveniebantur, et comprehensi ad ipsum ducebantur. Cum quibus hic quoque sacer chorus, præstantissimorum virorum denarius, veluti ex optimis eximii selecti civitatibus : quorum alios quidem maxima omnium, quæ illic erant, præbuit civitas; alii autem orti erant ex aliis ; communiter vero simul omnes festinabant ad unam, quæ est in cœlis, civitatem. Ii cum tunc stetissent ante proconsulem, quos non tunc quidem sermones libere habuerunt? quibusnam autem factis non obscurarunt sermones? et quodnam quidem tormentorum iter non pervaserunt? Quodnam autem supplicium non superarunt tolerantia, cæsi, torti, per terram tracti, lapidibus appetiti, irrisi, consputati, et omne genus ferentes subsannationis? Sed erant hæc quidem illis futurorum gymnasia, et veluti quædam præexercitationes. Postquam autem oportebat eos magna currere Olympia, temporis, inquam, tormentorum ; erat vero dies præstitutus decimo Kalendas Januarias ; et paratum quidem erat tribunal, et præsidebat proconsul, ducebantur athletæ : pleni vero erant ambo, hi quidem animi alacritate, ille vero furore et insania. Et ille quidem erat propensus ad puniendum usque ad mortem, hi vero parati erant sustinere usque ad extremum spiritum : iracundo et cædem spirante vultu eos intuens : Quænam est, inquit, tanta amentia, quod neque ratio, neque tempus vos id docuit, quod est futurum conducibile? Deinde perinde ac si sola, quam præ se ferebat, ira eos perterrefecisset, et jam eis, ut parerent, persuasisset : Sacrificate, inquit ; sin minus, ego quidem nihil dicam amplius ; vos autem scietis paulo post, quisnam sit Decius, cui vos non vultis nunc morem gerere.

Β'. Δέκιος ὁ πολὺς τὴν μανίαν καὶ τὸ κολάζειν Χριστιανοὺς, ἁπάντων ὁ βιαιότατος οὗτος καὶ σκῆπτρα τότε Ῥωμαίοις διέπων, τῆς νήσου ταύτης ἀνθύπατον καθιστᾷ ἄνδρα τινὰ, Δέκιον μὲν καὶ αὐτὸν ὁμωνύμως καλούμενον, οὐχ ἧττον δὲ τοῦ ὀνόματος καὶ τοῖς τρόποις συνηρμοσμένον· ὃς ἐν Κρήτῃ γενόμενος μικρὸν ἔργον ἡγήσατο καὶ οὐδὲν ἔχον ὠμὸν οὐδὲ ἄγριον, τὸ πάντας τοὺς ἐν ταύτῃ Χριστιανοὺς μετὰ τὸ μυρίαις ὑπελθεῖν βασάνων ἰδέαις, εἶτα καὶ B πικρῶς ἀνελεῖν. Ἀνεζητοῦντο τοίνυν καὶ ἀνευρίσκοντο πάντες καὶ πρὸς αὐτὸν συλλαμβανόμενοι ἤγοντο· μεθ' ὧν καὶ ὁ ἱερὸς οὗτος χορὸς, ἡ τῶν ἀριστέων δεκὰς, λογάδες ὥσπερ ἐξειλεγμένοι τῶν ἀρίστων πόλεων, ὧν τοὺς μὲν ἡ μεγίστη πασῶν τῶν ἐκεῖ παρεῖχε πόλις, οἱ δὲ ἄλλος μὲν ἐξ ἄλλης ὥρμητο, κοινῇ δὲ ὅμως πάντες πρὸς μίαν τὴν ἐν οὐρανοῖς πόλιν ἠπείγοντο. Οὗτοι, ὡς τῷ ἀνθυπάτῳ τότε παρέστησαν, τίνας μὲν οὐκ ἐφθέγξαντο παρρησίας λόγους, τίσι δὲ οὐκ ἀπέκρυψαν ἔργοις τοὺς λόγους; καὶ τίνα μὲν οὐκ ἐπῆλθον βασάνων ὁδόν; τίνα δὲ οὐ παρῆλθον τιμωρίαν τῇ καρτερίᾳ, ἐπὶ τριάκοντα τὰς πάσας ἡμέρας αἰκιζόμενοι, στρεβλούμενοι, κατὰ γῆς συρόμενοι, λίθοις βαλλόμενοι, πρὸς δὲ γελώμενοί τε καὶ ἐμπτυόμενοι καὶ ἅπαν εἶδος μυκτηρισμοῦ C φέροντες; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκείνοις γυμνάσια τῶν μελλόντων καὶ οἷα προαγωνίσματα ἦν. Ἐπεὶ δὲ ἔδει τούτους καὶ τὰ μεγάλα δραμεῖν Ὀλύμπια τὰ τῶν καιρῶν, βασάνων, φημὶ, ὥριστο δὲ καὶ ἡμέρα τῶν Ἰαννουαρίων καλανδῶν ἡ πρὸ δέκα, καὶ τὸ μὲν βῆμα ηὐτρέπιστο καὶ ὁ ἀνθύπατος προεκάθητο, οἱ δὲ ἀθληταὶ ἤγοντο· πλήρεις δὲ ἦσαν ἄμφω, οἱ μὲν προθυμίας, ὁ δὲ θυμοῦ καὶ ἀνοίας, καὶ τῷ μὲν κολάζειν μέχρι καὶ τελευτῆς ἡ ῥοπὴ, τοῖς δὲ ὑπομένειν καὶ τῆς ἐσχάτης ἄχρι πνοῆς ἡ παρασκευή· ὀργίλον αὐτοῖς ἐμβλέψας καὶ φονικὸν, Τίς ἡ τοσαύτη, λέγει, τῶν φρενῶν ἔκστασις, ὅτε μήτε λόγος μήτε μὴν ὁ χρόνος τὸ συνοῖσον ἡμᾶς ἐδίδαξεν; Εἶτα ὥσπερ τῷ προσχήματι μόνῳ τῆς ὀργῆς καταπλήξας αὐτοὺς καὶ ἤδη πειθηνίους λαβὼν, Θύσατε, φησὶν, ὦ οὗτοι· εἰ D δὲ μὴ, ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐδὲν πλέον ἐρῶ, ὑμεῖς δὲ εἴσεσθε μετ' ὀλίγον τίς ἐστιν ᾧ νῦν ἀπειθεῖτε Δέκιος.

III. Ad hæc martyres : Nos quidem, o præses, responderunt, et verbis et factis, et etiam tempore satis magnam dedimus experientiam, quod neque diis sacrificabimus, neque ad hoc alicujus alterius cedemus sermonibus. Sed neque, interpellans dixit impius, vobis, o impii, erunt curæ ulla tormenta? Nequaquam, dixerunt sancti ; propemodum enim hoc nomine tibi habemus gratias, quod nobis dederis, ut his accipiamur epulis. Sed non sic, inquit præses, erit deinceps ; sed scietis, quanta sit maximorum deorum potentia, quos vos tam

Γ'. Πρὸς ταῦτα οἱ μάρτυρες, Ἡμεῖς, ὦ ἄρχων, ἀπεκρίναντο, καὶ λόγῳ πολλῷ καὶ ἔργῳ, ἤδη δὲ καὶ χρόνῳ τὴν πεῖραν δεδώκαμεν ὡς οὔτε θεοῖς θύσομεν, οὔτε τινὸς ἄλλου πρὸς τοῦτο λόγους ὑπείξομεν. Οὔτε μὴν ἀλλ', ἐγκόψας ὁ δυσσεβὴς, οὐδὲ τῶν βασάνων οὐδὲν, ἀνόσιοι, μέλον ὑμῖν; Οὐμενοῦν, εἶπον οἱ ἅγιοι· μικροῦ γάρ σοι καὶ χάριτας προσοφείλομεν, ὅτι ταύταις ἡμῖν ἐνευωχηθῆναι δέδωκας. Ἀλλ' οὔτι, φησὶν ὁ ἄρχων, τὸ ἑξῆς οὕτως ἔσται ἂν ἐγώ τε ὦ (?) καὶ ἡ τῶν μεγίστων θεῶν δύναμις, οἷς ἡμῖν ἀναίδην οὑτωσὶ διαλοιδορεῖσθε μηδὲ τοὺς παρεστῶτας τούτους

αἰδούμενοι, πολλούς τε ἅμα καὶ σοφοὺς ὑπάρχοντας, οἳ καὶ πρῶτον μὲν ἐν θεοῖς Δία, ἔπειτα Ἥραν τε καὶ Ῥέαν καὶ τοὺς λοιποὺς πρεσβεύουσιν. Ἃ γὰρ τὸ πρῶτον ὑπέστητε οἱονεὶ σκιαὶ μόνον ἦσαν κολάσεων, νυνὶ δὲ τοσαύταις ὑποβληθήσεσθε τιμωρίαις ὡς μὴ τὸ ὑμῶν θράσος ὑπ' αὐτῶν συσταλῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἐμβαλεῖν φόβον τοῖς ἴσην ὑμῖν τὴν ἀπείθειαν, εἴγε καὶ τοιοῦτοί τινες εἶεν, ἐπιδεικνυμένοις.

Δ'. Πρὸς ταῦτα πάλιν οἱ ἀριστεῖς· Περὶ μὲν τοῦ Διὸς, ὦ ἄρχων, καὶ τῆς ἐκείνου μητρὸς Ῥέας μηδὲν πρὸς ἡμᾶς· ἐπεὶ μὴ πρὸς ἀγνοοῦντας ὁ λόγος· ἴσμεν γὰρ ἐκ πατέρων ἀκηκοότες καὶ γένος αὐτοῦ καὶ τύχην καὶ τρόπον· τὸν δὲ τάφον, εἰ βούλει, καὶ σοὶ παριόντες δείξομεν. Καὶ γὰρ τῆς τῶν Κρητῶν καὶ αὐτὸς ὡρμᾶτο· γέγονε δὲ τῶν ἐπιχωρίων τύραννος. Οὕτω δὲ ἀσελγὴς ἦν καὶ πρὸς ἡδονὰς ἐπίφορος, ὥστε μὴ γυναιξὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄῤῥεσιν ἐπιμαίνεσθαι· γόης δὲ ἄνθρωπος καὶ κακότεχνος, πανούργως ἑαυτὸν ἐξαλλάττων δι' ἀκολασίας ὑπερβολὴν καὶ ὅσαι ὧραι μίξεσιν ἀτόποις ἐμμιαινόμενος. Ἀμέλει καί τινες ὁμοιοπαθῶς ἔχοντες καὶ τὴν ἐκείνου βδελυρίαν ζηλώσαντες (τί γὰρ οὕτω ῥᾷον ὡς ἡ τοῦ κακοῦ μίμησις;) θεόν τε τοῦτον ἀναγορεύουσι, καὶ νεὼς ἀνιστῶσι καὶ θύουσιν ἵνα τὸ κατὰ γνώμην αὐτοῖς καὶ θεῷ κατὰ γνώμην δοκῇ, καὶ οὕτως οὐ θεομισὲς μόνον, ἀλλὰ καὶ θεῖον, οἴμοι! τὸ ἀσελγαίνειν νομίζηται.

Ε'. Ταῦτα τοῦ θείου φθεγγομένου χοροῦ ὁ μὲν ἀνθύπατος πρὸς τὸν ἔλεγχον ἀπεῤῥήγνυτο, πολὺ δὲ καὶ μᾶλλον καὶ ὁ δῆμος ἐκμανής· ἦν καὶ ὥρμα τοὺς μάρτυρας συλλαβεῖν, καὶ μικροῦ ἂν καὶ χερσὶν αὐτοὺς διεσπάσαντο, εἰ μὴ ὁ Δέκιος καὶ χειρὶ καὶ φωνῇ στήσας αὐτοῖς τὴν ὁρμὴν καὶ ἠρεμεῖν διακελευσάμενος, πικρότερον αὐτοῖς ἐκεῖνος τὸν τοῦ θανάτου τρόπον ἐμηχανᾶτο. Εἶχον μὲν οὖν αὐτίκα τοὺς ἁγίους αἱ βάσανοι· εἶχον δὲ ἄλλως μὲν ἄλλη, πᾶσαι δὲ ὁμοίως τῇ πικρότητι καὶ τῇ τῆς ὀδύνης ὑπερβολῇ. Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀναρτηθεὶς σιδηροῖς μὲν ὄνυξι διεξαίνετο, νεῦρα δὲ διεσπᾶτο, σάρκες δὲ ἐκείνου πρὸς γῆν κατέῤῥεον· ὁ δὲ ξύλοις καὶ λίθοις ὀξέσι τὰς πλευρὰς αὐτοῖς ὀστέοις διετιτρώσκετο, ἄλλος μολίβδου βάρει τυπτόμενος τὰς ἁρμονίας τε διελύετο καὶ τὰ ὀστᾶ συνεθλᾶτο καὶ διεθρύπτετο· ἕτερος δὲ ἑτέρως· ἀλγεινὸν γὰρ καὶ ἀκοῇ μόνῃ τὸ δριμὺ τῶν κολάσεων. Ἐπεὶ ὥσπερ καὶ ἰδεῖν ταῦτα τοῖς συμπαθεστέροις οὐ φορητὸν, οὕτω καὶ τὸ κατὰ μέρος διεξιέναι τε καὶ ἀκούειν περὶ αὐτῶν οὐ μετρίως ὀδυνηρόν. Ἀλλ' οἱ μάρτυρες καὶ ταῦτα πάσχοντες οὕτω ῥᾳδίως, ἤτ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἡδέως ἔφερον, ὡς εἰκάζειν τοὺς παρεστῶτας μὴ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς γινομένοις ἀλγεῖν ἢ ὅτι μὴ καὶ πλείους ἦσαν αἱ βάσανοι δυσχεραίνειν.

ς'. Συνέῤῥεον οὖν ἐπ' αὐτοὺς πάντες ὥσπερ ἐπί τι τῶν καινῶν τε καὶ παραδόξων, πιστοί τε ἅμα καὶ ὅσοι πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἐπεπήρωντο· ἀλλ' οἱ μὲν

A impudenter maledictis insectamini, neque hos qui adsunt, reverentes, qui simul sunt multi et sapientes: qui inter deos quidem primum, Jovem, deinde Junonem et Rheam, et reliquos colunt. Quæ enim primum sustinuistis, erant veluti solum umbræ suppliciorum. Nunc autem tam multis suppliciis cruciabimini, ut non vestra audacia ab eis solum comprimatur, sed aliis quoque metum incutiat, qui æque ac vos sunt inobedientes, si modo ulli sunt ejusmodi.

IV. Ad hæc rursus viri fortissimi : De Jove quidem, o præses, et illius matre Rhea nihil nobis dixeris. Neque enim apud eos qui ignorant, verba facis. Scimus enim, ut qui a patribus nostris audiverimus, genus ejus et fortunam et mores. Sepul-
B crum autem, si vis, etiam præsentes indicabimus. Nam ipse quoque in Creta ortus est. Fuit vero eorum qui in ea habitabant, tyrannus. Erat autem adeo intemperans et proclivis ad libidines, ut non solum in feminas, sed etiam insaniret in masculos, præstigiis vero utebatur et malis artibus, se callide mutans propter summam intemperantiam, et singulis horis se polluens nefariis concubitibus. Quidam autem, qui eisdem laborabant vitiis, et imitati fuerant illius abominationem (quid est enim tam facile, quam mali imitatio?) et eum deum esse pronuntiant, et ei templa excitant et sacrificant, ut quod eis placet, deo quoque videatur placere ; et sic non solum deo non invisum, sed
C etiam, proh dolor ! divinum existimetur se libidinose et intemperanter gerere.

V. Divino hæc loquente choro, proconsul quidem disrumpebatur, ut qui convinceretur ; multo autem magis furebat etiam populus, et impetu ferebantur ad comprehendendos martyres, et eos manibus propemodum discerpsissent, nisi Decius et voce et manu eos cohibuisset : et cum jussisset eos quiescere, acerbius illis mortis genus machinabatur. Et sanctos quidem statim arripuere tormenta : alios quidem alia, sed acerbitate et magnitudine doloris similia. Nam alius quidem ex ipsis suspensus, ferreis lacerabatur ungulis : nervi vero divellebantur, carnes autem illius in terram defluebant; alii vero lapidibus et acutis sudibus saucia-
D bantur latera usque ad ossa ; alii quidem gravi plumbo verberato dissolvebantur compages, ossaque confringebantur et conterebantur ; alius item aliter; est enim vel solo auditu miserabilis acerbitas suppliciorum. Etenim quomodo iis qui sunt paulo misericordiores, hæc videre est intolerabile, ita etiam singillatim persequi et audire, est longe molestissimum. Sed martyres hæc etiam patientes, adeo facile, aut, ut verius dicam, jucunde ferebant, ut qui aderant, conjicerent eos non tam dolere propter ea quæ sustinebant, quam ægre ferre, quod non essent plura tormenta.

VI. Omnes itaque ad eos confluebant, tanquam ad res novas et admirabiles, tam fideles, quam quibus manca erat pietas. Sed illi quidem, ut ad-

mirarentur athletarum constantiam, et suam confirmarent pietatem; hi autem, ut irriderent eorum tolerantiam et eorum plagis quodammodo lætarentur propter insignem crudelitatem. Quamobrem non modo nulla movebantur misericordia, sed etiam præsidem et lictores magis irritabant ad sævitiam. Et hi quidem sic incitabant, ille vero jubebat, lictores autem exsequebantur. Porro autem præco quoque clamabat: Parcite vobis ipsis; parete principibus; sacrificate diis. Martyres autem etiam in tanta copia rerum asperarum, erant omnibus simul superiores, turba, præcone, tormentis, ipso præside, et ante eos omnium principe Satana, et universis quæ eis subjiciuntur, copiis. Omnes enim, veluti signo dato, unam simul vocem tollunt: Sumus Christiani, Christi hostiæ, Christi victimæ; etiamsi millies mori oporteat, libenter moriemur.

VII. Cum autem martyrum negotio omnia postponerentur, qui erat valde promptus Satanæ minister Decius, desperans fieri posse, ut persuaderet adhuc et cogeret, fert in eos mortis sententiam. Ducebantur itaque sancti, ut ense interficerentur, ad locum, qui parum quidem abest a civitate, ab incolis vero vocatur Alonium. Ad eum festinantes martyres, ostenderunt novum quid, et quod videbatur insolitum. In toto enim cursu martyrii, inter se unanimes et simul conspirantes, in hoc solum contendebant, quisnam eorum primus ensem subiret, et primus coronam acciperet. Hanc autem litem componit Theodulus, qui erat unus ex divino choro, dictitans quod is futurus esset primus, qui omnium ultimus excederet, cum nihil turpe et indecorum ex spectaculo aliorum sustinuerit, sed sic revera multa certamina subierit. Placuit omnibus, quod dixerat: et primum quidem ad Deum communem hymnum canunt: « Benedictus es, Domine, dicentes, qui non dedisti nos in captionem dentibus eorum, » et quæ deinceps scripsit Psalmographus[1]. Deinde etiam ad locum accedentes, fecerunt unusquisque orationem: Parce, Domine, servis tuis, dicentes, et suscipe sanguinem nostrum pro nobis, pro nostris, pro nostra patria, ut ea liberetur a tenebris ignorationis, et puris oculis contempletur pietatem, et te veram lucem, o Rex æterne.

VIII. Postquam sic precati essent unusquisque, sacra et victoria insignia eis sunt amputata capita, cum se patriæ distribuissent: et sanguinem quidem infernæ, nempe illud quod interit, intereunti, spiritum autem dedissent supernæ, ei quæ semper manet, illud quod est permanens. Cum vero post consummationem recessissent lictores, quidam ex eorum cognatis, qui in eo loco remanserant, horum sacras venerabiliter componunt et deponunt reliquias. Et tunc quidem mortuos habuit, quæ illos tulerat.

[1] Psal. cxxiii, 6.

A ὥστε θαυμάσαι τῆς καρτερίας τοὺς ἀθλητὰς καὶ βεβαιοτέραν θέσθαι παρ' ἑαυτοῖς τὴν εὐσέβειαν, οἱ δὲ πρὸς τὸ μυκτηρίσαι μᾶλλον τὴν ἐκείνων ὑπομονὴν καὶ οἷα ταῖς αὐτῶν πληγαῖς ἐφησθῆναι διὰ περιουσίαν ὠμότητος. δι' ἣν αἰτίαν οὐ μόνον οὐδένα οἶκτον ἐλάμβανον οὕτω πασχόντων, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀγριότητα μᾶλλον αὐτόν τε τὸν ἄρχοντα καὶ τοὺς δημίους ἠρέθιζον. Καὶ οἱ μὲν οὕτω παρέθηγον· ὁ δὲ ἐκέλευσεν· οἱ δὲ ἐπετέλουν. Ἐπεβόα δὲ καὶ ὁ κῆρυξ· Φείσασθε ἑαυτῶν, πείσθητε τοῖς κρατοῦσι, θύσατε τοῖς θεοῖς. Οἱ μάρτυρες δὲ καὶ πρὸς τοσαύτῃ χαλεπῶν ἀφθονίᾳ τούτων ὁμοῦ κρείττους ἦσαν, τοῦ ὄχλου, τοῦ κήρυκος, τῶν βασάνων, αὐτοῦ τοῦ ἄρχοντος, πρὸ δὲ τούτων πάντων τοῦ ἄρχοντος Σατανᾶ καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν ἁπάσης δυνάμεως. Ὥσπερ γὰρ ἐκ συνθήματος B πάντες μίαν αἴρουσιν ὁμοῦ τὴν φωνήν, Χριστιανοί ἐσμεν, Χριστοῦ θυσίαι, Χριστοῦ σφάγια. Κἂν μυριάκις δέῃ θανεῖν, ἡδέως ἀποθανούμεθα.

Ζ'. Ὡς οὖν πάντα τῶν μαρτύρων δεύτερα ἦν, ὁ πάνυ πρόθυμος ὑπηρέτης τοῦ Σατανᾶ Δέκιος, ἀπειπὼν καὶ τὸ πείθειν ἔτι καὶ τὸ βιάζεσθαι, τὴν τοῦ θανάτου κατ' αὐτῶν ψῆφον ἐκφέρει. Ἤγοντο οὖν οἱ ἅγιοι διὰ ξίφους θανατωθῆναι παρὰ τὸν τόπον ὃς βραχὺ μὲν ἀπεῖχε τῆς πόλεως, τοῖς ἐγχωρίοις δὲ Ἀλώνιον ἐκαλεῖτο. Παρὰ τοῦτον οἱ μάρτυρες ἐπειγόμενοι καινόν τι καὶ ἀσύνηθες ἑαυτοῖς ἐπεδείκνυντο. Παρὰ πάντα γὰρ τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον σύμπνουν τι καὶ ὁμόψυχον ἀλλήλοις πνεύσαντες κατὰ τοῦτο μόνον ἐφιλονείκουν τίς ἂν αὐτῶν πρῶτος C ὑπέλθοι τὸ ξίφος καὶ πρῶτος ἄρῃ τὸν στέφανον. Παύει δὲ τὴν ἔριν ταύτην Θεόδουλος, εἷς ὢν τοῦ θείου τοῦδε χοροῦ, ἐπειπὼν ὡς Οὗτος ἂν εἴη μᾶλλον ἐνταῦθα πρῶτος ὃς ἂν ἀπέλθοι τῶν πάντων ἔσχατος, μηδὲν ἀγεννὲς ὑποστὰς ἐκ τῆς τῶν ἄλλων θέας, ἀλλὰ καὶ πολύαθλος οὕτως ἐπιεικῶς γενόμενος διὰ τοῦτο καὶ πλειόνων ἄρα στεφάνων ἄξιος. Ἤρεσε τοῖς πᾶσιν ὁ λόγος· καὶ πρῶτα μὲν κοινὴν ποιοῦνται πρὸς Θεὸν τὴν ᾠδήν, « Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, » ψάλλοντες, « ὃς οὐκ ἔδωκας ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν, » καὶ ὅσα ἐπὶ τούτοις ὁ Ψαλμῳδός. Ἔπειτα καὶ παριόντες ἐπὶ τὸν τόπον ἕκαστος προσευχὴν ἐποιοῦντο, Φεῖσαι, Κύριε, τῶν δούλων σου, λέγοντες, καὶ δέξαι τὸ αἷμα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν, ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων, ὑπὲρ πατρίδος, ὥστε τοῦ σκότους αὐτὴν τῆς D ἀγνοίας ἀπαλλαγῆναι καὶ καθαροῖς ὄμμασι θεάσασθαι τὴν εὐσέβειαν καὶ σὲ τὸ ἀληθινὸν φῶς, αἰώνιε βασιλεῦ.

Η'. Οὕτως ἕκαστος προσευξάμενοι τὰς καλλινίκους αὐτῷ καὶ ἱερὰς ἀπετμήθησαν κεφαλάς, διανείμαντες ἑαυτοὺς ταῖς πατρίσι· καὶ τὸ μὲν αἷμα τῇ κάτω δόντες, τῇ φθειρομένῃ τὸ φθειρόμενον, τὸ πνεῦμα δὲ τῇ ἄνω, τῇ ἀεὶ μενούσῃ τὸ διαμένον. Τῶν δὲ δημίων μετὰ τὴν τελείωσιν ὑποχωρησάντων, τῶν συγγενῶν αὐτοῖς τινες, περὶ τὸν τόπον ὑπολειφθέντες τὰ ἱερὰ τούτων λείψανα περιστέλλουσί τε τιμίως καὶ κατατίθενται. Καὶ τότε μὲν ἥπερ αὐτοὺς ἤνεγκεν, ἐκείνη καὶ τεθνηκότας εἶχεν· ὕστερον δὲ ὁπότε ἡ τῆς εὐσε-

θείας ἰσχὺς οἱονεί τις ζώνη χρυσῆ τὸ πλεῖστον τῆς A οἰκουμένης περιείληφε, Παῦλος ἐπὶ τὴν νῆσον στέλλεται ἐφ' ᾧ ταῦτα πρὸς τὴν νέαν ἀγαγεῖν Ῥώμην, τὴν βασιλίδα φημὶ τῶν πόλεων· Παῦλος ἐκεῖνος οὗ πολὺ τὸ τῆς ἁγιωσύνης ὄνομα τῆς μεγαλοδόξου Ῥώμης ἀρχιερέως καὶ τῷ τρόπῳ μᾶλλον ἢ τῷ θρόνῳ τὸ ἐπίσημον ἔχων, οὗ καὶ κλῆσις μόνον μάστιξ ἦν τοῖς δαίμοσιν ἐλατήριος, οὗτος λογάδας ἐκ βασιλέως λαβὼν τοῦ ἐγχειρήματος συνεργοὺς, ἐπὶ τὸ Κρητῶν παραγίνεται ἔθνος, καὶ τὴν ἐπικειμένην ἀφελὼν τοῖς λειψάνοις γῆν, εὑρίσκει ταῦτα, Χριστὲ βασιλεῦ, ζῶσιν ἐοικότα καὶ φθορᾶς κρείττονα καθάπερ ἐνούσης ἔτι πνοῆς νοτίδος τε αὐτοῖς οἷα δὴ δρόσου ἐπικαθημένης ἑωθινῆς. Ἐκεῖθεν οὖν αὐτὰ σὺν θαύματι ἀνελόμενος τῇ λαμπρᾷ καὶ βασιλίδι τῶν πόλεων φέρων δίδωσι, καὶ νῦν εἰσιν οὗ καὶ τὰ ἱερὰ τῶν μαρτυρικῶν B νηπίων τεθησαύρισται λείψανα, κοινοὶ σωτῆρες καὶ πολιοῦχοι καὶ φύλακες ἐν πᾶσιν ἀνιαροῖς ἄγρυπνοι, ὧν γένοιτο ταῖς πρεσβείαις μετόχους καὶ ἡμᾶς γενέσθαι τῶν ἀποκειμένων αὐτοῖς ἀγαθῶν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα καὶ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B ΚΑ'. Διοκλητιανὸς δὲ μαθὼν καὶ αὖθις περὶ τῶν εὐσεβῶν ὡς αἱ μὲν φυλακαὶ τῷ πλήθει τῶν ἤδη κατασχεθέντων στεναὶ, κεναὶ δὲ πᾶσαι τῶν ἀλγεινῶν αἱ ἐπίνοιαι, μηδενὸς αὐτῶν τῆς ὁμολογίας ἀφισταμένου, τούτους μὲν κελεύει διαφόροις θανάτων ἐπαγωγαῖς ἐξ ἀνθρώπων ποιεῖν, καὶ οὕτω χώραν διδόναι ταῖς φυλακαῖς, ἑτέρους δὲ συλλαμβάνειν τὰ αὐτὰ φρονοῦντας, καὶ πρῶτα μὲν τοῖς δεσμωτηρίοις ἐγκατακλείειν, ἔπειτα δὲ μὴ πειθομένους τὸ οἰκεῖον ἐξόμνυσθαι σέβας ταῖς βασάνοις παραδιδόναι· τοσαύτη φιλονεικία τῷ παρανόμῳ κατὰ Χριστιανῶν. Τοῦ κρυπτοῦ τυράννου τοῦ κοινοῦ τῶν Χριστιανῶν ἐχθροῦ ἐκεῖνον διερεθίζοντος, τοὺς μὲν ἁγίους πολλοὶ καὶ ποικίλοι θανάτου τρόποι διεμερίζοντο· καὶ οὓς μὲν
C πῦρ, οὓς δὲ ὕδωρ, οὓς δὲ ξίφος, οὓς δὲ ἄλλο τι παρὰ ταῦτα τῶν καινῶν ἐκείνου ἐξευρημάτων ἀθρόως καὶ ἐν μιᾷ νυκτὶ πάντας ἐλάμβανεν.

ΚΒ'. Ἡ δὲ φιλόμαρτυς καὶ ὅσον οὔπω καὶ αὐτὴ μάρτυς Ἀναστασία γνωσθὲν αὐτῇ τὰ περὶ αὐτοὺς (ἐπέστη γὰρ ἄρτι περὶ τὴν ἕω, τὸν συνήθη τρόπον τούτους ἐκθεραπεύουσα), ὡς τὴν εἱρκτὴν ἐμάνθανεν εἶναι κενὴν, βοῆς τε τὸν ἀέρα ἐπλήρου καὶ δάκρυον δαψιλὲς τῶν ὀμμάτων κατέῤῥεε, στεναγμοῖς τε συνείχετο καὶ ὀδυρμοῖς ἐκόπτετο. Ἐρωτωμένη δὲ τὴν αἰτίαν τῶν ὀδυρμῶν, ἐκείνη μηδὲν δείσασα μηδὲ νυκτερινὴ μαθήτρια τυγχάνειν ἐθέλουσα τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ τὸ μή τι παθεῖν μᾶλλον μηδὲ θανεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ δεδοικυῖα, σὺν βοῇ, Τοὺς τοῦ Θεοῦ μου, ἔφα-
D σκε, δούλους, ἐπιζητῶ τοὺς ἄρτι παρὰ τῇ φυλακῇ ὄντας. Ἐπεὶ δὲ Χριστιανὴν εἶναι ταύτην ἐμάνθανον, αὐτίκα συσχόντες πρὸς Φλῶρον τὸν ἔπαρχον τοῦ Ἰλλυρικοῦ παρήγαγον, Ταύτην εὕρομεν, λέγοντες, πρὸς τῇ φυλακῇ κλαίουσαν, καὶ μαθόντες ὅτι Χριστιανὴ καὶ Χριστιανῶν χάριν αὐτῇ τὸ δακρύειν τῷ δικαστικῷ σου βήματι παρεστήσαμεν. Ὁ ἔπαρχος τοίνυν ὡς ἤρετο μετ' ἐκπλήξεως· Σὺ δὲ ἄρα Χριστιανή; ἐκείνη λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, Ναὶ Χριστιανὴ, ἔφη· καὶ γὰρ ὅπερ σοὶ ἕν τι τῶν ἀθεμίτων εἶναι δοκεῖ, τοῦτο ἐμοὶ κόσμος καὶ ὄνομα κυριώτατον.

ΚΓ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ τύχην ἐκεῖνος καὶ τὴν ἐνεγκαμένην καὶ τὸ γένος ἐμάνθανε καὶ ὅτι τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐστὶ καὶ τῶν ἐπισήμων, Τί οὖν τὸ πεῖσαν, αὖθις εἴρηκε πρὸς αὐτὴν, τὴν μὲν Ῥώμην

ἀπολιπεῖν σε, τὰ δὲ ἐνταῦθα καταλαβεῖν; Ἡ μάρτυς, Καὶ τί γὰρ ἄλλο, φησὶν, ἀλλ' ἢ μόνον ἡ Θεοῦ μου Δεσπότου φωνή; ταύτῃ γὰρ ἑπομένη καὶ γονέων ἅμα καὶ συγγενῶν καὶ πλούτου καταφρονήσασα καὶ πατρίδος φίλον ἔδαφος ἐκλιποῦσα τὸν τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ σταυρὸν ἦρα, καὶ ποσὶ προθύμοις αὐτῷ ἠκολούθησα. Καὶ ὁ ἔπαρχος· Ποῦ δέ ἐστιν οὗτος ὃν λέγεις Χριστόν; Πανταχοῦ, ἡ μάρτυς ἔφη, καὶ οὐδεὶς τόπος αὐτοῦ ἔρημος· ἔστιν ἐν οὐρανῷ, ἔστιν ἐν θαλάσσῃ, ἔστιν ἐν γῇ, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν καὶ φοβουμένοις νοερῶς ἐλλάμπων καὶ συγγινόμενος. Καὶ ὅς, Καὶ ποῦ, φησὶν, οὗτοι ἵνα γνῶμεν αὐτούς; Ἡ δὲ, Ἄχρι μὲν, ἔφη, τῆς δεῦρο τὴν ἐνταῦθα διατριβὴν εἶχον, καὶ σωματικῶς ὡμίλουν ἡμῖν· νυνὶ δὲ τὴν γῆν λιπόντες πόῤῥωθεν ἡμᾶς ὁρῶσι τοῖς οὐρανίοις ἐνδιατρίβοντες. Τούτων γὰρ ὁ διὰ Χριστὸν θάνατος αὐτοῖς πρόξενος, οἷσπερ εὔχομαι κἀγὼ συνταγῆναι καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις πορείαν στείλασθαι.

ΚΔ'. Ὡς δὲ περὶ τῶν ἐν τῇ φυλακῇ ἀναιρεθέντων Χριστιανῶν ἐμάνθανεν ὁ ἔπαρχος εἰρηκέναι ταῦτα τὴν μάρτυρα, Ἔοικάς μοι, φησὶ, πρὸς αὐτὴν πολλῶν δεῖσθαι τιμωριῶν· ἰδοὺ γὰρ ὑπονοεῖν μοι δίδως ὡς αὐτὴ κἀκείνοις αἰτία τοῦ θανάτου κατέστης, κινοῦσά τε καθ' ἡμῶν καὶ τὸν νοῦν ἀναπείθουσα τοῖς τῶν αὐτοκρατόρων θεσπίσμασιν ἀντιλέγειν. Ἀλλ' οὐκ ἔμελλες λήσειν τοὺς ἀλαθήτους θεούς, οἵτινές σου τοῦ λογισμοῦ πολλὴν ἀχλὺν καταχέαντες μὴ προειδυῖαν τὰ ἑαυτῆς πρὸς ταῦτά τε συνώθησαν καὶ φανερὰν ἡμῖν σεαυτὴν καταστῆσαι παρέπεισαν. Ἐπεὶ δὲ τὸ γένους εἶναι τὴν Ἀναστασίαν περιφανοῦς οὐκ εἴα τὸν ἔπαρχον πρὸ γνώσεως βασιλικῆς αὐτὴν τιμωρεῖσθαι, ἀναφέρει πάντα τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ (καὶ γὰρ ὑπῆρχε μαθὼν ὅπως πολύν τινα παραλαβοῦσα κλῆρον ἐκ τοῦ πατρὸς ἅπαντα τοῦτον Χριστιανοῖς διενείματο) ἀσφαλῶς αὐτὴν τηρεῖσθαι μέχρις ἂν ἐπιστῇ τῇ πόλει προσέταττεν. Ἐπιστάντι δὲ ἄγεται αὐτῷ κατ' ὄψιν ἡ μακαρία. Καὶ ὃς πρὸ τῶν ἄλλων περὶ τῆς οὐσίας διεπυνθάνετο· ταύτην γὰρ ἐφίλει μᾶλλον ἢ τοὺς θεούς· Καὶ ποῦ ἄρα, φησὶ, τὸ περιελθόν σοι χρυσίον ἐκ τοῦ πατρός; Ἡ δὲ καὶ λίαν μεγαλοψύχως· Εἴπερ ἔτι μοι καὶ νῦν χρυσίον περιελείπετο δι' οὗ τοὺς μὲν τοῦ Χριστοῦ δούλους, ἐμοὶ δὲ ὁμοδούλους θεραπεύειν ἂν εἶχον, οὐκ ἂν ἐμαυτὴν παρέδωκα τοῖς ἐπιζητοῦσιν· ἐπειδὴ δὲ καλῶς ποιούσῃ πάντα εἰς δέον μοι δεδαπάνηται, ὃ παρελείφθη μοι μόνον καὶ αὐτὸ σπεύδω σῶμα τῷ Χριστῷ μου προσενεγκεῖν. Ὁ βασιλεὺς οὖν ῥήματα νοῦν ἔχοντα διακούσας, τῷ μὲν δοκεῖν ὑπερορῶν αὐτῆς ἅτε γυναικὸς καὶ νέας, τῇ δὲ ἀληθείᾳ δείσας μὴ μείζονα τὴν αἰσχύνην ὄφλῃ, καθάπερ διὰ τῶν ῥημάτων, οὕτω δὴ καὶ μᾶλλον ἐκ τῶν πραγμάτων ἡττώμενος, ὁπηνίκα καὶ βασάνων αὐτῇ πεῖραν ἐπαγάγῃ, αὐτὸς μὲν οὐκ ἄξιον εἶναι φήσας γυναικὶ μεμηνυίᾳ προσδιαλέγεσθαι τὴν ἐξέτασιν ἀπειρήκει· τῷ ἐπάρχῳ δὲ τὰ κατ' αὐτὴν ἐπιτρέπει.

ΚΕ'. Καὶ ὃς εὐθὺς τὴν ἀλωπεκῆν ὑποδὺς, θωπευτικοῖς ῥήμασιν ἐπειρᾶτο ταύτην ἐπαγαγέσθαι· καὶ, Ἱνατί, φησὶν, ὦ γύναι, μὴ θυσίαν βούλει προσαγα-

A queres, huc autem venires? Martyr vero, Quidnam aliud, inquit, nisi solum vox mei Domini? Hanc enim solam sequens, parentibus simul et cognatis et opibus despectis, et amico patriæ solo relicto mei Christi crucem sustuli, promptisque et alacribus eum sum secuta pedibus. Dicit autem præfectus: Ubi est is quem tu dicis, Christus? Ubique, inquit martyr, neque est ullus locus, qui eo careat. Est in cœlo, est in mari, est in terra. Nihilo secius autem est etiam in omnibus qui eum invocant et timent, intelligenter eos illuminans, et cum eis versans. Ille vero: Ubinam sunt, inquit, isti, ut eos cognoscamus? Illa vero: Hucusque quidem, inquit, hic sunt versati, et nobiscum egerunt in B corpore. Nunc autem terra relicta, nos procul vident, versantes in cœlestibus. Mors enim suscepta propter Christum hæc eis conciliavit: in quorum numerum cupio ego quoque referri, et idem quod illi iter ingredi.

XXIV. Postquam autem intellexit præfectus hæc dixisse martyrem de Christianis, qui interempti fuerant in carcere: Mihi videris, ait illi, multis opus habere suppliciis. Ecce enim injecisti nobis suspicionem, te illis fuisse causam mortis, ut quæ eos contra nos moveres, et eis persuaderes repugnare edictis imperatorum. Sed non poteras latere deos, quos nihil latet: qui cum tuæ menti magnam offudissent caliginem, te tua non prævidentem ad hæc impulerunt, et ut te nobis aperires, persuaserunt. C Quoniam vero cum illustri genere nata esset Anastasia, non fas erat præfecto eam punire, antequam de ea cognosceret imperator, omnia refert ad imperatorem. Ille autem (intellexerat enim quod cum a patre magnam accepisset hæreditatem, eam omnem distribuerat pauperibus) jussit eam tuto custodiri, donec veniret in civitatem. Cum vero accessisset, in ejus conspectum deducitur illa beata. Ille autem ante alia eam rogavit de facultatibus; eas enim magis amabat quam deos: Ubi est, inquit, aurum, quod tibi obvenit a patre? Illa vero respondit magno et excelso animo: Si adhuc mihi reliquum esset aurum, per quod Christi quidem servis, meis autem conservis, possem subvenire, non me iis qui quærebant, tradidissem. Quoniam D autem in eos qui recte agebant, omnia, ut oportet, sunt a me consumpta, quod mihi solum est reliquum, ipsum quoque corpus studeo Christo meo offerre. Imperator vero cum verba audiisset sapientia, specie quidem ipsam despiciens ut feminam et juvenem, revera autem timens ne majori afficeretur dedecore, quomodo verbis, ita etiam rebus ipsis magis victus, quando ejus per tormenta faceret periculum, ipse quidem dicens non par esse, ut cum muliere insana loqueretur, destitit ab examinatione, præfecto autem eam mandat examinandam.

XXV. Ille vero cum statim pellem induisset vulpinam, blandis verbis eam conabatur inducere, dicens: Cur, o mulier, non vis diis offerre sacrifi-

cium, quomodo pater tuus obtulit, sed iis relictis, colis Christum, quem nescis et ex Judæis natum, et ab iis ipsis tanquam maleficum de medio sublatum? Anastasia autem respondit : Ego deos et deas, quos tu dicis, colebam aliquando; nunc vero rectiori suscepta sententia, eos quidem ab ipsis impositis araneis et avibus, quæ eos afficiebant injuria, et a muscis quæ in eis habitabant, liberans, igni tradidi : et cum sic eos convertissem in pecunias, satiavi multorum ventres esurientes, et aliis egentibus præbui vitæ adminicula. Sicque ea quæ nulli erant usui, effeci ut non essent otiosa, sed valde utilia. Præfectus autem statim cum magna acerbitate : At ego, inquit, non patiar, ut hoc sacrilegum facinus ne auribus quidem accipiatur. Subridens vero martyr : Ingenii tui acumen admiror, o judex, quod hanc rem voces sacrilegium. Si enim ullus sensus, aut ulla vis esset in his inanimis, quid obstaret, quominus sibi, dum franguntur et convelluntur, et alia patiuntur, opem ferrent, et eos qui insultant, ulciscerentur, aut alienum saltem et vestrum tunc implorarent auxilium? Nunc autem ne hoc ipsum quidem sciunt aperte se pati. Orationem vero interrumpens præfectus : Divinissimus, inquit, noster imperator jussit, ut alia quidem juberem valere, hoc autem solum facerem, nempe ut vel persuaderem ut sacrificares, aut tu alioqui male perires.

XXVI. Postquam vero dixit martyr, non esse perire, mori propter Christum, sed vitam potius æternam firmiter apprehendere : cum præfectus rursus movisset multa verborum examina, multos autem metus atque adeo ipsam mortem ei redegisset in memoriam, ubi vidit eam omnia ex æquo ridentem, omnia rursus refert ad imperatorem. Propter quæ cum ille fuisset magis ad iram incitatus, et quidnam de ea oporteret fieri, deliberaret, accedit aliquis ex iis qui cum eo versabantur, et ei studebant gratificari, et : Jube, inquit, o imperator, eam tradi Ulpiano pontifici Capitolii. Ei enim vel maxime curæ erit, ut qui sit deorum pontifex, et vel omnino persuadebit, vel acerbissime puniens tollet de medio; omnes autem ejus facultates, si modo sint ullæ reliquæ, dedicabit Capitolio. Placuerunt hæc imperatori, et prout fuerat monitus, accersito Ulpiano, eam ei tradit. Ille vero faciens diversum ab asperitate imperatoris, astu autem potius se eam esse superaturum, et ei persuasurum confidens, eam honorifice abducit in domum suam.

XXVII. Et primum quidem multis iisque probabilibus verbis, per auditum quodammodo infundere venenum contendebat. Deinde etiam per aspectum adhibuit deceptionem, valde improbe et malitiose opponens contraria contrariis : hinc quidem mundos muliebres luculentos et sumptuosos, illinc autem omne genus tormenta; hinc lapides

A γεῖν θεοῖς ὃν τρόπον καὶ ὁ σὸς προσῆγε πατήρ, ἀλλὰ τούτους ἀπολιποῦσα σέβῃ Χριστὸν, ὃν οὐκ οἶδας, ἄνθρωπον παρὰ Ἰουδαίοις τε γεννηθέντα καὶ παρ' αὐτῶν ἐκείνων οἷα κακοῦργον ἀναιρεθέντα; Καὶ ἡ Ἀναστασία· Ἐγὼ θεοὺς οὓς λέγεις αὐτὸς καὶ θεὰς ἤμην ποτὲ τιμῶσα, ἡνίκα μοι νηπιῶδες καὶ τὸ φρονεῖν ἦν· νῦν δὲ βεβαιοτέρου φρονήματος ἐπιλαβομένη, τούτους μὲν τῶν ἐπικειμένων αὐτοὺς ἀραχνῶν καὶ τῶν ἐξυβριζόντων εἰς αὐτοὺς ὀρνέων τῶν ἐνοικούντων τε αὐτοῖς μυῶν ἀπαλλάττουσα πυρὶ δέδωκα, καὶ οὕτως εἰς χρήματα μεταβαλοῦσα πολλῶν πεινώσας γαστέρας ἐμπέπληκα, καὶ δεομένοις ἄλλοις τὰς πρὸς ζῆν ἀφορμὰς παρέσχον, ταύτῃ τὰ πρὸς οὐδὲν χρήσιμον συντελοῦντα ἐνεργὰ σφόδρα καὶ χρειώδη γενέσθαι παρασκευάσασα. Καὶ ὁ ἔπαρχος B αὐτίκα μετὰ πολλῆς ὅσης τῆς αὐστηρίας, Ἀλλ' οὐχ ὑπομενῶ, ἔφη, τὴν ἱερόσυλον ταύτην πρᾶξιν ἐγὼ οὐδὲ τοῖς ὠσὶν ἀκοῦσαι. Μειδιάματι δὲ ἡ μάρτυς τὰ χείλη διακινήσασα. Ἄγαμαί σε τῆς ἀγχινοίας, ἔφη, ὦ δικαστὰ, ὅτιπερ ἱεροσυλίαν τὸ πρᾶγμα καλεῖς. Εἰ γάρ τις αἴσθησις ἐν τοῖς ἀψύχοις τούτοις ἢ δύναμις ἦν, τί ἐκώλυε κατακλωμένοις αὐτοῖς καὶ κατασπωμένοις καὶ τἄλλα πάσχουσιν ἢ ἑαυτοῖς βοηθεῖν καὶ τοὺς ἐμπαροινοῦντας ἀμύνασθαι, ἢ γοῦν τοὺς ἄλλους πάντως ὑμᾶς πρὸς ἄμυναν τέως ἐπιβοήσασθαι; Νυνὶ δὲ οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἄντικρυς, ὅτι πάσχουσιν, ἴσασιν. Ἐγκόψας δὲ τὸν λόγον ὁ ἔπαρχος, Ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς, ἔφη, τἄλλα μὲν χαίρειν ἐᾷν, τοῦτο δὲ μόνον πράττειν ἐκέλευσεν, ἢ θῦσαι τοῖς θεοῖς C πεισθεῖσαν, ἢ κακῶς ἀπολέσθαι.

ΚϚ'. Ἐπεὶ δὲ ἡ μάρτυς, Οὐκ ἔστιν ἀπολέσθαι τὸ διὰ Χριστὸν ἀποθανεῖν, ἔλεγεν, ἀλλὰ ζωῆς μᾶλλον αἰωνίου βεβαίως ἀντιλαβέσθαι, πολλοὺς καὶ αὖθις κινήσας ὁ ἄρχων λόγων ἑσμοὺς, πολλῶν δὲ φόβων καὶ αὐτοῦ ὑπομνήσας θανάτου, ἐπεὶ πάντων ἐπίσης ἑώρα καταγελῶσαν, ἀναφέρει καὶ αὖθις πάντα τῷ βασιλεῖ· ἐφ' οἷς ἐκείνου μᾶλλον εἰς ὀργὴν ὑποκινηθέντος, καὶ τί δέοι πράττειν ἐπ' αὐτῇ διασκεπτομένου, πρόσεισί τις τῶν συνόντων καὶ χαρίζεσθαί οἱ διὰ σπουδῆς τιθεμένων, καὶ, Κέλευσον, φησὶν, ὦ βασιλεῦ, Οὐλπιανῷ ταύτην τῷ ἀρχιερεῖ τοῦ καπιτωλίου παραδοθῆναι. Τούτῳ γὰρ καὶ μάλιστα ὡς ἀρχιερεῖ τῶν θεῶν μελήσει, καὶ ἢ πείσει πάντως, ἢ πικρότατα τιμωρούμενος ἀναιρήσει, τὴν δέ γε περιουσίαν αὐτῆς πᾶσαν, εἴ τις ἄρα καὶ ὑπολέλειπται, τῷ καπιτωλίῳ ἀνάθηται. Ἤρεσκε ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ κατὰ τὰς ὑποθήκας Οὐλπιανὸν καλέσας ταύτην αὐτῷ παραδίδωσιν. Ὁ δὲ τῆς βασιλέως τραχύτητος τοὐναντίον ποιῶν, δεινότητι δὲ μᾶλλον περιέσεσθαι καὶ πεῖσαι θαῤῥῶν σὺν τιμῇ ταύτην εἰς τὸν αὐτοῦ οἶκον ἀπάγει.

ΚΖ'. Καὶ πρῶτα μὲν πολλοῖς καὶ πιθανοῖς λόγοις διὰ τῆς ἀκοῆς ὥσπερ κατασχεῖν ἐφιλονείκει τὸ δηλητήριον· εἶτα καὶ δι' ὄψεως τὴν ἀπάτην προσῆγε σφόδρα κακοτέχνως τὰ ἐναντία τοῖς ἐναντίοις ἀντιτιθείς· ἔνθεν μὲν γυναικείους κόσμους εὐανθεῖς καὶ πολυτελεῖς, ἐκεῖθεν δὲ παντοδαπὰ στρεβλωτήρια καὶ ποικίλων ὄργανα βασανιστηρίων, ἔνθεν λίθους τι-

μίους καὶ χάριεν ἀτεχνῶς ἀπολάμποντας, ἐκεῖθεν ξίφη φρικώδεις καὶ φοβερὴν ἀποστίλβοντα, ἐνταῦθα μὲν κλίνας ἀργυρηλάτους καὶ στρώμασι φιλοκάλοις κεκοσμημένας, ἐκεῖθεν δὲ κλοιοὺς καὶ δεσμὰ κακούργων καὶ χαλεπὰς μάστιγας. Τί δὴ ταῦτα ποιῶν ὁ δεινὸς καὶ διὰ τί τοῖς χρηστοῖς συνάπτων τὰ δυσχερῆ; ἵν' ἢ τοῖς φαιδροῖς ἐπαγάγηται ἢ καταπλήξῃ τοῖς φοβεροῖς. Ἀλλ' ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτὴν, κατὰ τὸν θεῖον φάναι Δαυῒδ, καὶ εἰς οὐδὲν ταῦτα τῇ μάρτυρι ἐλογίσθησαν. Φησὶ γὰρ μετὰ φρονήματος ἐλευθέρου καὶ συνετοῦ καταστήματος· Ἐπὶ σὲ ταῦτα πάντα, διάβολε, καὶ σοὶ ἔστωσαν μόνῳ· ὅτιπερ σὺν αὐτοῖς τῇ ἀπωλείᾳ παραδοθήσῃ. Εἰ δὲ καὶ μαστίγων ἐν πείρᾳ με γενέσθαι παρασκευάσεις καὶ τοῖς δεσμοῖς τούτοις καὶ τοῖς κλοιοῖς βαρυνεῖς τὸν ἐμὸν αὐχένα, τότε δὴ καὶ μᾶλλον ὡς κόσμον τινὰ ἐπαυχένιον τὸν παρὰ σοῦ κλοιὸν φέρουσα ἀρεστὴ καὶ ἐπίχαρις τῷ Χριστῷ φανοῦμαι· ὅτι αὐτός ἐστι Σωτήρ μου καὶ ἀντιλήπτωρ μου καὶ ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία μου.

ΚΗ'. Τῆς οὖν μεγαλοψυχίας ἐκπλαγεὶς τὴν μάρτυρα ὁ Οὐλπιανὸς καὶ χρόνῳ μαλάξαι τὴν ἀνένδοτον οἰηθεὶς εἰς τρίτην ἡμέραν ἀναβαλέσθαι τὰ περὶ αὐτῆς διεσκέπτετο. Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν τῇ διατριβῇ δυσχεραίνουσα· Ἤδη μοι τὰς τρεῖς ταύτας ἡμέρας νόμιζε παρελθεῖν καὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις πρόσσχες τὸν νοῦν. Ἰδοὺ γὰρ τὰ αὐτά σοι καὶ νῦν ἐρῶ, ἅπερ ἂν εἴπω καὶ μετὰ τὴν διάσκεψιν, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύω καὶ τῷ σῷ θελήματι καὶ τῷ τοῦ αὐτοκράτορος ἀντιτάσσομαι. Θύω δὲ θυσίαν αἰνέσεως τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων Χριστῷ τῷ ἐμῷ καὶ μόνῳ ἀθανάτῳ Θεῷ, ὑπὲρ οὗ καὶ τὴν ψυχὴν προΐεμαι καὶ τῶν σῶν βασάνων καταφρονῶ, ἵνα Χριστὸν μόνον κερδήσω τὴν αἰωνίαν ζωήν. Καὶ ὅς, Ἔγνων, ἔφη, πάντως, ὅτι τὸν ὅμοιον τῷ Χριστῷ σου θάνατον ἀνοηταίνουσα καὶ αὐτὴ αἱρῇ. Ἡ δὲ ἀκούσασα καὶ τῷ λόγῳ καθάπερ ἡσθεῖσα, Ἀμὴν, ἀμὴν, ἔφη, γένοιτό μοι, Χριστὲ νυμφίε καὶ βασιλεῦ! Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς εὐθὺς ἐπηρώτα· Τί τὸ Ἀμὴν αὐτῇ βούλεται; Ἡ δὲ μάρτυς, Ἀλλὰ σύ γε οὐκ ἄξιος, ἔφη, τοῦτο μαθεῖν· οὐδὲ γὰρ σαπρῷ δοχείῳ μύρον ἄν τις πιστεύσειεν εὖ φρονῶν. Οὐλπιανὸς οὖν ἧπερ ἐσκέψατο καὶ πεποίηκε, καὶ τριῶν ἡμερῶν δοὺς αὐτῇ προθεσμίαν, γυναιξὶν Ἑλληνίσι καὶ κατὰ γένος αὐτῷ προσηκούσαις παραδίδωσι, τῇ τε ὁμιλίᾳ τῶν γυναικῶν καὶ τῇ παρατάσει τῶν ἡμερῶν ἴσως τι τῆς γνώμης αὐτὴν καὶ μεταβαλεῖν οἰόμενος. Ἡ δὲ ὥσπερ ἐπαυξῆσαι μᾶλλον, ἀλλ' οὐ μειῶσαι τὸν περὶ Χριστὸν πόθον ἑαυτὴν πείσασα, γυναῖκας ἐκείνας καὶ λόγους ἐκείνους ψόφους κενοὺς ἡγεῖτο μάτην αὐτῇ καταχεομένους τῶν ἀκοῶν, χεῖρας δὲ ἅμα καὶ φρένας εἰς οὐρανὸν αἴρουσα συνεργὸν ἐκάλει πρὸς τὸν ἀγῶνα ὃν ἐφίλει Χριστὸν, μηδὲ βρωτοῦ τινος ἢ ποτοῦ ταῖς τρισὶν ἡμέραις μετασχεῖν ὅλως ἀνασχομένη.

ΚΘ'. Μετὰ δὲ τὴν τρίτην ἥκει πάλιν Οὐλπιανὸς ἐκ τοῦ σφόδρα βούλεσθαι μὴ ἀπογινώσκων, ἀλλ' ἐγγὺς

A pretiosos et grato nitore resplendentes, illinc enses micantes horribiliter; hinc quidem lectos argento incrustatos, et stragulis elegantibus ornatos, illinc autem collaria et vincula maleficorum, et gravia flagella. Cur vero hoc faciebat vir ille callidus et astutus, et cur cum benignis conjungebat acerba et molesta? Ut vel rebus lætis illiceret, vel terrorem afferret rebus terribilibus. Sed seipsam fefellit injustitia, ut dicit divinus David [a], et hæc sunt pro nihilo reputata a martyre. Dicit enim, liberalem præ se ferens spiritum, gravemque et honestum habitum: In te hæc omnia, diabole, et tibi sint soli: quoniam cum eis traderis ad interitum. Sin autem efficies, ut flagellorum quoque faciam periculum, et his vinculis et collaribus gravabis collum B meum, tunc tanquam aliquod colli ornamentum, quod mihi impones, collare gestans, Christo apparebo gratior et venustior: quoniam ipse est Servator meus et defensor meus, et in eo speravit cor meum [b].

XXVIII. Martyris itaque animi magnitudinem admiratus Ulpianus, et ratus fore ut eam molliret tempore, quæ cedere nolebat, in animo habebat ejus causam differre in tertium diem. Illa vero ei propter moram indignans: Jam, inquit, existima hos tres dies mihi præteriisse, et meis verbis animum adhibe. Ecce enim eadem tibi nunc dicam, quæ dictura sum post deliberationem: Deos tuos non colo, et tuæ imperatorisque repugno volun- C tati. Sacrifico autem sacrificium laudis sæculorum regi Christo, qui est meus et solus immortalis Deus, pro quo etiam profundo animam et tua tormenta despicio, ut solum Christum lucrifaciam, qui est vita æterna. Ille vero: Sciebam, inquit, fore, ut similem Christo mortem tu quoque stulta eligeres. Illa autem cum audiisset, et ex eo quod dictum erat, lætitiam accepisset: Amen, amen, fiat mihi, inquit, Christe mi sponse et rex! Pontifex autem interrogavit protinus: Quid sibi vult illud Amen? Martyr vero: Sed tu non es, inquit, dignus qui hoc discas. Nemo enim, inquit, qui sapit, commiserit unguentum vasi putri. Ulpianus autem fecit ut statuerat; et cum ei dedisset terminum trium dierum, tradit eam mulieribus gentilibus, et D quæ genere ad eam attinebant, mulierum sermone et dierum longitudine fore, ut nonnihil sententiam mutaret, existimans. Illa vero cum sibi persuasisset augere potius, quam minuere suum in Christum desiderium, mulieres quidem illas, et illos sermones, existimabat esse inanes strepitus, qui temere effundebantur in aures: manus autem et mentem simul in altum attollens, ad opem ei ferendam in certamine vocabat Christum, quem diligebat, nec cibum nec potum sumere omnino tribus diebus sustinens.

XXIX. Tertio autem die post venit rursus Ulpianus, ex eo quod valde vellet, minime desperans,

[a] Psal. XXVI, 12. [b] Psal. XXVII, 7.

sed conjiciens se prædam tenere propemodum. Ubi vero eam interrogasset, et rescivisset incrementum sumpsisse ejus sententiam longitudine temporis, et non solum bonorum promissione, sed etiam suppliciorum formidine mulierem esse superiorem, quinetiam naturali quoque necessitati minime concedentem, quæ tanto tempore nec cibum nec potum sumpsit: postquam hæc audivit sacerdos falsorum deorum, in aulam quidem prosilit, eam per se contendens trahere; cumque vellet aliquid facere inhonestum, et profanis suis diis dignum, feritur statim plaga immissa divinitus, et oculorum luce orbatus, obibat totam domum, non potens videre amplius. Quin etiam præter cæcitatem vehementissimus dolor ejus invadit oculos. Eo ergo dolore affectus, clamat sceleratus, et suorum deorum misere invocabat auxilium. Hæc autem non temere administravit Providentia, sed ut cum ii qui erant extra, sensissent, et ut par erat, congregarentur ad opem ei ferendam, res evaderet manifesta, quanam ratione et quomodo accidisset, et non liceret sacerdoti causam in aliud conferre, aut mentiri adversus miraculum. Quod etiam factum est, et cum multi adessent testes, deductus domum cæcus, et gravi dolore affectus, et deinde gravioribus dolorum stimulis vexatus, jubet ut in exsecrandum deorum suorum templum deferretur, et illic deponeretur, putans fore ut qui eos coleret, ab eis curaretur. Egregiam vero, et quam par erat, sui cultus retulit mercedem. Doloribus enim adhuc vehementius cum invadentibus, emittit etiam animam.

XXX. Ex eo Anastasia libertatem consecuta, illinc quidem egreditur, venit autem ad Theodotem, quam prius declaravimus habitare apud comitem Leucadium, et sigillatim ei narrat omnia, tam quæ passa sit, quam quæ per ipsam et cum ipsa Deus fecerit. Paucis post diebus comes quoque Leucadius ex Bithynia reversus, cum Theodote prioribus similes rursus habuit sermones, tentans eam inducere. Postquam autem multa loquens, cognovit se loqui littori, et cum ventis conferre sermonem, Anastasiam quoque resciscit apud eum degere, et furore percitus, propterea quod Theodote illius admonitionibus inducitur, ut eum magis contemnat, Anastasiam quidem statim vinctam tradit tribunali judiciario. Quin etiam Theodotem vinctam transmittit ad proconsulem Bithyniæ de ea eum per litteras, quam citissime fieri potuit, reddens certiorem.

XXXI. Cum autem in Bithyniam pervenisset Theodote, producta est ad tribunal proconsulis. Age, inquit ille, o Theodote, jussis parens imperatoriis, velis diis offerre sacrificium. Sic enim simul et filiis vives, et particeps eris multorum bonorum. Nam etsi non tua, at filiorum quidem certe tuorum causa, æquum fuerit, ut id eligas quod est futurum tibi utile. Dum hæc autem martyri diceret proconsul, respondens illius filiorum primogenitus, cui

A ἕξειν εἰκάζων τὸ θήραμα. Ἐπεὶ δὲ πυθόμενος ἀνεμάνθανεν ὡς ἐπίτασις αὐτῇ γέγονε μᾶλλον τῆς γνώμης ἡ τοῦ καιροῦ παράτασις, καὶ ὅτι κρείττων οὐκ ἐπαγγελίας ἀγαθῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ πείρας τιμωριῶν ἡ γυνὴ, πρὸς ἔτι δὲ καὶ τῆς φυσικῆς ἀνάγκης ὑψηλότερα, ἥτις οὐδὲ βρώματός τινος ἐπὶ τοσοῦτον ἢ πόματος ἐπεστράφη· ὡς τούτων ἤκουσεν ὁ τῶν ψευδωνύμων θεῶν ἱερεὺς, ἐφάλλεται μὲν εἰς τὸ ταμιεῖον δι' ἑαυτοῦ ταύτην ἑλκύσαι φιλονεικῶν, καί τι καὶ βουληθεὶς ἄτοπον δρᾶσαι καὶ τῶν βεβήλων αὐτοῦ θεῶν ἄξιον· πλήττεται δὲ αὐτίκα θεηλάτῳ πληγῇ, καὶ τὰς ὄψεις ἀλλοιωθεὶς περιῄει ἅπαντα τὸν οἰκίσκον οὐχ ὁρᾷν ἔτι δυνάμενος, καὶ πρὸς τῇ τυφλότητι δὲ καὶ ἀλγηδὼν αὐτοῦ σφοδροτάτη καθικνεῖτο τῶν ὀφθαλμῶν. Οὕτως οὖν λίαν περιαλγὴς B γενόμενος ἐβόα ὁ μιαρὸς, καὶ τοὺς αὐτοῦ θεοὺς εἰς ἄμυναν ἀθλίως ἐξεκαλεῖτο. Ταῦτα δὲ οὐ μάτην ᾠκονόμητο τῇ Προνοίᾳ, ἀλλ' ἵνα καὶ τοῖς ἔξωθεν τῶν φωνῶν αἰσθομένοις καὶ πρὸς βοήθειαν ὥσπερ εἰκὸς συναθροιζομένοις ἐπίδηλον καταστῇ ὅθεν τε τὸ συμβὰν, καὶ ὅπως καὶ μὴ ἐξῇ τῷ ἱερεῖ τὴν αἰτίαν μετατιθέναι ἢ τοῦ θαύματος καταψεύδεσθαι. Ὃ δὴ καὶ γέγονε· καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν ὑπὸ πολλοῖς μάρτυσι τυφλὸς καὶ περιώδυνος ἀπαχθεὶς, εἶτα καὶ δριμυτέραις ταῖς ὀδύναις διακεντούμενος εἰς τὸν τῶν θεῶν αὐτοῦ μιαρὸν μετακομισθῆναι ναὸν καὶ προτεθῆναι διακελεύεται οἰόμενος ἐκεῖσε γοῦν θεραπείας ἅτε θεραπευτὴς αὐτῶν τεύξεσθαι. Ἀμέλει καὶ καλά γε τούτων καὶ προσηκόντως ἀπώνατο· ἔτι γὰρ σφοδρότερον αὐτῷ τῶν ἀλγηδόνων ἐπιθεμένων ἀπολείπει C καὶ τὴν ψυχήν.

Λ'. Ἐντεῦθεν ἀδείας Ἀναστασία τυχοῦσα ἔξεισι μὲν ἐκεῖθεν, ἀφικνεῖται δὲ πρὸς τὴν Θεοδότην, ἣν φθάσας ὁ λόγος παρὰ τῷ κόμητι Λευκαδίῳ διάγειν ἐγνώρισε· καὶ διέξεισι πρὸς αὐτὴν κατὰ μέρος πάντα ὅσα τε πάθοι καὶ ὅσα δι' αὐτὴν τε καὶ μετ' αὐτῆς ὁ Θεὸς δράσειεν. Ἡμέραι ὀλίγαι, καὶ ὁ κόμης Λευκάδιος ἐκ Βιθυνίας ἀνασωθεὶς τῇ Θεοδότῃ καὶ αὖθις ὁμοίους τοῖς προτέροις προσῆγε λόγους ὑπαγαγέσθαι ταύτην πειρώμενος. Ὡς δὲ πολλὰ λέγων αἰγιαλῷ λαλεῖν καὶ ὁμιλεῖν ἀνέμοις ἐγίνωσκε, μανθάνει καὶ περὶ τῆς Ἀναστασίας ὅτι παρ' αὐτῇ διάγει καὶ μανίᾳ πληγεὶς ἀνθ' ὧν ταῖς ὑποθήκαις μᾶλλον D ἐκείνης ἡ Θεοδότη πείθεται τούτου καταφρονεῖν, τὴν μὲν Ἀναστασίαν κλοιοῖς εὐθέως περιβαλὼν καὶ δεσμοῖς τῷ δικαστικῷ βήματι παραδίδωσιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν Θεοδότην δέσμιον τῷ τῆς Βιθυνίας ὑπατικῷ παραπέμπει, γράμμασι τὰ κατ' αὐτὴν ὡς εἶχε διὰ ταχέων ὑποσημήνας.

ΛΑ'. Ἐπεὶ δὲ τὴν Βιθυνίαν ἡ Θεοδότη καταλαβοῦσα τῷ τοῦ ὑπατικοῦ βήματι παρέστη, Δεῦρο, φησὶν ἐκεῖνος, ὦ Θεοδότη, τοῖς βασιλικοῖς προστάγμασι πειθαρχοῦσα θεοῖς θυσίαν προσενεγκεῖν προθυμήθητι· οὕτω γὰρ ἅμα καὶ τοῖς τέκνοις ζήσῃ καὶ πολλῶν μεθέξεις τῶν ἀγαθῶν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ σοῦ αὐτῆς, ἀλλ' οὖν τῶν παίδων ἕνεκεν δίκαιον ἂν εἴη σοι τὸ συνοῖσον ἑλέσθαι. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ὁ ὑπατικὸς ἔφασκε πρὸς τὴν μάρτυρα, ὑπολαβὼν ὁ τῶν ἐκείνῃ

curasset, minatus est se ei esse illaturum, quæ videbantur omnium gravissima : Nisi deos, dicens, immortales colueris, interfecti cadent ante tuos oculos filii. Illa autem : Vel hoc, inquit, olim maxime sitio. Sic enim cum meos filios vivens ad Christum præmisero, et tanquam in tuto portu constituero, deinde ego sequar vestigia, adeo ut apte possim canere : « Ecce ego et filii, quos mihi dedisti, Deus [6]. »

XXXIII. His magis conturbatus proconsul, jussit eam igni tradi simul cum filiis. Postquam autem fornax fuit accensa citius quam jussum fuerat, illi tanquam fontem aquæ cum gaudio fornacem subiere; et Deum quidem benedicebat mater; collætabantur autem filii, et sic ambo læti et alacres animas suas in manibus Dei deposuerunt. Et illos quidem sic accepit beatus finis. Beata autem Christi martyr Anastasia custodiebatur apud præfectum Illyrici; qui cum de ea diligenter quæsisset, et eam illustri loco esse natam intellexisset, magnasque esse ejus facultates, et ex iis esse ortam, quorum magnæ erant opes, a lucro superatus, et captus amore pecuniæ, cum eam seorsum ad se adduci curasset : Scio, o mulier, inquit, te esse valde divitem. Christianam autem esse et tu dicis, et ego jam sum expertus. Age ergo parens tuo sponso, qui lege cavet ut omnes despicias divitias, cede mihi pecuniis et possessionibus, et omnibus tuis facultatibus. Tu autem hæc faciens, utrinque lucraberis, ut quæ legem quidem sis impletura, et libera futura a nostri metu. Deinceps enim tibi licebit et secure sacrificare, et libere colere Deum, qui a te adoratur.

XXXIV. Ad hæc veluti quæ animum erexisset, supernæ sapientiæ plena Anastasia : Sed, o judex, inquit, alicubi dictum est in Evangeliis a meo Christo : « Vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis sic thesaurum in cœlis [7]. » Tibi autem, qui es dives, quis est adeo miser et adeo demens, qui cum velit succurrere indigentibus, diviti præbeat res pauperum, et res esurientium ei qui degit in deliciis? Quod si te videro esurientem, et sitientem, et nudum, et ægrotantem, et conjectum in carcerem, tunc convenienter ei quod dicit meus Christus, te et nutriam, et potabo, et visitabo, et colligam, et suppeditabo quæ erunt necessaria. Sed enim secundum carnem et mundum tu quidem es valde dives; ea vero, quorum es pauper et valde inops, et quæ oportet petere, cur non petis? Rogante autem præfecto : Quænam ea sunt, et quanam ego laboro inopia? Maxima, inquit illa, in rebus maximis, nempe in fide, et cognitione, et veritate.

XXXV. Præfectus vero captans, ut videtur, glo-

A τῆς πρὸς αὐτὴν ἀπέστη φιλονεικίας· ἀλλὰ καὶ αὖθις παραστησάμενος ἃ πάντων ἐδόκει δεινότατα ἠπείλει ταύτῃ ἐπαγαγεῖν, Ἢν μὴ λατρεύσῃς, λέγων, τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς σφαττόμενά σου πεσεῖται τὰ τέκνα πρὸ ὀφθαλμῶν. Ἡ δὲ, Καὶ τοῦτο μάλιστα, ἔφη, πάλαι διψῶσα τυγχάνω· οὕτω γάρ μου τὰ τέκνα καὶ ζῶσα τῷ Χριστῷ προπέμψασα καὶ ὥσπερ ἐν ἀσφαλεῖ καταστήσασα τῷ λιμένι, ἔπειτα κἀγὼ κατὰ πόδας ἕψομαι, ὥστε προσᾴδειν ἐπιτηδείως· « Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. »

ΛΓ'. Τούτοις ἐπὶ πλέον ὁ ὑπατικὸς διαταραχθεὶς πυρὶ παραδοθῆναι ταύτην σύναμα καὶ τέκνοις ἐκέλευεν. Ὡς δὲ καὶ ἡ κάμινος θᾶττον ἐξήφθη μᾶλλον ἢ προσετάγη, ἐκεῖνοι, καθάπερ εἰς πηγὴν ὕδατος, οὕτω σὺν ἡδονῇ τὴν κάμινον ὑπεισῄεσαν. Καὶ ηὐλόB γει μὲν τὸν Θεὸν ἡ μήτηρ, συνῇδον δὲ καὶ οἱ παῖδες· καὶ οὕτως εὐχαρίστως ἄμφω εἰς χεῖρας Θεοῦ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς παρετίθεσαν. Καὶ τοὺς μὲν οὕτω τὸ μακάριον τέλος ἐδέξατο. Ἡ μέντοι γε τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Ἀναστασία παρὰ τῷ ἐπάρχῳ, φημὶ, τοῦ Ἰλλυρικοῦ τηρουμένη ἦν· ὃς τὰ κατ' αὐτὴν ἀκριβῶς διερευνησάμενος, καὶ μαθὼν ὅτι τε καὶ οἰκίας τυγχάνει λαμπρᾶς καὶ οὐσίας πολυτελοῦς, καὶ ὅτι τῶν πλούτῳ βαθυτάτῳ κομώντων ἐστὶν, ἥττων καὶ κέρδους ὢν καὶ ἔρωτι χρημάτων ἁλοὺς ἰδίᾳ ταύτην παραστησάμενος, Οἶδά σε, φησὶν, ὦ γύναι, πολυχρήματον γεγονέναι· Χριστιανὴ δὲ εἶναι σύ τε λέγεις κἀγὼ πεπείραμαι ἤδη. Ἄγε οὖν τῷ σῷ πειθομένη νυμφίῳ τῷ παντὸς πλούτου νομοθετοῦντι καταC φρονεῖν, χρημάτων μὲν ἐμοὶ καὶ κτημάτων καὶ πάσης σου τῆς περιουσίας ἔκστηθι· σὺ δὲ ταῦτα ποιοῦσα ἀμφοτέρωθεν κερδανεῖς, τοῦ μὲν πληροῦσα τὸν νόμον, ἐλευθέρα δὲ τοῦ παρ' ἡμῶν φόβου καθισταμένη. Ἔσται γάρ σοι τὸ ἀπὸ τοῦδε καὶ θύειν ἀδεῶς καὶ λατρεύειν ἐλευθερίως τῷ ὑπὸ σοῦ προσκυνουμένῳ Θεῷ.

ΛΔ'. Πρὸς ταῦτα ὥσπερ διαναστᾶσα τὴν γνώμην ἡ τῆς ἄνωθεν σοφίας πλήρης Ἀναστασία, Ἀλλ' ὦ, φησὶ, δικαστὰ, εἴρηταί που ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τῷ ἐμῷ Χριστῷ· « Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ θησαυρὸν οὕτως ἕξεις ἐν οὐρανοῖς. » Σοὶ δὲ πλουσίῳ ὄντι τίς οὕτως ἄθλιος καὶ φρενῶν ἐνδεὴς ὃς δεομένοις ἐπαρκεῖν βουλόμενος τῷ πλουτοῦντι τὰ τῶν ἀπόρων καὶ τὰ τῶν λιμῷ τηκομένων τῷ τρυD φῶντι παράσχοι; Ἐὰν δὲ πεινῶντά σε καὶ διψῶντα, εἶτα καὶ γυμνητεύοντα καὶ νοσοῦντα καὶ φυλακῇ καθειργμένον θεάσωμαι, τότε κατὰ τὸν τοῦ Χριστοῦ μου λόγον καὶ θρέψω, καὶ ποτιῶ, καὶ θάλψω, καὶ ἐπισκέψομαι, καὶ συναγάγω πάλιν, καὶ τοῖς ἀναγκαίοις φιλοτιμήσομαι. Ἀλλὰ γὰρ κατὰ σάρκα καὶ κόσμον σὺ καὶ λίαν πλουτεῖς· ὧν δὲ πένης εἶ καὶ κομιδῇ ἄπορος, καὶ ἃ δέον αἰτεῖν, πῶς οὐκ αἰτεῖς; Τοῦ ἐπάρχου δὲ πυνθανομένου· Καὶ τίνα ἂν εἴη ταῦτα, καὶ ποίαν ἂν ἐγὼ πενίαν πενοίμην; Τὴν περὶ τὰ μέγιστα, ἔφη ἐκείνη, τὴν πίστιν, καὶ τὴν γνῶσιν, καὶ τὴν ἀλήθειαν.

ΛΕ'. Καὶ ὁ ἔπαρχος ὀξυτέρας φρενὸς τὸ δοκεῖν

[6] Isa. VIII, 18. [7] Matth. XIX, 21.

dixit, hoc quoque datum esse a Domino animabus martyrum, ut, postquam hinc excesserint, veniant ad quos velint, et cum eis sermones conferant, et eos consolentur.

XXXVII. Cum venisset vero dies tricesimus, existimans præfectus fame et alia afflictione confectam esse martyrem, et aliquid de sua remisisse constantia, ubi eam accersisset, et alacriorem liberiusque quam prius loquentem vidisset, iratus fuit custodibus, ut qui ei dedissent aliquid, quo se reficeret. Illorum itaque benignitatem accusans tanquam crimen, eos removet a custodia : eam vero committit aliis, quos sciebat libenter omnia facturos ex ejus animi sententia. Cum eos ergo ei præfecisset, et aliis triginta diebus eam custodire jussisset, et signaculis custodiam obsignasset, abiit. Illa autem, etsi secum ita ageretur, non cessavit tamen facere ea quæ consueverat : sed in vehementi oratione, et nocturna statione, et assidua extensione manuum perseverabat. Deinde cum præfectus illinc eam eduxisset, condemnat cum multis aliis reis, ut in profundum maris projiceretur. Erat autem una cum iis etiam quidam vir pius nomine Eutychianus, qui ipse quoque propter fidem in Christum, nudatus facultatibus, condemnatus fuit, ut jaceretur in mare.

XXXVIII. Postquam vero in medio mari fuerunt, qui eos ducebant milites, ipsi quidem cymbam quamdam ascendentes, in terram navigarunt, navem autem, quæ ducebat Christi martyrem cum Eutychiano et cæteris condemnatis, cum undique perforassent, eam, cum in tanto versaretur periculo, relinquunt fluctibus. Sic navem mare tegebat, et eis parata a Deo adjutrix missa beata Theodote, et velo insidens cernebatur : et clavum dirigens securissime, eis navigantibus cursum præbebat secundissimum. Ad terram autem navem duxit sine periculo. Quin etiam ostendit Eutychianum fuisse connumeratum inter Christi martyres. Tunc itaque, qui erant in nave condemnati, obstupefacti miraculo, ad Eutychiani pedes procidebant et martyris, et rogabant ut docerentur rationem fidei. Ea ergo quæ petebant, consecuti, et in pietate ut oportet initiati, in Christi gregem sunt cooptati, qui erant omnes simul centum et viginti viri.

XXXIX. Hæc tertio post die significantur præfecto. Qui cum statim magno studio totum hunc chorum, nuper initiatum, comprehendisset, et ad tribunal sistendos curasset, eos arbitratus adhuc primam servare sententiam, eis aurum obtulit et divitias, et honores partim quidem jam præbebat, partim vero pollicebatur, si solum vidisset mutatos, et rursus gentilem servantes religionem. Postquam autem spe valde fuit falsus, fortes et validos videns eorum animos, eis contra ostendebat enses nudos, et ignem, et catapultas, et sartagines : Si nolitis, dicens, at hæc vos invitos persuadebunt sacrificare. Postquam autem illi ex æquo neque

A μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἐπιφοιτᾷν παρ' οὓς ἂν καὶ βούλοιντο, καὶ ὁμιλία· καὶ παρακλήσεως αὐτοὺς ἀξιοῦν.

ΛΖ'. Τριακοστῆς δὲ ἐπιστάσης ἡμέρας ὑπολαβὼν ὁ ἔπαρχος τῷ τε λιμῷ καὶ τῇ ἄλλῃ κακοπαθείᾳ κατεργασθῆναι τὴν μάρτυρα καὶ τῆς ἐνστάσεως ὑποδοῦναι, μεταπεμψάμενος ταύτην, ὡς εἶδε φαιδρὰν μᾶλλον καὶ πεπαῤῥησιασμένην ἢ πρότερον, ὠργίζετο κατὰ τῶν φυλάκων ὡς δή τινος παρ' αὐτῶν εὐπαθείας ἀπολαυούσης. Ἐκείνων μὲν οὖν ὡς ἔγκλημα τὴν φιλανθρωπίαν κατηγορήσας τῆς φυλακῆς αὐτοὺς ἐξίστησιν· ἑτέροις δὲ ταύτην ἐπιτρέπει οὓς ᾔδει καὶ μάλιστα πάντα κατὰ νοῦν αὐτῷ καὶ κεχαρισμένως ποιήσειν. Τούτους οὖν αὐτῇ ἐπιστήσας
B καὶ ἐπὶ ἑτέραις τριάκοντα φυλάττειν ἡμέραις προστάξας, πρὸς δὲ καὶ σφραγῖσι τὴν φυλακὴν ἐπισημηνάμενος, ᾤχετο. Ἡ δὲ κἂν τούτοις οὖσα οὐκ ἐπέλιπε τὰ συνήθη ποιεῖν, ἀλλ' εὐχῇ τε συντόνῳ καὶ στάσει παννύχῳ καὶ ἀνατάσει χειρῶν ἀδιαλείπτῳ προσεκαρτέρει. Εἶτα ἐκεῖθεν αὐτὴν ἐξαγαγὼν ὁ ἔπαρχος τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης σύναμα καὶ ἄλλοις πολλοῖς καταδίκοις ἀφεθῆναι καταψηφίζεται. Συνῆν δὲ τούτοις καί τις ἀνὴρ εὐσεβὴς, Εὐτυχιανὸς ὄνομα, ὃς καὶ αὐτὸς διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν γυμνωθεὶς τῶν ὄντων τὸν ἐν θαλάττῃ κατεδικάσθη θάνατον.

ΛΗ'. Ὡς δὲ δὴ κατὰ μέσον αὐτῆς δήπου τῆς θαλάττης ἦσαν οἱ τούτους ἄγοντες στρατιῶται, αὐτοὶ μὲν ἀκατίου τινὸς ἐπιβάντες πρὸς τὴν γῆν ἀπέπλεον,
C τὴν δὲ ναῦν ἣ τὴν τοῦ Χριστοῦ μάρτυρα σὺν Εὐτυχιανῷ, φημὶ, καὶ τοῖς καταδίκοις ἦγε, πάντοθεν διατρήσαντες, οὕτως ἐπισφαλῶς ἔχουσαν τοῖς κύμασιν ἀφιᾶσιν. Οὔπω τὴν ναῦν ἐκάλυπτε θάλασσα, καὶ παρὰ Θεοῦ ἕτοιμος αὐτοῖς βοηθὸς ἡ μακαρία Θεοδότη πεμφθεῖσα τῷ ἱστίῳ τε τῆς νηὸς ἐπικαθημένη καθεωρᾶτο, καὶ ὡς ἀσφαλέστατα διιθύνουσα τὸ πηδάλιον εὔδρομον μὲν αὐτοῖς παρεῖχε τὸν πλοῦν, πρὸς δὲ τὴν χέρσον ἀκινδύνως ἦγε τὴν ναῦν· ἐπεδείκνυτο δὲ καὶ τὸν Εὐτυχιανὸν ὡς εἴη καὶ αὐτὸς τοῖς μάρτυσι Χριστοῦ συναρίθμιος. Τότε γοῦν οἱ ἐν τῷ πλοίῳ κατάδικοι τῷ παραδόξῳ καταπλαγέντες προσέπιπτόν τε τῷ Εὐτυχιανῷ σὺν τῇ μάρτυρι, καὶ διδαχθῆναι τὸν τῆς πίστεως λόγον ἠξίουν. Τυχόντες τοιγαροῦν ὧν ἐδέοντο καὶ τὴν εὐσέβειαν ὡς χρὴ μυηθέντες τῷ
D τοῦ Χριστοῦ ποιμνίῳ συγκατελέχθησαν δῆμος ὅλος ἀνδρῶν εἰς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀριθμούμενοι.

ΛΘ'. Ταῦτα μετὰ τρίτην γνωστὰ τῷ ἐπάρχῳ γίνεται, καὶ αὐτίκα πολλῇ σπουδῇ τὸν ἀρτιτελῆ τοῦτον πάντα χορὸν συλλαβὼν τῷ βήματι παρεστήσατο· καὶ δὴ τὴν πρώτην αὐτοὺς καὶ ἔτι γνώμην διασώζειν ὑπολαβὼν χρυσὸν αὐτοῖς παρῆγε· καὶ πλοῦτον καὶ τιμὰς τὰς μὲν ἤδη παρεῖχε, τὰς δὲ ἐπηγγέλλετο, ἣν μόνον ἴδῃ μεταθεμένους καὶ τὴν Ἑλληνικὴν πάλιν θρησκείαν πρεσβεύοντας. Ἐπεὶ δὲ ἐψεύσθη παρὰ πολὺ τῶν ἐλπιζομένων, ἐῤῥωμένας αὐτῶν τὰς γνώμας ὁρῶν, τοὐναντίον αὐτοῖς ξίφη γυμνὰ ὑπεδείκνυ καὶ πῦρ καὶ καταπέλτας καὶ τήγανα, Ἢν μὴ θύσητε, λέγων, ἀλλὰ ταῦτα ὑμᾶς καὶ ἄκοντας θῦσαι πείσει. Ὡς δὲ ἐπίσης ἐκεῖνοι οὔτε τῶν κακῶν ἡττῶντο, οὔτε

μὴν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν ἐπεστρέφοντο, πολλαῖς A πρότερον κολάσας βασάνοις, εἶτα καὶ θάνατον αὐτῶν παράνομον καταδικάζει. Τὴν μέντοι γενναίαν τοῦ Χριστοῦ μάρτυρα πάλοις κελεύει προσδεθεῖσαν τρισὶ καὶ πυρὶ πάντοθεν κυκλωθεῖσαν οὕτω τὸ μαρτυρικὸν ὑποστῆναι τέλος. Οὗ δὴ καὶ σὺν τάχει πραχθέντος εἰς χεῖρας καὶ αὐτὴ Θεοῦ τὸ πνεῦμα παρέθετο, δευτέραν ἐπὶ εἰκάδι τότε τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἄγοντος.

Μ'. Ἀπολλωνία δέ τις γυνὴ τὸ γένος ἐπίσημος τῆς τοῦ ἐπάρχου γυναικὸς δεηθεῖσα τὸ ἱερὸν Ἀναστασίας σῶμα λαμβάνει, καὶ λαμπρῶς αὐτὸ καὶ ὅπως ἐδεῖτο τοιοῦτον τιμήσασα ἐν τῷ τῆς οἰκίας αὐτῆς κατατίθησι κήπῳ. Ὕστερον δὲ καὶ ναὸν ἐγείρει τῇ μάρτυρι πολυτελῆ καὶ περίβλεπτον, καὶ ἑορτὴν ἐπὶ τούτοις ἐτησίαν διατελοῦσα μένει. Μετὰ δὲ χρόνους ἡ ἐν πόλεσι πανευδαίμων, ἡ Κωνσταντίνου, B φημὶ, τὸ ταύτης ἀνακομισθὲν ἐκδέχεται λείψανον, καὶ τῷ μεγαλοπρεπεῖ ναῷ καὶ ἀξίῳ ταύτης ἐναποτίθεται θησαυρῶν ἀγαθῶν, θαυμάτων πηγὴν, ῥῶσιν ψυχῆς, ῥῶσιν σώματος, εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς θεότητός τε καὶ βασιλείας, ᾗ πρέπει τιμὴ πᾶσα, μεγαλοσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

vincebantur a malis, nec ab iis quæ bona videbantur, convertebantur, cum eos prius multis affecisset tormentis, deinde etiam iniqua morte eos condemnat. Generosam vero Christi martyrem jubet tribus palis alligatam, et igne undique circumdatam, sic finem subire martyrii. Quod quidem cum celeriter factum esset, ipsa quoque in manibus Dei sui deponit spiritum 22 mensis Decembris.

XL. Apollonia autem quædam mulier genere insignis, precata præfecti uxorem, accipit sacrum corpus Anastasiæ, et cum ipsum præclare et ut oportebat honorasset, deponit in horto domus suæ. Postea vero templum quoque excitat martyri præclarum et magnificum, et postea anniversarium ei festum celebrat. Post annos autem multos, civitatum felicissima, Constantinopolis, inquam, ejus ad se exportatas suscipit reliquias, et eas deponit in magnifico templo et ea digno, thesaurum bonorum, fontem miraculorum, corroborationem animæ et corporis, ad gloriam Patris, Filii et Spiritus sancti, unius divinitatis et regni : cui convenit omnis honor, majestas et magnificentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

S. Anastasiæ epistolæ duæ ad S. Chrysogonum, cum S. Chrysogoni rescripto, exstant apud Nicephorum, lib. XIV *in fine.*

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΕΥΓΕΝΙΑΣ

—

MARTYRIUM
SANCTÆ MARTYRIS EUGENIÆ

—

(Latine apud Surium ad diem 25 Decembris ; Græce ex cod. ms. Paris. n. 1195, sæc. XIV.)

—

Α'. Κομόδου μετὰ Μάρκον τὸν αὐτοῦ πατέρα τὸ C Ῥωμαϊκὸν σκῆπτρον ἔχοντος καὶ ἕβδομον ἔτος ἤδη τῇ ἀρχῇ διανύοντος, Φίλιππος ἀνήρ τις τῶν ἐπιφανῶν ἔπαρχος Αἰγύπτου καθίσταται, ὃς ἅμα γυναικὶ Κλαυδίᾳ καὶ τέκνοις ἀνὰ τὴν Αἴγυπτον στέλλεται. Τούτῳ παῖδες μὲν ἄῤῥενες δύο, Ἀμιτός τε καὶ Σέργιος, θυγάτηρ δὲ Εὐγενία ὄνομα, εὐγενὴς δὲ καὶ ψυχὴν ὥσπερ ἄρα καὶ σῶμα καὶ τὸ κάλλος ἀοίδιμος, ἧς καὶ τὸν βίον ὁ λόγος ἄρτι τοῖς φιλαρέτοις ὑπόθεσιν προεστήσατο. Ὁ μὲν οὖν Φίλιππος ὡς ἤδη τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν τὴν μεγάλην κατέλαβε, νόμοις τὰ ἐκεῖ πάντα διῴκει Ῥωμαϊκοῖς, καὶ τοῖς πατρῴοις ἀκολουθῶν ἔθεσι, χαλεπὸς μὲν ἦν τοῖς τὴν μάγον τέχνην μεταχειρίζουσι, χαλεπὸς δὲ τοῖς Ἰουδαΐζουσι τῶν

I. Commodo post Marcum suum patrem, Romanum tenente imperium, cum jam septem annos in eo transegisset, quidam Philippus vir illustris Ægypto præficitur : qui simul cum uxore Claudia et filiis mittitur in Ægyptum. Ei erant duo quidem filii masculi, Avitas et Sergius : filia autem, nomine quidem Eugenia, animo vero generosa, sicut etiam corpore et forma insignis. De cujus vita propositum est dicere viris bonis et virtutis amatoribus. Atque Philippus quidem postquam venit in magnam Alexandri civitatem, illic omnia administrabat, Romanos et patrios sequens mores. Et infestus quidem erat iis qui artem tractabant magicam, infestus autem et Judæis : illorum quidem

multos de medio tollens, Judæos vero ne sinens quidem nominari: mitius autem agebat cum Christianis, ipsos quidem etiam expellens e civitate; sed ante muros, cum ita jussisset imperator, eos sinens degere et habitare. Aperte autem ostendebat, se Christianos quidem revereri propter perfectam vitæ philosophiam; et ideo eos etiam præferens cultoribus simulacrorum. Ipse vero cum rursus teneretur a superstitione et falsa religione, quæ a patre ei fuerat tradita, amaret autem eruditionem et eloquentiam, Eugeniam quoque suam filiam in disciplinis educavit liberaliter, utrumque docens, nempe Romanam et Græcam orationem, et studens videre eam valde provectam in philosophia. Illa autem cum docili ingenio addidisset etiam exercitationem, celeriter advolavit ad doctrinam, animum quidem adhibens omnibus, quæ erant utilia: omnia autem, quibus animum adhibebat, mente facile apprehendens; quæ vero didicisset, ita tenens memoria, ut viderentur scripta esse in ejus corde tanquam in tabulis æneis.

II. Cum sic doctrinæ esset dedita, nihilo secius erat etiam suapte natura studiosa virtutis; et erat quidem digna cujus cerneretur species, et digna cujus audiretur oratio. Ad imitandum autem erat omnibus utilis et salutaris, et, quod est omnibus admirabilius, cum nondum excessisset ætatis annum decimum sextum, in morum honestate et studio virtutis superabat eos qui erant ætatis longe provectioris. Cum autem latere non posset, omnia pervadente fama, hanc quæ erat virtute clarissima, in administratione reipublicæ clarissimus despondit Aquilinus [Aquilius *seu* Acilius], qui tunc erat consul, et alioqui tenebat primum locum apud Romanos nobiles. Postquam vero rogaverunt parentes, nunquid ei cordi esset conjugium et gratus sponsus, hic maxime Eugenia ostendit signum generosi animi. Quidvis enim potius pati sustinens, quam sibi charam expellere virginitatem, et amittere castitatem, parentes arte decipit; et viri quidem genus laudavit, mores autem reprehendit: et oportet, inquit, ut plurimum illos sponsos eligere, qui generi ornamentum afferunt, non qui volunt ornari a genere. Cum autem multi etiam alii eam peterent a parentibus, clari opibus et genere, ne illi quidem omnino in omnibus defuit honesta excusatio. Sed specie quidem repellebat eum, qui nunc volebat ducere uxorem; revera vero omnino recusabat matrimonium, et hoc erat, cujus solum studio tenebatur, nempe ut esset casta. Sic vas, quod erat speciosum et mundum, paratum erat scilicet ad divinum unguentum suscipiendum. Propterea bona opera bona quoque fides mox est secuta, et pura accessit ad purum fontem pietatis. Rei autem hæc fuit occasio.

III. Venit ei in manus Pauli divini præconis divinus liber Epistolarum, et cum ad ea quæ dicebantur, intelligenda mentem suam defixisset, et cognovisset vere unum esse Deum, qui fecit hoc

A μὲν καὶ πολλοὺς ἀναιρῶν, Ἰουδαίους δὲ μηδὲ ὀνομάζεσθαι συγχωρῶν, Χριστιανοῖς γε μὴν ἐπιεικέστερον προσεφέρετο τῆς μὲν πόλεως καὶ αὐτοὺς ἐξωθῶν, πλησίον δέ που πρὸ τῶν τειχῶν, βασιλέως οὕτω κελεύσαντος, ἐφιεὶς διάγειν καὶ κατοικεῖν. Δῆλος δὲ ἦν Χριστιανοὺς μὲν διὰ τὴν ἀκριβῆ τοῦ βίου φιλοσοφίαν αἰδούμενος καὶ παρὰ τοῦτο καὶ πρὸ τῶν εἰδωλολατρῶν τιθέμενος. Αὐτὸς δὲ πάλιν ὑπὸ τῆς πατροπαραδότου δεισιδαιμονίας ἐχόμενος, παιδείας δὲ καὶ λόγων γενόμενος ἐραστής· καὶ Εὐγενίαν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα παιδεύμασιν ἐλευθερίοις ἀνέτρεφε, διδάσκων ἄμφω τὸν Ῥωμαϊκόν τε καὶ Ἕλληνα λόγον, καὶ φιλοσοφίας ἐπὶ μέγα ἥκουσαν σπουδάζων ἰδεῖν. Ἐκείνη δὲ τῇ τῆς φύσεως εὐμαθείᾳ προσθεῖσα καὶ
B ἄσκησιν, ἀξίως πάνυ τοῖς λόγοις ἵπτατο πᾶσι μὲν τοῖς ὠφελίμοις προσέχουσα, πάντα δὲ οἷς προσεῖχεν εὐχερῶς παραδιδοῦσα τῇ διανοίᾳ· ἃ δὲ μάθοι οὕτω τῇ μνήμῃ διακατέχουσα ὡς ἐν χαλκαῖς δοκεῖν πίναξιν ἐγγεγράφθαι αὐτῆς τῇ καρδίᾳ.

Β'. Οὕτω περὶ λόγους ἔχουσα οὐδὲν ἧττον καὶ τὴν ψυχὴν πρὸς ἀρετὴν εὖ ἐπεφύκει, καὶ ἦν ἰδεῖν μὲν ἀξιοθέατος, εἰπεῖν δὲ ἀξιάκουστος, ζηλῶσαι δὲ πᾶσιν ὠφέλιμος καὶ σωτήριος, καὶ τό τε πάντων θαυμασιώτερον ὅτι μήπω τὸ πέμπτον ἔτος καὶ δέκατον ὑπερβᾶσα τῆς ἡλικίας εἰς εὐκοσμίαν ἤθους καὶ ἀρετῆς ἐπιμέλειαν τῶν πολλῷ πρεσβυτέρων τὴν ἡλικίαν ἐκράτει. Ἐπεὶ δὲ μὴ εἶχε λαθεῖν, τῆς φήμης διὰ
C πάντων χωρούσης, τὴν ἐνδοξοτάτην κατ' ἀρετὴν ὁ ἐνδοξότατος τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν ἐμνηστεύετο Ἀκυλῖνος, ὕπατος ὢν τηνικαῦτα καὶ ἄλλως τὰ πρῶτα τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἔχων εὐπατριδῶν. Ἐπεὶ γοῦν οἱ γονεῖς προσιόντες ἠρώτων, εἰ κατὰ νοῦν ὁ γάμος αὐτῇ καὶ ἀρεστὸς ὁ νυμφίος, ἐνταῦθα δὴ καὶ μάλιστα Εὐγενία τῆς ψυχῆς εὐγενείας ἐδείκνυ τὸ σύμβολον. Πάντα γὰρ μᾶλλον παθεῖν ὑπομένουσα ἢ τὴν φίλην αὐτῇ παρθενίαν ἀπώσασθαι καὶ τὴν ἁγνείαν ἀποβαλεῖν, σοφίζεται τοὺς τεκόντας. Καὶ τὸ μὲν γένος ἐπῄνει τοῦ ἀνδρὸς, τὸν τρόπον δὲ ἡττᾶτο, καὶ ὅτι, φησὶν, ἐκείνους δεῖ ὡς τὰ πολλὰ ἐκλέγεσθαι τῶν νυμφίων οἳ τὸ γένος κοσμοῦσι μᾶλλον, οὐχ οἳ διὰ τοῦ γένους κοσμεῖσθαι βούλονται. Πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων ἐξαιτουμένων αὐτὴν παρὰ τῶν τεκόντων πλούτῳ τε
D λαμπρῶν καὶ τῷ γένει περιφανῶν οὐδ' ὅλως ἐπὶ πᾶσιν ἐκείνη εὐπροσώπου ἠπόρησεν ἀφορμῆς. Ἀλλὰ τῷ μὲν δοκεῖν τὸν γῆμαι νῦν βουλόμενον ἀπωθεῖτο, τῇ δὲ ἀληθείᾳ τὸν γάμον ὅλως ἐξώμνυτο· καὶ τοῦτο μόνον αὐτῇ διὰ τέλους ἦν ἁγνεῦσαι τὸ σπουδαζόμενον. Οὕτω τὸ σκεῦος εὐπρεπῶς τε καὶ καθαρῶς ἔχον ἕτοιμον ἦν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θείου δηλαδὴ μύρου. Διὰ τοῦτο καὶ ὅσον οὔπω τοῖς καλοῖς ἔργοις καὶ ἡ καλῶς ἔχουσα πίστις ἐπηκολούθει καὶ ἡ καθαρὰ τῷ καθαρῷ τῆς εὐσεβείας προσῄει φωτί. Πρόφασις δὲ τοῦ πράγματος.

Γ'. Ἧκεν εἰς χεῖρας αὐτῇ Παύλου τοῦ θείου κήρυκος ἡ θεία τῶν Ἐπιστολῶν βίβλος, καὶ τῇ διανοίᾳ τῶν λόγων ἐρείσασα τὴν ψυχὴν καὶ γνοῦσα ὅτι εἷς Θεός ἐστιν ἀληθὴς, ὁ τὸ πᾶν τοῦτο πεποιηκὼς, περι-

λάμπεται μὲν αὐτίκα τὸν νοῦν, ἅτε καὶ ἐκ πολλοῦ A τοῦτον καθηραμένη, κατὰ ψυχὴν δὲ τό γε νῦν ἔχον τῷ Χριστῷ πιστεύσασα ἐν τῷ φανερῷ τὴν τῶν τεκόντων λύσσαν ὑποβλέπουσα ἦν. Ἐπεὶ δὲ καὶ βασιλέως ἐφοίτα πρόσταγμα ἔξω τειχῶν τοὺς Χριστιανοὺς ἐξωθοῦν, καὶ ὁ ἔπαρχος ἤδη ἔργου ἥπτετο, αὕτη, γλιχομένη κατὰ πολλὴν ἄδειαν Χριστιανῶν τε καὶ τῆς ἐκείνων ἀπολαῦσαι διδασκαλίας, σκήπτεται μὲν τῶν ἐν ἀγροῖς χάριν χαρίτων καὶ τῆς ἐκεῖθεν εὐαερίας ἐκχωρῆσαι τῆς πόλεως καὶ τὴν ψυχὴν μετρίως τῶν τῆς παιδείας φροντίδων ἀνεῖναι· ἐπεὶ δὲ οἱ τεκόντες οὐδὲν ὑποπτεύοντες ἐφῆκαν, ἑτοίμως ἔξεισιν εἰς τὰς κώμας. Χωρίον δέ τι καταλαβοῦσα καὶ μοναχοῖς ἔν γε τούτῳ περιτυχοῦσα πολλοῖς τε καὶ κοσμίοις καὶ λίαν εὐτάκτως ᾄδουσι τῆς ἱερᾶς ἐκείνης B ἀκούει φωνῆς· « Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. Ὁ δὲ Κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησε. » Τοῦτο ἐκείνη ἀκούσασα καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῇ πατρικῇ πλάνῃ βαθείας αἰσχύνης ὑποπλησθεῖσα στενάζει μὲν ἐκ καρδίας περιπαθές τι καὶ βύθιον.

Δ'. Στραφεῖσα δὲ πρὸς τοὺς ἑπομένους εὐνούχους, ὧν ὁ μὲν Πρωτέας, ὁ δὲ Ὑάκινθος ἐκαλεῖτο, λόγων δὲ οὗτοι σοφῶν καὶ φιλοσοφίας ἐπήκοοι, Οἶδα μὲν ὑμᾶς, ἔφη, καὶ παιδείας ἀπολαύσαντας ἱκανῶς καὶ δόγμασι περιτυχόντας σοφῶν ὅσα τε Σωκράτης καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων καὶ ἡ περιώνυμος ἐξῆλθε στοά, ἥ τε τῶν Ἐπικουρείων δόξα παρέδωκεν, ὁμοίως δὲ καὶ ποιητῶν ἄλλων καὶ σοφιστῶν καὶ ὅσοι τὴν τῶν ὄντων αὐχοῦσι γνῶσιν οὐκ ἀμαθῶς C ἔχοντας. Ἴστε γοῦν ὡς ταῦτα πάντα μυθολογία σαφὴς καὶ πιθανότης παρακρούεσθαι τοὺς πολλοὺς δυναμένη. Ἀλλὰ καὶ τῶν μέγα περὶ τὴν γνῶσιν αὐχούντων Ἑλλήνων οἱ μὲν οὐδ' ὅλως εἶπον εἶναι Θεόν, οἱ δὲ πολλοὺς εἶναι μείζονας καὶ ἐλάττονας ἐδοκίμασαν. Οὗτοι γοῦν ἑνὶ τούτῳ πάντες ἐκκρούονται ῥήματι, τῷ « Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. » Ἔστι γὰρ τῆς πολυθεΐας παντελὴς ἀναίρεσις. Τὸ δὲ « Κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησε » τοῦτο δὴ μοναρχίαν ἀκριβῶς ἀντεισάγει καὶ τὸν κοινὸν ἡμῖν Δεσπότην γνώριμον καθιστᾷ. Συνῳδὰ δὲ τούτοις καὶ ἀπόστολος εἰσηγεῖται Παῦλος. Ἐπάγεται γάρ με καὶ τούτου τὰ ῥήματα, ἃ χθὲς καὶ πρώην ἐπῆλθον αὐτή, ἕνα τῶν πάντων εἶναι διασαφοῦντα Θεόν. Οἷς καὶ ἡμεῖς D πειθόμεθα πολὺ τὸ περιφανὲς καὶ ἀξιόπιστον ἔχουσιν, ἅτε ἀπὸ τῶν ἔργων τὰς ἑαυτῶν πίστεις παρεχομένοις.

Ε'. Βουλομένοις οὖν ὑμῖν ἕτοιμος τῆς σωτηρίας ὁ τρόπος καὶ εὐτρεπής. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν οὐχ ὡς δέσποινα ἔτι προσενεχθήσομαι, ἀλλ' ὁμόδουλος ἔσομαί τε καὶ ἀδελφή, ἐπεὶ καὶ κοινὸν Δεσπότην καὶ Πατέρα ἕξομεν τὸν Θεόν. Ἅτε γοῦν ποιμένος ἑνὸς ὄντες καὶ ὡς ἀδελφοὶ τὸ ἓν πνέοντες κοινῇ γνώμῃ πρὸς Χριστιανοὺς ἐλευσόμεθα· ἀκούω γὰρ καὶ Ἑλένῳ τινὶ φροντιστήριον ἐνταυθοῖ γενόμενον, κἀκεῖνον μὲν διὰ μέγεθος ἀρετῆς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀναβῆναι θρόνον,

[1] Psal. xcv, 5.

universum, mente quidem statim illuminatur, ut quæ eam diu ante haberet purgatam, et parata esset ad divinum Spiritum suscipiendum. Cum autem in præsentia mente Christo credidisset, ir aperto parentum suorum celat furorem. Postquam vero venit decretum imperatoris, extra muros expellens Christianos, et præfectus hoc jam aggrediebatur, ipsa desiderans secure frui Christianis et eorum doctrina, fingit quidem, se ut rure recreet, et bona fruatur aeris temperie, excedere e civitate, et ut parum relaxet animum a studiis doctrinæ. Postquam autem nihil suspicati parentes, eam facile dimiserunt, egreditur in vicos. Cum venisset autem in quoddam prædium, et in eo incidisset in multos monachos valde honestos, et numerose canentes, audit sacrosanctam illam vocem : « Omnes dii gentium dæmonia : Dominus autem cœlos fecit [1]. » Hoc cum illa audiisset, et tanquam ob parentum errorem pudore perfusa esset, miserabilem quidem et profundum e corde emittit gemitum.

IV. Conversa vero ad eunuchos, qui eam sequebantur, quorum unus quidem vocabatur Protas, alter autem Hyacinthus (audiverant vero ii quoque philosophiam), Vos quidem scio, inquit, in disciplinis satis esse versatos, et philosophorum percepisse dogmata, quæ Socrates et Aristoteles et Plato, et clara tradit Stoicorum secta, et opinio Epicureorum : similiter autem aliorum quoque sophistarum et poetarum, et quicunque gloriantur se non esse ignaros eorum quæ sunt cognitionis. Sciatis ergo hæc omnia apertas esse fabulas, et nihil aliud, quam probabilitatem, quæ potest multos decipere. Atque Græcorum quidem, qui se de sua valde jactant doctrina, alii nec omnino esse Deum, alii vero multos esse et majores et minores putaverunt. Hi vero omnes uno hoc verbo excluduntur : « Omnes dii gentium dæmonia. » Est enim impietatis hæc perfecta et absoluta deletio. Illud autem, « Dominus autem cœlos fecit, » hoc unum aperte Deum inducit, et communem nostrum Dominum reddit nobis cognitum. His convenientia tradit etiam apostolus Paulus. Inducunt enim me quoque ejus verba, quæ ipsa heri legi et nudius tertius, quæ declarant unum esse Deum universorum. Quibus nos quoque credimus ut quæ sint valde clara et fide digna, et quæ fidem faciant ex ipsis operibus.

V. Vobis ergo, si velitis, promptus est et expeditus modus salutis. Ego autem non me amplius in vos geram tanquam dominam, sed conserva ero et soror. Communem enim Dominum et Patrem habebimus Deum. Ut qui ergo simus unius pastoris, et tanquam fratres unum spirantes, communi sententia veniemus ad Christianos. Audio enim a quodam Heleno hic factum esse monasterium, et illum quidem propter virtutis magni-

tudinem ascendisse gradum episcopalus (1): quemdam autem Theodorum fuisse ejus loco institutum, et præfectum administrationi monasterii: eumque tam præclare suo gregi præfuisse, et ad eam divinam gratiam pervenisse, ut et dæmoniacis et ægrotis, illis quidem vexantem spiritum, his vero morbum facile expellat: quin etiam cæcis oculis desideratum solem præbeat videndum, et iis qui ei subjecti sunt, monachis ita augeat exercitationem, ut nullam prætereant partem diei ac noctis, quæ non consumatur in perpetuis precibus et canticis. Horum monasterium nullis licet feminis ingredi; neque fas est eos ab ulla aspici muliere. Sed vos mei capitis comam tondete, et hos crines auferte, et virili me veste induite, et noctu ad eos ducite, vobis quidem me prope currum sequentibus, reliquis autem famulis simul præcedentibus et sequentibus, ut quando fuerimus in ipso loco, ejus quod factum est, nullum sensum omnino præbeamus. De cætero vobis curæ sit, ut cum portas ingressi fuerimus, salutem, ut par est, adipiscamur.

VI. Placuerunt eunuchis, quæ dicta sunt, et ea studuerunt ad effectum deducere. Porro autem felix quoque signum consequuntur. Nondum enim pervenerant, ut ingrederentur monasterium, et magnus inter episcopos Helenus venit ex Heliopoli, cum multitudine virorum, hæc veluti signo dato canentium: « Via justorum directa est, via sanctorum parata est [a]. » Hoc et iis qui erant circa Eugeniam, auxit fidem, et effecit, ut illa mirandum in modum lætaretur. Tanquam certe nacta occasionem, eos qui circa se erant, magis accendit ad pietatem: et multa alia dicens, quæ ad tempus pertinebant, locoque conveniebant: et quod non forte fortuna, sed divina quadam providentia hæc audivisset, et ea quæ prius canebantur divini Davidis: sed illa quidem esse, quæ eam inducant ad pietatem: quæ autem nunc canuntur, quæ adhortentur ad viam virtutis. Hæc cum dixisset, et iis qui psallebant, se et suos admiscuisset, cum illis viam perfecit: quo quidem tempore et multa alia admirabilia audivit turbas de Heleno narrantes, ut ostenderent quantus esset in miraculis, et quam cum is sæpe opus habuisset igne, visus sit ardentes carbones ferre in vestibus, illis nihil ex igne læsis: præterea autem et quæcunque alia assidue faciebat miracula, cujusmodi est hoc quoque dignum quod narretur, et mandetur memoriæ.

VII. Aiunt quemdam magum qui vocabatur Zareas, cum maleficæ artis summum attigisset fastigium, in illis locis esse versatum ad multorum exitium, magna et varia fraude utentem: quem inter cætera dicunt ausum esse aliquid ejusmodi

A Θεόδωρον δέ τινα εἰς τὸν ἐκείνου κλῆρον ἐγκατασταθῆναι καὶ τῆς μάνδρας ἐγχειρισθῆναι τὴν προστασίαν, ὃν οὕτω δὴ φιλαρέτως τοῦ ποιμνίου προστῆναι εἰς τοῦτό τε προβῆναι θείκῆς χάριτος ὡς καὶ δαιμονῶσι καὶ ἀσθενοῦσι τοῖς μὲν τὸ ἐνοχλοῦν πνεῦμα, τοῖς δὲ τὴν νόσον εὐχερῶς ἀπελαύνειν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τυφλοῖς ὄμμασι τὸν ποθούμενον ἥλιον παρέχειν ὁρᾷν, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν δὲ μοναχοῖς οὕτω τὴν ἄσκησιν ἐπιτείνειν ὡς μικροῦ μηδὲν αὐτοῦ; ἀπολείπειν μέρος ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὃ μὴ εὐχαῖς καὶ ᾠδαῖς ἀπαύστοις ἀναλωθείη. Τούτων οὐδέποτε γυναιξὶ βάσιμος ἡ μονὴ, οὔτε ὀφθῆναι γυναῖκα θεμιτὸν ἐκείνοις. Ὑμεῖς δὲ ἀλλὰ τὴν κόμην γοῦν τῆς κεφαλῆς ἀποκείρατε τῆς ἐμῆς, καὶ πλοκάμους δὴ περιέλετε τούτους, ἔπειτα καὶ ἀνδρικὴν μοι περιθέντες στολὴν, B νυκτὸς ἀγάγετε παρ' αὐτοὺς, ὑμῶν μὲν πλησίον τοῦ ὀχήματος παρεπομένων, τῶν δὲ λοιπῶν παίδων παραγόντων ὁμοῦ καὶ ἐφεπομένων ἵν', ὅταν καὶ πρὸς αὐτῷ γενώμεθα τῷ τόπῳ αἴσθησιν αὐτοῖς τὸ παράπαν μηδὲ μίαν δῶμεν τοῦ πεπραγμένου. Τὸ λοιπὸν μέλον ὑμῖν ἔστω ὅπως ἔσω τῶν θυρῶν γενόμενοι τῆς σωτηρίας ὡς προσῆκον ἐπιλαβώμεθα.

Ϛ'. Ἤρεσε τοῖς εὐνούχοις τὰ λαληθέντα, καὶ εἰς ἔργον ἔσπευδον ταῦτα προαγαγεῖν. Τυγχάνουσι δὲ καί τινος αἰσίου συμβόλου. Οὔπω γὰρ ἔφθασαν ἐπιβῆναι καλῶς τοῦ φροντιστηρίου, καὶ ὁ μέγας ἐν ἐπισκόποις Ἕλενος ἐξ Ἡλιουπόλεως ἧκε καὶ σύναμα πλήθη ἀνδρῶν ὥσπερ ἐκ συνθήματος ταῦτα ψαλλόντων· « Ἡ ὁδὸς τῶν δικαίων κατηυθύνθη, ἡ ὁδὸς τῶν C ἁγίων ἡτοιμάσθη. » Τοῦτο καὶ τοῖς περὶ τὴν Εὐγενίαν τὴν πίστιν ηὔξησε, κἀκείνην ἡσθῆναι διαφερόντως πεποίηκεν ἀμέλει. Καὶ ὥσπερ καιροῦ δραξαμένη μᾶλλον ἔτι τοὺς περὶ αὐτὴν πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἀνεθέρμηνεν· ἄλλα τε πολλὰ καὶ τῷ καιρῷ καὶ τῷ τόπῳ συντείνοντα φθεγξαμένη· καὶ οὐ κατά τινα συντυχίαν, ἀλλ' ἐκ θείας προνοίας καὶ ταῦτα, καὶ τὰ τοῦ Δαυῒδ πρότερον ἀκοῦσαι ψαλλόμενα· ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν εἶναι πρὸς εὐσέβειαν ἐνάγοντα ταύτην, τὰ δὲ νῦν ὑπᾳδόμενα πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς τρίβον παρακαλοῦντα. Ταῦτα εἰποῦσα, καὶ τοῖς ψάλλουσιν αὐτήν τε καὶ τοὺς περὶ αὐτὴν μίξασα τὴν ὁδὸν ἥνυε σὺν ἐκείνοις. Ὅτε δὴ καὶ τῶν ὄχλων ἄλλα τε θαυμαστὰ περὶ τοῦ Ἑλένου διεξιόντων ἤκουσεν· ὅσος ἦν τοῖς θαύμασιν ὁ ἀνὴρ, καὶ ὅτι, πυρὸς αὐτῷ πολλάκις δεήσαν, D ἄνθρακας ἐπὶ τῶν ἱματίων ἑωρᾶτο κομίζων, οὐδὲν ἐκείνων ἀπὸ τοῦ πυρὸς βλαπτομένων. Πρὸς τούτοις καὶ ἄλλα ὅσα θαυματουργῶν αὐτὸς διετέλει ὁποῖον δὴ καὶ τοῦτο λόγου καὶ μνήμης ἄξιον.

Ζ'. Φασί τινα μάγον Ζαρέαν καλούμενον αὐτὸ τῆς κακοτεχνίας φθάσαντα τὸ ἀκρότατον, τοῖς ἐκεῖ τόποις ἐπὶ λύμῃ πολλῶν ἐπιχωριάσαι δεινῇ τῇ ἀπάτῃ καὶ πολλῇ χρώμενον, ὃν μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοιοῦτόν τι τολμῆσαι θεομισέστατον φήμῃ τινὶ σπουδάσαι περι-

[a] Isa. XXVI, 7.

(1) Heliopolis scilicet. — In monasterio Heleni monachi, quos Essenos vocat Philo, perpetuis vacabant precibus et canticis.

λαβεῖν τοὺς ἐπιχωρίους ὡς αὐτὸς μὲν εἴη ἀπεσταλμένος ὑπὸ Χριστοῦ εὐεργέτης ἀνθρώπων καὶ διδάσκαλος ἀγαθὸς, ψευδὴς δὲ Ἕλενος μάτην ἑαυτῷ τὸ διδασκαλικὸν ἀξίωμα περιάπτων. Ἐνόμιζε γὰρ ὡς εἰ τὸν ποιμένα τῷ ποιμνίῳ ἐκπολεμώσοι, τοῦ λοιποῦ ῥᾳδίως αὐτοῖς ὥσπερ ἀφυλάκτοις ἐπελθὼν θρέμμασι, θήραμα οὐκ εὐκαταφρόνητον τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ διαβόλῳ προσενεγκεῖν. Ταῦτα λέγων ἐκεῖνος καὶ πιθανὸς ἦν ἐκ κακουργίας. Ἴστε γὰρ ὅπως ἀνυσιμώτατον ἡ κακία καὶ τοὺς πολλοὺς ἑλκύσαι πάνυ ῥᾳδία· ὥστε καὶ τῷ Ἑλένῳ τὸν ὄχλον προσελθόντας εἰπεῖν ἢ κοινὸν καὶ αὐτὸν κοινωνὸν τῆς διδασκαλίας λαβεῖν, ἢ γοῦν πρὸς διάλογον ἁμιλληθῆναι, ἵνα τῷ νικῶντι καὶ αὐτοὶ πρόσθοιντο. Ἄσμενος οὖν ὁ Ἕλενος τὴν τῆς ἁμίλλης καταδέχεται πεῖραν· ἐθάῤῥει γὰρ τῷ Χριστῷ. Τὸ δὲ κοινωνὸν Ζαρέαν παραλαβεῖν ἄνθρωπον τερατείαις δαιμόνων ἐπικαυχώμενον, τοῦτο καὶ ἀκοῇ μόνῃ λαβεῖν ἀπευκτὸν ἡγεῖτο. Ὡς οὖν καὶ ἡ κυρία παρῆν, πρὸς τοὺς λόγους ἐχώρει καὶ τὴν διάλεξιν. Καὶ ἰσχυρῶς μὲν πρῶτα ἐπετίθετο καὶ πυκνοῖς ἅμα τὸν μάγον ἔβαλλε τοῖς ἐλέγχοις· ἐπεὶ δὲ ἑώρα τῇ αὐθαδείᾳ ὡς ὅπλῳ χρώμενον, καὶ τὸ νικᾷν οὐκ ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀναιδείας μᾶλλον ἑαυτῷ περιθέσθαι φιλονεικοῦντα, ἔργῳ τὴν κρίσιν ἐπέτρεπε, καὶ πῦρ πολὺ κατὰ μέσον τῆς πόλεως ἀναφθῆναι κελεύει, ἐπιβῆναι δὲ τῆς φλογὸς ἀμφοτέρους, καὶ ὃς ἂν αὐτῶν ἀπαθὴς μεῖναι καὶ τοῦ πυρὸς ἰσχυρότερος, τοῦτον εἶναι σαφῶς τὸν καὶ ὑπὸ Χριστοῦ πεμφθέντα καὶ τὸν ἐκείνου κλῆρον διδάσκειν ἄξιον.

Η'. Ὡς οὖν ὁ λόγος ἔργου εἴχετο, καὶ ἡ φλὸξ ἤδη πρὸς ὕψος ἤρετο, δειλίᾳ εὐθὺς ὁ Ζαρέας συνείχετο, καὶ τὸν Ἕλενον ἐπιβῆναι πρῶτον διεκελεύετο, τοῦτο καθ' ἑαυτὸν, ὡς ἔοικε, διανοηθεὶς, ὡς εἰ μὴ θαῤῥήσας Ἕλενος αἰσχύνην ὀφλήσοι, ἢ γοῦν κατατολμήσας ἀποῤῥήξειε τὴν ψυχὴν, καὶ οὕτως ἂν ῥᾷον τὸ κρατεῖν περιγένοιτο, ἀνταγωνιστὴν ἀποβαλόντι μάλα στεῤῥὸν, καὶ παρὰ τοῦτο πάντας ὑφ' ἑαυτὸν ἑλκύσαι δυνατὸς γένηται. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν πεῖραν ὁ θεῖος ἀνὴρ ὑποστῆναι πρῶτος διωμολόγησε, καὶ προσευξάμενος ἐπέβαινε τῆς πυρᾶς· τὴν δὲ οὐκ ἐλάνθανεν ὅστις εἴη καὶ οὐδὲ τριχὸς ἐκείνου ψαύειν ἐτόλμα· τότε δὴ τὸν μάγον φόβου καὶ δειλίας ὑποπλησθέντα μάλιστα μὲν ἐκποδὼν γενέσθαι καὶ διαδρᾶναι τὴν πεῖραν φανερὸν καταστῆναι ἢ τὴν Ἅδου κυνῆν ὑπελθόντα λαθεῖν, ὑπὸ δὲ τοῦ πλήθους καὶ ἄκοντα συνωθούμενον ἀναγκαίως τὴν κάμινον εἰσελθεῖν· ἥτις αὐτὸν θᾶττον οὕτω περιελάμβανεν ἤδη καὶ κατεβόσκετο ὡς οὐδὲ μίαν ὕλην ἑτέραν καυθῆναι ῥᾳδίαν· καὶ εἴγε μὴ φθάσας ὁ μέγας Ἕλενος οἰκτείρων ὥσπερ τῆς συμφορᾶς τὸν ἄθλιον ἡμίφλεκτον εὐθὺς γενόμενον τοῦ πυρὸς ἀνεσώσατο, κἂν εἰς τέλος αὐτῇ μαγείᾳ καὶ τοῖς σοφίσμασι διεφθάρη, καλῶς οὕτω τοῦ πυρὸς τὴν ἀπάτην σὺν ἀληθείᾳ κολάσαντος. Ταῦτα ἐκείνων λεγόντων ἡ μακαρία παντοία ὑπὸ περιχαρείας ἐγίνετο, ἥδετο, ἐξεπλήττετο, τῶν ἀπαγγελλόντων ἐδέετο προσαχθῆναί τε δι' αὐτῶν καὶ συστῆναι τῷ ἐπισκόπῳ αὐτήν τε καὶ οὓς ἐπάγεται ἀδελφοὺς, καὶ οὕτως ὑπὸ τῇ μονῇ τῇδε ζῆσαι κοινῇ συνδιάγοντας. Οὕτω

A Deo maxime invisum, nempe famam sparsisse inter eos, qui illic habitabant, quod ipse quidem esset a Christo missus benefactor hominum et doctor bonus, mendax autem Helenus, auctoritatem docendi sibi falso tribuens. Existimabat enim, quod si pastorem adversus gregem ad bellum concitaret, eos deinceps, tanquam oves quæ non sunt custoditæ, aggrediens, non contemnendam prædam præberet patri suo diabolo. Hæc ille dicens, fidem faciebat sua improbitate. Scitis enim, quam sit malitia efficax et quam facile multos attrahat: adeo, ut ad Helenum turba accedens, et dixerit, ut vel ipsum doctrinæ assumeret socium, aut certe inter se disputarent, ut ipsi ei qui vinceret, accederent. Libens itaque Helenus adit B periculum cum eo disputandi. Confidebat enim in Christo. Zaream autem assumere socium, hominem qui gloriabatur dæmonum præstigiis, hoc existimabat vel solo esse auditu abominandum. Postquam ergo dies affuit præfinitus, accessit ad disputationem. Et primum quidem eum acriter est adortus, et crebris magum invasit argumentis. Postquam autem vidit eum uti arrogantia et insolentia, tanquam armis, et contendere sibi parare victoriam, non ex veritate, sed ex impudentia, permisit facto judicium; et jubet magnum ignem accendi in media civitate, ambos autem flammam ingredi, et qui eorum maneret illæsus et igne fortior, eum esse aperte, qui a Christo est C missus, et dignum esse, qui doceat illius clerum.

VIII. Postquam vero verba ad rem sunt deducta, et flamma jam fuit in altum sublata, metus quidem statim invasit Zaream, et jubebat primum ingredi Helenum, hoc apud se, ut videtur, cogitans quod vel non audens, dedecore Helenus afficietur, aut si ausus fuerit, emittet animam, et sic facile fuerit ei vincere, cum fortem amiserit adversarium, et sic omnes poterit ad se trahere. Postquam autem vir ille divinus professus est se primum subiturum periculum, et cum precatus esset, rogum est ingressus; illum vero non latuit, quisnam esset, et nec illius quidem pilum ausus est tangere; tunc aiunt magum illum metu et terrore repletum, recessisse quidem, et aperte D ostendisse se vitare periculum, aut Plutonis paleam subeuntem latuisse: a multitudine autem protrusum, fornacem vel invitum intrasse. Quæ eum æque facile jam comprehendebat et depascebat, atque quamvis aliam aptam ad urendum materiam: et nisi magnus Helenus miseri calamitatis misertus, eum, cum jam esset semiustus, servasset, ipsa magia et callidis suis inventis omnino periisset, sic pulchre igne fraudem puniente cum veritate. Hæc illis dicentibus, beata illa præ gaudio varie afficiebatur, lætabatur, admirabatur, eos qui narrabant, rogabat ut per ipsos adduceretur, et episcopo commendaretur ipsa et fratres quos adducit, et sic in hoc monasterio communiter viverent. Ita obnixe rogans, persuadet cuiquam ex

quod gerebatur, nihil eorum, quæ pone fiebant, sentientes, quoniam eos sequebatur animal, et maxime Deo huic rei providentia sua opem ferente, ita recta iverunt Alexandriam. Postquam autem jam fuerunt prope civitatem, qui resciverunt quidem e domo exierunt, cum maximo gaudio suscepturi Eugeniam, anteambulonum videntes multitudinem, et alium deinceps conventum puerorum. Cum vero jam prope essent, et alacri animo ad vehiculum accurrissent, et cathedram quidem vidissent vacuam, nusquam autem Eugeniam, re inopinata et quam nunquam sperassent, obstupefacti, ad lacrymas et luctum de cætero sunt conversi, et communiter commune bonum deflebant : Quid factum est? Quid actum est? Quodnam malum inexpugnabile nobis accidit? dicentes. Deinde nomine vocabant Eugeniam, vultum ferientes manibus, plangentes, et plane temulenti dolore. Sed hæc quidem foris faciebant amici et noti, et quibus nulla cum ea intercedebat conjunctio sanguinis. Eorum autem, qui intus erant, quis satis tragice descripserit calamitatem? Parentes enim propemodum venerunt ad laqueum, et propemodum se ense confixerunt, quid non loquentes miserabile? quid non facientes dignum lacrymis? Genas lacerabant, pulverem capiti infundebant, se humi turpiter prosternebant, acerbe exclamabant, parentes filiam, fratres germanam, servi dominam; nullus invulneratus, nullus liber ab animi perturbatione : tam vehemens invaserat domum absque igne incendium.

XIII. Sed postquam inutiles viderunt esse lacrymas, conversi sunt ad quærendam charissimam. Interrogabant mercatores, percunctabantur agricolas, prædiorum habitatores, et viarum custodes : sciscitabantur vates ventriloquos, et omnia dæmonum oracula, et ea placabant et colebant sacrificiis. Cum autem non inveniretur ea quæ quærebatur, parentibus unum excogitant, qui ejus quod est grave, videbantur quærere solatium. Fingunt quamdam fabulam, nihil dissimilem iis quæ canuntur apud Græcos : quod, cum dii capti essent amore Eugeniæ, eam in cœlum rapuerunt. Quod quidem patri, ut cujus aures talibus assuevissent, gratum erat et acceptum, et filiam insignibus afficiebat honoribus. Quamobrem auream ei erexit statuam, et tanquam novæ deæ cœpit sacrificare. Mater autem et fratres Avitas et Sergius non ita se habebant, sed iis quæ dicebantur, dubitantes credere, valde lugebant. Atque Eugeniæ quidem fuga, et quemadmodum non solum parentes, sed eos etiam qui ei bene volebant, affecerit, ita habet.

XIV. Eugenia autem in divinis Scripturis versabatur et meditabatur assidue, et parandæ virtutis magnam curam gerebat. Quo factum est, ut cum non plusquam duos annos transegisset in monasterio, omnes vinceret : mulier, inquam, viros. Quare res communis est virtus, et sexus nullum affert impedimentum ei qui se recte velit

A γενομένων αἰσθόμενοι, ἐπεὶ καὶ τὸ ζῶον ἀκολουθοῦν εἶχον, ἄλλως τε δὲ καὶ τοῦ Θεοῦ συλλαμβανομένου τῇ περὶ τοῦτο οἰκονομίᾳ, εὐθὺ τῆς Ἀλεξανδρείας ὡς εἶχον ᾔεσαν. Ἐπεὶ δὲ ἤδη τῇ πόλει προσέσχον, οἱ μὲν τῆς οἰκίας γνόντες ἐξῄεσαν μεθ' ὅσης ἂν εἴποις τῆς ἡδονῆς, Εὐγενίαν δῆθεν ἀποληψόμενοι, τῶν τε προπομπῶν τὸ πλῆθος ὁρῶντες καὶ τὴν ἄλλην τῶν παίδων ἐφεξῆς συνοδίαν. Ὡς δὲ καὶ πλησίον γενόμενοι πάντες ἐκθύμως προσέδραμον τῷ ὀχήματι καὶ τὴν μὲν καθέδραν κενὴν οὕτως ἑώρων, τὴν Εὐγενίαν δὲ οὐδαμοῦ, στεῤῥῶς τῷ ἀδοκήτῳ πληγέντες εἰς δάκρυα τὸ λοιπὸν ἐχώρουν καὶ οἰμωγὰς, καὶ κοινῇ τὸ κοινὸν ἀγαθὸν ἐδάκρυον, Τί γέγονε; τί πέπρακται; τί τὸ συμβὰν ἡμῖν ἄμαχον κακόν; λέγοντες. Εἶτα πρὸς ὄνομα τὴν Εὐγενίαν ἀνεκαλοῦντο, ὄψιν χερσὶ
B παίοντες, χεῖρας ἀλλήλαις πατάσσοντες, περιφανῶς τῷ πάθει μεθύοντες. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῶν ἔξω φημὶ φίλων καὶ γνωρίμων καὶ μηδὲν κοινὸν ἐχόντων ἐξ αἵματος· τῶν δὲ ἔνδον δὲ τίς ἂν ἐκτραγῳδοίη τὴν συμφοράν; Οἱ γὰρ τεκόντες μικροῦ καὶ ἐπὶ βρόχον ἦλθον, μικροῦ καὶ ξίφος καθ' ἑαυτῶν ἐπεσπάσαντο, τί μὴ φωνοῦντες ἐλεεινόν; τί μὴ δρῶντες δακρύων ἄξιον; Ἔξαινον παρειὰς, κόνιν τῆς κεφαλῆς κατέχεον, αἰσχρῶς ἑαυτοὺς τῇ γῇ κατέβαλλον, ἐπεβοῶντο πικρῶς, οἱ πατέρες τὴν θυγατέρα, οἱ ἀδελφοὶ τὴν γνησίαν, οἱ δοῦλοι τὴν δέσποιναν· οὐδεὶς ἄτρωτος, οὐδεὶς τοῦ πάθους ἐλεύθερος, ἀλλ' οὕτω κομιδῇ κατειλήφει τὸν οἶκον χωρὶς πυρὸς ἐμπρησμός.

animi perturbatione : tam vehemens invaserat

C ΙΓ'. Ἐπεὶ δὲ ἄπρακτον τὸ δάκρυον ἑώρων, ἐπὶ τὴν ζήτησιν τῆς φιλτάτης ἦλθον. Ἠρωτῶντο οἱ ἔμποροι, περιειργάζοντο γεωργοὶ, χωρίων οἰκήτορες, ὁδῶν φύλακες, ἐπηρωτῶντο μάντεις, ἐγγαστρίμυθοι, πάντα τὰ τῶν δαιμόνων ἠρευνῶντο μαντεῖα, καὶ θυσίαις ἐθεραπεύοντο. Ὡς δὲ οὐκ ἦν τῆς ζητουμένης ἡ εὕρεσις, ἕν τοῖς πατράσιν ἐπινοοῦσιν οἵ γε παρηγορεῖν δοκοῦντες τοῦ δεινοῦ παραμύθιον· μῦθόν τινα πλάττουσι, τοῖς ᾀδομένοις παρ' Ἕλλησιν οὐδὲν ἀνόμοιον, ὅτιπερ Εὐγενίας οἱ θεοὶ ἔρωτα σχόντες εἰς οὐρανοὺς αὐτὴν ἀνηρπάσαντο. Ὅπερ τῷ πατρὶ ἅτε πολλοῖς τοιούτοις ἐνειθισμένῳ τὴν ἀκοὴν εὐπαράδεκτον ἦν, τιμαῖς τε τὴν θυγατέρα διαφερόντως ἐτίμα καὶ ἄγαλμα ταύτῃ χρυσοῦν ἀνεστήσατο καὶ ὡς καινῇ θεᾷ θύειν ἤρξατο. Ἡ μήτηρ δὲ καὶ οἱ ἀδελφοὶ Ἀβί-
D τας τε καὶ Σέργιος οὐχ εἶχον ὁμοίως, ἀλλὰ πιστεύειν οὕτω τοῖς λεγομένοις ὀκνήσαντες ἰσχυρῶς ἐπένθουν. Πλὴν ἀλλὰ τὰ μετὰ τὴν φυγὴν Εὐγενίας, καὶ ὅπως οὐ γονέων μόνον αὐτῇ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πρὸς αὐτὴν φιλίως διακειμένων καθίκετο, οὕτως ἔχει.

ΙΔ'. Τῇ Εὐγενίᾳ δὲ πολλὴ μὲν ἡ περὶ τὴν μελέτην τῶν θείων Γραφῶν προσεδρία, πολλὴ δὲ ἡ περὶ τὴν κτῆσιν τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλεια, παρ' ὃ καὶ μὴ πλεῖον ἢ δύο ἔτη τῇ μονῇ συνδιενεγκοῦσα τῶν πάντων ἐκράτει, γυνή φημι τῶν ἀνδρῶν. Ὥστε κοινὸν ἡ ἀρετὴ καὶ οὐδὲν ἀπὸ τοῦ γένους κώλυμα τῷ κατορθοῦν βουλομένῳ. Ἡ οὖν Εὐγενία κατ' ἀρετὴν πρωτεύουσα,

ἴδιον δὲ μάλιστα ταύτης τὸ ἐπιεικές τε μέτριον καὶ τὸ πρώτην οὖσαν ἐν τοῖς καλοῖς οὐδὲν ἧττον καὶ πρώτην εἶναι τῷ μετρίῳ δηλαδὴ τοῦ φρονήματος. Εὐγενίας καὶ ταῦτα γνωρίσματα, τὸ πρώτην ταύτην πάντων ἐν ταῖς συνάξεσιν ἀπαντῶσαν, ἐσχάτην αὖθις τῶν ἄλλων ἀναχωρεῖν· πρὸς δὲ καὶ τῷ λυπουμένῳ παντὶ συμπάσχειν, συγχαίρειν δὲ γνησίως καὶ τοῖς εὖ πάσχουσιν· ὅπερ ἄρα καὶ πρὸς τὸ κατορθοῦν δυσχερέστερον διὰ τὰς ἐκ τοῦ φθόνου κακοηθείας· τὸ λόγον ἔχειν παντὸς ὀργιζομένου στορέσαι καρδίαν ἀνυσιμώτατον, ὥστε τὸν ἴσα καὶ θηρσὶν ἀγριαίνοντα προβάτῳ δεῖξαι τὴν ἡμερότητα παραπλήσιον. Τὸ τελευταῖον πάντων τοῦτο καὶ πρῶτον ἀτεχνῶς περιεκτικώτερον ἡ πρὸς πάντας ἀψευδὴς ἀγάπη καὶ μὴ μέχρι χειλέων ἱστῶσα τὸ φίλτρον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ μέσης ψυχῆς συνάπτουσα.

A gerere. Eugenia ergo primas partes gerebat in virtute, ejus autem maxime erat propria modestia et moderatio : et quod cum prima esset in rebus honestis, nihilo secius esset etiam prima in eo, quod essent ejus moderati spiritus. Eugeniæ hæc quoque erant signa, quibus cognoscebatur, quod cum prima omnium veniret ad synaxes, rursus ultima omnium recederet; præterea vero misereretur etiam cujuslibet, qui aliqua afficiebatur molestia : vere autem et sincere gauderet cum iis quibus erant res secundæ, quod quidem est factu difficilius propter malignitatem, quæ oritur ex invidia : quod haberet sermonem, ad cujusvis irascentis cor sedandum, longe efficacissimum, adeo ut qui non secus ac feræ efferabatur, ejus B ovi similem redderet mansuetudinem. Postremum hoc erat, et primum, et omnium revera capacissimum, non ficta in omnes charitas, et quæ non amorem ad labra usque sistebat, sed etiam a media anima emanabat.

ΙΕ'. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ χάρις αὐτῇ τῶν ἰαμάτων ἐπιφοιτᾷ μεθ' ὅσης τῆς ἀφθονίας, καὶ διὰ τοῦτο ὅσοις ἂν καὶ κατ' ἐπίσκεψιν νόσου παραβεβλήκοι, οὐκ ἐκ τοῦ λέγειν μόνον αὐτοῖς ἐδίδου τὰς παρακλήσεις, ἀλλὰ καὶ τοῦ λυποῦντος ἠφίει νοσήματος. Μιμοῦνται δὲ αὐτὴν ὅσα πρὸς δύναμιν Πρωτᾶς καὶ Ὑάκινθος, οὓς καὶ ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν. Οὕτως Εὐγενίας βιούσης ὁ τῆς μονῆς προεστὼς μετὰ τρίτον ἔτος ἀπολείπει τὸν βίον. Ἐκάλει δὲ αὐτὴν ἡ κοινὴ τῶν ἀδελφῶν ψῆφος εἰς προστασίαν ὡς ἀνδρὶ προσέχοντες, καὶ τὸ μὲν περιὸν τῆς ἀρετῆς εἰδότες, ἀγνοοῦντες δὲ τὸ παρ' αὐτῇ κρυπτόμενον. Λαμβάνει γοῦν φόβος ἐκείνην καὶ ἀπορία· οὔτε γὰρ γυναῖκα οὖσαν προεστάναι ἀνδρῶν ἐδικαίου, καὶ τὸ παριδεῖν C ἀδελφότητα κοινῶς ἀξιοῦσαν ἰσχυρογνώμονος εἶναι καὶ ἀπειθοῦς ἔκρινεν. Ἔδοξεν οὖν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου τί ποιητέον μαθεῖν, Θεῷ τὸ ἄδηλον ἐπιτρέψαντας. Ἐπεὶ δὲ ἀνεπτύσσετο, ἡ Δεσποτικὴ αὕτη θαυμασίως ὑπηχεῖτο φωνή· « Εἴ τις θέλει ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω πάντων ἔσχατος καὶ πάντων διάκονος. » Τούτου ῥηθέντος τὴν μὲν προστασίαν ὑπέρχεται, καὶ μὴ βουλομένη, τῆς διακονίας δὲ ὅλη καὶ οὕτως ἐχοῦσα γίνεται, τί μὴ ποιοῦσα τῶν εὐτελῶν καὶ ὑπ' αὐτῶν ὅλως τῶν μικρῶν ἀπαξιουμένων; ὕδωρ ἐξαντλοῦσα τοῦ φρέατος, οἰκίαν σαίρουσα, ξύλα διακλῶσα χερσὶ, καὶ τἄλλα πάντα ὅσα μᾶλλον τῶν ἐλαχίστων ἐστὶ κατὰ σπουδὴν πράττουσα· ὥστε καὶ θυρωρὸς εἶναι διὰ τὸ πρὸς τὴν ἐντολὴν εὐπειθέστατον ἡδέως ἀνέχεσθαι.

XV. Non multum intercessit temporis, et ad eam accessit gratia curationum cum maxima copia. Et ideo ad quoscunque accedebat morbi visendi gratia, non solum eos verbis consolabatur, sed etiam liberabat a morbo, qui eos cruciabat. Eam autem imitantur pro viribus Protas et Hyacinthus, de quibus antea diximus. Cum sic viveret Eugenia, præfectus monasterii tertio post anno excedit e vivis; ipsam vero vocabat ad præfecturam fratrum commune suffragium. Eam enim pro viro habebant et virtutem quidem videbant, quæ inerat, ignorabant autem id, quod apud eam latebat. Illam itaque metus invadit et dubitatio. Neque enim æquum censebat, ut quæ esset femina, viris præesset, et communiter vocantem despicere fraternitatem, judicabat esse pervicacis et obstinati animi. Visum est ergo ex Evangelio discere, quid agendum, Deo permittente id quod erat incertum et obscurum. Postquam autem fuit explicatum, admirabiliter hæc vox Domini resonabat : « Si quis vult inter vos esse primus, sit omnium ultimus, et omnium minister [1]. » Hoc dicto, præfecturam quidem subit vel invita : se autem sic etiam dat totam ad ministrandum, quid non faciens indignum, et quæ etiam, qui sunt viles et abjecti, facere dedignantur? aquam e puteo effodiens, domum verrens, manibus ligna frangens, et alia omnia, quæ sunt minima, diligenter faciens : adeo ut etiam esse janitorem libenter sustineret, propterea quod præcepto pareret libentissime.

ΙϚ'. Οὕτω τὸ μέτριον διαφερόντως ἀσκήσασα, καὶ οὕτω κἂν τῇ προστασίᾳ πάλιν περιφανῶς διαλάμψασα εἴχετο καὶ ἔτι τῆς πρὸς Θεὸν φερούσης. Ὅσων μὲν οὖν θαυμάτων αὐτουργὸς γέγονεν ἑτέρου δεῖσθαι καιροῦ σχολῆς τε ἰδίας τοῦ πράγματος δεομένου καὶ ἄλλως φεύγοντος τοῦ λόγου τὸ μῆκος διὰ τὸν κόρον· ὃ δὲ καὶ λίαν ἀναγκαῖον εἰπεῖν καὶ ὃ μαρτυρίου τέλος

D XVI. Cum sic ergo insigniter exercuisset moderationem, et in præfectura rursus resplenduisset, insistebat etiam in via, quæ ducit ad Deum, « ad anteriora quidem, ut divinus dicit Paulus [2], se extendens, eorum autem, quæ retro erant, obliviscens propter promptam et alacrem operationem (2). » Atque quam multa quidem fe-

[1] Matth. xx, 26. [2] Philipp. iii, 13.

(2) Verba hæc, *ad anteriora quidem.... alacrem operationem*, desunt in manuscripto nostro. Edit.

cerit miracula, narrare est alterius temporis et A operis, quod proprium postulat otium: maxime cum propter satietatem oratio vitet prolixitatem. Quod vero et dictu est facile, et cui consequens est finis martyrii, et habet seriem consequentem iis quæ deinceps sequuntur, hoc jam dicetur. Erat Alexandriæ quædam mulier, nomine Melanthia, quæ facultates quidem habebat multorum talentorum, Dei autem timoris et virtutis erat inops. Ea cum aliquando a diuturno et gravi morbo arrepta esset (erat enim horror, quarto quoque die accedens), ubi fama ad eam pervasit, esse virum quemdam nomine quidem Eugenium, vita autem omnibus admirandum, qui facile solvit morbos difficiles, statim omnibus aliis omissis, maxima B celeritate venit ad monasterium, et vehementer rogat, ut liberetur a plaga, quæ eam premit. Misericordia itaque movetur Eugenia: et cum eam sancto oleo sanctis unxisset manibus, protinus efficit, ut evomat materiam morbi efficientem. Sicque Melanthia pure consecuta sanitatem, valens quidem revertitur: venit autem ad quemdam ex suis agris, qui etiam erat prope monasterium, et non multo post tempore, cum ex pulcro et puro argento tria vasa confecisset, ea mittit ad Eugeniam, monasterii ædi oratoriæ ea dona dedicans pro gratiarum actione. Cum autem munus oblatum non admitteret (dicebat enim non esse monachis utilem, neque convenientem argenti possessionem, sed eam esse vendendam, et pauperibus distribuendam, aut iis qui alioqui opprimuntur pondere debitorum), ipsa cum venisset ad Eugeniam, et quid non dixisset, aut fecisset ad persuadendum, persuadet ut accipiat argentum, et reponat in templo dedicatum.

ἀκολουθεῖ καὶ τὸν εἱρμὸν ἀκόλουθον ἔχει τοῖς ἐφεξῆς, τοῦτο δὴ καὶ λεχθήσεται. Ἦν τις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γυνὴ τοὔνομα Μελανθία πολυτάλαντος μὲν τὴν οὐσίαν, φόβου δὲ θείου καὶ ἀρετῶν ἐνδεῶς ἔχουσα. Αὕτη ποτὲ χρονίῳ νοσήματι καὶ βαρεῖ ληφθεῖσα (ῥῖγος γὰρ ἦν τὸ διὰ τετάρτης ἐπισημαῖνον), ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὴν ἡ φήμη συμπεριέλαβεν ἄνδρα τινὰ εἶναι, τὴν μὲν κλῆσιν Εὐγένιον, τὸν βίον δὲ πᾶσιν ἀξιοθαύμαστον τὰ δυσχερῆ τῶν νοσημάτων εὐχερῶς λύοντα· παραυτίκα τἄλλα πάντα σχολάζειν ἀφεῖσα τῷ μοναστηρίῳ πρὸς τάχος ἐπιφοιτᾷ καὶ θερμῶς αἰτεῖται τῆς πιεζούσης μάστιγος τὴν ἐλευθερίαν. Οἶκτος οὖν λαμβάνει τὴν Εὐγενίαν, καὶ τῷ ἁγίῳ ταύτην ἐλαίῳ ἁγίαις χερσὶ περιχρίσασα, παραχρῆμα τὴν νοσοποιὸν ἐξεμέσαι ὕλην ποιεῖ, καὶ οὕτως ἡ Μελανθία καθαρᾶς τυχοῦσα τῆς ὑγιείας ἐπάνεισι μὲν ἐῤῥωμένη, πρός τινα δὲ τῶν ταύτης ἀγρῶν ὃς καὶ τῇ μονῇ ἐγγειτονῶν ἦν παραγίνεται, καὶ μετ' οὐ πολὺ ἀργυρίου φαιδροῦ τρία σκεύη φιλοκάλως ἀσκήσασα πέμπει τῇ Εὐγενίᾳ, τῷ εὐκτηρίῳ δῆθεν τῆς μονῆς οἴκῳ δῶρα καθοσιοῦσα εὐχαριστήρια. Μὴ προσιεμένης δὲ τὴν προσαγωγὴν (ἔφασκε γὰρ οὐ λυσιτελῆ μοναχοῖς εἶναι οὐδ' οἰκείαν τὴν τοῦ ἀργύρου κτῆσιν, ἀλλὰ πωλεῖν δεῖ καὶ πένησι διανέμειν ἢ χρεῶν ἄλλως βάρει πιεζομένοις), αὐτὴ πρὸς τὴν Εὐγενίαν φοιτήσασα, καὶ τί πρὸς πειθὼ μὴ εἰποῦσα ἢ δράσασα, πείθει λαβεῖν καὶ ἀναθεῖναι τὸν ἄργυρον τῷ ναῷ.

XVII. Fuit autem pietas occasio impietatis, et C verum est id quod olim dictum est, non esse ullam rem alteri tam propinquam quam virtutem vitio: et sæpe aliquis juxta eam vadens, imprudens ingreditur in contrarium. Quod etiam accidit Melanthiæ. Virtutis enim fortasse mediocrem curam gerens, imprudens, quoniam mentem non adhibuit, ad summam deducta fuit improbitatem. Jam enim effecta familiaris, cum ad eam iret assidue, et virum videret specie juvenem, et facie formosum, eam subit amor nequaquam quidem illiberalis: et paulatim demulcebatur ejus et deliniebatur animus, deinde etiam valde accendebatur, ut quæ existimaret Eugeniam ne posse quidem semper esse castam, sed neque morbi propulsa- D tionem divinæ fuisse gratiæ, sed artis potius magicæ, et inimici potentiæ. Hæc quæ cor ejus occupaverant, et vehemens flamma amoris, et gravis incredulitas, persuadent, ut audax facinus aggrediatur, et res tenebrarum libere eloquatur. Res enim gravis est amor et impudentissima. Neque res est ulla adeo aditu difficilis, ad quam se non posse pervenire et eam consequi existimet.

ΙΖ'. Ἦν δὲ ἄρα τῆς ἀσεβείας ὑπόθεσις ἡ εὐσέβεια, καὶ ἀληθὲς τὸ πάλαι ῥηθὲν, ὅτι οὐδὲν ἐγγίζον ἄλλο πρὸς ἕτερον ὡς ἀρετὴ πρὸς κακίαν· καὶ πολλάκις τις παρὰ ταύτην βαδίζων τῆς ἐναντίας λαθὼν εἴσω γέγονεν· ᾧ δὴ καὶ Μελανθία συμπέπτωκεν. Ἀρετῆς γὰρ ἴσως μετρίως φροντίζουσα λέληθε τῷ μὴ προσέχειν τὸν νοῦν εἰς ἄκρον μοχθηρίας παρενεχθεῖσα. Ἤδη γὰρ συνήθης γεγονυῖα καὶ συνεχῶς παρὰ ταύτην ἰοῦσα, ἄνδρα τε ὁρῶσα τῷ φαινομένῳ νεάζοντα καὶ ὄψιν περικαλλῆ, ἔρως αὐτὴν εἰσέρχεται οὐμενοῦν ἀγενὴς, καὶ κατὰ μικρὸν ἐθέλγετο τὴν ψυχήν. Εἶτα καὶ ἰσχυρῶς ἀνεφλέγετο νομίζουσα μηδ' ἂν Εὐγενίαν ἁγνεύειν ποτὲ δύνασθαι, ἀλλὰ μηδὲ τὴν τῆς νόσου φυγὴν θείης γενέσθαι χάριτος· τέχνης δὲ μᾶλλον μαγικῆς καὶ ἀντιθέτου δυνάμεως. Ταῦτα τὴν καρδίαν αὐτῆς ἐπισχόντα φλόξ τε τοῦ ἔρωτος χαλεπὴ καὶ ἀπιστία δεινὴ πείθουσι καὶ αὐτῷ τῷ ἔργῳ ἐπιτολμῆσαι καὶ τὰ τοῦ σκότους παῤῥησιάσασθαι. Δεινὸν γὰρ καὶ ἰταμώτατον ἔρως, καὶ οὐχ οὕτως οὐδὲν τῶν ἀνεφίκτων ὃ μὴ ἐφικτὸν ἐκείνῳ δοκεῖ καὶ ἀνύσιμον.

XVIII. Cum itaque degeret in agris, ut dictum est, vicinis monasterio, et perturbatione animi valde laboret, simulat se corpore esse ægrotam, et incredibili celeritate accersit Eugeniam, non fictum hunc morbum curaturam, sed veri et occulti miserabiliter futuram participem. Postquam autem

ΙΗ'. Διαιτωμένη γοῦν ἐν ἀγροῖς, ὥσπερ εἴρηται, γείτοσι τῆς μονῆς καὶ τὴν ψυχὴν σφόδρα παθαινομένη σώματος ἀσθένειαν ὑποκρίνεται καὶ ἀπίστῳ τάχει μετεκαλεῖτο τὴν Εὐγενίαν, οὐ τὴν προσποίητον νόσον ἰασομένην, ἀλλὰ τῆς ἀψευδοῦς καὶ κρυφίου ἐλεεινῶς κοινωνήσασαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ ποθούμενον

πρόσωπον εἴσω θυρῶν ἦν, ἡ Μελανθία, τὸ πάθος ἔνδον φλεγμαῖνον οὐκ ἐνεγκοῦσα εὐθὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ πονηροὺς προΐησι λόγους, καὶ πρῶτα μὲν πρὸς ἄθεσμον ἠπείγετο μίξιν. Εἰ δὲ μὴ βούλοιο, φησὶν, ἀλλὰ καὶ νόμῳ γάμου λήψομαί σε φανερῶς εἰς ἄνδρα, καὶ πλούτου κύριος ἔσῃ πολλοῦ, χρυσοῦ, ἀργύρου, ἐσθῆτος πολυτελοῦς, ἀγρῶν, κτηνῶν, ἀνδραπόδων, μεθ' ὧν ἕξεις κἀμὲ δούλην ἀντ' ἐλευθέρας καὶ ὁμοτίμου, καὶ τούτων ἀπολαύσεις πάντως αὐτὸς, ἐπεὶ καὶ ἀνδρὸς ἔρημος ἐγὼ καὶ παίδων καὶ συγγενῶν. Εἰς τί γὰρ καὶ ἄνθος σώματος οὕτω καλὸν καὶ ὥρα πάγκαλος ἀσκήσει καὶ πόνοις τηκόμενα διαμεῖναι; Ταῦτα τῆς Μελανθίας θερμῷ καὶ συνεχεῖ πνεύματι διεξιούσης ἡ μακαρία καὶ καθ' ἕκαστον μὲν τῶν λεγομένων ἔστενε καὶ τῆς διαλέξεως σφόδρα τὸ ἐμπαθὲς ἐμυσάττετο. Τέλος δὲ πρὸς τὴν πολλὴν αὐτῆς ἀδολεσχίαν ἰλιγγιάσασα καὶ κηρῷ, τὸ τοῦ λόγου, φραξαμένη τὰ ὦτα, καὶ μηδὲ ἀκούειν ἔτι ἀνεχομένη, Ἐπίσχες, ἐξεβόησε, γύναι, ἐπίσχες, καὶ μακρὰν ταῦτα ἄγε ἀφ' ἡμῶν· αὐτὸν γὰρ ἡμῖν τὸν ἰὸν τοῦ παλαιοῦ δράκοντος ἀποπτύεις· οὐ προησόμεθα τὴν ἁγνείαν, οὐ φθεροῦμεν τὴν παρθενίαν, οὐ, Θεοῦ μῆτερ, ἐφ' ἣν ἐγὼ πέποιθα, καὶ Παρθένε, οὐ ψεύσομαι τὰς ἐμὰς συνθήκας. Εἷς ἡμῖν γάμος, ὁ πρὸς Χριστὸν πόθος, εἷς πλοῦτος, τὰ ἐν οὐρανοῖς ἀγαθὰ, μία κτῆσις, ἡ γνῶσις τῆς ἀληθείας.

ΙΘ'. Τούτων ἡ ἄσεμνος ἀκούσασα Μελανθία, θυμῷ τε ἀποῤῥήτῳ διακαυθεῖσα (βαρὺς γὰρ ὑβρισθεὶς ἔρως καὶ οὐδὲ καθεκτὸς ὅλως), πρὸς τὴν Ἀλεξανδρέων ἐχώρει, λίαν δεινὰ κατὰ Εὐγενίας ὠδίνουσα. Εἶτα καὶ χαλεπὴν αὐτῇ συῤῥάψασα τὴν διαβολὴν, ἐφίσταται τῷ ἐπάρχῳ Φιλίππῳ, μηδὲν εἰδυῖα τῶν κατὰ τὴν Εὐγενίαν, μήθ' ὅτι πατὴρ οὗτος αὐτῆς, μήθ' ὅπως ἐκείνη ἐκ γυναικὸς εἰς ἄνδρα τὸ σχῆμα μεταβεβλήκοι. Τούτῳ τοιγαροῦν ἐπιστᾶσα μέτεισιν ἐξ ἀκολασίας πρὸς τὴν συκοφαντίαν καὶ κατηγορεῖν ἄρχεται λίαν κακοήθως καὶ πονηρῶς, Νεανίας τις, λέγουσα, τὴν μὲν ὄψιν περικαλλὴς, τὸν δὲ τρόπον καὶ λίαν ἐναγὴς, Χριστιανῶν ὑποκριθεὶς εὐλάβειαν εἰσῆλθε πρός με. Μίαν δὲ κἀμὲ τῶν ἀσέμνων νομίσας εἶναι, πρῶτον μὲν ῥήμασιν ἀπατηλοῖς, εἶτα καὶ χερσὶν ὁ πάντολμος πρὸς βίαν ἐχρῆτο, καὶ εἰ γε μὴ γεγωνότερον ἐξεβόησα καὶ στῆναι τὴν θεράπαιναν παρεσκεύασα δρομαίαν, ὡς μία ἂν καὶ αὐτὴ τῶν ἐξηνδραποδισμένων ἐμιαινόμην. Οὕτως ἡ ἀναιδὴς τὸ ἐκείνης μῦσος τῇ καθαρᾷ περιάπτειν ἐτόλμα, καὶ ἅπερ αὐτὴ δράσειε παθεῖν μᾶλλον προσεποιεῖτο. Ταῦτα οὕτω ῥηθέντα ἐξέμηνεν ἰσχυρῶς τὸν ἔπαρχον καὶ δεσμίους ἄγεσθαι παρ' αὐτὸν ἐκέλευεν οὐκ Εὐγενίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας ἅμα τοὺς σὺν αὐτῇ. Τούτους μὲν οὖν κατὰ τὸ κελευσθὲν ἀχθέντας αἱ φρουραὶ ἄλλον ἄλλῃ διεμερίζοντο. Ὠήθη γὰρ ὁ ἔπαρχος μὴ ἄν ποτε τοιαῦτα διαψεύσασθαι Μελανθίαν γυναῖκα οὕτω τε εὐγενῆ καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ περιφανῶς ἔχουσαν, οὐκ εἰδὼς ὅτι πλούτου καὶ περιφανείας ἰσχυρότερον ψυχῆς πάθος. Τοιγαροῦν οἱ δικάζοντες πάντες μικροῦ τῶν ἁγίων ἐρήμην κατεψηφί-

ea quam desiderabat, facies fuit intra fores, Melanthia non ferens animi motum intus æstuantem, statim tanquam ex malo thesauro malos promit sermones. Et primum quidem ad nefarium incitabat coitum, Quod si nolis, inquit, at ego te lege matrimonii palam accipiam in maritum, erisque dominus multi auri, argenti, pretiosæ vestis, agrorum, jumentorum, mancipiorum : pro quibus me quoque habebis ancillam pro libera, et tibi in honore æquali, et his omnibus ipse frueris. Non est enim mihi maritus, nec filii, nec cognati. Quorsum enim tam pulcher flos corporis, et venustissima species, se exercitatione perpetua tabefacit et laboribus? Hæc cum acri et continenti spiritu persequeretur Melanthia, beata suspirabat quidem ad unum quodque eorum quæ dicebantur, et animi perturbatione plenam valde abhorrebat orationem. Tandem autem ad multas ejus nugas caligans, cera, ut dicitur, aures obstruens, et nec amplius quidem audire sustinens : Cohibe linguam, o mulier, exclamavit, cohibe, et sint hæc procul a nobis. Exspuis enim in nos ipsum virus draconis veteris. Non prodemus castitatem, non corrumpemus virginitatem : non, o Dei Mater et Virgo, in quam ego confido, non fallam mea pacta conventa. Unum est nobis matrimonium, Christi desiderium ; unicæ sunt divitiæ, bona quæ sunt in cœlis ; unica possessio, cognitio veritatis.

XIX. Hæc cum inhonesta audiisset Melanthia, ira, quæ dici non potest, incensa (est enim gravis amor, et qui non potest omnino cohiberi) profecta est Alexandriam, valde gravia parturiens adversus Eugeniam. Deinde cum etiam difficilem in eam struxisset calumniam, venit ad præfectum Philippum, nihil sciens ex iis quæ ei evenerant : neque quod is esset pater Eugeniæ, neque quod illa mutasset habitum muliebrem in virilem. Ad eum ergo accedens, ab intemperantia transit ad calumniam, et eam incipit accusare admodum maligne et improbe, dicens : Quidam adolescens, facie quidem formosus, sed moribus valde sceleratus, Christianorum simulans pietatem, ad me est ingressus : et cum me aliquam putasset esse impudicam et inhonestam, primum quidem verbis fallacibus, deinde etiam manibus ad vim usus est vir audacissimus, et nisi altius exclamassem, et ut accurreret ancilla, effecissem, ego tanquam captiva aliqua polluta essem. Ita impudens mulier illi puræ audebat suum ascribere flagitium. Hæc sic dicta ad furorem valde concitarunt præfectum, et vinctos ad se jussit adduci, non solam Eugeniam, sed etiam omnes simul, qui cum ea erant. Atque eos quidem, ut jussum fuerat, adductos, alium alibi diversæ tenebant custodiæ. Existimabat enim præfectus nunquam talia conficturam fuisse Melanthiam, mulierem adeo nobilem, opibusque et gloria insignem : nesciens divitiarum et claritatis esse vehementiorem animi perturbationem, et quæ potest persuadere, illa quidem parva reputare,

propter id autem, quod ei videtur in præsentia, A gratum eligere mendacium. Omnes itaque judices, absentes sanctos propemodum condemnabant: et ex iis, alii quidem æquum censebant eos subjici dentibus ferarum; alii vero in ligno suspendi; alii autem acerbioribus generibus suppliciorum, una cum calumnia punientes pietatem.

ζοντο, καὶ τούτων οἱ μὲν ἐδοῦσι θηρίων ὑποβληθῆναι αὐτοὺς ἐδικαίουν, οἱ δὲ ἀναρτήσει ξύλων, οἱ δὲ πικροτέροις τρόποις τιμωριῶν, κολάζοντες ἅμα τῇ συκοφαντίᾳ καὶ τὴν εὐσέβειαν.

XX. Postquam autem adfuit dies judicii, congregata quidem erat magna multitudo ex omnibus, quæ circumcirca erant, urbibus; aderat vero etiam præfectus, et in medium producebatur Eugenia, quæ gravibus tenebatur catenis: theatri autem clamores undique erumpebant, et morte esse afficiendam Eugeniam communiter pronuntiabant. Paratæ erant bestiæ, parata tormenta, rotæ, ignes, et alia genera suppliciorum, et per omnia acerbi tortores, et ex æquo ad supplicia inferenda sævis- B simi et acerrimi. In suum itaque conspectum duci Eugeniam jussit judex. Quæ cum astitisset: Hoc, inquit, vobis, o omnium hominum maxime impie, jubet vester Christus, ut nec clam quidem faciatis ea quæ sunt turpissima, sed tam impudenter et violenter aggrediamini ea quæ sunt nefaria? Quis enim tuus erat animus, quando tanquam medicus ingrediens, ut qui non solum esses medicus, sed qui etiam per te posses facere miracula, ea faciebas, quæ corruptores et adulteri: et mulierem tam nobili loco natam, tam divitem, et tam honestis et moderatis moribus, tanquam scenicam quampiam, aut ex hostium regione captam, probro et dedecore afficere voluisti? Audacis itaque tu cœpti meritas lues pœnas, et malus male peribis.

Κ'. Ἐπεὶ οὖν ἡ κυρία παρέστη, τὸ μὲν πλῆθος ἅπαν τῶν πέριξ συνήγετο πόλεων· παρῆν δὲ καὶ ὁ ἔπαρχος, καὶ ἡ Εὐγενία εἰς μέσον ἤγετο βαρυτάταις ἁλύσεσιν ἑλκομένη· κραυγαὶ δὲ τοῦ θεάτρου πάντοθεν ἀνεῤῥήγνυντο, καὶ πάντες θανατοῦσθαι τὴν Εὐγενίαν κοινῶς ἀπεφαίνοντο. Ἡτοιμάζοντο θῆρες, ἡτοιμάζοντο στρέβλαι, τροχοὶ, πῦρ, ἕτερα εἴδη κολαστηρίων, καὶ διὰ πάντων οἱ πικροὶ κολασταὶ καὶ πρὸς τὰς τιμωρίας ἐπίσης ὠμότατοι καὶ ὀξύτατοι. Ἄγεσθαι τοιγαροῦν εἰς ὄψιν αὐτῷ τὴν Εὐγενίαν ἐπέταττεν ὁ δικάζων, καὶ παραστάσης, Τοῦτο ὑμῖν, ἔφη, πάντων ἀνθρώπων ἀνοσιώτατε, ὁ ὑμέτερος ἐπιτρέπει Χριστὸς, τὸ μηδὲ κρυφῇ τὰ αἴσχιστα πράττειν, ἀλλ' ἀναιδῶς οὕτω καὶ βιαίως τοῖς ἀθεμίτοις ἐπιχειρεῖν; Ἐπεὶ τίνα εἶχες σὺ τὴν ψυχὴν, ὁπόταν ὡς ἰατρὸς εἰσιὼν, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἰατρὸς, ἀλλ' αὐτουργὸς θαυμάτων εἶναι δυνάμενος, τὰ τῶν λοιμῶν ἐποίεις καὶ τῶν μοιχῶν, καὶ γυναῖκα οὕτω μὲν γένους, οὕτω δὲ πλούτου, οὕτω δὲ καὶ τρόπου σώφρονος ἔχουσαν οἷά τινα τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ἢ δούλην ἐκ πολεμίας λαβὼν αἰσχύναι προείλου; Τοιγαροῦν τοῦ τολμήματος ἀξίαν ὑφέξεις τὴν δίκην, κακὸς κακῶς ἀπολλύμενος.

XXI. Cum tam iracunde minatus esset ei præfe- C ctus, Eugenia vultu in terram inclinato ne in præsentia ejus vultus patri evaderet manifestus: Meus, inquit, Deus non ea solum, de quibus nunc a vobis accusor, prohibet, sed ea etiam lege sancit, quæ sunt his multo excelsiora: qui me etiam nunc volens perpetuam servare castitatem, providit, ut viverem cum his, qui in pietate se exercent, monachis, quomodo in hodiernum usque diem me conservavit, ut et ipsi est perspicuum, et vobis erit paulo post. Quod autem mihi et tormenta et mortem minitaris, imprudens incussisti mihi timorem, qui non opus habet oratione. Erubescerem enim, si horum metu quærerem me defendere, et non quod timeam, ne res Christianorum apud vos male audiant et irrideantur. Verum enim vero D oportebat vos non tam faciles aures præbere accusatoribus, neque cum primum audiisset's, tam cito condemnare, sed ambobus prius auditis, deinde ferre sententiam, et si manifestum quidem exstiterit me talia fecisse, justum luam supplicium: sin autem hæc sunt falsa et aperta calumnia, unam pro omnibus peto gratiam, ut hæc mulier nihil grave patiatur, nec si de nobis quidem his pejora dixerit. Sic enim nostra lex jubet, et nos obtemperamus, ut nunquam mala pro malis, sed contra bona potius reddamus [a]. Hujus rei so-

ΚΑ'. Οὕτω τοῦ ἐπάρχου διαπειλησαμένου πρὸς αὐτὴν ὀργίλως, ἡ Εὐγενία, τὸ πρόσωπον εἰς γῆν κλίνασα, ἵνα μὴ τό γε νῦν ἔχον ὄψις οὕτως οἰκεία δήλη τῷ πατρὶ γένοιτο, Ὁ μὲν ἐμὸς, ἔφη, Θεὸς οὐ ταῦτα μόνον ἃ νῦν κατηγόρημαι παρ' ὑμῶν ἀπαγορεύει, ἀλλὰ καὶ ὑψηλότερα πολλῷ τούτων νομοθετεῖ, ὃς κἀμὲ νῦν ἁγνεύειν διὰ παντὸς βουλόμενος τοῖς ἀσκητικοῖς ἀνδράσι τούτοις συμβιοῦν ᾠκονόμησεν, ὥσπερ δὴ καὶ εἰσέτι νῦν με διατετήρηκεν, ὡς αὐτῷ τε δῆλόν ἐστι καὶ ὑμῖν ὅσον οὔπω γενήσεται. Ὅτι δέ μοι καὶ βασάνους καὶ θάνατον ἀπειλεῖς, λέληθας τὸ τοῦ λόγου ἀδεὲς δέος μοι ἐπισείων· αἰσχυναίμην γὰρ ἂν, εἰ φόβῳ τούτων ζητοίην ἀπολογεῖσθαι, ἀλλὰ μὴ φόβῳ τοῦ δόξαι τὰ τῶν Χριστιανῶν εἰς διαβολὴν κεῖσθαι καὶ μυκτηρίζεσθαι. Πλὴν ἀλλ' ἐχρῆν ὑμᾶς μὴ οὕτως εὐκόλως ὑπέχειν τοῖς κατηγόροις τὰς ἀκοὰς, μηδ' ἐκ πρώτης ἑτοίμως καταγινώσκειν, ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἀμφοῖν διακούσαντας, εἶτα καὶ τὴν ψῆφον ἐκφέρειν, κἂν μὲν ἐγὼ τοιαῦτα δράσασα φανερὰ γένωμαι, δικαίαν ὑπόσχω τὴν τιμωρίαν, εἰ δὲ ψεῦδος ταῦτα καὶ συκοφαντία σαφὴς, μίαν ἀντὶ πάντων αἰτῶ χάριν, τὸ μηδὲν τὴν γυναῖκα ταύτην ὑποστῆναι δεινὸν, μηδ' εἰ πολλῷ τούτων χείρω διεξῄει περὶ ἡμῶν· οὕτω γὰρ ὅ τε ἡμέτερος κελεύει νόμος, καὶ ἡμεῖς πειθόμεθα μηδέποτε κακοῖς τὰ κακὰ, ἀλλὰ τοὐναντίον μᾶλλον τοῖς ἀγαθοῖς ἀμείβεσθαι. Τοῦτο γοῦν μοι καὶ μόνον πιστούσθω δι' ὅρκου, καὶ οὔ τινων

[a] Rom. XII, 17.

δεηθησόμεθα λόγων οὐδ' ἀντιθέσεων, ἀλλ' αὐτὸ δὴ δείξει τὸ πρᾶγμα σαφῶς, καὶ οἱ σοὶ ῥᾷστα δικάσουσιν ὀφθαλμοί.

ΚΒ'. Οὕτω εἰποῦσα πρὸς τὴν Μελανθίαν ἰδιαζόντως, ἔτυχε γὰρ ἐκεῖ καὶ αὐτὴ παροῦσα, Εἰ καὶ πάντας, ἔφη, λαθεῖν δυνατὸν, ἀλλά τό γε σὸν συνειδὸς πάντως οὐ λήσει. Μὴ τοίνυν καὶ σεαυτὴν ἀγνοεῖν δόξῃς, καὶ ὀφθαλμῶν θείων ὀλιγωρήσῃς, οἳ πάντα τε ὁρῶσι καὶ συκοφαντίαν ἐνδίκως κολάζουσιν. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἧττον ἐκείνη Μελανθία ἦν, οὐδ' ὑφίει τῆς ἀναιδείας, εὐθὺς ἐκέλευε παραστῆναι τὴν θεράπαιναν ἣν ἡ Μελανθία μάρτυρα ἔφη τῆς βίας. Ἐκέλευε δὲ καλεῖσθαι οὐχ ὡς τἀληθῆ μαρτυρήσουσαν, (πῶς γὰρ ἂν ἡ δούλη πρὸς τὴν δέσποιναν ἀντετίθει;) ἀλλ' ὥστε τὸ ψεῦδος ἐκ πολλοῦ διελεγχθῆναι τοῦ περιόντος, καὶ Μελανθίαν ὀφθῆναι οὐχ ὅπως μόνην, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἑτέρων ἑλομένην συκοφαντεῖν. Παραστᾶσα οὖν ἡ θεράπαινα καὶ τῇ δεσποίνῃ χαρίζεσθαι βουλομένη, ψεῦδος τῷ ψεύδει συνείρειν οὐκ ἀμαθῶς εἶχε, Κἀμὲ, λέγουσα, ὁ μιαρὸς οὑτοσὶ πολλάκις ἐπείρα. Εἶθ' ἡ συνήθης ἀκολασία καὶ αὐτῇ ἐπιμανῆναι ἐποίησε τῇ δεσποίνῃ, ᾗ μὴ βουλομένῃ βίαν ἐπῆγεν ἕως ἡ μὲν ὡς εἶχεν ἀνέκραγεν· ἐγὼ δὲ ἐπιστᾶσα καὶ ἄλλας μετακαλεσαμένη τῶν ὁμοδούλων, μόλις αὐτὸν τοῦ αἰσχροῦ ἐπέσχομεν ἐγχειρήματος, αἳ καὶ βουλομένων ὑμῶν, εἰ μετακληθεῖεν, εἴσεσθε ὅπως τοῖς ἐμοῖς ἔσονται συνᾴδουσαι λόγοις. Τότε ὁ μὲν ἔπαρχος πικρότατα διαταραχθεὶς ὕβρεσιν ἔβαλλε τὴν Εὐγενίαν, καὶ δῆλος ἦν καὶ ἐπὶ τὰς βασάνους ἤδη ὁρμήσων ὡς οὐδενὸς ἔτι λειπομένου πρὸς ἔλεγχον. Ἡ δὲ (ἀλλὰ προσεκτέον· ἡδεῖα γὰρ πρὸς ἀκοὴν ἡ διήγησις), Καιρὸς, εἰποῦσα, παῤῥησιάσασθαι τὴν ἀλήθειαν, ἵνα μὴ τὸ ψεῦδος αὐτῆς ἐπὶ πλέον καταχαυχήσηται, καὶ εὐδιάβλητα Ἕλλησι τὰ Χριστιανῶν ᾖ, τί ποιεῖ; Ἀναγκάζεται διὰ τὴν πολλὴν τοῦ κατηγόρου ἀναίδειαν καὶ πέρα τι τοῦ σεμνοῦ ποιῆσαι· καὶ λαβοῦσα διαῤῥήγνυσιν ἄνωθεν τὸν χιτωνίσκον, καὶ μέρη τινὰ τοῦ ἱεροῦ γυμνώσασα σώματος ἐδείκνυ πᾶσιν ὅτι καὶ φύσει αὕτη καὶ ἀληθείᾳ γυνή. Λέγει τε πρὸς τὸν ἔπαρχον· Κύριέ μου, σὺ μὲν ἐμὸς κατὰ σάρκα πατὴρ ὁ Φίλιππος, Κλαυδία δὲ μήτηρ ἐμὴ, καὶ ἀδελφοὶ οὗτοι, οἵ γε καὶ συγκαθέζονταί σοι, Ἀβίτας καὶ Σέργιος· ἐγὼ δὲ σὴ θυγάτηρ Εὐγενία, ἥτις κόσμον ἀποδυσαμένη πάντα καὶ τὰ ἐν κόσμῳ, μόνον ἀντὶ πάντων ἐνεδυσάμην Χριστόν. Ἰδοὺ καὶ οὓς εὐνούχους ὁρᾷς, Πρωτᾶς ἐστι καὶ Ὑάκινθος, οἱ καὶ παιδείας μοι καὶ βίου τοῦ κατὰ Χριστὸν κοινωνήσαντες.

ΚΓ'. Οὔτω πέρας ἐτίθει τοῖς λόγοις, καὶ ὁ πατὴρ, ὡς δὲ καὶ οἱ ἀδελφοὶ, τοῦτο μὲν ἀφ' ὧν διεξῄει, τοῦτο δὲ καὶ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἐν τῇ ὄψει παρασήμων φωράσαντες τὴν ἀλήθειαν· ἀνέγνωσαν γὰρ ἐπιβαλόντες περιεργότερον τῷ προσώπῳ τὰς ὄψεις ταύτην ἐκείνην εἶναι τὴν Εὐγενίαν· τὴν μὲν καρδίαν ἡδονῆς ἀῤῥήτου, τῶν ἐξ ἡδονῆς δὲ δακρύων πληροῦνται τοὺς ὀφθαλμούς· ἔπειτα ἐπὶ τὴν ἀρχοντικὴν αὐτὴν καθέδραν ἀναβιβάσαντες μονονουχὶ καὶ τὰς ψυχὰς ἐπ'

A lum mihi dato fides fiat jurejurando, neque opus habebimus ullis orationibus, neque contradictionibus, sed res ipsa aperte ostendet, et facillime tui judicabunt oculi.

XXII. Cum sic dixisset, seorsum dixit Melanthiæ (nam illa quoque præsens aderat) : Etiamsi fieri possit, ut omnes lateat, at tuam non latebit omnino conscientiam. Ne ergo teipsam videaris ignorare, et divinos despicias oculos, qui omnia vident, et juste puniunt calumniam. Cum vero nihil cederet Melanthia, neque de impudentia aliquid remitteret, jubet statim produci ancillam, quam dicebat Melanthia fuisse testem violentiæ. Jussit autem vocari, non ut quæ vera esset testificatura, (quomodo enim ancilla restitisset dominæ?) sed ut abundantius falsum convinceretur, et cerneretur Melanthia non sola, sed cum aliis instituisse calumniari. Cum producta esset ergo ancilla, et volens dominæ gratificari, non imperite mendacium mendacio contexeret : Me, dicens, sceleratus iste sæpe tentavit. Deinde consueta intemperantia ei persuasit, ut in ipsam quoque fureret dominam : cui nolenti vim afferebat, donec illa quidem exclamavit : ego autem cum accessissem, et alias evocassem conservas, a turpi conatu vix eum prohibuimus. Quas si velitis accersere scietis quam pulchre iis quæ a me dicuntur, concinant. Tunc præfectus quidem acerbissime conturbatus, probris appetebat Eugeniam, et jam aperte ostendebat se esse proruplurum ad tormenta, utpote quod nihil restaret ad eam convincendam. Illa vero (sed est attendendum, est enim auditu jucunda narratio), Tempus est, dicens, libere dicendi veritatem : ne de ipsa dictum mendacium nimium jactaretur, et Christiani male audirent apud gentiles, quid facit? Cogitur propter nimiam accusatricis impudentiam, etiam aliquid facere præter honestum et decorum : et superne acceptam disrumpit tunicam, et cum quasdam partes vere sacri nudasset corporis, omnibus se esse sexu et revera feminam demonstravit; et dicit præfecto : Domine mi, tu quidem es meus secundum carnem pater Philippus, Claudia autem mihi mater, et fratres hi, qui tecum sedent, Abitas et Sergius. Ego vero sum tua filia Eugenia : quæ cum universum mundum, et quæ sunt in mundo, facile exuissem, pro omnibus solum indui Christum. Ecce etiam quos vides eunuchos, ii sunt Protas et Hyacinthus, qui mihi et doctrinæ et vitæ, quæ est ex Christo, fuere socii.

XXXIII. Nondum orationi finem imposuerat, e pater et similiter etiam fratres, cum partim quidem ex iis quæ dicebat, partim autem, atque adeo multo magis ex signis, quæ erant in vultu, deprehendissent veritatem (agnoverant enim in eam conjectis curiosius oculis, hanc ipsam esse Eugeniam), eis cor quidem voluptate ineffabili, præ voluptate autem manantibus lacrymis replentur oculi. Deinde cum eam sustulissent in

solium præsidis, propemodum in ipsam ipsas effundebant animas, et ei suum amorem dispertiebant, hinc pater, illinc fratres, et alia ex parte mater (aderat enim ipsa quoque, cum id didicisset), et partim amplexibus, partim verbis amantibus inter se contendebant, quænam membra quidem non amplectentes? quid autem non patientes, aut non agentes ex lætitia ineffabili? aut quid eorum, quæ voluptatem animi significant, caventes facere propter multitudinem? Magistratus enim majestatem, et totam illam, quæ ex dignitatis splendore oritur, gravitatem superabat natura, et aperte repellebat. Clamabant itaque tanquam divino furore afflati: Ipsa est filia, ipsa est soror, oculorum voluptas, imago animæ, quam existimavimus fuisse a diis raptam: quam nos non videntes, ne videre quidem lucem omnino sustinuimus. Hæc populus quoque scilicet audiens et videns: Unus Deus est verus Christus, clamabant. Quicunque autem ex Christianis paulo diligentioribus exspectabant, ut post mortem martyrum corpora tollerent, et convenientem eis pararent sepulturam, ii cum audiissent tam repentinam præfecti et populi mutationem, cum turbis prosiliunt: « Quis est magnus, sicut Deus noster [7], » alta voce clamantes, « qui revelat profunda et occulta [8], et in astutia ipsorum apprehendit sapientes [9]? Pater autem cum invitam Eugeniam aurea veste induisset (volebat enim omnes esse suæ participes lætitiæ), in alta eam sede collocavit, et fecit ut videretur ab omnibus.

αὐτῇ ἐξεκένουν, καὶ τῷ φίλτρῳ ταύτην διεμερίζοντο ἐντεῦθεν ὁ πατὴρ, ἐκεῖθεν οἱ ἀδελφοὶ, ἀλλαχόθεν ἡ μήτηρ· παρῆν γὰρ καὶ αὕτη μαθοῦσα· καὶ πρὸς ἀλλήλους τοῦτο μὲν περιπλοκαῖς, τοῦτο δὲ καὶ φιλοστόργοις ἡμιλλῶντο προσρήσεσι· τίνα μὲν οὐ περιβάλλοντες μέλη, τί δὲ μὴ πάσχοντες ἢ δρῶντες ἐξ ἀποῤῥήτου περιχαρείας, ἢ τί τῶν διαγγελλόντων ἡδονὴν ψυχῆς διὰ τὸ πλῆθος ποιεῖν εὐλαβούμενοι; Τὸ γὰρ σεμνὸν τῆς ἀρχῆς, καὶ τὴν ὅλην ἐκ περιφανείας κομψότητα ἡ φύσις παρευδοκίμει καὶ φανερῶς ἤλεγχεν. Ἔκραζον οὖν οἷον ἐνθουσιῶντες· Ἡ θυγάτηρ αὕτη, ἡ ἀδελφὴ, ἡ τῶν ὀφθαλμῶν ἡδονὴ, τὸ τῆς τύχης ἀγαλλίαμα, ἣν ἀνάρπαστον γενέσθαι ὑπὸ θεῶν νενομίκαμεν, ἣν ἡμεῖς οὐχ ὁρῶντες οὐδὲ ὁρᾷν ὅλως φῶς ἠνειχόμεθα. Ταῦτα καὶ ὁ δῆμος ἀκούσαντες δηλαδὴ καὶ ὁρῶντες, Εἷς Θεὸς ἀληθὴς ὁ Χριστὸς, ἐβόων. Ὅσοι δὲ τῶν σπουδαιοτέρων Χριστιανῶν περιμένοντες ἦσαν, ὥστε μετὰ τὸν θάνατον τῶν μαρτύρων ἀνελέσθαι τὰ σώματα καὶ ταφῆς ἀξιῶσαι τῆς προσηκούσης, οὗτοι δὲ πυθόμενοι τὴν οὕτως ἀθρόαν δήπου τοῦ ἐπάρχου καὶ τοῦ δήμου μεταβολὴν εἰσπηδῶσι μετὰ τῶν ὄχλων, Τίς μέγας ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν, γεγωνοτέρᾳ τῇ φωνῇ βοῶντες, ὁ ἀνακαλύπτων βαθέα καὶ ἀπόκρυφα καὶ τῇ αὐτῶν πανουργίᾳ τοὺς σοφοὺς δρασσόμενος; Ὁ μέντοι πατὴρ καὶ ἄκουσαν Εὐγενίαν διαχρύσῳ περιβαλὼν στολῇ (ἠβούλετο γὰρ κοινωνοὺς πάντας τῆς εὐφροσύνης λαβεῖν), ἐφ' ὑψηλοῦ τε ἀνεβίβασε θρόνου καὶ ὀφθῆναι πᾶσι πεποίηκε.

XXIV. Dum hæc autem gerebantur, ipse quoque, qui est in cœlo Deus, aut ut potius dicam cum divino Job, qui erat in cœlis testis Eugeniæ, qui erat in cœlis ejus conscius [10], repentinum ignem desuper jaculatus, Melanthiæ domum consumpsit omnino. Illam enim æterno reservavit. Hoc autem factum effecit, ut multi converterentur ad veritatem. Protinus ergo a Christianis celebrabatur festum commune, et longa mutata est tristitia, cum præfectus quidem simul cum filia invenisset pietatem, et ad Christum accessisset, et sancto fuisset obsignatus baptismate: Christianis vero protinus sacræ redditæ essent ecclesiæ, et ii quos prius habebant, honores et privilegia. Non solum autem hæc fuerant consecuti, sed etiam eis licebat tuto habitare civitates; hoc enim eis procuravit Philippus, cum retulisset ad imperatores Severum et pium Antonium, esse inutile imperio Romanorum expelli Christianos, ut qui non in paucis sint communi utiles. Eisque convenientibus, rursus videre licebat Alexandriam veluti denuo conditam. Similis quies, et similis successus erat etiam in iis quæ sunt in Ægypto, urbibus, et florebant iterum res Christianorum, claræque et excelsæ fiebant.

ΚΔ'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, καὶ αὐτὸς ὁ ἐν οὐρανῷ Θεὸς, ἢ μᾶλλον, τὸ τοῦ θείου Ἰὼβ φάναι, ὁ ἐν οὐρανοῖς Εὐγενίας μάρτυς, ὁ ἐν ὑψίστοις συνίστωρ αὐτῆς, πῦρ αἰφνίδιον οὐρανόθεν ἀφεὶς τὸν Μελανθίας οἶκον εἰς ἅπαν ἀνάλωσε· ἐκείνην γὰρ τῷ αἰωνίῳ μᾶλλον ἐταμιεύσατο. Καὶ τὸ γεγονὸς τοῦτο ἐπιστρέψαι πολλοὺς πρὸς τὴν ἀλήθειαν παρεσκεύασεν. Αὐτίκα γοῦν τοῖς Χριστιανοῖς ἤγετο κοινὴ ἑορτὴ, καὶ ἡ μακρὰ κατήφεια μετεβάλλετο, τοῦ μὲν ἐπάρχου μετὰ τῆς θυγατρὸς ἅμα καὶ τὴν εὐσέβειαν εὑρηκότος Χριστῷ τε προσελθόντος καὶ τῷ ἁγίῳ σημειωθέντος βαπτίσματι, Χριστιανοῖς δὲ τῶν ἱερῶν εὐθὺς ἐκκλησιῶν ἀναδοθεισῶν καὶ ὧν εἶχον πρὸ τοῦ τιμῶν τε καὶ προνομίων. Οὐ μόνον δὲ τοιούτων ἐτύγχανον, ἀλλὰ καὶ ἀδεῶς ἐφεῖτο τὰς πόλεις οἰκεῖν. Φίλιππος γὰρ τοῦτο αὐτοῖς περιεποιήσατο τοῖς κρατοῦσιν ἀνενεγκὼν, Σευήρῳ τε καὶ Πίῳ τῷ Ἀντωνίῳ, ἀλυσιτελὲς εἶναι τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ Χριστιανοὺς ἀπελαύνεσθαι, ἅτε μὴ ἐν ὀλίγοις χρησίμους τῷ κοινῷ γινομένους. Καὶ συνιόντων, ἦν ὁρᾷν αὖθις τὴν Ἀλεξανδρέων ὥσπερ ἐκ δευτέρου πάλιν οἰκιζομένην. Ἐν ὁμοίαις δὲ ταῖς ἀνέσεσι καὶ ταῖς εὐθηνίαις καὶ αἱ κατ' Αἴγυπτον πόλεις ἦσαν, καὶ πάλιν τὰ Χριστιανῶν ἤνθει, διέλαμπέ τε καὶ ὑπερῄρετο.

XXV. Sed quoniam cum virtus adeo recte se haberet, accidit ut contra irreperet vitium, et

ΚΕ'. Ἀλλ' ἐπειδὴ, καλῶς οὕτω τῆς ἀρετῆς ἐχούσης, τὴν κακίαν ἔμπαλιν συνέβαινεν ὑποῤῥεῖν πλήττεσθαί

[7] Psal. LXXVI, 14. [8] Dan. II, 22. [9] Job V, 13; I Cor. III, 19. [10] Job XVI, 20.

τε τὸν αὐτῆς αἴτιον ἰσχυρῶς, οὐδὲ τανῦν φέρει ὁ τοῖς καλοῖς ἀντικείμενος, ἀλλὰ τῶν Ἀλεξανδρέων τινὰς ὑπελθὼν οἳ πλούτῳ μὲν καὶ περιφανείᾳ περιττῶς εἶχον, ὑπὸ δὲ τῆς περὶ τὰ εἴδωλα μανίας κραταιῶς εἴχοντο, πείθει τὰ βασίλειά τε καταλαβεῖν, καὶ τοῖς κρατοῦσι προσελθόντας τὸν μὲν πρὸ τοῦ χρόνον εἰπεῖν ἅπαντα καλῶς τε τῇ ἀρχῇ τὸν Φίλιππον διαπρέψαι καὶ εὐσεβέστατα διατεθῆναι τὰ περὶ τοὺς θεούς, νυνὶ δὲ, φασὶ, δέκατον ἔτος οὐκ οἶδ' ὅ τι παθὼν ἑαυτόν τε καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν ἀνατρέψαι διενοήσατο, τὴν τῶν μεγίστων θεῶν τιμὴν εἰς ἑνὸς ἀνθρώπου λατρείαν μεταγαγὼν, ὃν ἐν Παλαιστίνῃ πρὸς Ἰουδαίων ἀνεσκολοπίσθαι λέγουσι. Ταύτῃ τοι καὶ ἔλυσε μὲν ἔθη πάτρια, ἐτίμησε δὲ νόμους νέους, προετίμησε δὲ τοὺς ἀσεβεῖς ἡμῶν, καὶ συνελόντας εἰπεῖν, οὐδὲν τῶν εἰς ἀνατροπὴν ὅλως ἡμῶν τε καὶ θεῶν ἀπολέλοιπε. Ταῦτα οἱ βασιλεῖς διακούσαντες ἐπιστέλλουσι τοιάδε Φιλίππῳ· Ὁ μὲν πρὸ ἡμῶν θειότατος Αὔγουστος, θεραπευτὴν ὄντα σε τῶν θεῶν εἰδὼς, καὶ περὶ τὰς τούτων τιμὰς σπουδαῖον, μεγίστην σοι καὶ αὐτὸς παρέσχετο τὴν ἀρχὴν, καὶ ὥσπερ βασιλέα μᾶλλον ἢ ἔπαρχον πάσης ἄρχοντα τῆς Αἰγύπτου κεχειροτόνηκε, καὶ μηδέποτέ σε ἄχρι καὶ διατελεῖς ζῶν, τῆς ἀρχῆς ταύτης ἀποχειροτονηθῆναι διεκελεύσατο, ἀλλὰ συνδιαμετρηθῆναι τῷ βίῳ καὶ τὴν ἀρχήν. Ἡμεῖς δέ σοι καὶ ταύτας διασεσώκαμεν, ἀλλὰ ταῦτα μέχρις οὗ καὶ αὐτὸς φίλος τοῖς θεοῖς ἐτύγχανες ὤν. Ἐπεὶ δὲ νῦν διατεθρύλληται περὶ σοῦ, τά τε πρὸς θεοὺς μεταβαλεῖν σε καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς οὐκ εὐνοϊκῶς ἔχειν, προστάττομεν ἢ ἐχόμενόν σε τῶν προτέρων ἔχεσθαι καὶ τῆς τιμῆς, ἢ ἀποστέρξαντα τὸ περὶ τοὺς θεοὺς σέβας παυθῆναι καὶ τῆς ἀρχῆς, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἀφαίρεσιν ὑποστῆναι καὶ τῆς οὐσίας.

ΚϚʹ. Ταῦτα δεξάμενον καὶ ἀναγνόντα τὸν Φίλιππον, νόσον ὑποκριθῆναι ἕως διαπωλήσαντα τὴν οὐσίαν διχῇ διελεῖν, καὶ τὰ μὲν ἐκκλησίαις, τὰ δὲ πτωχοῖς διανεῖμαι τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἀλεξάνδρειάν τε καὶ αὐτὴν Αἴγυπτον περιοῦσιν. Ἦν δὲ οὐ περὶ τὸ λέγειν μόνον ὁ Φίλιππος ἐνεργὸς τὴν γλῶτταν ὡς πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων μεταμαθεῖν τὴν εὐσέβειαν, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον θεοφιλέστατος καὶ φιλοσοφώτατος· ὥστε πᾶσαν τὴν Ἀλεξανδρέων κοινῇ ψήφῳ πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν αὐτὸν μετακαλεῖσθαι. Ὅτι δὲ καὶ περὶ τὴν πίστιν ἦν θερμότατός τε καὶ στεγανώτατος, ἡ δήλωσις ἐκ τοῦ τέλους. Τελευτᾷ γὰρ τὸν βίον μαρτυρίου στεφάνῳ κοσμήσας τὴν κεφαλήν. Πέμπεται γοῦν διάδοχος αὐτῷ τῆς ἀρχῆς Τερέντιος, ὃς ἅμα τε τῇ Ἀλεξανδρέων ἐπέβη καὶ πάντα κάλων ἐκίνει Φιλίππῳ τὴν ἀναίρεσιν σκαιωρούμενος. Ἐπεὶ δὲ μὴ ἠδύνατο φανερῶς αὐτὸν ἀνελεῖν (πολὺ γὰρ ἦν τὸ περὶ Φίλιππον τῆς πόλεως φίλτρον), λάθρα κακουργεῖ τὴν μιαιφονίαν, καί τισι τῶν προσποιήτων Χριστιανῶν τὰ τοῦ δράματος ἐγχειρίσας ἐπὶ τὸν φόνον παρώρμησε, τῶν βασιλέων αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον ἐπιτρεψάντων, οἳ καὶ κρύφα πρὸς Φίλιππον εἰσελθόντες εὐχῇ καὶ δεήσει τῇ πρὸς Θεὸν προσκείμενον ἀναιροῦσι. Φοβηθεὶς δὲ Τερέντιος μὴ καὶ ὁ δῆμος τὸ

A qui est ejus auctor, graviter sauciaretur, res præsentes non patitur, qui est bonis adversarius : sed tacite se insinuans quibusdam Alexandrinis, qui erant divitiis quidem et generis splendore insignes, simulacrorum autem cultus furori erant impense dediti, persuadet eis, ut eant in regiam et accedentes ad imperatores, dicant, toto quidem præcedenti tempore se in magistratu pulchre gessisse Philippum, et valde pie affectum fuisse in deos. Nunc autem, inquiunt, nescimus quo motu, jam decem annis abhinc, et se et totam nostram civitatem in animo habuit evertere, honore maximorum deorum traducto ad cultum unius hominis, quem dicunt in Palæstina fuisse crucifixum a Judæis. Ita mores quidem solvit patrios, honoravit
B vero novas leges, impios autem nobis prætulit, et ut semel dicamus, nihil omnino omisit eorum quæ pertinent ad nos et deos evertendos. Hæc cum audiissent imperatores, hæc scribunt ad Philippum : Qui nos quidem præcessit divinissimus Augustus, cum te sciret esse cultorem deorum, et honoris eorum esse studiosissimum, ipse quoque tibi maximum præbuit imperium, et tanquam regem potius quam præfectum, elegit præsidem Ægypti; nec te, quandiu viveres, ab hoc jussit removeri magistratu, sed cum vitæ tempore tibi esse demensum. Nos autem tibi et hunc honorem conservavimus, et non paucos alios adjecimus. Sed hæc, quandiu fuisti diis amicus. Quoniam
C vero nunc de te jactatum est in vulgus, quod et in religione deorum sis mutatus, nec nobis bene velis, jubemus, ut aut insistendo prioribus in honore permaneas, aut si deorum cultum repudiaveris, cesses etiam gerere magistratum, quin etiam facultatum subeas ablationem.

XXVI. Hæc cum accepisset et legisset Philippus, morbum simulavit, donec venditis facultatibus, eas dupliciter diviserit, et partem quidem ecclesiis, partem autem pauperibus distribuerit, qui erant per totam Alexandriam et ipsam Ægyptum. Erat vero Philippus non solum lingua in dicendo facundus, adeo ut multi gentiles ejus persuasione pietatem didicerint, sed etiam vita maxime pius et philosophus, adeo ut universa
D Alexandria communi suffragio eum vocarit ad episcopatum. Quod autem in fide quoque fuerit acerrimus et constantissimus, ex fine ostendetur. E vita enim excedit, capite redimito corona martyrii. Magistratus itaque successor ei mittitur Terentius. Qui cum primum venisset Alexandriam, omnem movebat rudentem, moliens Philippum tollere de medio. Sed quoniam non poterat eum
E aperte interficere (erat enim civitatis magnus amor in Philippum), clanculum admittit parricidium, et cum quibusdam fictis Christianis rem mandasset exsequendam, ad cædem est impulsus, cum hoc ei jussissent imperatores. Ii autem cum clam ingressi essent ad Philippum, intentum precibus et orationi ad Deum, cum tollunt de medio.

Timore vero affectus Terentius, ne populus factum ægre ferens, adversus ipsum moveretur, maxime cum esset tantus ejus amor in Philippum, jubet comprehendi eos qui ipsum occiderant, et conjici in carcerem, re ficta studens rei celare veritatem. et seminans suspicionem, quod non processisset cædes ex ejus sententia. Deinde cum non multum præteriisset temporis, imperatoribus scilicet ita decernentibus, eos solvit a vinculis. Sic decessit Philippus, cum tres dies vixisset post plagam acceptam. Intra civitatem vero sepelitur in loco, qui dicitur Isium, ubi ipse, cum adhuc viveret, ædem sacram ædificavit.

XXVII. Eugenia autem, post agnitionem, cum aliis virginibus elegit castitatem, et vitam secundum Christum. Beata vero Claudia, quam Philippi quidem uxorem, Eugeniæ autem matrem antea ostendimus, aliam quoque domum ædificavit ad excipiendos hospites, præter eam quæ jam facta fuerat a marito, magnam vim pecuniæ in ea consecrans ad ea suppeditanda, quæ erant necessaria iis qui accipiebantur hospitio. Sed hæc quidem sic, et hucusque Eugenia vitam suam sic administravit. Vult autem oratio ejus quoque præclariorem vitæ exitum ostendere, ut qui insignis fuerit corona martyrii. Aliquanto enim tempore post mortem Philippi, conjux ejus Claudia cum assumpsisset filios, Abitam, inquam, et Sergium, et præterea Eugeniam, in magnam Romam revertitur. Patria autem eam benigne excipit, et senatus Romanorum ejus filios eligit ad insignes magistratus : Abitam quidem proconsulem Carthaginis, Sergium autem Africæ vicarium : Eugeniæ vero sufficiebat hæc sola dignitas omnium maxima, nempe virtus, et Deo parentem vivere, et habere secum alias ex filiabus senatorum, quarum erat idem zelus et idem institutum. Inter quas erat una reliquis longe præstantior revera admirabilis Basilla, quæ ducebat originem ex genere imperatoris, quæ etiam resplenduit similiter atque Eugenia, sicut statim dicetur. Ipsa enim cum Christum, et quæ sunt ejus admirabilia, auditione accepisset, quin etiam audiisset de Eugenia. maximi quidem faciebat ad eam ventitare, et esse divinorum ejus verborum particeps.

XXVIII. Cum ab eo autem arceretur, et propter sponsum (desponsa enim fuerat Pompeio) et propter persecutionem (jam enim magna persecutio accendebatur Christianis), invenit quemdam virum fidelem latorem suorum verborum, et per eum non cessat mittere, multum rogans Eugeniam, ut de divina fide omnia ei litteris significet. Illa autem cum pulchre sciret, quantum intersit inter scripturam et vocem, et quod non similiter quis persuaserit aut docuerit scribens, atque de tantis rebus disserens, quoniam multum interest inter verba animata, et inanimam mortuamque institutionem, prudens simul consilium capit et juvenile. Nam cum Protæ et Hyacintho persuasisset,

A πραχθὲν μισήσας κατ' αὐτοῦ κινηθῇ καὶ μάλιστα φίλτρῳ τοιούτῳ πρὸς Φίλιππον ἡρμοσμένος, συλληφθῆναι τοὺς ἀποκτείναντας αὐτὸν καὶ φρουρᾷ δοθῆναι προστάττει, ἐπιπλάστῳ πράγματι συγκρύψαι τἀληθὲς μηχανώμενος ὑπόνοιάν τε διασπείρων ὡς μὴ κατὰ γνώμην αὐτῷ προβῆναι τὸν φόνον. Ἔπειτα μικροῦ παρελθόντος χρόνου, τῶν βασιλέων δῆθεν οὕτω κρινάντων, ἀνίησιν αὐτοὺς τῶν δεσμῶν. Οὕτω Φίλιππος ἐτελεύτα, ἡμέρας τρεῖς μετὰ τὴν πληγὴν ἐπιζήσας. Τυγχάνει δὲ ταφῆς εἴσω τῆς πόλεως ἐγγύς που τοῦ καλουμένου Ἰσίου, ὅπου αὐτὸς, περιὼν ἔτι, οἶκον ἱερὸν ᾠκοδόμησεν.

ΚΖ'. Εὐγενία δὲ μετὰ τὸν ἀναγνωρισμὸν σύναμα καὶ ἄλλαις παρθένοις ἁγνείας τε καὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν εἴχετο βίου. B Ἡ δέ γε μακαρία Κλαυδία, ἣν Φιλίππου μὲν γαμετὴν, Εὐγενίας δὲ μητέρα ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, καὶ ἕτερον οἶκον εἰς ὑποδοχὴν ξένων τῷ ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἤδη γενομένῳ προσῳκοδόμησε, πλῆθος ἐν αὐτῷ χρημάτων ἀφιερώσασα εἰς χορηγίαν τῶν προσηκόντων ἐπιξενουμένοις ἐπιτηδείων. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω, καὶ τοιαύτην Εὐγενία τὸ μέχρι τοῦδε τὴν περὶ τὸν βίον ἔσχεν οἰκονομίαν. Βούλεται δὲ ὁ λόγος καὶ λαμπρότερον αὐτῇ ἐπιδεῖξαι τὸ τέλος ἅτε καὶ μαρτυρικῷ στεφάνῳ δεδοξασμένον. Χρόνῳ γὰρ ὕστερον μετὰ τελευτὴν Φιλίππου ἡ σύνευνος Κλαυδία τοὺς παῖδας παραλαβοῦσα, Ἀβίταν φημὶ καὶ Σέργιον, πρὸς δὲ καὶ τὴν Εὐγενίαν, εἰς τὴν μεγάλην ἐπάνεισι Ῥώμην. Καὶ ἡ πατρὶς μὲν αὐτὴν C εὐμενῶς δέχεται, καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων βουλὴ πρὸς ἀρχὰς ἐπισήμους τοὺς παῖδας χειροτονεῖ, Ἀβίταν μὲν τῆς Καρθαγένης ἀνθύπατον, τῆς Ἀφρικῆς δὲ τὸν Σέργιον οὐϊκάριον· Εὐγενίᾳ δὲ ἤρκει τοῦτο μόνον ἀξίωμα τὸ πάντων μεῖζον, ἡ ἀρετὴ, καὶ τὸ ὑπὸ Θεῷ ζῆν, καὶ ἄλλας τῶν τῆς βουλῆς θυγατέρων ἔχειν μεθ' ἑαυτῆς τοῦ ἴσου ζήλου καὶ τοῦ σκοποῦ μεταποιουμένας. Ἐν αἷς καὶ μία τις ἦν πολλῷ τῶν λοιπῶν διενεγκοῦσα, ἡ θαυμαστὴ τῷ ὄντι Βασίλλα, ἐκ βασιλικοῦ τοῦ γένους καταγομένη, ἥτις καὶ παραπλησίως Εὐγενίᾳ διέλαμψεν, ὡς αὐτίκα ῥηθήσεται. Αὕτη γὰρ Χριστόν τε καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ θαύματα παραλαβοῦσα δι' ἀκοῆς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ Εὐγενίας ἀκούσασα, τοῦ παντὸς μὲν ἠξίου τὸ παρὰ ταύτην φοιτῆσαι καὶ τῶν θείων λόγων αὐτῆς μετασχεῖν.

D

ΚΗ'. Τούτου δὲ εἰργομένη διά τε τὸν μνηστῆρα, Πομπηΐῳ γὰρ ἐμνηστεύετο, διά τε τὸν διωγμὸν, ἤδη γὰρ Χριστιανοῖς ἀνήπτετο, ἄνδρα τινὰ πιστὸν πορθμέα τῶν λόγων εὑρίσκει, καὶ δι' αὐτοῦ πέμπουσα οὐκ ἀνίει πολλὰ δεομένη τῆς Εὐγενίας γράμμασιν αὐτῇ πάντα τὰ περὶ τῆς θείας πίστεως γνώριμα θέσθαι. Ἡ δὲ καλῶς εἰδυῖα ὅσον τὸ ἐξαλλάττον ἐστὶ γραφῆς καὶ φωνῆς, καὶ ὅτι οὐχ ὁμοίως ἄν τις πείσειεν ἢ διδάξειεν ἐπιστέλλων ἢ περὶ τηλικούτων διαλεγόμενος, ἐπεὶ καὶ τὸ μέσον ἐμψύχων λόγων πολὺ καὶ ἀψύχου καὶ νεκρᾶς εἰσηγήσεως, βουλὴν βουλεύεται συνετὴν ὁμοῦ καὶ νεανικήν. Πείσασα γὰρ τοὺς περὶ Πρωτᾶν καὶ Ὑάκινθον σχῆμα δουλικὸν ὑποδῦναι, δῶρον αὐτοὺς τῇ Βασίλλῃ ἐκπέμπει πάντα γενέ-

σθαι ἀντ' ἐπιστολῆς αὐτῇ σπεύδουσα, μᾶλλον δὲ αὐτοὺς ἐκείνους ἐπιστολὴν ἔμψυχον. Τούτους οὖν καὶ λίαν ἀσμένως ἡ Βασίλλα δεξαμένη οἷά τινας ἀποστόλους προσεκύνει Χριστοῦ. Μαθὼν δὲ τὰ κατ' αὐτὴν καὶ Κορνήλιος, ὁ μέγας ἐν ἐπισκόποις ἀστὴρ, ὑπὸ νύκτα διὰ τὸν διωγμὸν ἀφίκετο πρὸς αὐτὴν καὶ τοῦ θείου ταύτην ἀξιοῖ βαπτίσματος. Οὕτω μὲν οὖν Βασίλλα καὶ Εὐγενία δεσμῷ τινι ἀῤῥήτῳ τῇ διὰ Χριστὸν συνδεθεῖσαι φιλίᾳ, ζεῦγος ἡρμόσθησαν τῷ Θεῷ, αὐταῖς ψυχαῖς ἀλλήλων ἠρτημέναι καὶ νοερῶς συγγινόμεναι, οὐ μὴν ἀλλὰ πολλὰς καὶ ἄλλας εἰς τὸν αὐτὸν ζυγὸν ἐφελκόμεναι. Ὢ πόσας μὲν τῶν παρθένων ἐκεῖναι, πόσας δὲ τῶν χηρῶν ἡ σεμνὴ Κλαυδία, πόσους δὲ τῶν ἀνδρῶν Πρωτᾶς καὶ Ὑάκινθος τῷ κοινῷ Δεσπότῃ προσήγαγον

ΚΘ'. Πλὴν ἀλλ' οὕτω μέχρι πολλοῦ τῆς Χριστιανῶν ὑπεραυξομένης πίστεως, ὁ τοῦ πονηροῦ φθόνος ἐπὶ μεῖζον κατὰ τῶν εὐσεβῶν ἤρετο. Οὐαλεριανοῦ γὰρ καὶ Γαλλίου τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διεπόντων, αὐτὸς τοὺς πολλοὺς ὑπιὼν Ῥωμαίων πονηρὰ σπέρματα ταῖς αὐτῶν ἐνέβαλε διανοίαις, καὶ στάσις ἀνήπτετο κατὰ Χριστιανῶν χαλεπή. Καὶ ἡ τῆς στάσεως ὕλη Κορνήλιος δήπου καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἦσαν, ὅτι πάσῃ χειρὶ καὶ γνώμῃ τὰ Χριστιανῶν πλατύνειν προῃρημένοι οὐ μόνον Ῥώμην αὐτὴν μικροῦ πᾶσαν, ἀλλὰ καὶ τὰς κύκλῳ πόλεις τε καὶ χώρας τῆς τῶν θεῶν λατρείας ἀπέστησαν, καὶ τὸν ὀνομαζόμενον παρ' αὐτοῖς Χριστὸν κοινὸν Δεσπότην καὶ Θεὸν ἐπιγράφονται. Παραχρῆμα τοίνυν βασιλικὸν ἐξεφωνεῖτο θέσπισμα, καὶ διὰ πάσης τῆς Ῥωμαίων ἐφοίτα, πανταχοῦ πάντας τοὺς τῶν Χριστιανῶν ἐκκρίτους τε καὶ τοῦ δόγματος εἰσηγητὰς συλλαμβανομένους θανάτῳ δίδοσθαι. Ἀνῃροῦντο γοῦν ἄλλοι μὲν ἄλλῃ, Κορνήλιος δὲ διελάνθανε, μάλιστα μὲν τῷ καὶ τῇ συγκλήτῳ διὰ τιμῆς ἄγεσθαι, καὶ παρὰ τῶν ἐν αὐτῇ πρώτων ὥσπερ ὑπό τινων προβόλων περιφρουρεῖσθαι, ἤδη δὲ καὶ τῷ τηρεῖν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπὶ πολλῶν σωτηρίᾳ. Συνεκρότουν δὲ ἀλλήλας πρὸς τὸν ἀγῶνα Βασίλλα καὶ Εὐγενία, αἳ μὴ φέρουσαι τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου διάστασιν, ἐπεὶ κατὰ ψυχὴν ἀλλήλαις ἥνωντο καὶ τῷ τόπῳ συνάπτονται καὶ λόγων κοινωνοῦσιν ἀλλήλαις. Ἡ μὲν οὖν Εὐγενία πρὸς τὴν Βασίλλαν ἄλλα τε πολλὰ τοῦ προκειμένου χάριν ἀγῶνος διέξεισι καὶ ὡς ἐπιδήλως αὐτῇ ὁ Χριστὸς τὰ περὶ αὐτῆς ἐκκαλύψειεν, ὅτι τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον ὅσον οὔπω δραμεῖται, καὶ στέφανον ἐν τῷ τέλει γενομένη λήψεται. Ὁμοίως δὴ καὶ Βασίλλα τοῖς ἴσοις αὐτὴν ἠμείψατο, ὅτι καὶ αὐτῇ τὰ περὶ Εὐγενίας ἐγνώρισεν ὁ Χριστὸς, καὶ ὅπως διπλῷ μέλλει στεφάνῳ τὴν κεφαλὴν κοσμηθῆναι, ἑνὶ μὲν τῷ ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ τὴν ἄλλην Αἴγυπτον κινδύνων καὶ πόνων, ἑτέρῳ δὲ τῷ ὑπὲρ τοῦ μαρτυρίου καὶ τῆς δι' ἐκεῖνον σφαγῆς. Ταῦτα ἀλλήλαις τε συνθέμεναι καὶ ἀλλήλων ὑπερευξάμεναι, ἀλλὰ καὶ τῶν περὶ τὴν Εὐγενίαν παρθένων τὰς ψυχὰς ἀῤῥενώσασαι καὶ θανάτου διὰ Χριστὸν ἀμελεῖν πείσασαι, διΐστανται τό γε νῦν ἔχον σωματικῶς, ἑτέρα πόθῳ τῆς ἑτέρας πυκνὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφιεῖ-

A ut servilem habitum induerent, per eos munus mittit Basillæ, studens, ut ii ei essent omnia pro epistola, vel illi ipsi potius epistola animata. Cum hos ergo admodum libenter excepisset Basilla, adorabat tanquam aliquos Christi apostolos. Cum de ea autem rescivisset Cornelius, magna stella inter episcopos, noctu venit ad eam propter persecutionem, et eam divino dignatur baptismate. Sic ergo Basilla et Eugenia, ineffabili quodam vinculo colligatæ propter Christum amicitiæ, fuerunt biga quædam conjuncta Domino, ipsi animis a se invicem pendentes, et intelligenter conversantes, quin etiam multas alias ad idem jugum trahentes. O quam multas quidem illæ virgines, quam multas viduas venerabilis Claudia, quot au-
B tem viros Protas et Hyacinthus communi Domino obtulerunt!

XXIX. Sed cum sic mirandum in modum cresceret fides Christianorum, maligni invidia magis excitabatur adversus pios. Nam cum Valerianus et Galienus Romanorum tenerent imperium, ipse multos Romanos tacite subiens, mala semina injecit eorum mentibus, gravisque accensa est seditio adversus Christianos. Seditionis autem materia fuit Cornelius, et qui cum eo erant, quod cum tota manu et mente res Christianorum dilatare instituissent, non solum Romam ipsam fere totam, sed etiam urbes et regiones, quæ erant circumcirca, a cultu deorum abduxerant, et qui ab ipsis
C nominabatur Christus, ut ab eis communis Dominus et Deus ascriberetur, effecerant. Protinus ergo imperatorium promulgatur edictum, et quoquo versus pervasit per totam Romanorum regionem, ut quicunque erant eximii ex Christianis, et eorum dogmatis doctores, comprehensi, morte afficerentur. Interimebantur ergo alii quidem alio modo: Cornelius autem latebat, maxime quidem, quod in honore haberetur a senatu, et ab iis qui erant in eo primi, tanquam a propugnaculis quibusdam defenderetur. Porro vero ipse quoque seipsum conservabat ad multorum salutem. Se invicem autem exhortabantur ad certamen Basilla et Eugenia: quæ a loco disjungi non ferentes, quoniam animis erant inter se unitæ, loco quoque conjun-
D guntur, et se sermonibus vicissim impertiunt. Atque Eugenia quidem Basillæ et multa alia disserit de proposito certamine, et quod aperte ei revelavit Dominus, ipsam martyrii cursum mox peracturam et coronam tandem accepturam. Similiter autem Basilla quoque ei respondit, quod etiam de Eugenia Christus ei significavit, fore ut duplici corona ei caput exornetur: una quidem pro periculis et laboribus quos subiit Alexandriæ, et in reliqua Ægypto: altera vero, pro martyrio et cæde, quæ propter illam facta est. Hæc cum inter se contulissent, et pro se invicem precatæ essent, quin etiam virginibus, quæ erant apud Eugeniam, masculos animos addidissent, et persuasissent ut mortem propter Christum negligerent, corpore

τοὺς τοῦ γάμου διαλύουσι νόμους καὶ τὰς συζυγίας ἀπαγορεύουσι· τὰς γὰρ νυμφευθείσας ἢ καὶ νυμφευθῆναι μελλούσας τῶν ἀνδρῶν διασπῶσι, μᾶλλον δὲ τούτους μὲν ἐκείνων ἀποστεροῦσιν, ἑαυτοῖς δὲ περιποιοῦσι καὶ ἀσέμνως φθείρουσι. Τί οὖν ἔτι, τί λοιπὸν γένοιτο, καὶ ποῖ τις τράποιτο, εἰ γάμος ἐστὶ μηδαμοῦ; Τὸν μὲν γὰρ παρὰ νόμον οἱ νόμοι, τὸν δὲ κατὰ νόμον Χριστιανοὶ κεκωλύκασιν, ἀλάστορές τινες, ὡς ἔοικεν, ἐπελθόντες καινοὶ καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀναιροῦντες γένεσιν. Οὗ δὴ προβάντος ἔρημος ἔσται πάντως ἡ γῆ. Πῶς δὲ τοῦ λοιποῦ καὶ τὸ στρατιωτικὸν ὑμῖν ἕξει; καὶ πῶς οὐκ οἰχήσεται; Τίνων μὲν βασιλεῖς ἄρξουσιν, μετὰ τίνων δὲ πολεμίων κρατήσουσι; Πῶς δὲ πολιτεία ὅλως καὶ ἀνθρώπων συστήσεται βίος;

ΛΒ'. Οὕτω τοῦ Πομπηΐου μεθ' ὅσης ἀγορεύσαντος τῆς περιπαθείας συνεφθέγγετο ἅμα καὶ ἡ βουλή, ὥστε συναλγήσαντα τὸν κρατοῦντα ὀξεῖαν ἐπενεγκεῖν τὴν ἀπόφασιν Βασίλλαν ἢ τῷ ἑαυτῆς μνηστῆρι γάμου συναφθῆναι νόμῳ, ἢ τῇ διὰ ξίφους ὑποβληθῆναι σφαγῇ. Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ Εὐγενίας ἠχηκόει, καὶ περὶ αὐτῆς εὐθὺς ἀποφαίνεται, ἢ πεισθεῖσαν θῦσαι, ἢ βασάνοις παραδοθεῖσαν βιαίως ἀποθανεῖν, κοινῇ δὲ καὶ πάντας τιμωρεῖσθαι τοὺς ἄλλους οὐ Χριστιανοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὅσοι Χριστιανοὺς ὑποδέχονταί τε καὶ ἀφανεῖς εἶναι παρασκευάζουσι. Ταύτης ὡς ἤκουσε Βασίλλα τῆς ἀποφάσεως, ἡ βασιλὶς ὄντως ἐκείνη καὶ γλῶτταν καὶ τὴν ψυχὴν ὀξυτέραν καὶ αὐτὴ τὴν φωνὴν ἥπερ ἐκεῖνος εὐθὺς ἀπεφήνατο· Τῷ βασιλεῖ τῶν βασιλευόντων καὶ δημιουργῷ νυμφευθεῖσα φθαρτοῦ ἀνδρὸς κοινωνίαν ἥκιστα παραδέχομαι, εἰ καὶ τῷ κάτω βασιλεῖ τοῦτο δοκεῖ. Φοβερὸν γὰρ τῷ ὄντι, φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας ἀληθινοῦ Βασιλέως καὶ ζῶντος Θεοῦ. Ἅμα δὲ τῷ Θεοῦ προῆκε τῆς γλώττης, καὶ τοῦ σώματος εὐθὺς ἡ κεφαλὴ ἀπετέμνετο. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔσχεν ἡ Βασίλλα τὸ τέλος. Συνελαμβάνοντο δὲ καὶ Πρωτᾶς καὶ Ὑάκινθος, καὶ πρὸς τὸν ναὸν τοῦ Διὸς ἀπάγονται, θύειν ἐκείνῳ τῷ βδελύγματι ἀζόμενοι. Στάντες οὖν ἐπ' ὄψει τοῦ δοκοῦντος θεοῦ κατηύξαντο, καὶ παραχρῆμα πρὸ τῶν ποδῶν αὐτῶν καταπίπτει τὸ εἴδωλον, καὶ λεπτύνεται παραδόξως, καὶ εἰς κόνιν καὶ χοῦν διαλύεται. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο Νικήτιος ὁ ἔπαρχος ἔγνω, καὶ αὐτῶν ἐκτμηθῆναι προστάττει τὰς κεφαλάς· Εὐγενίαν δὲ παραστῆναι κατὰ τὸ βασιλικὸν πρόσταγμα.

ΛΓ'. Ἐπεὶ δὲ παρέστη, Πόθεν, φησὶν ὁ ἔπαρχος, οὕτω τὴν μεγίστην τέχνην εἰς ἄκρον ἐξεπονήθητε, ὥστε καὶ αὐτῶν δύνασθαι κατάρχειν τῶν μεγίστων θεῶν; Τοῦτο λέγων ἐλάνθανε τοῖς περὶ Πρωτᾶν καὶ Ὑάκινθον περιφανὲς πλέκων ἐγκώμιον, ὅτι προσευχῇ μόνῃ τὸν παρ' αὐτοῖς μέγιστον τῶν θεῶν εἰς χοῦν κατήραξαν, καὶ κόνιν παραχρῆμα λεπτὴν ἔδειξαν. Ἀμέλει καὶ ἡ θεόπνευστος Εὐγενία μετὰ πολλῆς ἀπήντηκε τῆς συνέσεως, Τοῦτο μὲν, εἰποῦσα, πανάληθες εἴρηταί σοι, ὦ ἔπαρχε, τὸ ἡμᾶς ῥαδίως κατ-

[11] Hebr. x, 31.

A excogitatum : solvunt etiam leges matrimonii, et prohibent conjugia. Eas enim, quæ sunt desponsæ, aut etiam despondendæ, a viris avellunt, vel potius eos quidem illis privant, sibi vero vindicant, et eas turpiter corrumpunt. Quidnam ergo, quid reliquum est, quod fiat, aut quo se verterit quispiam, si nusquam est matrimonium? Nam id quidem, quod fit præter legem, leges, quod est autem legitimum, Christiani prohibent, novi quidam, ut videtur, et irrumpentes cacodæmones, et hominum generationem tollentes de medio. Quod quidem cum processerit, erit omnino terra vacua hominibus. Quomodo autem de cætero vobis se habebit exercitus, et quomodo non peribit? Quibusnam quidem imperabunt imperatores, et cum quibus B superabunt inimicos? Quomodo vero omnino constabit respublica et vita hominum?

XXXII. Cum sic valde miserabiliter dixisset Pompeius, simul etiam ei assensus est et suffragatus senatus, adeo ut misertus imperator, celerem tulerit sententiam, ut Basilla vel suo sponso matrimonii lege conjungeretur, aut gladio subjecta vitam finiret. Postquam autem audivit etiam de Eugenia, de ea quoque protinus pronuntiat, ut vel persuasa sacrificet, vel tormentis tradita, morte violenta moriatur, communiter vero omnes quoque alios puniri jubet, non solum Christianos, sed eos etiam qui Christianos suscipiunt et, ut lateant, procurant. Hanc sententiam postquam audivit Basilla, quæ vere regia erat lingua et animo, acriore quoque C ipsa, quam ille, voce sic est locuta, et suam tulit sententiam, Regi regum et creatori desponsa, viri in quem cadit interitus, non admitto conjunctionem, etiamsi hoc videatur imperatori. Terribile enim est revera, terribile, incidere in manus veri Regis et Dei viventis [11]. Simul autem et hoc vocabulum Dei lingua emisit, et caput statim fuit ei amputatum. Atque hunc quidem finem habuit Basilla. Comprehenduntur vero Protas quoque et Hyacinthus, et ad templum Jovis adducuntur, ut cogerentur sacrificare illi abominationi. Cum autem stetissent in conspectu ejus, qui videbatur deus, precati sunt, et statim ante pedes eorum concidit simulacrum, et admirabiliter D et præter opinionem comminuitur, et in pulverem cineremque redigitur. Postquam autem hoc cognovit præfectus Nicetius, jubet eorum quoque capita amputari, Eugeniam vero sisti jussu imperatoris.

XXXIII. Postquam autem adfuit, Undenam, inquit præfectus, artem magicam tam accurate perfecteque didicistis, ut possitis diis quoque ipsis imperare maximis? Hoc cum diceret, imprudens Protæ et Hyacintho evidens contexebat encomium quoniam sola oratione maximum qui sunt apud eos, deorum repente confregissent, et in cinerem ac pulverem comminuissent. Divinitus vero inspirata Eugenia, cum multa respondit prudentia, Hoc quidem, dicens, longe verissimum a te dictum

est, o præfecte, nos vestris diis imperare. Illud A autem est plane absurdum, et ad arguendum facillimum, quod ascribas omnia arti magicæ, non autem alicui divinæ et inexpugnabili potentiæ ejus, qui vere est solus apud nos Deus. Si enim magi quidem, ut vos dicitis, immundos quosdam et materiales invocant dæmones, isti vero eos qui sunt apud vos, deos superant, vel potius primum ex cœlestibus, non omnia rursus invertetis, et quæ sunt superna, inferna facietis, majoribus diis inferiorem sortem attribuentes: et nec deos quidem, sed eos servos facietis, et servos dæmonum, dæmones autem deos, et primos deorum. Quod quidem etiam alio quoque modo verum est, cum vos eos tanquam veros deos constitueritis, et bonos esse putetis, dubitetis autem B quanam de causa a malis vincantur dæmonibus, nescientes ipsos esse quidem malos et maleficos dæmones, unum vero esse Deum in omnibus: cujus nomen solum isti non ferentes, sicut cera, ut ait divinus David [11], a facie ignis, liquefiunt et pereunt.

ἄρχειν τῶν ὑμετέρων θεῶν· ἐκεῖνο δέ σοι καὶ παντελῶς ἄτοπον καὶ εὐέλεγκτον, τὸ μαγικῇ τέχνῃ ἐπιγράφειν, ἀλλὰ μὴ θείᾳ τινὶ καὶ ἀμάχῳ δυνάμει τοῦ παρ' ἡμῖν ὄντως μόνου Θεοῦ. Εἰ γὰρ μάγοι μὲν, ὥς ὑμεῖς φατὲ, ἀκαθάρτους δή τινας καὶ ἐνύλους ἐπικαλοῦνται δυνάμεις, οὗτοι δὲ τῶν παρ' ὑμῖν ἐπικρατοῦσι θεῶν, μᾶλλον δὲ τοῦ πρώτου τῶν οὐρανίων, οὐκέτ' ἂν φθάνοιτε πάντα μάλιστα στρέφοντες καὶ τὰ ἄνω κάτω ποιοῦντες, τοῖς μὲν μείζοσι θεοῖς τὴν κάτω μοῖραν ἀποκληροῦντες· καὶ οὐδὲ θεοὺς, ἀλλὰ δούλους αὐτοὺς ποιοῦντες καὶ δούλους δαιμόνων, τοὺς δαίμονας δὲ θεοὺς καὶ πρώτους θεῶν, ὃ δὴ καὶ καθ' ἕτερον ἀληθεύει τρόπον· τούτους γὰρ ὑμεῖς ὡς ἀληθεῖς θεοὺς προστησάμενοι καὶ ἀγαθοὺς εἶναι νομίζοντες διαπορεῖτε, τί δή ποτε τῶν πονηρῶν ἡττῶνται δαιμόνων, οὐκ εἰδότες ὅτι αὐτοὶ μὲν ἀληθῶς οἱ κακοποιοί τε καὶ πονηροὶ δαίμονες, εἷς δὲ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς, οὗ καὶ ὄνομα μόνον οὗτοι μὴ φέροντες ὡς κηρὸς, ἥ φησιν ὁ θεῖος Δαυΐδ, ἀπὸ προσώπου πυρὸς τήκονταί τε καὶ ἀπόλλυνται.

XXXIV. Hæc audiens Nicetius, ejus quidem magnum et excelsum admirabatur animum. Sed cum esset totus deditus insaniæ simulacrorum, et nihil aliud spectaret, quam ut eis placeret, jubet eam duci in templum Dianæ, sequi autem spiculatorem ei ensem intentantem: et partim quidem admonentem, partim autem minitantem, quod nisi sacrificet, eo quem habet in manu, transadiget, C ostendendo ensem. Illa vero postquam venit in templum, stans ex adverso imaginis specie orantis, precata est interitum simulacrorum, Deus æterne, dicens, qui me tua voluntate et nasci et educari et virginem in hodiernum usque diem conservari dignatus es, et ut efficerer sponsa Unigeniti, et ut in me adesset sanctissimus Spiritus, et in me regnaret, effecisti, ipse nunc quoque mihi adsis in hac tui confessione, efficiens admirabilia et quæ sint contra opinionem, ut qui te colunt quidem, sint in gloria, ignominia autem et dedecore afficiantur, qui hanc mutam et surdam adorant abominationem, et gloriantur in suis sculptilibus. Ea hæc orante, Deus quidem valde movet terram, templum vero evertitur, conteritur autem simulacrum, reliqua vero D simul conturbantur. Stupent, qui vident; pervadit etiam ad eos qui procul erant, miraculum; alius autem aliunde confluentes, quicunque erant quidem sanæ mentis, id quod factum erat, ducebant miraculum, et putabant opus divinæ potentiæ: quibuscunque vero præter id, quod erant recta privati opinione, deerat etiam sapientia, ii multis contumeliis afficientes Eugeniam, eam etiam vocabant magam.

ΛΔ'. Ταῦτα ἀκούων Νικήτιος ἐξίστατο μὲν αὐτῆς τῆς μεγαλονοίας, ὅλος δὲ τῆς τῶν εἰδώλων μανίας γενόμενος καὶ οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ ἐκείνοις ἀρέσκειν διασκοπῶν, εἰς τὸν ναὸν αὐτὴν τῆς Ἀρτέμιδος ἀπαχθῆναι κελεύει, ἐφέπεσθαι δὲ καὶ τὸν σπεκουλάτωρα τὸ ξίφος αὐτῇ ἐπισείοντα, καὶ τοῦτο μὲν παραινοῦντα, τοῦτο δὲ καὶ διαπειλούμενον ὅτι μὴ θύουσαν τὸ ἐν χειρὶ μετελεύσεται, δεικνύντα τὸ ξίφος. Ἡ δὲ, ἐπειδὴ ἧκεν εἰς τὸν ναὸν, στᾶσα κατὰ πρόσωπον τοῦ ἀγάλματος ἐν σχήματι προσευχῆς τῆς τῶν εἰδώλων κατηύχετο ἀπωλείας, Ὁ Θεὸς, λέγουσα, ὁ αἰώνιος ὁ τῷ σῷ μὲν βουλήματι ἀξιώσας καὶ φῦναι καὶ τραφῆναι καὶ παρθένον ἄχρι καὶ νῦν διατηρηθῆναι, νύμφην τε τοῦ μονογενοῦς σου δειχθῆναι Υἱοῦ, καὶ συμπαρεῖναί μοι τὸ ἅγιον Πνεῦμα καὶ ἐν ἐμοὶ βασιλεῦσαι παρασκευάσας αὐτὸς παρέστω μοι καὶ νῦν ἐν τῇ ὑπὲρ σοῦ ταύτῃ ὁμολογίᾳ παράδοξα ἐκτελῶν, ὅπως οἱ μὲν σεβόμενοί σε δοξασθῶσιν, αἰσχυνθῶσι δὲ πάντες οἱ τῷ ἀλάλῳ τούτῳ καὶ κωφῷ βδελύγματι προσκυνοῦντες καὶ τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν ἐγκαυχώμενοι. Ταῦτα προσευχομένης, κινεῖ μὲν ὁ Θεὸς τὴν γῆν ἰσχυρῶς, καταστρέφεται δὲ ὁ ναὸς, συντρίβεται δὲ τὸ εἴδωλον, τὰ λοιπὰ δὲ ὁμοῦ συνταράσσονται. Ἐξίσταντο οἱ ὁρῶντες· φθάνει δὲ καὶ τοὺς πόῤῥω τὸ θαῦμα, καὶ ἄλλος ἀλλαχόθεν συῤῥέοντες ὅσοις μὲν νοῦς ὑγιῶς ἔχων καὶ φρένες ἦσαν διὰ θαύματος τὸ γεγονὸς ἐποιοῦντο, καὶ θείας ἔργον ἡγοῦντο δυνάμεως· ἴσοι δὲ μετὰ τοῦ δόξης ὑγιοῦς ἐστερῆσθαι καὶ τοῦ φρονεῖν ἀπελείποντο, οὗτοι πολλαῖς ὕβρεσι τὴν Εὐγενίαν βάλλοντες ἔτι καὶ μάγον ἐκάλουν.

XXXV. Hæc audit etiam imperator, et suorum deorum quodammodo ultor fieri properans, jubet lapidem quidem gravissimum suspendi a collo ejus, ipsam autem jaci in fluvium Tiberim. Sed

ΛΕ'. Ἀκούει ταῦτα καὶ βασιλεὺς καὶ τιμωρὸς οἷα γενέσθαι τῶν αὐτοῦ θεῶν ἐπειγόμενος λίθον μὲν βαρύτατον κελεύει τοῦ τραχήλου ταύτης ἐξαρτηθῆναι, ῥιφῆναι δὲ αὐτὴν κατὰ τοῦ ποταμοῦ Τιβέριδος. Ἀλλ'

[11] Psal. LXVII, 3.

A οὕτω μὲν οἱ συλλαμβάνοντες πόνον καὶ τίκτοντες ἀνομίαν· ἄπρακτον δὲ αὐτὸν ποιεῖν τὸ ἐπίταγμα τῷ Θεῷ μέλλον ἦν. Ὅθεν ὁ μὲν λίθος τοῦ τραχήλου αὐτῆς ἀπελύετο, αὕτη δὲ οἷα Πέτρος ὁ μέγας ἀπταίστως τοῖς ποταμίοις ἐβάδιζε νάμασιν. Εἶτα κρείττω φανεῖσαν τοῦ ὕδατος πυρὶ κολάζειν αὐτὴν διεσκέψαντο, καὶ κάμινος ὑπεδέχετο τὴν μεγάλην. Ἀλλ' ὁ φρουρῶν αὐτὴν Κύριος καὶ τανῦν ἐνταῦθα παρῆν, καὶ τὸ πῦρ οἷα τὴν φύσιν ἀποβαλὸν εὐθὺς διηλέγχετο, καὶ τὸ σῶμα ταύτης ἀπαθὲς διεσώζετο. Τί τὸ μετὰ ταῦτα; Σκότει κολάζεται βαθυτάτῳ, πρὸς τῷ σκότει δὲ καὶ λιμῷ· καὶ οἰκία δὲ ταύτην ἐσχάτως ἐλάμβανεν ἀφεγγής, μηδὲ τροφῆς ὅλως κοινωνοῦσαν. Ἠγνόουν δὲ πάντως μετ' αὐτῆς εἶναι τὸν τοῦ φωτὸς Κύριον, ὑφ' οὗ καὶ πρώϊμον αὐτῇ, κατὰ τὸν προφήτην, B ἐῤῥάγη τὸ φῶς καὶ φωτὶ θεϊκῷ ἅπας ὁ οἶκος περιελάμπετο. Οὐ φῶς δὲ μόνον ἐδίδοτο, ἀλλὰ καὶ θεία τις ἄνωθεν ἐχορηγεῖτο τροφή, ἄρτος ἑκάστης ἡμέρας παραδόξως ἑτοιμαζόμενος, λευκότερος μὲν χιόνος, τὴν ἡδονὴν δὲ θεσπέσιος. Τὸ δὲ μεῖζον, αὐτὸς ἐκεῖνος ἐφίσταται ὁ Σωτήρ, Ἐγώ εἰμι, λέγων, Εὐγενία, ὃς καὶ σταυρὸν διὰ σὲ καὶ θάνατον ἠνεσχόμην, δι' ὃν καὶ σὺ ταῦτα προείλου παθεῖν. Τοιγαροῦν καὶ μεγίστῃ σε δόξῃ περιβαλῶ, καὶ πολλῶν ἐμπλήσω χαρίτων. Ἔστω δέ σοι καὶ τοῦτο τῆς περὶ σὲ τιμῆς σύμβολον· αὕτη γὰρ ἡ ἡμέρα πρὸς τὴν ἄνω σε παραπέμψει ζωήν, ἥτις κἀμὲ εἶδε τοῖς κάτω ἐπιδημήσαντα.

ΛϚ'. Οὕτως εἰπὼν, ὁ μὲν ἀπ' αὐτῆς ἀπέστη· οὐ C μακρὰν δὲ καὶ τῶν λαληθέντων ἀπήντα τὸ πέρας. Στέλλεται γάρ τις τῶν ἀσεβῶν, τὸ τῶν μοναχῶν ἐκεῖνος σχῆμα ὑποκρινόμενος, ὃς ἔσω γενόμενος τοῦ δεσμωτηρίου κατ' αὐτὴν ἄρα τὴν ἡμέραν τελειοῖ τὴν μάρτυρα τῇ διὰ ξίφους σφαγῇ, καθ' ἣν καὶ ἡ τῶν Γενεθλίων ἑορτὴ ἤγετο τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Τελέσαντες οὖν ὅσα θέμις ἦν ἐπὶ θυγατρὶ τοιαύτῃ καὶ ἀδελφῇ, ἥ τε μήτηρ, φημὶ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ, τὸ ἱερὸν αὐτῆς λείψανον ἐν τόπῳ μὲν κατατίθενται οὐ μακρὰν ἀπέχοντι Ῥώμης, ἡ Ῥωμαΐα δὲ ὁδὸς ἐπικαλουμένῳ. Οὕτω μὲν Εὐγενία ἐβίωσε σεμνῶς· οὕτω δὲ ἀπεβίω καθὰ καὶ κεκλήρωτο εὐγενῶς, ὥστε μὴ δι' ἕτερον ἔχειν ἡμᾶς μᾶλλον θαυμάζειν, τὴν ἐν Χριστῷ ζωὴν ἢ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον· ὅθεν καὶ ὅσης αὐτὴ τῆς δόξης ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἠξίωται, δῆλον οὐ μετὰ D πολὺ γέγονε.

ΛΖ'. Δισσοῖς γὰρ τοῖς πάθεσι μεριζομένης αὐτῇ τῆς μητρὸς, καὶ τῷ μὲν διὰ Χριστὸν τυθῆναι χαιρούσης, ἀλγούσης δὲ τῷ θυγατρὸς διαζυγῆναι τοιαύτης, καὶ τὸν χωρισμὸν ἥκιστα πράως ὑπομενούσης, ὄναρ ἡ μάρτυς αὐτῇ ἐφίσταται· οὕτω μὲν ἐστολισμένη λαμπρῶς ὡς μηδὲ προσβάλλειν αὐτῇ τὸν ὀφθαλμὸν ἱκανῶς ἔχειν, τοιαύταις δὲ παρθένοις προπεμπομένη φαιδραῖς, ὡς μηδὲ μίαν αὐτῇ τῶν βασιλίδων παραβεβλῆσθαι δύνασθαι. Οὕτω τοιγαροῦν ἐπιστᾶσα ἐῴκει τῇ μητρὶ λέγειν· Ἵνα τί, ὦ μῆτερ, οὕτω σοι τὸ δεινοπαθεῖν πολλοῖς ὑπὲρ ἡμῶν τοῖς δάκρυσι τηκο-

sic quidem, qui concipiunt laborem, et pariunt iniquitatem [13]: Deo autem curæ erat, ut eorum jussus esset irritus et inefficax. Unde etiam lapis quidem ab ejus collo est exsolutus: ipsa vero non secus ac magnus Petrus, citra ullam offensionem ingrediebatur supra undas fluminis. Deinde cum ea aqua visa esset potentior, eam igne punire constituit, et magnam illam Eugeniam accepit fornax. Sed qui eam custodiebat Dominus, hic quoque nunc aderat: statimque ostensum fuit, ignem protinus amisisse naturam, et corpus ejus conservatum est illæsum. Quid postea? Tenebris punitur profundissimis, præter tenebras autem etiam fame, et eam domus accepit obscura, nec cibi quidquam omnino sumentem. Nesciebant autem omnino esse cum ea Dominum lucis, a quo etiam matutinum, ut ait propheta [14], lumen erupit, et divino lumine tota domus illustrabatur. Non solum vero lumen dabatur, sed etiam quoddam divinum superne suppeditabatur alimentum, panis qui quotidie parabatur admirabiliter, nive quidem candidior, voluptate autem plane divinus: et quod est omnium maximum, ille ipse accedit Servator, Ego sum, dicens, Eugenia, qui propter te crucem et mortem sustinui, propter quem tu quoque hæc pati constituisti; ergo te et maxima amiciam gloria et multis implebo gratiis. Sit autem hoc quoque signum tui honoris. Ipse enim iste dies te transmittet ad vitam supernam, qui me vidit infra advenlasse ad homines.

XXXVI. Cum sic dixisset, ille quidem ab ea recessit. Haud diu post autem effectum sortita sunt ea quæ dicta fuerant. Mittitur enim quidam impius, monomachi habitum præ se ferens, qui cum fuisset intra carcerem, ense facta cæde consummat martyrem eo ipso die, quo celebrabatur festum natalis Servatoris nostri. Cum justa autem fecissent tali filiæ et sorori ejus mater et fratres, sacras ejus reliquias deponunt quidem in loco, qui non abest procul a Roma, vocatur autem via Romana. Sic quidem vixit honorifice Eugenia, et sic e vita generose excessit, convenienter suo nomini, adeo ut nesciamus, utrum magis admiremur, in Christone vitam, an mortem pro Christo. Unde etiam, quantam sit pro utrisque gloriam consecuta, evasit paulo post manifestum.

XXXVII. Nam cum duobus animi motibus distraheretur mater, et partim quidem lætaretur, quod propter Christum esset sacrificata, fleret autem, quod a filia tali disjungeretur, et non moderate ferret separationem, martyr ei apparet in somnis, adeo quidem splendide vestita, ut nec in eam satis posset conjicere oculos, talibus vero comitata virginibus, et tam præclaris, ut nulla regina posset cum eis comparari. Cum sic ergo accessisset, visa est dicere matri: Quorsum, o mater, ita te afflictas, multis pro nobis liquefacta

[13] Psal. VII, 15. [14] Isa. VIII, 20.

lacrymis? Non sunt res nostræ prosequendæ fletibus, sed lætitia. Scias enim, quod ego et pater Philippus vivimus in quadam ineffabili martyrum lætitia, una cum Christo versantes et conregnantes: qui te etiam non ita multis post diebus ad hanc vitam evocabit. Meis autem fratribus conserva firmum ac stabile, quod est in Christo, signaculum, et assidue exhortare, ut sint etiam mihi fratres animis, ut sic totum genus offeramur pulchrum donum Domino. Hæc mater audivit ab Eugenia. Dicebatur autem etiam vidisse assistentes angelos, quorum habitus erat signum gaudii simul et pudoris, ipsis veluti indicantibus, quod illi essent honore digni, et perpetui etiam gaudii participes. Quod detur nobis omnibus quoque consequi gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, quem decet omnis gloria, honor et potentia nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. (1).

A μένῃ; Οὐ θρήνων, ἀλλ' εὐφροσύνης ἄξια τὰ ἡμέτερα. Ἴσθι γὰρ ὡς ἐγώ τε καὶ ὁ πατὴρ Φίλιππος ἐν ἀῤῥήτῳ τινὶ τῶν μαρτύρων εὐφροσύνῃ ζῶμεν, συνόντες Χριστῷ καὶ συμβασιλεύοντες· ὅς καὶ σὲ οὐ πολλαῖς ὕστερον ἡμέραις εἰς τὴν ζωὴν ταύτην μετακαλέσει. Τοῖς δὲ ἐμοῖς ἀδελφοῖς τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα βεβαίαν καὶ ἀδελφοὺς ἐμοὶ γενέσθαι καὶ τὰς ψυχὰς συνεχῶς φυλάξαι παραίνει, ἵνα οὕτω γένος ὅλον καλὸν δῶρον τῷ Δεσπότῃ προσενεχθῶμεν. Ταῦτα παρὰ τῆς Εὐγενίας ἡ μήτηρ ἤκουσεν, ἐλέγετο δὲ καὶ ἀγγέλων ἐπιστασίαν ὁρᾷν, ὧν τὸ σχῆμα χαρᾶς τε ἦν ὁμοῦ καὶ αἰδοῦς σύμβολον, ὥσπερ ἐνδεικνυμένων αὐτῶν ὅτι καὶ τιμῆς ἄξιοι ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ ἀλήκτου χαρᾶς κοινωνοί. Ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν B Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(3) Consentiunt hisce Actis ea quæ ante annos mille et centum de hac virgine scripsit Alcimus Avitus Viennensis episcopus ad Justinam sororem de laude castitatis: item iis S. Eugeniæ Actis quæ in Vitis Patrum recensentur, quæ quidem præferunt sic a Græcis descriptis.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΑΠΤΟΥ

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ.

—

S. P. N. ET CONFESSORIS

THEODORI GRAPTI

VITA ET CONVERSATIO*.

(Dec. 26. — Combefis. Manipulus rer. CP., p. 191.)

—

Α'. Τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ τὴν ἄθλησιν ἑλομένων A οἱ μὲν ὑπὲρ εὐσεβείας ἁπλῶς πρὸς Ἕλληνας ἠγωνίσαντο, πλάνης εἰδωλικῆς ἀντιποιουμένους· οἱ δὲ

I. Ex iis, qui pro Christo certamen susceperunt, alii quidem pro pietate ac fide simpliciter, adversus Græcos simulacrorum errorem tuentes, decer-

Fr. Combefisii notæ.

* Hanc Theodori Grapti Vitam, ut hic repræsentarem, post longam rationum mecum disceptationem, evicit, quod æquum putavi, ut qui Nicephori patriarchæ certamen in causa imaginum graviter descripserat, suum ipse quoque eadem serie (eodem Byzantii theatro, eadem ipsa ætate exhibitum) meo hoc syntagmate, ejus urbis rerum gestorumque, perscriberet. Tanti scilicet visum, sin martyris, at certe egregii confessoris, non ita paucos versus, in lucem publicam dare, ut iis, qua ipse edidit lingua fideles recreentur, et ad paria animentur certamina, cum præsertim non paucis locis etiamnum aperta palæstra sit, furente Christi ac imaginum hoste.

Lipomanus, exque eo Surius ad Decembris 26 (id est, VII Kal. Januarii) Vitam hanc Latine retulit : exque more, ceu quid ἀδέσποτον, Metaphrastæ tribuit. Certiori tamen conjectura eidem forte ascribi possit ex Metaphrastis characteris luminibus, quæ ex Psello in suo de Symeonum scriptis syntagmate constituit Leo Allatius. Ipse, qui ad manum non habuerit, censere non potuit : etsi exstare in Romanis Bibliothecis vel audierat vel meminerat, ut in sua de Theodoris Diatriba scripsit. Auctor hic cum Logotheta in Chronico penitus consentit, quibus in exsilio et carcere narrant Theodori obitum, cujus vitam alii ad Theodorum et Michaelem Augustos trahunt. Utut sit, significat auctor, se diu a Theodori obitu scripsisse, ut et Metaphraste forte recentior sit, cujus et characterem sit imitatus, et secutus, quæ ille pauca verioraque Chronico suo inseruerat. Ejus Vitæ ac scriptionis præcipua pars, Epistola est ejusdem Theodori; quæ et mihi ratio vel maxima fuit, ut hic repræsentarem. Ipso statim titulo, Lipomani C interpres, sive ipse Romanus Codex, martyres indigitat ambos fratres, istudque eorum martyrium vocat. Noster castigatius, Theodorum duntaxat, ipsumque confessorem, ascribit, ac ejus Vitam indigitat, quod ad ipsum tota scriptionis collineat intentio, sitque ipse in exsilio defunctus, clarior proinde confessionis titulo : cum Theophanes Nicænus deinde episcopus, in pace quieverit. Martyrem tamen ipse auctor in fine scribit. Ἐπανεῖσι δὲ καὶ ὁ μέγας Θεοφάνης, μάρτυς ὤν, καὶ τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ στίγμασι σεμνυνόμενος· *Revertitur et magnus Theophanes, ipse martyr, et quibus pro Christo stigmatis inustus erat, glorians.* Quibus verbis, ejus vocis significationem velut restringit, ut non proprie martyrem velit, sed ita testem, ut vita incolumi, ferendo tormento, pietatis testimonio fructus sit : quos confessores antiquo usu Ecclesia dicit ; martyrii titulo iis relicto, quos tormentorum vis ipsa, in Christi confessione, seu alias tuenda pietate ac asserenda, vita extruserit : queis sic extra sis, certa victoria est atque gloria, cum victores confessores nihil subinde vinci prohibeat, graviusque offendere, cujusmodi, Cyprianus et alii deplorant; ut non satis cautum videatur, eos qui strenuum aliquid confessione egerint, eo uno titulo, ac cum reliqua deinceps vitæ ratio nos lateat, inter sanctos haberi atque beari. Quo in genere nonnihil indulgentius quandoque acciderit. Methodius tamen unum hoc ad conjecturam satis existimavit, ut dignus episcopatu Theophanes censeretur, quod confessionis notas has ac stigmata vultu præferret, qua B de re scribit Logotheta : Καὶ ἐν μὲν ἐξορίᾳ τελευτᾷ ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος· οὗ τὸ λείψανον ἐν τῇ Χαλκηδόνι μονῇ τοῦ Μιχαελίτζη αὐτὸς ὁ κτίσας Μιχαὴλ ὕστερον ἀπεκόμισεν. Ὁ δὲ ἀοίδιμος Θεοφάνης μέχρι Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας διήρκεσε, καὶ ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Μεθοδίου πατριάρχου γενομένου χειροτονεῖται μητροπολίτης Νικαίας· ὥς καί τινας ἀσχάλλοντας ἐπὶ τῇ τούτου χειροτονίᾳ καὶ λέγοντας, ὅτι Σύρος ἐστί· καὶ τίς οἶδεν εἰ ὀρθόδοξος ὑπάρχει μηδενὸς αὐτοῦ μαρτυροῦντος; ἀπεκρίθη ὁ ἅγιος Μεθόδιος, λέγων· Ἐγὼ ὑπὲρ ταύτην τὴν μαρτυρίαν, ἣν ἐπιφέρεται (δείξας τὴν ἐν τῷ προσώπῳ γραφὴν) κρείττονα οὐ θέλω· *Ac quidem Theodorus in exsilio diem obit, cujus corpus Chalcedonem in monasterium quod Michaelitze vocant, ab ipso qui condidit, Michaele, postea translatum est. Inclytus autem Theophanes, ad Michaelem usque ac Theodorum superstes, a sancto Methodio, qui fuit patriarcha, metropolita Nicænus ordinatur; adeo ut quidam eam ægre ferrent ordinationem, atque dicerent : Homo Syrus est; et quis novit an sit orthodoxus, cum nemo ei testimonium deferat? Ad quos Methodius : Ego nullum aliud melius testimonium desidero, quam quod ille præfert ; ostendens iambis inscriptum vultum.* Quibus omnino βιογράφῳ consentit.

Ex his emendandi continuator Vaticanus, itemque Joannes Scylitza et Cedr. qui ex illo mutuati sint, nec non auctor Orationis in festum Restitutionis imaginum, qui omnes æque superstitem Theodorum et Theophanem ponunt, ac convivio adhibent, quo confessores a Theodora excepti sunt. Græci quoque in Menæis unum celebrant Theodorum, qui in exsilio unus ipse confessor decesserit. Sic 27 Decembr., quo illi die sancti Stephani protomartyris festum celebrant : Καὶ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου τοῦ Γραπτοῦ καὶ αὐταδέλφου Θεοφάνους τοῦ ποιητοῦ·

tarunt; alii autem pro fide orthodoxa, adversus Christianos quidem, sed non sane erga rectam fidem affectos, nihil illis minus aliquid sudorum contulerunt. Quamobrem etiam illis pares coronas consecuti sunt: quorum unus est, qui nunc etiam dicendi argumento propositus est, admirandus ille ac magnus Theodorus; cujus sigillatim res oratio processu declarabit ac edet.

II. Palæstina illi patria fuit, quam Deus Abrahamo possidendam tradens, terram promissionis rite nuncupavit. Civitas autem Hierosolyma, cui omnino, vel si alia omnia argumenta desint, ad laudem sufficiat, quod et Christus illinc sit secundum carnem: quin etiam ingens quoque prophetarum ac patriarcharum chorus inde processit: ipse denique jucundissimus electus apostolorum cœtus exortum inde habuit.

III. Generosi viri hujus parentibus claritatem pietas præstabat: eorum divitiæ amplaque substantia, quod ex Christo nomen, Christiani nuncupatione, asciverant. Quorum germen vir ille sacer cum esset, quid attinet dicere, quantam a prima ætate adeptus est intelligentiam mentisque solertiam? Adhuc enim puer, nihil puerili sensu præditus erat, ejusmodi scilicet, qui ad parva aspiceret, ludisque ac rebus ludicris propense oblectaretur: sed nusquam ille quidem libentius

ὑπὲρ ὀρθοδόξου πίστεως, πρὸς Χριστιανοὺς μὲν, οὐχ ὑγιῶς δὲ περὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν διακειμένους, οὐκ ἐλάττους ἢ ἐκεῖνοι τοὺς ἱδρῶτας καταβαλλόμενοι. Διὸ καὶ τῶν ἴσων αὐτοῖς στεφάνων κοινωνοὶ καθεστήκασιν· ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ τῷ λόγῳ νῦν ὑπόθεσις προτεθεὶς, ὁ θαυμαστὸς καὶ μέγας Θεόδωρος, περὶ οὗ προϊὼν ὁ λόγος κατὰ μέρος δηλώσει.

Β'. Τοῦτον ἤνεγκε μὲν ἡ Παλαιστίνη, ἣν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ κλῆρον διδοὺς, γῆν ἐπαγγελίας καλῶς προσηγόρευσε· πόλις δὲ Ἱερουσαλὴμ, ἥτινι πάντως ἀρκέσει πρὸς ἔπαινον, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο τῶν ἐπαίνων εἶχε, ὅτι καὶ Χριστὸς ἐκεῖθεν (1) τὸ κατὰ σάρκα· καὶ δὴ καὶ προφητῶν ἐξ αὐτῆς καὶ πατριαρχῶν πολὺς προῆλθε χορός· καὶ αὐτὴ δὲ τῶν ἀποστόλων ἡ χαριεστάτη λογὰς ἐκεῖθεν ἔσχε τὴν γένεσιν.

Γ'. Γεννήτορες δὲ τῷ γενναίῳ ἀπὸ τῆς εὐσεβείας τὸ γνώριμον ἔχοντες· πλοῦτος δὲ καὶ περιουσία τὸ ἀπὸ Χριστοῦ καλεῖσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι· ἐξ ὧν ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος βλαστήσας ἀνὴρ, τί δεῖ λέγειν, ὅσην ἐκ πρώτης ἔτι τῆς ἡλικίας ἐπλούτησε τὴν σύνεσιν; Ἄρτι μὲν γὰρ παῖς ὢν, οὐ κατὰ παῖδας εἶχε τὸ φρόνημα· τὸ πρὸς μικρὰ βλέπειν, καὶ ἀθύρμασι χαίρειν καὶ παιδιαῖς· ἀλλὰ φίλαι Θεοδώρῳ διατριβαὶ τὸ ναοῖς σεπτοῖς ἐμφιλοχωρεῖν· θεωρίαι δὲ ποθειναὶ τὸ πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ἠθῶν ὁρῶν-

Fr. Combefisii notæ.

Sancti Patris nostri ac confessoris Theodori Grapti ac fratris Theophanis Carminum scriptoris. Clarius in Synaxario: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Γραπτοῦ, ἀδελφοῦ Θεοφάνους τοῦ ποιητοῦ. Παραπεμφθέντες ἐν τῇ ἐξορίᾳ, πρὸς Κύριον ὁ μέγας ἀριστεὺς Θεόδωρος ἐξεδήμησε· *Missi sunt in exsilium, in quo magnus pugil Theodorus migravit ad Dominum.* Addunt Romanæ tabulæ Theodorum in exsilio exspirasse, *in carcere inclusum.* Idipsum clarius hic ipse auctor, senio pariter et morbo, ad hæcque carceris ærumnis, in ipso carcere animam Deo commendasse, tradit; quo martyrii titulo omni rigore propior exsistit. Quodque ita auctores relati, aliis, quos magis probo, silentibus, in eo convivio referunt Theophanis acerbius responsum ad Theodoram Augustam, ex iis notis, quibus vultus inscripti essent, cum Theophilo ejus marito, se, coram Christo justo judice juste disceptaturos, fabula videri possit, omnisque forte illa molitio, liberandi animam Theophili precibus sacerdotum ac confessorum, ejus ipsius auctoris, qui sic inconcinne virum jam mortuum illi convivio adhibuerit, quem alii secuti sint. Majori portento continuator Vaticanus: Τούτοις ἐναρίθμιοι Θεοφάνης τε ὁ τῆς Σμύρνης καὶ ὁ αὐτοῦ Θεόδωρος ἀδελφός. At unde natum Theophanis Grapti istud cognomen? Nolim auctoris, qui eruditus est, et dignus luce, imperitiæ ascribere. Scripserit ille, ὁ Σύρος, vel ὁ τῆς Νικαίας, quod sic depravatum antiquario sit. De suo ergo illo Theophane illam historiolam narrat, seu fabellam, uti alii de Theophane episcopo Nicæno, sed omnes una conviva fratre Theodoro olim defuncto. Scylitz. Καὶ ὁ τούτου ὅμαιμων Θεόδωρος· ubi Gabius: *Et illius consanguineus Theodorus*, sed hoc liberius, *illius frater germanus*, uti reliqui, ἀδελφὸς, αὐτάδελφος· nec aliud Scylitz. vox reddenda fuit; nec in Cedreno Xylander aliter reddidit. Auctor Orationis illius Dominicæ τῆς Ὀρθοδοξίας liberalior est, additque et Theophanem Magni Agri præpositum seu Sigrianum, ipsum qui scripsit Chronica; quem tamen nulla conjectura est tandiu vixisse. Præterea etiam addit Theodorum Studitam, quem adhuc vigente persecutione diem obiisse, ex Naucratii ejus successoris Epistola encyclica satis liquet. Nec quod in Triodio Dominica illa prima Quadragesimæ Naucratius habetur loco Theodori, et Arsatio jungitur, quod notavit Baron., aliud efficit, quam quod Nicephorus Callixtus recens auctor, cujus sunt illa omnia Triodii Synaxaria, ita emendaverit: non quod vetus auctor illius orationis non sic commentus sit: cujus proinde inde laborat fides. Sic passim ipsæ se sorices produnt, dum multa in una narratione per inscitiam struunt, nihil ipsa cohærentia: quo in genere et Latinis inque Gallia non semel peccatum, non levi fidei historicæ labe, viris doctis animadversum est. De Theophane Magni Agri præposito, lampadem trado erudito viro et amico Danieli Papebrochio S. I. proxime vulgando sociis curis cum erudito pariter viro ipsoque amico Godefrido Henschenio ejusdem S. amborum Martio.

(1) Χριστὸς ἐκεῖθεν. Natum apud Bethleem Christum, certa fides est: unde ergo: *Hierosolymis secundum carnem?* An quod ipsa Maria Hierosolymis nata in sancta Probatica, id est, in domo Joachim Hierosolymis prope Probaticam piscinam? Quaresm. lib. IV, cap. 12, peregr. 3; Damasc. orat. 1 in Nativit. S. Virginis, ut quidem ipse reddebam: *Nata nobis est Dei Mater in sancta Probatica, ex qua Agnus Dei nasci voluit, qui tollit peccatum mundi.* Nam et quia Bethleem sic vicina Hierosolymis est, ut quasi ejus suburbanum haberi possit? quocirca etiam quotannis Hierosolymorum antistes, ejusque plebs, in die Christi Natali in eo oppido ad locum speluncæ stationem habebant: quod Sophronius patriarcha tantis deplorabat abs se præstari non posse, obsessa a Saracenis sancta civitate, illa oratione, quam post Peltanum ad eum diem iterum repræsentavi in *Biblioth. PP. concionat* et ex card. Maz codice absolvi.

τα, καὶ τοὺς σεμνοὺς τρόπους, ἑαυτὸν ῥυθμίζειν · A καύχημα δ' ἐκείνου καὶ σεμνολόγημα τὸ πειθόμενον ἐρᾶσθαι γονεῦσι, καὶ συνελόντα φάναι, δῆλος ἦν ἐκ προοιμίων ὥσπερ τὰ εὐγενῆ τῶν φυτῶν ἐκ πρώτης ἔτι τῆς βλαστῆς, ὁποῖος ἄρα τὴν ἀρετὴν ἀποβήσεται.

versabatur, quam in venerandis templis. Nullum ei jucundius spectaculum, quam ut ad pulcherrimos omnique honestate conditos mores contuendo, se ad eos componeret. Ejus in eo posita gloriatio ac decus, ut parentibus obsequentem sese exhiberet. Et ut semel dicam, instar generosæ plantæ, primo statim ostendit germine, qualis ac quantus virtute evasurus esset.

Δ'. Ἤδη δὲ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ἀμείβων, εἰς γραμματιστοῦ φοιτᾷν ὑπὸ τῶν γεννητόρων κελεύεται. Ἵνα δὲ μὴ μόνον τοῖς μαθήμασιν ἀσχολούμενος, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀρετὴν τυπούμενος ᾖ, τῇ τοῦ θεοφόρου Σάβα μονῇ παραδίδοται, διδασκάλου δή τινος τυχὼν B πρεσβυτέρου · ἑνός φημι τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἅμα μὲν εἰς παιδείαν, ἅμα δὲ καὶ εἰς ἀρετὴν τὸ τηνικαῦτα πρωτεύοντος. Εἶχε δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν Θεοφάνην, πρὸς μὲν τὴν ἡλικίαν χρόνοις συχνοῖς ὑστερίζοντα, πρὸς δὲ τὴν ἀρετὴν τὰ δευτερεῖα φέρειν οὐκ ἀνεχόμενον · καὶ τὸ ἀδελφὸς εἶναι οὐκ ἀπὸ τῶν σαρκικῶν μᾶλλον ὁμοιωμάτων, ὅσον ἀπὸ τοῦ μηδὲν αὐτοῦ παραλλάττειν εἰς ἀρετὴν βουλόμενον · ἀλλὰ τοὺς ἀρίστους μιμούμενον τῶν ζωγράφων, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὥσπερ εἰς ἀρχέτυπον βλέποντα, καὶ ζηλοῦντα σὺν ἀκριβείᾳ.

IV. Cum autem a puerili jam ætate excederet, jubetur a parentibus ad grammatices præceptorem ventitare. Ne autem solum disciplinis vacaret, sed ad virtutem quoque informaretur, traditur divini Sabæ monasterio. In eo presbyterum (ecclesiastici scilicet ordinis virum) magistrum ejusmodi nactus est, qui et eruditione, et virtute tum primas obtineret. Habebat autem et Theophanem fratrem, ætate quidem annis non paucis juniorem; at qui virtutis nomine neque secundas ferre sustineret, quique ita comparatus esset, ut non tam ex carnali similitudine, quam ex virtutis summa consensione ac paritate, illius frater vellet enitere; optimosque æmulatus pictores, in eum ut exemplar contuens, exacte omnino illius ducebat characteres.

E'. Ἐκεῖσε μὲν οὖν ἀμφοτέροις αἱ διατριβαί. Ἀλλ' ὁ θεῖος Θεόδωρος, ὀξυτάτης μεταλαχὼν φύσεως, καὶ τὴν παιδείαν ἅπασαν ἐν χρόνῳ βραχεῖ διελθών, ὑψηλοτέρων τε μαθημάτων ἔρωτα ἐσχηκώς, C ἔξεισι μὲν τῆς μονῆς · ἀνδρὶ δέ τινι προσφοιτᾷ, τὴν μὲν ἡλικίαν προήκοντι · ἀνὰ λόγον δὲ τοῦ χρόνου καὶ ἀρετὴν ἀσκήσαντι, καὶ παιδείαν συλλεξαμένῳ. Ἐκείνῳ τοιγαροῦν ὁμιλῶν, τῆς τε ἀρετῆς μιμητὴς γίνεται, καὶ πρὸς τὴν τῆς παιδείας ἀντίληψιν οὐ πολλοῦ δεῖται χρόνου · ἀλλὰ τῷ πτηνῷ καὶ διαπύρῳ τῆς φύσεως, καὶ τῷ συντόνῳ τῆς περὶ ταῦτα ἐπιμελείας, πάντα ἐν ὀλίγῳ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν εἰσῳκίσατο. Καὶ μάρτυρες τούτων οἱ λόγοι, οὓς αὐτὸς ὕστερον ὑπὲρ εὐσεβείας ἐξέθετο, εἰ καὶ πάσης τῆς περὶ αὐτοῦ (2) φιλοτιμίας ἀνώτερος ἦν.

V. Atque illic quidem ambo versabantur: enimvero divinus Theodorus, cum subtilissimi ingenii esset, ac brevi tempore institutionem omnem artesque bonas decurrisset, sublimiorum disciplinarum amore captus, e monasterio egressus ad virum quemdam adit, ætate quidem provectum; sed qui pro temporis ratione virtutem exercuisset, ac eruditionem omnem comparasset, illi operam daturus. Cum illo ergo versans, tum virtutis fit imitator, tum non multo tempore indiget ad disciplinam omnem capiendam: sed ingenii celeritate ejusque ignea vi, nec non et acri contentaque diligentia, intra breves moras cuncta animo hausit. Ac testes sunt, quos ille postea pro tuenda pietate libros edidit, etsi omni superior æmulatione, pro eruditionis illa præstantia, fuit.

ϛ'. Ἀλλ' ἡ μὲν περὶ τοὺς λόγους ἀσχολία μέχρι τινός. Ἐνίκα γὰρ ὁ τῆς ἀρετῆς πόθος, ὅλον εἰς ἑαυτὸν ἀπασχολεῖν βουλόμενος, καὶ μὴ τῇ D πρὸς ἐκείνους ἐπιμελείᾳ τὴν διηνεχῆ ταύτης περικόπτεσθαι ὁμιλίαν. Ἀμέλει καὶ αὖθις τῇ τοῦ θεοφόρου Σάβα μονῇ φέρων ἑαυτὸν δίδωσι · καὶ ἦν οὕτως ὑπὸ Θεῷ ζῶν, ἔργα τε μετιὼν ὀφθαλμῶν ἐκείνου τῶν καθαρῶν ἄξια. Ἐντεῦθεν τίς μὲν Θεοδώρου τὸ φρόνημα μετριώτερος; Τίς δὲ κρατῆσαι θυμοῦ γενναιότερος; Τίς πρὸς ἐπιθυμίας ὁρμὰς ἀκλινέστερος; Τίς οὕτω καὶ λέγειν καὶ σιωπᾷν εὐκαιρότατος, καιρόν τε εἰδέναι παντὸς πράγματος, ὡς μήθ' ἡσυχίαν ἀτιμάσαι, μήτε παῤῥησίαν μεθεῖναι διὰ μαλακίαν ψυχῆς καὶ φρονήματος ὑπτιότητα; Τίς οὕτω σάρκα τε ἐκόλασε, καὶ ὀφθαλμὸν ἐχαλί-

VI. Sed aliquandiu quidem versatus est in litteris. Vincebat enim virtutis amor, id agens, ut totum sibi addiceret, nec sinens ut studiorum illa diligentia, jugis cum ea consuetudo interrumperetur. Denique, divini Sabæ monasterio se rursus tradit; atque in eum modum vita Deo dedita, quæ illius mundis oculis digna opera essent, totus consectabatur. Hinc, quis Theodoro sensu modestior? Quis ad continendam iram illo generosior? Quis ad cupiditatis explenda desideria rigidior? Quis dicendi atque tacendi opportunius momenta observabat, ac cujusvis rei faciendæ tempus pernoscebat? ut neque quietem silentiumque contemneret, neque propter animi mollitiem, abjectumque ac demissum spiritum,

Fr. Combefisii notæ.

(2) *Περὶ αὐτοῦ*. Lipoman. interpr. forte legerit περὶ αὐτῶν, redditque: *Etiamsi esset excelsior, quam ut ex eis ullam laudem ambiret.* Sed nulla hæc ratio. Plane enim adversativa superius illud respicit, quo dixit, omnem ἐν ὀλίγῳ, sic *brevi tempore*, disciplinam adeptum esse; quæ tamen tanta in eo esset, ut æmulationem omnem excederet, cum soleat, qua sic brevi quis scientia imbuitur, defunctoria ac imperfectior esse.

quod sit libertatis dicendi quidquam remitteret. Quis sic carnem castigavit atque oculum frenavit, et cogitationes affectusque repressit? Ex quo quid accidit? Dei quidem nutu, omnium vero qui ad monasterium spectabant, suffragio, a sanctæ Sionis tunc antistite presbyter ordinatur: itaque cum modum ipsum habebat magni Sabæ monasterium, virtutis melle operando strenuum atque sedulum. Quod autem ex illis præclaris rebus me pene fugit, nec si velim negligere facile possim, dicturus sum. Namque in illo tale quid etiam contigit, quale prius in divo Jeremia, ad quem dictum est: « Antequam natus esses, sanctificavi te; et unxi te priusquam formatus esses in Israel [1]. »

A νωσε, καὶ λογισμῶν ἐπέσχεν ὁρμάς; Ἐξ οὗ τί γίνεται; Νεύματι μὲν Θεοῦ, ψήφῳ δὲ τῶν περὶ τὴν μονὴν πάντων, ὑπὸ τοῦ τηνικαῦτα τῆς Σιὼν προεδρεύοντος, χειροτονεῖται πρεσβύτερος· καὶ εἶχεν οὕτως αὐτὸν ἡ τοῦ μεγάλου Σάβα μονὴ, τὸ τῆς ἀρετῆς μέλι φιλοπονώτερον ἐργαζόμενον. Ὃ δέ με τῶν ἐκείνου καλῶν μικροῦ διέφυγε, καὶ ὃ μηδὲ βουλομένῳ παριδεῖν ῥᾴδιον. Γίνεται γὰρ καὶ περὶ αὐτὸν τοιοῦτον, οἷον περὶ τὸν θεῖον Ἱερεμίαν πρότερον, πρὸς ὃν ἐῤῥέθη τό· « Καὶ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι ἡγίακά σε· καὶ ἔχρισά σε πρὸ τοῦ πλασθῆναι ἐν Ἰσραήλ. »

VII. Nam cum adhuc presbyter ille ac magister in divini Sabæ monasterio, uti jam prius declaravit oratio, cœlesti hunc sensu Theodorum divina doceret, litterarumque studiis atque virtute excoleret, isque virtutis lac quotidie, ut sic dicam, mystica institutione sugeret, ac spirituali educatione adolesceret: magnus, inquam, ille presbyter, Deique nimirum homo, quæ hujus viri erant divinitus edoctus, clarissime prædicit. Ne cui autem videretur in discipulum indulgentior, quod ita a Deo manifestatum fuisset, ipse confingere (prorsus enim suspecta laus amantium est), hactenus quidem rem silentio tegit: postea vero, ubi etiam pueri virtutem ejusmodi nactus est, quæ dicendis uberem ipsa fidem præstaret ac vaticinio suffragaretur, claro præconio cunctis enuntiat, in hæc fere verba diserte loquens, ac clamans: Probus hic adolescens, ad alia omnia quæ propter Christum passurus est, etiam martyrio vitam commutabit. Quod ejus a teneris unguibus virtutis indicium clarius esse possit? tale nimirum, ut vel si nihil aliud virtutis illi gestum esset, uno hoc, nulli secundus eorum, quorum vita prædicabilis, abunde eniteret.

B Ζ'. Ἄρτι γὰρ ἐκείνου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ διδασκάλου (3) κατὰ τὴν τοῦ θεοφόρου Σάβα μονὴν, ὡς ὁ λόγος ἤδη φθάσας ἐδήλωσε, τὸν οὐρανόφρονα τοῦτον Θεόδωρον τὰ θεῖα παιδεύοντος, καὶ ἀρετὴν ἐκπονοῦντος· τοῦ δὲ τὸ γάλα τῆς ἀρετῆς καθ' ἕκαστον εἰπεῖν ἐκμυηθέντος, καὶ πνευματικῶς διατρεφομένου· ὁ μέγας ἐκεῖνος πρεσβύτερος, καὶ τοῦ Θεοῦ δηλαδὴ ἄνθρωπος, θεόθεν τὰ κατ' αὐτὸν γνοὺς, προλέγει τρανέστατα. Ἵνα δὲ μὴ δόξῃ τινὶ τῷ μαθητῇ χαριζόμενος προσποιεῖσθαι τὴν ἀποκάλυψιν· ὕποπτος γὰρ ἀτεχνῶς ὁ παρὰ τῶν φιλούντων ἔπαινος· τέως μὲν αὐτὴν κρύπτει τῇ σιωπῇ· ὕστερον δὲ, ἐπεὶ καὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἀρετὴν ἀξιόπιστον τῶν λεγομένων εἶχε συνήγορον, πᾶσιν ἐξαγγέλλει μετὰ λαμπροῦ τοῦ κηρύγματος, οὕτω γεγωνότερον ἐκβοήσας· C ὡς ὁ καλὸς οὑτοσὶ, ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἷς διὰ Χριστὸν ὑπομένων ἔσται, καὶ μαρτυρίῳ τὸν βίον ἀμείψει. Τούτου τί ἂν γένοιτο τῆς ἐκ παιδὸς ἀρετῆς ἐκείνου τεκμήριον ἐναργέστερον; Ὥστε, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον αὐτῷ κατωρθώθη, μηδενὸς δεύτερον τῶν μακαριζομένων ἀποδεῖξαι τὸν εὐφημούμενον.

VIII. Postquam autem cum aliis bonis etiam sacerdotii donum accepit, quid necesse percenseam quanta etiam ad decorem illi præstandum præclara gessit, etsi studebat latere, quanta nemo improbus mala sua studia solertia tegit? Nam cui, fidei cultu, cui spei, cui denique charitatis, ille secundus fuit? Sed lenitate, sed moderatione, sed bonitate, sed zelo qualis fuit, qui etiam usque ad vincula et plagas et mortem pro Christi imagine pericula adiit? Verumenimvero præstat, ab ipsa tum origine declarare, ut se ea, quæ ad imagines spectant, habuerint.

Η'. Ἐπεὶ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καλῶν καὶ τὸ τῆς ἱερωσύνης προσείληφε χάρισμα, τί δεῖ καταλέγειν, ὅσα καὶ πρὸς ἐκείνου τιμὴν αὐτῷ κατωρθώθη· εἰ καὶ λανθάνειν οὕτως ἐσπούδαζεν, ὡς οὐδεὶς ἕτερος τῶν τὰ πονηρὰ μετιόντων; Τίνος μὲν γὰρ εἰς D πίστιν, τίνος δὲ πρὸς ἐλπίδα, τίνος δὲ πρὸς ἀγάπην ἐκεῖνος δεύτερος; Ἀλλὰ τὴν μακροθυμίαν, ἀλλὰ τὴν ἐπιείκειαν, ἀλλὰ τὴν χρηστότητα, τὸν δὲ ζῆλον οἷος, ὅς γε καὶ μέχρι δεσμῶν καὶ πληγῶν καὶ θανάτου τῆς τοῦ Χριστοῦ εἰκόνος προεκινδύνευσεν; Πλὴν ἀλλὰ καλὸν ἄνωθεν, ὅπως ἔσχε τὰ περὶ τῆς εἰκόνος διασαφῆσαι.

IX. Qui ab omni ævo nostri generis hostis ac perduellis proditus, multa jam adversum nos prælia, sæpiusque, repetita acie infestus, instruxerat, aliam rursum viam aggreditur, ac fortiter adversus pietatem armatur. Nam quod Deum factum

Θ'. Ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἐχθρὸς καὶ πολέμιος ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἀναφανεὶς, πολλοὺς ἤδη καθ' ἡμῶν πολέμους καὶ πολλάκις ἀναῤῥιπίσας, ἑτέραν πάλιν ὁδὸν ἔρχεται, καὶ ἰσχυρῶς κατὰ τῆς εὐσεβείας ὁπλίζεται. Ἐπεὶ γὰρ εἶδε Θεὸν γενόμενον ἄνθρωπον,

[1] Jerem. I, 5.

Fr. Combefisii notæ.

(3) *Ἐκείνου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ διδασκάλου.* Lipomani interpr. *magnus ille senex*. Redditur quidem illa vox etiam *senior*, quod ætatis esse possit: hic tamen ordinis est, ac ecclesiasticæ dignitatis atque muneris, significans sacerdotem secundi ordinis; sicque auctor paulo superius distinxit, cum adjecit, ἑνός φημι τῶν τῆς ἐκκλησίας, ac bene ibi idem interpres, *presbyterum* reddidit.

A γίνεται πάλιν ὄφις καὶ πάλιν διάβολος· καὶ διασύρει τοὺς θείους νόμους ὁ μιαρὸς καὶ θεσμούς· καὶ παρερμηνεύει πάλιν τοῦ νομοθέτου τὸ βούλημα. Καὶ Θεοῦ μὲν εἰδὼς, ὡς οὐχ οἷός τέ ἐστιν ἀφιστᾷν τοὺς ἀνθρώπους, δελεάματι κιρνᾷ τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ Χριστὸν ἀρνεῖσθαι πείθειν ἀδυνατῶν, τὴν αὐτοῦ θείαν εἰκόνα προσκυνεῖν ὅλως ἀπαγορεύει· ἵν' οὕτω λάθῃ καὶ τὴν τῆς ἐκείνου σαρκώσεως ἀπὸ ψυχῶν ὁμολογίαν, καὶ τὸν δι' ἐκείνης ἡμῶν πρὸς τὸν σώσαντα πόθον κατ' ὀλίγον ἀπομαραίνων. Ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς κατὰ νοῦν αὐτῷ προεχώρει (εὗρε γὰρ ἐπιτηδείους ψυχὰς πρὸς τὴν αὐτοῦ σπερμάτων ὑποδοχὴν), ὢ τῆς πολλῆς σου μακροθυμίας, Χριστέ! φθάνει καὶ μέχρι βασιλέων αὐτῶν, καὶ πλέον ἰσχύει δύναμιν εὑρίσκων ἀπὸ τῆς ἐξουσίας· καὶ τοσούτῳ βοηθεῖται τῷ κράτει, μικροῦ καὶ B γενέσθαι ἡμᾶς ὡς τὸ ἐξ ἀρχῆς, ὅ φησι τὰ ἱερὰ λόγια, ὅτε οὐκ ἦρχεν ἡμῖν Κύριος.

Ι'. Λέοντος γὰρ τηνικαῦτα τοῦ ἐξ Ἀρμενίων τὸ γένος ἕλκοντος, τυράννῳ χειρὶ τῶν σκήπτρων ἐπειλημμένου, καὶ τὸν εὐσεβῆ βασιλέα Μιχαὴλ τῆς μὲν ἀρχῆς παραλύσαντος, σχήματι δὲ καὶ βίῳ τὰ τῶν μοναχῶν μετιέναι παρασκευάσαντος· ἐκεῖνος μὲν τὸ ἀκούσιον ἀλύπως ὡς κατὰ γνώμην προσίετο· αὐτὸς δὲ πρὸς μικρὸν ἔτι τὴν ἀσέβειαν ἔνδον οἰκουροῦσαν ἔχων, ἐξάγει ταύτην εἰς φῶς, ὥσπερ τι νόθον καὶ πονηρὸν γέννημα· καὶ δῆλος οὐκ εἰς μακρὰν γίνεται, χαλεπὸν πνέων κατὰ τῶν C θείων εἰκόνων, καὶ ἀναιρῶν τὴν προσκύνησιν. Καὶ πρῶτα μὲν συνεξορίζει τῷ τῆς ὀρθοδοξίας ἀρχιερεῖ τὴν εὐσέβειαν· ἔπειτα καὶ κατασπᾷ τῶν ἱερῶν εἰκονισμάτων τὸ κάλλος, ὥσπερ τινὰς ὀφθαλμοὺς ἀμβλύνων τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ ὁ μὲν ὀρθόδοξος ἀρχιερεὺς, ὥσπερ ἔφην, ἐξόριστος γίνεται· ἀντεισάγεται δὲ μισθωτὸς, καὶ οὐχὶ ποιμὴν, ὁμόφρων τῷ τυράννῳ καὶ σύμψυχος τὴν ἀσέβειαν· ὁ *βωμὸς*, φασὶ, *πρὸς τὸ ἱερόν*· καὶ τὴν πάλαι τεθνηκυῖαν αἵρεσιν περὶ τὰς σεπτὰς εἰκόνας ἀναστῆσαι φιλονεικῶν. Ἀλλὰ γὰρ οἷα τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα! Ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν ῥάβδος εὐθὺς καθ' ἡμῶν ἐπαφίεται, ἵνα κἂν οὕτω συνῶμεν, ὁποῖον δὴ τὸν Δεσπότην κατὰ πολλὴν ἄνοιαν παροργίζομεν.

ΙΑ'. Οἱ γὰρ κατὰ τὴν ἔρημον Ἄραβες πρὸς ἕω Ῥωμαίοις ἐπιστρατεύσαντες, πολλὰς μὲν χώρας αὐτῶν, πολλὰ δὲ καὶ φρούρια ἐληΐζοντο· πρὸς δὲ καὶ τὰ ἐν Παλαιστίνῃ κατέτρεχον μοναστήρια, ὧν πρῶτον καὶ μέγιστον ἦν, τὸ τοῦ θεοφόρου Σάβα, φημὶ, ἐν ᾧ καὶ ὁ μέγας οὗτος, ὥσπερ ἀνωτέρω φθάσαντες ἔφημεν, ἠσκεῖτο Θεόδωρος.

ΙΒ'. Ταῦτα βλέπων (1) ὁ θεῖος τῆς Ἱεροσολύμων

A hominem viderat, ut hominem deitate donaret, rursus serpens, rursusque diabolus efficitur, divinasque leges ac scita impurissimus calumniatur, perperamque rursus legislatoris mentem interpretatur. Ac cum sciret, fieri non posse ut a Deo homines abduceret, esca insidias temperat; neque valens hoc suadere ut Christus abnegetur, divinam ejus imaginem adorari omnino prohibet; ut sic imprudentibus, illius quoque incarnationis ex animis confessionem aboleat, paulatimque, quo inde accendimur, amorem, erga eum qui salute donavit, exstinguat. Ubi autem ei insidiæ ex animo cesserunt (invenit enim animos ad sua semina suspicienda idoneos), o magnam tuam atque prolixam, o Christe, patientiam! ad ipsos B usque Augustos pervasit; nactusque ex potestate vires, ipse se fortior evadit; tantaque adjuvatur potentia, ut nos quoque parum absit, quin sicut ab initio, cum Dominus nostri non imperabat (uti sacris proditum elogiis est [a]) facti simus.

X. Cum autem Leo tum temporis, ex Armenia ducens originem, tyrannica manu sceptra invasisset, piumque imperatorem Michaelem cessare jussum ac exauctoratum ad monachi induendum habitum vitæque illud institutum arripiendum adegisset; isque adeo illam ejus vim ac injuriam, ac si ipse sponte cederet, haud ægre admisisset; quem dixi, Leo, tantisper adhuc conditam animo impietatem tenens, eam in lucem, C tanquam adulterinum ac malum fetum profert; nec longiores interjectæ moræ, cum truce quid adversus divinas imagines spirat, aufertque earum cultum. Ac primum, una cum orthodoxo antistite, pietatem eliminat. Deinde etiam sacrarum imaginum decorem detrahit, ac si Ecclesiæ lumina hebetaret. Ac quidem orthodoxus præsul, uti dicebam, exsilio truditur; ejusque loco mercenarius, et non pastor, ejusdem cum tyranno sententiæ illique impietate concors, inducitur: *Ara cum templo*, aiunt; olimque exstinctam erga venerandas imagines hæresim, postliminio excitare contendit. Sed enim, qualia Dei judicia! Peccatorum statim virga in nos emittitur, ut vel sic intelligamus, qualem per summam dementiam Dominum D ad iram provocamus.

XI. Arabes enim, desertum quod est ad Orientem colentes, educto adversus Romanos exercitu, multas eorum populati sunt provincias, multaque etiam præsidia diripuerunt. Monasteriis quoque in Palæstina ingruebant, ac incursabant: quorum primum maximumque divini scilicet Sabæ erat, in quo magnus hic, uti in superioribus dictum a nobis est, Theodorus exercebatur.

XII. Hæc videns divinus ille Hierosolymorum

[a] Isa. LXIII, 19.

Fr. Combefisii notæ.

(1) *Ταῦτα βλέπων.* His componenda Menæa ad diem 11 Octobris, quo Theophanis memoriam Græci recolunt: ut cum dicunt, missos ad Theophilum, Theodorum et Theophanem a patriarcha

Ecclesiæ antistes et pastor, esseque hoc peccatorum pœnam, et furoris poculum intelligens, idcirco nimirum quod divinarum cultus imaginum aboleretur, ad zelum protinus excitatur, exquiritque modum, quo tantum incendium restinguere possit, malique eos operis revincere, qui ad nefanda parati sint, et ad terminos, quos Patres posuerunt transferendos [a], expeditissimi. Sic enim fore ut captivi revocentur, ac percussæ animæ misericordiam consequantur.

XIII. Invenit itaque eam in rem valde idoneum, sacratissimum utique virum Theodorum, quippe qui tum virtute clarissimus esset, tum dicendi vi cumprimis polleret, zelumque juvenilem ac animosum spiraret; aitque antistiti: Ecce ego, mitte me, et ibo; tuisque adjutus precibus impietatem confundam. Mittit itaque illum patriarcha, undique precibus communitum, ac spe in Christum totum corroboratum. Atque ut ea quæ intermedia sunt, missa faciamus, cum in Augustam urbem advenisset fratremque Theophanem una comitem, quæ fraterna sunt sapientem, paremque zelum pietatis ergo spirantem, haberet, primum quidem se intrepide illi sistit, qui (heus!) prædonis more in Ecclesiam invaserat, (ubi enim ille sacerdotali quidquam more designarat?) et libere arguit, quod eos pervertat, quibus pastoris munere præest, atque ei acerbe hæresim exprobrat. Deinde ipsi quoque imperatori velut gladius quidam acutus ex adverso occurrit; nec eo duntaxat accusat nomine, quod animæ suæ perniciem afferat, sed quod etiam Domini plebi impie doloque subversionem propinet. Tum monet, ut relicta profana hac ac mala opinione, ejus loco pietatem condiscat. Forte enim, inquit, tibi Deus placabitur, et non omnem iram Domini tanquam fæcem ipse ebibes [b].

XIV. Quamobrem imperator cum et viri libertatem esset admiratus, et præterea verborum opportunitatem, morumque modestiam ac elegantiam, nec non quæ ex animo ad vultum diducebatur, illius, ut poterat, animadvertisset alacritatem, cum est reveritus, ejusque moderate tulit reprehen-

A Ἐκκλησίας πρόεδρος καὶ ποιμὴν, καὶ εἰδὼς ὡς ἁμαρτιῶν ἔκτισις ταῦτα καὶ κόνδυ θυμοῦ, ἐφ' οἷς ἡ τῶν θείων εἰκόνων προσκύνησις ἀθετεῖται, πρὸς ζῆλον εὐθὺς διανίσταται, καὶ τρόπον ἐπιζητεῖ, δι' οὗ δυνατὸς ἔσται τὴν τοσαύτην σβέσαι πυρκαϊὰν, καὶ δεῖξαι κακῶς ποιοῦντας τοὺς πρὸς τὸ κακουργεῖν ἑτοίμους, καὶ ὅρια μετακινεῖν Πατέρων προχειροτάτους. Οὕτω γὰρ ἔσται πάλιν τοῖς αἰχμαλώτοις ἀνάκλησις, καὶ ἔλεος ταῖς πεπληγμέναις ψυχαῖς.

ΙΓ'. Εὑρίσκει τοίνυν πρὸς τοῦτο καὶ λίαν ἐπιτηδείως ἔχοντα, τὸν ἱερὸν δηλαδὴ Θεόδωρον, ἅτε καὶ τὴν ἀρετὴν περιβόητον, καὶ λόγοις τὴν γλῶτταν ἐξησκημένον, καὶ ζῆλον νεανικὸν πνέοντα. Καὶ, Ἰδοὺ ἐγὼ, φησὶ τῷ ἀρχιερεῖ ἐκεῖνος, ἀπόστειλόν με, B καὶ πορεύσομαι· καὶ ταῖς σαῖς εὐχαῖς βοηθούμενος, αἰσχυνῶ τὴν ἀσέβειαν. Πέμπει τοιγαροῦν ὁ πατριάρχης αὐτὸν, εὐχῇ πάντοθεν περιφράξας, καὶ ὅλον δείξας τῇ πρὸς Χριστὸν ἐλπίδι νενευρωμένον. Ἵνα δὲ τὰ μεταξὺ παραλείπωμεν, τὴν βασιλίδα καταλαβὼν, καὶ τὸν ἀδελφὸν Θεοφάνην ἑπόμενον ἔχων τὰ ἀδελφὰ φρονοῦντα, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ζῆλον αὐτῷ συμπνέοντα, πρῶτα μὲν τῷ τῇ Ἐκκλησίᾳ, οἴμοι! ἐπιπηδήσαντι λῃστρικῶς (5)· ποῦ γὰρ ἱερατικῶς ἐκεῖνο;; ἀδεῶς ἐμφανίζεται, καὶ τὴν διαστροφὴν τῶν ὑπ' ἐκείνῳ ποιμαινομένων ἐλέγχει σὺν παῤῥησίᾳ καὶ τὴν αἵρεσιν πικρῶς αὐτῷ ὀνειδίζει. Ἔπειτα καὶ αὐτῷ βασιλεῖ ὥσπερ τις ὀξεῖα μάχαιρα κατὰ στόμα προσαπαντᾷ, καὶ οὐ μόνον C αὐτῷ τῆς ἰδίας ψυχῆς τὴν βλάβην διεγκαλεῖ, ἀλλὰ καὶ ἣν ἐκεῖνος ἀνατροπὴν τῷ λαῷ δολίως προπίνει (6) καὶ δυσσεβῶς. Εἶτα καὶ παραινεῖ τῆς βεβήλου ταύτης ἀποστάντα κακοδοξίας, μεταμαθεῖν τὴν εὐσέβειαν. Ἴσως γὰρ, φησὶν, ἔσται σοι τὸ Θεῖον εὐΐλατον, καὶ οὐχὶ πάντα τὸν θυμὸν Κυρίου, καθάπερ τινὰ τρυγίαν, αὐτὸς ἐκπιῇ.

ΙΔ'. Ἐφ' οἷς τὸν βασιλέα τῆς παῤῥησίας τὸν ἄνδρα θαυμάσαντα, πρὸς δὲ καὶ τῇ τῶν λόγων καιριότητι, καὶ τῇ περὶ τὸ πρόσωπον ἀπὸ τῆς ψυχῆς διαδιδομένῃ φαιδρότητι, ὡς ἐγχωροῦν ἦν, ἐκεῖνον κατανοήσαντα, αἰδεσθῆναί τε καὶ πράως τοὺς ἐλέγχους διενεγκεῖν· εἶτα καὶ μετακαλέσασθαι, καὶ

[a] Prov. XXII, 28. [b] Habac. II, 15.

Fr. Combefisii notæ.

Hierosolymitano, libellum deferentes, compendio fere historico loqui intelligantur, nec tam respicere quod primo missi sunt, quam quod illustrius certamen desudarunt. Libellus ille nihil aliud videatur quam Epistola ad eumdem Theophilum paulo superius mihi edita. Verisimile enim est patriarcham Hierosolymitanum Synodicam suam ad eos direxisse velut notos virosque strenuos ac probatæ fidei, qui Theophilo offerrent, cum ii per Michaelis indulgentiam aliqua remissione potirentur, ac Theophilus imperium iniens, mitius aliquid in orthodoxos præferret.

(5) *Τῷ τῇ ἐκκλησίᾳ Ἐπιπηδήσαντι λῃστρικῶς.* Nempe Theodotus hic Cassiteras, sedis illius incubator, pulso Nicephoro. Theodorum margini ascriptum habet Surius, litteræ commutatæ mendo. Fuit hic præcipuus adjutor Leoni instauranda D Iconomachorum ea hæresi, cujus eo negotio struem multis prosequuntur continuator Vaticanus, et alii. Navatæ illi ejus operæ ἆθλον τὸν τῆς ἱεραρχίας θρόνον ἐλάμβανε κατὰ τὸν τοῦ θείου Πάσχα καιρὸν, inquit idem: *Præmium accepit pontificalem thronum circa festum Paschæ.*

(6) *Δολίως προπίνει.* Lipomani interpr., nihil sacra verba attendens, ac locum Ambacum, ad quem respicit auctor: *Dei populum per fraudem evertat.* Legerit et ipse ἀνατροπὴν δολερὰν, quod et Basil. et Argent. Biblia repræsentant, uti etiam Conradus Kircherus, ubi Sixt. Vatabl. et alii, θολεράν· quæ melior lectio: *Turbidam subversionem;* tum scilicet, cum ex crapula mens animi sede dejicitur. Alia versio, ἔκστασιν ὀχλουμένην· *amentiam turbidam*, uti exponit Hieronymus

λόγων αὐτῷ κοινωνῆσαι καὶ ὁμιλίας· τίς τε εἴη πυνθανόμενον, καὶ ὅθεν ἥκει· καὶ τί αὐτῷ βούλεται, φησὶ, τὸ τῆς παῤῥησίας ἄκρατον καὶ ἀφύλακτον. Ὁ δὲ καὶ τὴν πατρίδα γνωρίζει, καὶ τὴν ἀπὸ Παλαιστίνης ἄφιξιν ἀπαγγέλλει· καὶ ὅτι μὴ ἔκρινεν ὑποστέλλεσθαι δεῖν καὶ πρὸς βασιλέως, ἡνίκα Βασιλέα ἴδοι τὸν ἐν οὐρανοῖς ὑβριζόμενον. Εἶτα διασαφεῖ τὰ τοῦ δόγματος· διδάσκει τὴν τῶν θείων εἰκόνων τιμήν· ἄλλα τε εἰπὼν, καὶ προσθεὶς, ὅτι δεῖγμα τοῦτο τοῦ πρὸς Χριστὸν πόθου, καὶ ὁμολογία τῆς ἐκείνου σαρκώσεως· ἔπειτα καθαιρεῖ τὰ ἐκείνου προβλήματα, πίστει Χριστοῦ καὶ δυνάμει λόγου καὶ πνεύματος. Ἐπεὶ δὲ καὶ πολλῶν μεταξὺ ῥηθέντων, οἱ Θεοδώρου λόγοι τὴν νικῶσαν εἶχον, θαυμάζει πρῶτον ὁ βασιλεύς· εἶτα καὶ θεραπεύειν ἐπιχειρεῖ, ἄνδρα τοιοῦτον ὑποποιήσασθαι προθυμούμενος, δι' οὗ πολλῶν περιέσεσθαι δυνατὸς ἔσται. Ὡς δὲ ἀχείρωτον αὐτὸν ἑώρα ταῖς ἐκείνου λαβαῖς, προσετίθει γάρ καί τι τοιοῦτον πρὸς αὐτὸν, Ἐπελάθου, λέγων, τῶν συνθηκῶν ὧν ἔθου πρὸς Θεὸν, βασιλεῦ· ὧν ἄρα μεσίτης ὁ μέγας ἀρχιερεὺς γέγονεν, ἡνίκα σου τῇ κεφαλῇ τὸν βασιλικὸν ἐπετίθει στέφανον· φεῖσαι τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, καὶ τὸν πρότερον κόσμον ἀπόδος τῇ Ἐκκλησίᾳ· καὶ μὴ διαμάχου Θεῷ, κριτῇ δικαίῳ καὶ ἰσχυρῷ, κἂν εἰ μὴ τὴν ὀργὴν ἐπάγῃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν διὰ περιουσίαν χρηστότητος.

ΙΕ'. Ταῦτα ὁ μὲν οὕτω πρὸς αὐτὸν διεπαῤῥησιάσατο. Ὁ δὲ, τὸ πρόσχημα τῆς ἐπιεικείας λύσας, πρὸς ὀργὴν ἐξήγετο καὶ μανίαν· καὶ εἴ τις Θεοδώρῳ σύμψυχος, ἢ ὁμόδοξος τὴν εὐσέβειαν, ἀνηρεύνα. Ἐπεὶ οὖν αὐτῷ δῆλα καὶ τὰ περὶ Θεοφάνους κατέστη τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ὅτι μηδὲν ἧττον τῆς φύσεως διασώζων ἐστὶ κἀν τοῖς δόγμασι τὸ συγγενὲς καὶ αὐτάδελφον, μάστιξιν ἀμφοτέρους κολάσας συχναῖς, εἶτα καὶ ὑπερορίαν αὐτῶν ἐν τῷ τοῦ Πόντου στόματι κατακρίνει· κελεύσας μὴ βρωτοῦ τινος, μὴ ποτοῦ, μὴ ἐνδύματος, μηδένα τῶν πάντων αὐτοῖς κοινωνεῖν, ἵνα κακοὶ, φησὶν, οὕτω κακῶς ἐκτριβεῖεν.

ΙϚ'. Ἀλλὰ τὸν τύραννον μὲν ἡ κακία πράττειν οὕτως ἐδίδασκεν· οὐδὲν γὰρ κακὸν, οὗ μὴ ἀνθέξεται ἄδικος. Ἐπεὶ δὲ μὴ ἐπὶ πολὺ τὴν ὀργὴν ὁ δίκαια κρίνων Θεὸς ἀνεβάλλετο, οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὁ θηρσὶν οὗτος ὀνόματός τε καὶ πράγματος κοινωνῶν, συγκαταλύει τῇ τυραννίδι τὸν βίον. Ἀναιρεῖται γὰρ ὑπὸ Μιχαὴλ, ᾧ Τραυλὸς ἡ ἐπωνυμία, κακῶς, φασὶ, τὸ κακὸν ἐξιώμενον. Ἡμέρα δὲ ἦν ἡ τῶν τοῦ Χριστοῦ γενεθλίων, καὶ αἷμα τούτου κενοῦται· οὐχ ὡς δή τινος τῶν νηπίων τῷ ὑπὲρ ἡμῶν τεχθέντι Χριστῷ προσαγόμενον, ἀλλ' ὡς Ἡρώδου μᾶλλον, εἰς πολλῶν ἁγίων ψυχῶν ἔκτισιν τῶν ὑπ' ἐκείνου τυραννουμένων. Τόπος δὲ ὑποδέχεται τὸ ἐναγὲς ἅγιος· καὶ, ὢ τῶν τοῦ Θεοῦ θείων κριμάτων! αὐτό φημι τὸ θυσιαστήριον, οὗ τε αὐτὸς κατεψεύσατο, τὰς συνθήκας διδοὺς, μηδὲν τῶν ἱερῶν δογμά-

A siones. Deinde etiam eum accersiit, et familiariter eum est allocutus, rogans quisnam esset, ac unde veniret, quidve sibi mera illa et incauta dicendi libertas vellet. Ille autem et significat patriam, et suum ex Palæstina adventum renuntiat, nec sibi liberum putavisse, ut vel imperatoris metu a dicendi libertate discederet, cum Regem qui in cœlis est, injuria violari conspiceret. Deinde, quæ doctrinæ sunt, aperit; docet divinarum cultum imaginum. Et cum alia dixisset, et adjecisset: Ecce hoc indicium nostri in Christum amoris, et confessionem ab eo susceptæ carnis; postremo illius objecta, Christi fide, sermonisque virtute ac spiritus, evertit. Postquam autem, hinc inde multis B collatis sermonibus, Theodorus disputatione victor exstiterat, primum miratur imperator, deinde etiam blanditiis aggreditur, virum tantum addicere satagens, per quem multos esset devicturus. Ubi autem vidit ejus abs se constantiam nulla vi posse expugnari; nam et ejusmodi quidpiam ad eum adjecerat: Oblitus es, o imperator, quæ cum Deo pacta inieras; quorum sequester magnus antistes fuit, tum, cum tuo capiti imperialem coronam imposuit? Parce animæ tuæ, ac priorem ornatum Ecclesiæ restitue; nolique cum Deo, qui judex justus ac potens est*, etsi non quotidie iram infligit (quæ ejus bonitatis abundantia est), pugna contendere.

XV. Hæc ille quidem sic apud eum libere locutus C est: imperator autem lenitatis prætextu soluto, in iram furoremque erupit, ac rogat, num aliquis ejusdem cum Theodoro animi, ejusdemque, ad fidem quod attinet, cum eo sententiæ? Postquam vero intellexit de ejus etiam fratre Theophane, quodque is non minus quam natura, dogmatis quoque obnixe affinis germanusque consistit, ambos diu flagris cæsos, ad Ponti ostia exsilio relegandos decernit, jubetque neminem cibum ullum aut potum, aut vestimentum illis impertiri: quo sic mali male exterantur, inquit.

XVI. Verum tyrannum quidem hoc se modo gerere docebat improbitas; nihil enim sceleris est, quod non propense vir injustus arripiat. Quod D tamen is qui justa judicat, Deus, non diu iram differat, non multum temporis intercessit, cum iste, cui et nomen cum bestiis commune et ipsa agendi ratio, una cum tyrannide vitam finit. De medio enim a Michaele Balbo sublatus: Male malo, aiunt, adhibitum remedium. Christi dies Natalis erat, ejusque sanguis effunditur; non ut alicujus ex infantibus, qui Deo pro nobis nato offerretur, sed potius ut Herodis, ad multarum sanctarum animarum, quas ille per vim opprimebat, eluendam pœnam. Suscipitque locus sanctus piaculum, et (o divina judicia!) ipsa, inquam, ara, in quam ille mentitus erat, pollicitus nihil se ex sacris

* Psal. vii, 12.

contigerat a Deo exoso illo Theophilo, dum pro divinis imaginibus agone decertant; quomodo item post alia dehonestamenta ac verbera, etiam vultus crudeliter eis inscripti sunt ac compuncti. Sin autem etiam aliqua simplicius atque agrestius dicta in Epistola conscripta habentur, non idcirco æquis judicibus ac eruditis imperitus auctor ipse habendus sit; sed ita existimandum, primum quidem, sine delectu usum illum esse dictione ac nominibus, qui videlicet non tanti rem duceret, nec tantam in eo diligentiam ponendam existimaret. Deinde autem, quod etiam vellet ipsa plane verba, sicut et dicta erant, inter interrogandum ac respondendum, ita simpliciter nulloque ornatu repræsentare. Sic autem ad verbum Epistola habet :

XXIII. *Maximam facerem injuriam, si ea quæ in nos gesta contigerunt, silentio traderem, cum multi audire atque discere desiderent; atque id maxime, quod ad Dei gloriam vulgique utilitatem dicta atque audita conferre aliquid valeant; neque vero minus etiam ad impios redarguendos conducant, eorumque doctrinæ imbecillitatem aranearumque telis similem ipsius structuram certa conjectura evincant.* Ac brevi post, hæc quoque ait : *Cum ergo venisset, qui tum imperatoriis jussis ministrabat, atque in insulam Aphusiam ascendisset, magna nos celeritate abreptos duxit in civitatem; sancte asserens, nescire se causam ob quam raperemur, nisi quod magna cum festinatione, etiamque atque etiam urgente præcepto, dicebat se missum esse. Venimus itaque in civitatem, cum Julii mensis dies esset octavus. Cumque is qui adduxerat, se solum coram imperatore stitisset, in prætorio mox jubetur, ut nos carcere includat.*

Post sex itaque dies (nempe quarto decimo ejusdem mensis) accersimur ad imperatorem, cum in omnium jam animis ceu imperatori ad luendas pœnas sistendi, oppido venturi præsciremur. Aliud nihil videre erat autve audire, quam terrores et minas; cum alii dicerent : Quantocius, o vos, imperatoris mandatis citra omnem cedite contradictionem; aliis, intolerabilia nos mala passuros, nisi dicto audientes essemus, protestantibus; aliis denique dicentibus : Dæmonium habetis, aliaque ejusmodi, hisque deteriora quibus incassum aures nostræ pulsabantur.

XXIV. *Et hæc quidem audiebamus, priusquam ad Aureum, quod dicitur, Triclinium veniremus. Ubi autem venimus, ac portæ pedem intulimus, præeunte præfecto, nostris se vultibus imperator, terribilis*

A συνέβη παθεῖν αὐτοὺς παρ' ἐκείνου δὴ τοῦ θεομισοῦς Θεοφίλου, τῶν θείων ὑπεραθλοῦντας εἰκόνων· καὶ ὅπως μετὰ τὰς πολλὰς αἰκίσεις, καὶ αὐτὴν τὴν ὄψιν ἀνηλεῶς κατεγράφησαν (9). Εἰ δέ τινα καὶ ἔγκεινται τῇ ἐπιστολῇ ἀφελῶς τε καὶ ἰδιωτικῶς ἔχοντα, οὐκ ἀμαθίαν πάντως παρὰ τοῖς εὖ κρίνουσι καὶ πεπαιδευμένοις τῷ γραμματεῖ μαρτυρήσει· ἀλλὰ πρῶτα μὲν τὸ ἀδιαφόρως αὐτὸν χρῆσθαι τῇ λέξει καὶ τοῖς ὀνόμασι, καὶ μὴ μέγα ταῦτα ἡγεῖσθαι, μηδὲ σπουδῆς ἄξιον· ἔπειτα δὲ καὶ τὸ βούλεσθαι ἀκριβῶς αὐτὰ τὰ ῥήματα καθὼς ἄρα καὶ ἐῤῥέθησαν ἔν τε ταῖς πεύσεσι καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν, ἁπλῶς οὕτω καὶ ἀνεπικοσμήτως παρατεθῆναι. Ἔχει πρὸς λέξιν τὰ τῆς ἐπιστολῆς οὕτως·

B ΚΓ'. *Ἀδικοίην τὰ μέγιστα, σιωπῇ παραδοὺς τὰ εἰς ἡμᾶς γεγενημένα, πολλῶν ἐφιεμένων ἀκοῦσαί τε καὶ μαθεῖν· καὶ μάλιστα εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ πολλῶν ὠφέλειαν ἔσεσθαι δυνάμενα, λεγόμενά τε καὶ ἀκουόμενα· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ πρὸς ἔλεγχον τῶν ἀσεβούντων συντείνοντα, καὶ τοῦ δόγματος αὐτῶν τὸ σαθρὸν καὶ ἀραχνῶδες ἐλέγχοντα*· καὶ μετὰ βραχὺ καὶ ταῦτά φησιν· *Ὁ τηνικαῦτα τοίνυν τοῖς βασιλικοῖς ἐξυπηρετούμενος προστάγμασιν ἐλθὼν, καὶ τῇ νήσῳ ἐπιβὰς Ἀφουσίᾳ, σὺν πολλῷ τῷ τάχει ἐξαρπάσας ἡμᾶς, ἦγεν ἐπὶ τὴν πόλιν· τὴν αἰτίαν ὅτου χάριν ἑλκόμεθα, διαβεβαιούμενος ἀγνοεῖν· πλὴν ὅτι μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους, καὶ πολλῆς τῆς*
C *ἐπείξεως ἔφασκεν ἀπεστάλθαι. Εἰς τὴν πόλιν οὖν ἤλθομεν ἤδη τοῦ Ἰουλίου ὀγδόην ἐπέχοντος· καὶ τῷ βασιλεῖ μόνος ἐμφανισθεὶς ὁ ἡμᾶς ἀγαγὼν, εὐθὺς ἐκελεύσθη καθείρξειν ἡμᾶς εἰς τὸ πραιτώριον.*

Μεθ' ἡμέρας οὖν ἓξ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς μετάκλητοι πρὸς βασιλέα γινόμεθα, τῆς ἡμῶν ἀφίξεως ἐν ταῖς πάντων διανοίαις ἤδη προεγνωσμένης καὶ προσδοκωμένης, ὡς τῷ βασιλεῖ παραστησόμεθα δίκας ὑποσχεῖν μέλλοντες. Καὶ οὐδὲν ἦν ἕτερον ἰδεῖν ἢ ἀκούειν ἀλλ' ἢ φόβους καὶ ἀπειλὰς, τῶν μὲν λεγόντων, Συντόμως, ὦ οὗτοι, καὶ ἄνευ πάσης ἀντιλογίας ὑποκύψατε τοῖς βασιλικοῖς διατάγμασι· τῶν δὲ τὰ ἀνήκεστα παθεῖν, εἰ παρακούσοιτε, προ-
D *μαρτυρουμένων· ἑτέρων δὲ φασκόντων, Δαιμόνιον ἔχετε, καὶ ἕτερα τοιαῦτα, καὶ χείρονα κενῶς ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν παραπίπτοντα*

ΚΔ'. *Καὶ ταῦτα μὲν πρὶν τῷ χρυσῷ λεγομένῳ τρικλίνῳ προσβαλεῖν ἠκούομεν· προσβαλόντες δὲ, καὶ τῇ πύλῃ ἐπιβάντες, προάγοντος ἡμῶν τοῦ ἐπάρχου, ὤφθη ἡμῖν ὁ βασιλεὺς, φοβερὸς*

Fr. Combefisii notæ.

(9) *Αὐτὴν τὴν ὄψιν ἀνηλεῶς κατεγράφησαν.* Est hæc pœna, quam sequentibus ipse Theodorus refert, ipsis iambis ascriptis, quibus sic deformi spectaculo duroque cruciatu inscripti facies sunt ac compuncti, non quod reddit Lipomani interpr. : *Eis crudeliter compuncti fuerunt oculi*, ac si excæcatos vellet; quod longe a vero est. Sed videtur ille doctus ex Lexico, qui primo obviam vocis cujusque significationem ex eo sibi arriperet nec satis utriusque linguæ proprietates aut calleret, aut attenderet. Sic inferius in Theodori epist. ἐπέτρεψεν ἡμῶν παίεσθαι τὰς ὄψεις· reddit : *Jussit nobis verberari oculos*; certe in facies cædi, ac colaphos dari; vixque tandem ad finem, se ipse ille, ut *vultum* redderet, emendavit.

ἄγαν καὶ θυμοῦ πνέων, ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν ἱκανῶν περιεστηκότων. Ὥρα ἦν ὡς δεκάτη· καὶ μέχρι τούτου ἐλθὼν διέστη ἡμῶν ὁ ἔπαρχος, μόνους ἡμᾶς ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ βασιλέως καταλιπών. Καὶ δὴ προσκυνήσαντας, ἐγγύτερον παραστῆναι θρασυτέρᾳ τῇ φωνῇ σὺν αὐστηρίᾳ παρεκελεύετο. Μέχρι οὖν αὐτοῦ γενομένους, ἤρετο, Ἐν ποίᾳ χώρᾳ, εἰπών, ἐγεννήθητε; Ἡμῶν ἀποκρινομένων, Ἐν Μωαβίτιδι, πάλιν ἐκεῖνος αὐτοῖς ῥήμασι, Διατί ἤλθετε ὧδε; Καὶ πρὶν ἀποκρίνασθαι, ἐπέτρεψεν ἡμῶν παίεσθαι τὰς ὄψεις. Πολλὰς δὲ τὰς πληγὰς οἱ παίοντες ἐντείναντες καὶ βαρείας, ὡς σκοτοδίνης ἡμᾶς πληροῦσθαι καὶ πίπτειν χαμαί. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦ πρὸς τῷ στήθει χιτῶνος ἐδραξάμην τοῦ παίοντος, εἰς τὸ τοῦ βασιλέως ἂν ὑποπόδιον B εὐθὺς κατεβλήθην. Κατέχων δὲ τὸ ἱμάτιον, ἐδεχόμην ἀμεταστρεπτὶ τὰς πληγάς, ἕως παύσασθαι τοῦ παίειν ἐκέλευσεν ὁ κρατῶν. Παυσαμένων δὲ τῶν παιόντων, ἤρετο πάλιν ὁ βασιλεύς· Τίνος χάριν ἐληλύθατε ἐνταῦθα; Ἐβούλετο δὲ ὁ λόγος αὐτῷ, Ὅτου χάριν τὴν αὐτὴν ἡμῖν ἀσπάσεσθαι πίστιν οὐ βουλόμενοι, τὴν μεθ' ἡμῶν οἴκησιν ἠσμενίσατε;

A *valde ac iram spirans, hinc inde stipantium corona, quanta par erat, cinctus objecit. Hora erat quasi decima; quique hactenus nobis comes præfectus venerat, discessit, solosque in oculis imperatoris reliquit. Cumque adorassemus, audaci asperaque voce propius astare jubet. Ad eum ergo prope cum venissemus, interrogavit, dicens: Qua in regione nati estis? Respondentibus nobis: In Moabitide; ille rursum iisdem verbis: Et cur, inquit, huc venistis? nec dumque accepto responso, facies nostras cædi jussit. Multas vero plagas et graves cædentes inflixerunt, adeo ut impleremur vertigine, et humi caderemus. Etenim nisi ejus qui cædebat tunicam in pectore apprehendissem, ad imperatoris scabellum statim corruissem. Tenens autem vestem, immotus plagas accepi, donec imperator a percutiendo jussit cessare. Cessantibus autem qui percutiebant, rursus rogavit imperator: Quid causæ fuit cur huc veniretis? Id autem sibi istud volebat, velut quæreret: Quamobrem, qui eamdem nobiscum nolletis amplecti fidem, communes nobiscum sedes diligere voluistis?*

ΚΕ'. Ἡμῶν δὲ σιωπησάντων, καὶ εἰς γῆν νενευκότων, πρὸς τὸν ἔπαρχον ἐγγύθεν ἑστῶτα, ἰταμῷ τῷ λόγῳ καὶ βλοσυρῷ τῷ ὄμματι ἀποτεινάμενος, λόγον τοιόνδε μετὰ πολλοῦ τοῦ θυμοῦ καὶ τραχείας τῆς φωνῆς ἀπεφθέγξατο· C Ἆρον αὐτούς, καὶ γράψον τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ἐγκολάψας τούσδε τοὺς ἰάμβους· καὶ παράδος αὐτοὺς δύο Σαρακηνοῖς, καὶ ἀπαγέτωσαν αὐτοὺς εἰς τὴν ἰδίαν αὐτῶν γῆν. Ἕστηκε δὲ πλησίον ὁ τοὺς ἰάμβους ἔχων, ὃς ἦν καὶ τούτους σκεψάμενος, Χριστόδουλος τοὔνομα· ᾧ καὶ ὑπαναγινώσκειν αὐτοὺς ἐπέταττε, προσθεὶς καὶ τοῦτο· Κἂν μὴ ὦσι καλοί, μή σοι μελέτω. Τοῦτο δὲ εἰρήκειν, εἰδὼς ὡς ἄριστα ἡμῖν ἤσκηται ἡ τῶν ποιητικῶν σκεμμάτων ἀκρίβεια, καὶ εἰς ὅσον καταγελασθήσονται πρὸς ἡμῶν. Διὰ τοῦτο καί τις παρών, καὶ χαριζόμενος αὐτῷ, Οὐδὲ ἄξιοί εἰσιν, ὦ δέσποτα, οὗτοι, ἵνα καλλίους ὦσιν οἱ ἴαμβοι. Καλὸν δὲ καὶ αὐτούς, ὡς εἶχον, ἐνθεῖναι τῷ διηγήματι.

XXV. Nobis porro tacentibus, atque in terram cernuis, ad præfectum qui prope stabat, impudenti ore torvoque oculo conversus, cum magna ira ac voce aspera verbis ejuscemodi sententiam dixit: Tolle hos, atque eorum vultibus hosce inscribe ac insculpe iambos; tradeque eos duobus Sarracenis, ut in suam regionem abducant. Prope vero erat, qui iambos habebat, qui et eorum auctor exstiterat, Christodulus nomine. Cui et legere eos præcepit, hoc quoque adjiciens: Etsi non sint elegantes, nihil tibi hoc curæ sit. Id autem dixit, quod non lateret, quam accurate in componendis atque edendis versibus versati essemus nobisque proclive esset istos irridere. Et ideo quidam eorum qui aderant, ei adblandiens: Ne digni quidem sunt isti, o domine, ut sint iambi elegantiores. Præstat autem etiam illos ipsos, ut se habuerunt, hic loci inserere:

Πάντων ποθούντων προστρέχειν πρὸς τὴν [πόλιν, D
Ὅπου πάναγνοι τοῦ Θεοῦ Λόγου πόδες
Ἔστησαν εἰς σύστασιν τῆς οἰκουμένης,
Ὤφθησαν οὗτοι τῷ σεβασμίῳ τόπῳ,
Σκεύη πονηρὰ δυσειδαίμονος πλάνης,
Ἐκεῖσε πολλὰ λοιπὸν ἐξ ἀγνωσίας
Πράξαντες αἰσχρά, δεινά, δυσσεβόφρονως,
Ἐκεῖθεν ἠλάθησαν ὡς ἀποστάται.
Πρὸς τὴν πόλιν δὲ τοῦ κράτους πεφευγότες,
Οὐκ ἐξαφῆκαν τὰς ἀθέσμους μωρίας.
Ὅθεν γραφέντες ὡς κακοῦργοι τὴν θέαν,
Κατακρίνονται καὶ διώκονται πάλιν.

Cunctis ad urbem adire eam volentibus,
Stetere ubi Dei Verbi casti pedes,
Terrarum ut orbis per id queat consistere;
Apparuerunt isti honorando in loco,
Erroris impii mala vasa et reproba,
Cum multa fecissent ibi perturpia,
Graviaque quod deesset eis recta fides,
Illinc abacti sunt sicut apostatæ.
Confugientes autem ad urbem imperii,
Stultitiam haud reliquerunt nefariam.
Quare notati et inscripti ut malefici,
Damnantur exiguntur que improbi iterum.

ΚϚ'. Τούτων δὲ ὑπαναγνωσθέντων, ἀπάγειν ἡμᾶς εἰς τὸ πραιτώριον ἐκέλευε· καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἡμᾶς, καὶ τὴν λεγομένην Θερμάστραν ἤδη καταλαβεῖν, φθάσας τις, ἐκέλευεν ὑποστρέψειν· καὶ σὺν πολλῷ τῷ τάχει τῷ βασιλεῖ συνίστησιν· ὃς καὶ ἰδὼν ἡμᾶς, πρὸς λέξιν

XXVI. His lectis, jussit nos adduci iterum in prætorium: et postquam egressi essemus, et ad eam quæ dicitur Thermastra, jam venissemus, veniens aliquis jussit nos reverti, ac cum multa celeritate nos imperatori sistit. Isque nos contuitus, sic ad verbum locutus est: Verisimile est, vos, cum recesseritis, esse

dicturos : Illusimus imperatori : sed ego, cum prior vobis illusero, tum dimittam. Quo dicto, exui nos vestibus jubet. Cum autem ambo exuti essemus, vapulabam ego, sic assidue clamante imperatore, eosque qui cædebant per se ipsum adjurante : Ita habes me? Da bene. Cædebant ergo et tergum et pectus sine ulla misericordia ac miseratione. Ego autem cum diu multumque flagris cæderer, vociferabar : Nihil peccavimus in tuum imperium : ac rursus : Domine, miserere : et : Sancta Deipara, veni in adjutorium nostrum. Deinde etiam fratrem pariter clamantem ceciderunt, atque dicentem : Sancta Deipara, ipsa quoque fugisti in Ægyptum, portans Filium tuum [a], *respice in me, qui propter similem tui fugam punior: Domine, Domine, qui liberas pauperem de manu eorum, qui illo fortiores sunt, ne elongaveris a nobis auxilium tuum* [b]. *Et sic cum ambos, quantum volebat, concidisset, exire jussit. Alius autem rursus egressus, ad nos accurrit, jubens reverti.*

A *οὑτωσὶ ἔφη· Εἰκὸς ὑμᾶς ἀπελθόντας λέγειν ἐκεῖσε, ὡς Τῷ βασιλεῖ ἐνεπαίξαμεν· ἀλλ' ἐγὼ πρότερον καταπαίξας ὑμᾶς, ἀπολύσω. Οὕτω λέξας περιδυθῆναι ἡμᾶς ἐκέλευεν. Ἐκδυθέντων οὖν ἀμφοτέρων, ἐτυπτόμην ἐγὼ, τοῦ βασιλέως ἀπαύστως οὑτωσὶ κράζοντος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ὁρκίζοντος τοὺς μαστίζοντας· Οὕτως ἔχεις ἐμέ; Δὸς καλά. Ἔτυπτον γοῦν καὶ νῶτα καὶ στήθη χωρὶς οἴκτου παντὸς καὶ φιλανθρωπίας. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ πολὺ μαστιζόμενος, ἐβόων· Οὐδὲν ἡμάρτομεν εἰς τὴν βασιλείαν σου· καὶ πάλιν· Κύριε, ἐλέησον· καὶ, Ἁγία Θεοτόκε, ἐλθὲ εἰς τὴν βοήθειαν ἡμῶν. Ἔπειτα καὶ τὸν ἀδελφὸν ἔτυπτον παραπλησίως βοῶντα, καὶ, Ἁγία Θεοτόκε, λέγοντα, καὶ αὐτὴ εἰς Αἴγυπτον ἔφυγες βαστάζουσα τὸν Υἱόν· ἔπιδε ἐπ' ἐμὲ τὸν διὰ τὴν* B *ὁμοίαν σοι φυγὴν κολαζόμενον. Κύριε, Κύριε, ὁ ῥυόμενος πτωχὸν ἐκ χειρὸς τῶν στερεωτέρων αὐτοῦ, μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν σου ἀφ' ἡμῶν. Καὶ οὕτω συγκόψας ἀμφοτέρους ἐφ' ὅσον ἤθελε, προσέταττεν ἐξιέναι. Ἐξελθὼν δὲ πάλιν ἕτερος, κατέδραμεν ἡμῶν ὑποστρέφειν κελεύων.*

XXVII. *Quidam vero missus ab imperatore, percontabatur : Quid causæ est, quod de Leonis morte gavisi estis, quodque, cum ad eum accesseritis, non eamdem ac ille fidem amplectimini? Ad hæc nos : Neque morte Leonis gavisi sumus, sed neque ad eum accessimus; neque fidem propter vos, qui cum tempore mutamini, omnino abolere, aut quidquam novare sustinemus. Illo autem subjiciente : Hactenus sane, num sub Leone venistis? Nequaquam, diximus; sed sub eo, qui illo prior imperium tenuit. At ille : Recte, recte, inquit; et ite. Erat autem hic cursus logotheta. Tum ad prætorium, cum jam sero factum esset, venimus.*

ΚΖ'. *Καί τις ἀπὸ τοῦ βασιλέως πεμφθεὶς, ἐπυνθάνετο, Τίνος χάριν τῷ θανάτῳ τοῦ Λέοντος ἐπεχάρητε, καὶ διατὶ προσφυγόντες αὐτῷ, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ μὴ ἀσπάζεσθε πίστιν; Πρὸς ταῦτα ἡμεῖς, Οὔτε τῷ θανάτῳ, φησὶ, τοῦ Λέοντος ἐπεχάρημεν, οὔτε μὴν αὐτῷ προσεφύγομεν· οὐδὲ τὴν πίστιν δι' ὑμᾶς τοὺς τοῖς καιροῖς συμμεταβαλλομένους ἀθετεῖν ὅλως ἢ καινοτομεῖν ἀνεχόμεθα. Τούτου δὲ ἀνθυπενεγκόντος,* C *Τέως γοῦν οὐκ ἐπὶ τοῦ Λέοντος ἤλθετε; Οὔκουν, ἔφημεν· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασιλεύσαντος* (10). *Ὁ δὲ, Καλῶς, καλῶς, ἔφη, καὶ πορεύεσθε. Ὁ λογοθέτης δὲ οὗτος ἦν τοῦ δρόμου. Τότε εἰς τὸ πραιτώριον σκοτίας ἤδη γενομένης ἐληλύθαμεν.*

XXVIII. *Quatuor dies transierant, cum præfecto pro tribunali sedente, ad ejus audientiam adducimur. Multis ille suppliciorum minis territans, ac cum se prius pœnas illaturum dixisset, tumque etiam facies inscriptarum, atque Sarracenis traditurum, hortabatur, ut cujus desiderio teneretur imperator, id præstaremus. Erat cum eo et Christodulus ejusque pater. Nobis autem austere fortiterque negantibus, atque ad innumeras sustinendas mortes nosmetipsos paratos dicentibus; fore denique ut eorum commu-*

ΚΗ'. *Τεσσάρων δὲ παρελθουσῶν ἡμερῶν, προκαθίσαντι τῷ ἐπάρχῳ ἀγόμεθα εἰς παράστασιν. Ὁ δὲ πολλῶν βασάνων ἀπειλαῖς φοβήσας, καὶ κολάζειν εἰπὼν πρότερον, εἶτα καὶ τὰς ὄψεις γράφειν, καὶ τοῖς Σαρακηνοῖς παραδοῦναι, παρηγγύα τὸ τοῦ βασιλέως ποιεῖν καταθύμιον. Συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ Χριστόδουλος, καὶ ὁ τούτου πατήρ. Ἡμῶν δὲ σκληρῶς ἀπαναινομένων, καὶ* D *μυρίους θανάτους ὑπομένειν ἑτοίμως ἔχειν λεγόντων, καὶ ὡς οὐ χρανθησόμεθά ποτε τῇ*

[a] Matth. II, 13. [b] Psal. XXXIV, 10; XXI, 20.

Fr. Combefisii notæ.

(10) Ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασιλεύοντος. Paulo hæc anteriorem arcessunt Theodori et Theophanis adventum Constantinopolim, quam explicatum Vitæ auctori sit in superioribus, ubi sub Leone venisse tradit, atque id, ut laboranti per ejus novitates fidei Constantinopoli suppetias irent. Hic autem Theodorus ipse se venisse Michaele Curopalata sive Rancabe imperatore, sive ad eum, tradit. Is enim est qui ante Leonem imperium gessit. Quæro qui nodum solvat. Num ad illum primum missi, et ut Syriæ laboranti a Saracenis opis aliquid ab eo corrogarent; quo brevi a Leone oppresso, ipsoque Leone novante fidem, fidei subsidio in Græcia manserint, ac cum Leone congressi, quæ superius perscripta sunt egerint ac passi sint. Lipomani interpr. : *Eo imperante qui te præcessit*; quasi loquatur cum Theophilo, non cum logotheta cursus, quem is ad interrogandum misisset. Ac si quidem Michaele Balbo Theophili decessore ac patre imperatore, primum venerint, falsa omnia quæ iis gesta narrata sunt Leone imperatore, cui Michael ille successit. Nihil ergo ille ad rem, nihilque ex fide interpretis; nisi Græca alia, ipsaque prorsus mendosa habuit.

κοινωνίᾳ, ἢ κἂν γοῦν τῇ συγκαταθέσει τῶν Χριστιανῶν πίστιν καὶ ὁμολογίαν ἀθετησάντων, κἂν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψαιεν, κἂν τὸ σῶμα καύσαιεν τῷ πυρὶ, λεγόντων· ὁ τοῦ Χριστοδούλου πατὴρ ἐν χάριτος μοίρᾳ τὸν λόγον τοῖς ἐναντίοις ποιούμενος, Οὐδέποτε, πρὸς τὸν ἔπαρχον ἔφη, προσεκύνησαν οὗτοι εἰκόνα· καὶ τίνα παθόντες ἐληλύθασιν ὧδε, οὐκ οἶδα. Πρὸς ὃν αὐστηρῶς ἐγὼ, Ἀπόστα, ἔφην, ἐντεῦθεν· οὐκ οἶδας τί λέγεις, οὐδὲ περὶ τίνων διαβεβαιοῦσαι.

nione nunquam polluamur, eisve quidquam assentiamur, qui Christianam fidem ac confessionem irritam fecerunt, vel si ab eis nobis oculi eruendi sint, vel si corpus igni exurendum : tum pater Christoduli, velut ipse a nobis gratiam initurus : Nunquam hi, inquit ad præfectum, imaginem adoraverunt; nec novi quid illis acciderit, ut huc venirent. Ad quem ego severa increpatione : Abscede, inquam, hinc; nescis quid dicas, nec de quibus affirmes.

ΚΘ'. Ὁ δὲ ἔπαρχος αὖθις θωπείαις χρώμενος, Μίαν, εἶπε, μίαν μόνον κοινωνήσατε, καὶ ἕτερον οὐκ ἀπαιτοῦμεν· καὶ ἔρχομαι καὶ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πορεύεσθε ὅποι φίλον ὑμῖν. Ἐγὼ δὲ πρὸς αὐτὸν γελάσας, Ὅμοιόν τι λέγεις, κύριε ὁ ἔπαρχος, εἶπον, ὥσπερ ἂν τις ἕτερον ἀξιῶν λέγοι, Οὐδὲν αἰτοῦμαί σε, ἀλλ' ἢ τὴν σὴν ἅπαξ ἀποτεμεῖν κεφαλὴν, καὶ τὸ μετὰ ταῦτα πορεύου ὅπου θέλεις. Γίνωσκε τοίνυν, ὡς ἡμῖν καὶ τοῦτο δι' αἰσχύνης ἐστὶ, τὸ τολμᾷν τινα ὅλως πρὸς κοινωνίαν ἡμᾶς προτρέπεσθαι, πρὸς ἣν αὐτὸς οὐκ οἶδ' ὅπως παραινεῖς ἐλθεῖν, καὶ μὴ πόῤῥωθεν πεπεῖσθαι τὸν τοιοῦτον, ὡς ῥᾷον αὐτῷ γῆν καὶ οὐρανὸν ἄνωθεν καὶ κάτωθεν ποιεῖν, ἤπερ ἡμᾶς μετατιθέναι τῆς εὐσεβείας. Τότε γραφῆναι τὰς ὄψεις ἡμῶν ἐκέλευε. Καὶ δὴ ἔτι τῶν ἐκ τῶν μαστίγων πληγῶν φλεγμαινουσῶν ἐν ἡμῖν, καὶ ἀφορήτους ποιουσῶν τὰς ὀδύνας, διατείναντες ἐπὶ σκάμνων τὰς ὄψεις ἐκόλαπτον. Ἐπὶ πολλὴν δὲ τὴν ὥραν ἐκκεντούντων τὰ πρόσωπα, σκότος ἐγένετο δεδυκότος ἡλίου· ὃ καὶ μὴ βουλομένων, τὴν εἰς τέλος ἐπέσχε γραφήν.

XXIX. *At præfectus rursus blanditiis utens : Semel, inquit, semel solum communicate, nec aliud exigimus; et ego vobiscum ibo in ecclesiam; et deinde ite, quo vobis placuerit. Ego vero ei dixi subridens : Simile quid dicis, o domine præfecte, ac si quis alium rogans, dicat : Nihil aliud peto, quam ut semel cervicem tibi abscindam; et tunc postea vade, quo velis. Scias ergo, hoc quoque nobis esse pudori, quod audeat nos aliquis adhortari ad communionem (ad quam nescio quomodo suades ut accedamus), nec olim persuasum habeat, qui ejusmodi est, proclivius illi esse ut cœlum ac terram sus deque misceat, quam ut nos a pietate traducat. Tunc jussit inscribi nostros vultus : cumque adeo acceptæ ex verberibus plagæ, qua turgebant adhuc ac inflammabantur, incredibili nos dolore afficerent, extendentes super scamna, vultus nostros insculpebant. Cum autem per longum tempus vultus compungerent, solis occasu ingruentibus tenebris, vel inviti prohibiti sunt ne scripturam omnem absolverent.*

Λ'. Μέλλοντες δὲ ἐξιέναι, πρὸς τὸν ἔπαρχον καὶ τοὺς παρόντας, Τὰ γράμματα ταῦτα, εἴπομεν, εὖ ἴστε, θεασάμενα τὰ Χερουβὶμ, ὑποχωρήσει, καὶ ἡ φλογίνη ῥομφαία, τὰ νῶτα δοῦσα, τῆς εἰσόδου ἡμῖν τοῦ παραδείσου παραχωρήσει, αἰδούμενα τὰς ἡμῶν ὄψεις, τὰς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου ἀτίμως οὕτως ἐγχαραχθείσας. Μόνοις γὰρ ἀπ' αἰῶνος ἡμῖν πέπρακται τοῦτο, καὶ καινὸν ἐπιτήδευμα εὕρηται· καὶ φιλανθρώπους ἀπεδείξατε πάντας, ὅσοι κατὰ τοῦ θείου ἡμῶν ἐμάνησαν δόγματος. Ἐν δὲ τῷ προσώπῳ Χριστοῦ πάντως ἐπιγνώσεσθε, καὶ εἰς ἀνάγνωσιν ὑμῖν παραστήσονται ταυτὶ τὰ γράμματα. Αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, « Ὅσα ἂν ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. »

XXX. *Egressuri vero diximus præfecto, et his qui aderant : Hasce litteras, probe scitis, videntes Cherubim recedent; flammeusque gladius tergu dans paradisi nobis concedet ingressum, qui nostros vultus revereatur, sic propudiose pro communi Domino exaratos. Uni enim sumus, in quos a sæculo ejusmodi scelus patratum sit. Novumque hoc subtilis cruciandi artis inventum est : quo ipso clementes exhibuistis atque humanos, quotquot adversum Christianum dogma furiis invecti tyranni sævierunt. In facie autem Christi prorsus agnoscetis, prostabuntque hæ litteræ ut a vobis legantur. Ipse namque dixit : « Quæcunque fecistis uni ex his minimis, mihi fecistis* [10]. »

ΛΑ'. Τούτους τοὺς λόγους ὡς ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦ ἐπάρχου, ἔδοξε λέγειν ὑπὸ τῆς τῶν λογισμῶν ἐναργείας, ὡς οἶμαι, καταβροντηθείς· Εἰ ἐπιστάμην ἀληθὲς εἶναι τοῦτο, παντὶ τῷ λαῷ μου οὕτως ἂν ταῦτα ἔγραψα. Ἡμεῖς μὲν οὖν ταῦτα, πολλῶν ὄντων καὶ ἄλλων, ἐπιτομώτερον δεδηλώκαμεν, τῶν πραχθέντων πολλοὺς ἔχοντες μάρτυρας· οἵτινες, εὖ οἶδα, καὶ τούτων πλείονα καὶ σαφέστερον διηγήσον-

XXXI. *Hos sermones ut ex præfecto audiit imperator, istud dicendum putavit, rationum, puto, perspicuitate attonitus : Id ego si verum esse scirem, eum in modum meæ omnis plebis vultibus hæc inscriberem. Nos vero, cum alia quoque plura sint, hæc brevius declaravimus, qui eorum quæ gesta sunt, multos testes habeamus : quos bene scio hisce plura et apertius esse narraturos, qui scilicet, quæ tunc facta dictaque sunt, nobis melius observarunt. Neque enim*

[10] Matth. xxv, 40.

in angulo aut occulto hæc facta sunt, sed in theatro, ipsoque medio orbe Romano. Et sic quidem Epistola.

ται, τὰ πεπραγμένα τότε καὶ λελεγμένα κρεῖττον ἢ ἡμεῖς φυλάττοντες. Καὶ γὰρ οὐκ ἐν γωνίᾳ, οὐδ' ἐν παραβύστῳ τινὶ πέπρακται, ἀλλ' ἐν θεάτρῳ, καὶ μέσῃ τῇ οἰκουμένῃ. Καὶ οὕτω μὲν ἡ ἐπιστολή.

XXXII. Post tam inhumanum autem novumque supplicium, quod propter cultum divinarum imaginum beati isti subierunt, adhuc cruorem cæsim compunctis vultibus stillantes, in custodiam traduntur. Deinde Jannæ improbis suggestionibus, qui tum ejusdem sententiæ, cujus iniquus imperator, cum esset, Ecclesiæ clavum tenebat, exsilio damnantur. Eos itaque suscipit Apamea Bithyniæ. Horum nec humanda corpora post mortem imperator præceperat, partim ut contumelia eos afficeret; partim etiam, quod orthodoxis communiter sic bonam ac desiderabilem possessionem invideret. Illic igitur generosum par illud fratrum degebat, ac tum orthodoxam fidem docebat, tum ad virtutis præstanda opera provocabat. Suadendi autem vi multa pollebant, quod non tam verbis, quam rebus ipsis adhortationem adhibebant. Erant enim probationum inconcussa momenta; rectæ quidem fidei, quod pro ea compuncti erant, ac verberum atrocitatem pertulerant; virtutis vero, ipsa vitæ institutio ac continentia; tanta scilicet, qua et cum incorporea natura, æmula fere virtute contendebant.

ΛΒ'. Ἀλλὰ μετὰ τὴν τοιαύτην ἀπάνθρωπον καὶ καινὴν τιμωρίαν, ἣν διὰ τὴν τῶν θείων εἰκόνων προσκύνησιν οἱ μακάριοι οὗτοι ὑπέστησαν, ἔτι τῷ λύθρῳ τοῦ αἵματος σταζομένων αὐτοῖς τῶν προσώπων, τῇ φρουρᾷ παραδίδονται. Εἶτα ταῖς τοῦ Ἰαννῆ πονηραῖς εἰσηγήσεσιν, ὃς τηνικαῦτα, σύμφρων ὢν τῷ παρανόμῳ βασιλεῖ, τῆς Ἐκκλησίας ἐκράτει, τὴν ὑπερορίαν καταδικάζονται. Δέχεται τοίνυν αὐτοὺς ἡ τῆς Βιθυνίας Ἀπάμεια. Οὐδὲ ἀξιωθῆναι ταφῆς τὰ τούτων σώματα μετὰ θάνατον ἐπιτεταγμένον ἐκ βασιλέως· τοῦτο μὲν εἰς ἐκείνους ὑβρίζοντος, τοῦτο δὲ καὶ κοινῇ φθονοῦντος τοῖς ὀρθοδόξοις ἀγαθοῦ τοιούτου καὶ ποθεινοῦ κτήματος. Διῆγεν οὖν ἐκεῖσε ἡ γενναία αὕτη τῆς ἀδελφότητος ξυνωρὶς, τό τε ὀρθόδοξον ἐκπαιδεύουσα, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν παρακαλοῦσα. Ἔπειθον δὲ ἰσχυρῶς, ἅτε μὴ ἐκ τῶν λόγων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων μᾶλλον τὴν προτροπὴν ποιούμενοι. Ἦσαν γὰρ αὐτοῖς ἀκίνητοι πίστεις, τοῦ μὲν ὀρθοδόξου αἵ τε ὑπὲρ αὐτῆς ἐκκεντήσεις καὶ αἱ χαλεπαὶ μάστιγες, τῆς δὲ ἀρετῆς αὐτὸς ὁ βίος καὶ ἡ ἐγκράτεια, μικροῦ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀΰλων φύσιν ἁμιλλωμένη.

XXXIII. Quod etiam tempus resolutionis vocabat, et ad eum cujus desiderio tenebantur, profectionis, Theodorus quidem cum senio tum morbo, ac præterea longa carceris maceratione atque ærumna oppressus, in ipso carcere animam suam in manus Dei creatoris deponit; cum scilicet, ad vitam quidem quod attinet, actionis cultu sese immaculatum servasset, quodque ad rationem, pietatis rationibus ac fide, ab offensione noxaque omni immunem; nulla delendam oblivione sui martyrii memoriam relinquens; ea nimirum ipsa die vitæ finem nactus, qua et martyrum primus Stephanus pari et ipse zelo consummationem suscepit.

ΛΓ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ καιρὸς ἐκάλει τῆς ἀναλύσεως, καὶ τῆς πρὸς ὃν ἐπόθουν ἀποδημίας, Θεόδωρος μὲν, καὶ γήρᾳ καὶ νόσῳ, πρὸς δὲ καὶ κακοπαθείᾳ τῇ ἐκ τῆς φρουρᾶς πιεζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ φρουρᾷ χερσὶ τοῦ δεδημιουργηκότος Θεοῦ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν παρατίθησιν, ἄμωμον μὲν τῇ πράξει τὸν βίον, ἄπταιστον δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τὸν λόγον διατηρήσας, ἀνεπίληστον τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας μνήμην καταλιπών· ἅτε δὴ καὶ ταύτην τὴν ἡμέραν τὸ τοῦ βίου τέλος δεξάμενος, καθ' ἣν καὶ ὁ πρῶτος τῶν μαρτύρων Στέφανος τῷ ἴσῳ ζήλῳ τὴν τελείωσιν δέχεται.

XXXIV. Theophanes autem cum venerandum illud ac fraternum corpusculum, adjunctis etiam aliis viris piis ac quotquot par erat eo tempore adesse, ut ejus, qui illinc erat, sanctificationis ac gratiæ munere, minime frustrarentur, multis encomiis atque canticis esset prosecutus, in arca lignea deponit, et apud se servat: partim quidem

ΛΔ'. Θεοφάνης δὲ, τὸ τίμιον ἐκεῖνο καὶ ἀδελφικὸν σκήνωμα μετά γε καὶ ἄλλων ἀνδρῶν εὐσεβῶν, καὶ ὅσους εἰκὸς ἦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ συνδραμεῖν, ὡς τοῦ ἐκεῖθεν ἁγιασμοῦ καὶ τῆς χάριτος μὴ διαμαρτεῖν, πολλοῖς τιμήσας ἐγκωμίοις καὶ ᾄσμασι, ξυλίνῃ λάρνακι κατατίθησι, καὶ παρ' ἑαυτῷ συντηρεῖ· τοῦτο μὲν καὶ τῆς ἀφθορίας αὐτὸ θαυμάζων (11),

Fr. Combefisii notæ.

(11) *Καὶ τῆς ἀφθορίας αὐτὸ θαυμάζων.* Hic plane alter titulus, quo operæ pretium existimavit Theophanes, ut arca lignea conderet fratris sui corpusculum, ac venerationi haberet: ejus scilicet integritas, ac quod caste Theodorus vixerat, niveumque candorem longæ passionis cruoribus rubricarat. Vocem ἀφθονίας antiquarii Regii, facile fuit ex illa ἀφθορίας, fallentibus oculis, aut festinante calamo, nec satis attenta mente exscribi; cum alioqui nullus hic sensus videatur. At neque Lipomani interpr. suum ἀφθορίας, quidquam apte reddidit: *partim quidem procurans ne corrumperetur.* Ergo in arca immune a corruptione putavit fore Theodori corpusculum, vel Ægyptiaco antiquo more unguentis condivit? Rem plane ex usu pauperis monachi et exsulis, atque sub ferro et compedibus gementis! qui et ipse carcerem coleret; siquidem in eo Theodorus animam in manus Domini tradidit. Ἀφθορία, eam proprie corporum integritatem dicit, quæ virginum exsistit, non qua aspersis unguentis ac mumia, illa a tabo liberantur, diuque iis durata ac exsiccata conservantur; quod magnus Antonius etiam atque etiam cavit ne in suo corpusculo fieret, ut in ejus Vita magnus Athanasius auctor est. Græci itidem nihil magis in defunctis corporibus optant, quam ut pulvis fiul-

τοῦτο δὲ καὶ τῇ τῶν ἀγώνων μνήμῃ καλλωπιζόμενος· μακρὸν ἐγγελάσας τῷ τοῦ δυσσεβοῦς ἐπιτάγματι· ὃς οὐδὲ ἀξιοῦσθαι ταφῆς ἠβούλετο τὰ τῶν οὐρανίων σκηνῶν ἄξια. Εἶτα καὶ ἐν κανόσι τὰ αὐτοῦ παλαίσματα καταλέγει (12)· ἅμα μὲν ἀντὶ θρηνῳδίας, ὡς μὴ θέμις ὄν, τὴν ὑμνῳδίαν παρατιθείς· ἅμα δὲ καὶ τῶν συνεληλυθότων τὸν πόθον παραμυθούμενος. Λέγεται γάρ τινα τῶν γερόντων, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πολλῷ τῆς εὐσεβείας ζήλῳ φερόμενον, ὑπεριδεῖν μὲν καὶ βασιλικῆς ἀπειλῆς, ἀφειδῆσαι δὲ καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς, ἵνα πίστει τῷ τοῦ μακαρίου προπίπτων λειψάνῳ, χάριτος ἐκεῖθεν μετάσχοι. Ἐπιστὰς οὖν τῷ τόπῳ κατὰ τὸν τῆς ἐκδημίας καιρὸν, εἴτ' οὖν πρὸς Θεὸν ἀναλύσεως, καὶ εἷς τῶν ᾀδόντων γενόμενος, ἐβεβαίου τὸ μετὰ ταῦτα, ὡς εἴη τότε φωνῆς ἄνωθεν ψαλλόντων ἡδίστης καὶ θαυμασίας ἀκούων· εἴτε τις ἀγγελικὴν ἐννοήσαι ταύτην, εἴτε τινὰ ἄλλην νεύματι Θεοῦ γενομένην, Θεῷ δῆλον ἂν εἴη, καὶ ὅσοις τὰ τοιαῦτα διορᾷν ἄξιον.

ex iis, qui erant in ejus potestate, nomine Joanni. Ille vero omnibus aliis, atque adeo ipso imperatore prætermissis, ut qui non essent satis potentes, unum novit refugium Marcelli tabernaculum; et id subit, et sub eo latet, tanquam sub aliquo tuto propugnaculo. Ille autem cum rescivisset, petebat, ad ipsum mittens, hominem sibi tradi. Cum vero non obtemperaret, cœpit minari. Cum Marcellus autem minas non curaret, ei vim attulit: missisque militibus, qui et viribus valebant, et erant multi numero, jussit quærere eum qui confugerat, et si non pareret, uti armis. Atque ille quidem cum sic jussisset, eos dimisit. Illi autem profecti, et verbis, ut jussi fuerant, usi, quoniam non parebat, monasterium circumsidebant. Hæc facta sunt vespere: magnus vero Marcellus rogavit eos, an vellent manere, et se eis dixit alimenta daturum. Cum autem mansissent, suppeditavit alimenta. Et res quidem ita transiit usque ad vesperam. Cum nox autem adventasset, qui foris quidem erant, enses jam quatiebant terribiliter. Monachi autem hæc videntes et audientes, sanctum circumsistentes, pro ensibus eum verbis feriebant: Quid ergo? dicentes, tibi omnes propter unum peribimus? Idque morte violenta et acerba? et tuis filiis erit tibi præferendus externus? et tibi a fundamentis cum templo peribit monasterium? Non dimittes, non cito præbebis eum qui quæritur, qui malis huc pervenit pedibus? Cum sic per totam noctem eum et hostes et amici etiam acriter invaderent, tempusque frustra contereretur, et supplex non traderetur, mane autem statuissent milites uti gladiis, et jam essent aggressuri, tunc Christi athleta suam contra objecit potentiam. Eis vero præter opinionem apparet adversaria, non phalanx quidem, sed divina quædam et cœlestis potentia, in orbem ab igne circumscripta, et arma inexpugnabilia, nempe crucis Christi imaginem in medio referens, longe magis refulgentem, quam ignis, qui erat circumcirca. Hæc ergo terribilis potentia, quæ apparuerat ex ipso fastigio monasterii, emittebat gravia tela adversus milites: quæ quidem erant ignis fulgura intolerabilia. Quibus cum non solum resistere, sed ne ea quidem contra intueri possent, gladios in terram projecerunt, et ipsi ceciderunt, et voces ad Deum placandum accommodatas, prout unusquisque poterat, emittebant. Quas cum ii qui erant intus, sensissent, cauere cœperunt, et fuerunt ipsi quoque testes miraculi, quod evenerat præter opinionem. Hoc effecit, ut crudelissimus Ardaburius suorum morum oblivisceretur, et causa fuit, ut præter sententiam benignus videretur, ira sua in Joannem remissa.

XXXIII. Cum in Ardaburii incidi rim mentionem, illius quoque meminero, quemadmodum vir ille divinus futurum quoque ejus vitæ exitum prædixerit. Cum se post orationem somno aliquando dedisset, ei apparet visio. Illa autem erat hujusmodi: Pugnabant inter se leo et draco. Sed draco quidem

A καὶ αὐτὸν βασιλέα ὡς ἀδυνάτου; παραδραμὼν μίαν εἶδε καταφυγὴν τὴν Μαρκέλλου σκηνὴν, καὶ ὑπὸ τούτῳ ὥσπερ ὑπὸ προβόλῳ δύνει καὶ κρύπτεται. Ὁ δὲ μαθὼν ἐζήτει πέμπων ἔκδοτον αὐτῷ δοθῆναι τὸν ἄνθρωπον. Ὡς δὲ οὐκ ἦν ὁ πειθόμενος, τῶν ἀπειλῶν ἤρχετο. Ὡς δὲ οὐδὲ τούτων ἐκεῖνος ἐφρόντιζεν, ἐπῆγε τὴν βίαν καὶ πέμψας ὁπλίτας ἰσχύϊ τε καρτεροὺς καὶ πλήθει πολλοὺς ἐκέλευεν οὕτω τὸν προσπεφευγότα ζητεῖν, ἀπονεύοντος δὲ καὶ τοῖς ὅπλοις χρήσασθαι. Ὁ μὲν οὖν οὕτω προστάξας ἀπέπεμπεν. Οἱ δὲ ἀπελθόντες καὶ λόγοις κατὰ τὸ κελευσθὲν χρησάμενοι, ἐπεὶ μὴ ἔπειθε τὸ φροντιστήριον, οἷα δὴ πολιορκοῦντες ἐκύκλουν. Δείλης ὀψίας ἐπράττετο ταῦτα, καὶ ὁ μέγας ἠρώτα παρὼν εἴ γε δὴ παραμένειν αὐτοὶ βούλοιντο καὶ τροφὰς ἐκεῖνον παρέχειν. Ἐπεὶ οὖν B καὶ παρέμενον, ἐχορήγει καὶ τὰς τροφάς. Καὶ τὰ μὲν ἄχρις ἑσπέρας οὕτω διῆλθε. Καὶ τῆς νυκτὸς δὲ καταλαβούσης οἱ μὲν ἔξω τυγχάνοντες ἤδη τὰ ξίφη φοβερὰ ἐπέσειον· οἱ μοναχοὶ δὲ ταῦτα ὁρῶντές τε καὶ ἀκούοντες περιστάντες τὸν ἅγιον λόγοις ἀντὶ ξιφῶν ἔπληττον, Τί οὖν; οἰχησόμεθά σοι πάντες διὰ τὸν ἕνα, λέγοντες, καὶ ταῦτα βιαίῳ θανάτῳ καὶ χαλεπῷ, καὶ προτιμητέος μᾶλλον ὁ ξένος ἔσται τῶν τέκνων τῶν σῶν, καὶ ἐκ βάθρων ἀπολεῖταί σὺν αὐτῷ δὴ τῷ ἱερῷ καὶ τὸ φροντιστήριον; Οὐ προήσῃ, οὐχὶ παρέξεις εὐχερῶς τὸν ἐπιζητούμενον, τὸν κακοῖς ἄρα ποσὶ τὰ ὧδε καταλαβόντα; Οὕτω διὰ πάσης νυκτὸς τῶν τε πολεμίων αὐτῷ καὶ τῶν φίλων δεινῶς ἐπιτιθεμένων, ὡς μάτην ὅ τε χρόνος ἐτρίβετο καὶ ὁ ἱκέτης οὐκ ἐξεδίδοτο, ἔγνωστο δὲ τοῖς στρατιώταις C περὶ τὸν ὄρθρον τοῖς ὅπλοις χρήσασθαι καὶ ἤδη καταπροσβάλλειν ἔμελλον. Τότε καὶ ὁ ἀριστεὺς τοῦ Χριστοῦ τὴν οἰκείαν ἀντιπροσῆγε δύναμιν. Ἀντίπαλος γὰρ παρὰ δόξαν αὐτοῖς ἐπιφαίνεται φάλαγξ μὲν οὔ, θεία δέ τις καὶ οὐρανία δύναμις εἰς κύκλον περιγραφεῖσα πυρὸς καὶ τὸ ἄμαχον ὅπλον τὸν τοῦ Χριστοῦ σταυρὸν ἐν μέσῳ ἀπεικονίζουσα πολλῷ μᾶλλον ἢ τὸ τοῦ κύκλου πῦρ ἀπαστράπτοντα. Αὕτη τοιγαροῦν ἡ φοβερὰ δύναμις ἐξ αὐτῆς δὴ τῆς τοῦ φροντιστηρίου ἄκρας ἐπιφανεῖσα, δεινὰ κατὰ τῶν ὁπλιτῶν ἠφίει τὰ βέλη, ἃ δὴ καὶ ἦσαν ἀνυπόστατα τοῦ πυρὸς ἀστραπαί, αἷς μὴ ὅτι γε ἀντιτάττεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ ἀντιβλέπειν ἔχοντες εἰς τὴν γῆν τὰ ξίφη ἐρρίπτουν καὶ αὐτοὶ κατέπιπτον καὶ φωνὰς πρὸς τὸ D θεῖον ἱλαστηρίους, ὡς ἕκαστος εἶχεν, ἠφίεσαν, ὧν καὶ οἱ ἔνδον αἰσθόμενοι ἐξήρχοντό τε καὶ μάρτυρες καὶ αὐτοὶ τοῦ παραδόξου θαύματος ἦσαν. Τοῦτο καὶ τὸν ὠμότατον Ἀρδαβούριον ἐκλαθέσθαι τοῦ ἑαυτοῦ τρόπου πεποίηκεν, ὀφθῆναί τε παρὰ γνώμην φιλάνθρωπον παρεσκεύασεν, ἀνέντα τὴν ὀργὴν Ἰωάννῃ καὶ τὸν θυμὸν σβέσαντα.

ΛΓ'. Ἀρδαβουρίου μνησθεὶς κἀκείνου μνησθήσομαι, ὅπως ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ καὶ περὶ τῆς καταστροφῆς αὐτοῦ προηγόρευσεν. Ὕπνῳ ποτὲ ἑαυτὸν ἀνέντι μετὰ τὴν προσευχὴν ὄψις ἐφίσταται. Ἦ δὲ λέων καὶ δράκων ἦσαν ἀλλήλοις μαχόμενοι· ἀλλ' ὁ μὲν δράκων μεγέθει μέγιστος ὢν τῷ οὐραίῳ τὸν

λέοντα κατηκίζετο, ὁ δὲ λέων ἤλγει μὲν καὶ τῇ ἀλκαίᾳ πρὸς ἄμυναν διηγείρετο καὶ, τὸν δράκοντα κύκλῳ περιιὼν, σκιαμαχῶν ἦν καὶ μηδὲν λυμαινόμενος, ἕως αὐτὸς μὲν ταῖς πληγαῖς ἐκκαμὼν ἀδρανὴς ὅλος ἐπὶ γῆς ἔκειτο· εἶτα μετὰ βραχὺ πάλιν ἀνακτησάμενος καὶ ὥσπερ ἔκ τινος ὕπνου διαναστὰς κατὰ τοῦ δράκοντος πάνυ ῥαγδαῖον καὶ μανικὸν ἥλατο καὶ διαφυλάξας ὅλον τῇ γαστρὶ δίδωσι. Τοῦτο Μάρκελλος ὁ θεῖος ἰδὼν καὶ ἀκριβέστατα συμβαλὼν μετ' οὐ πολὺ παγγενῆ προέφη Ἄσπαρά τε καὶ Ἀρδαβούριον πανωλεθρίους τῷ βασιλεῖ δοθήσεσθαι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον· ἃ δὲ μεταξὺ τούτων ἐπράττετο.

ΛΔ'. Πολλῶν ἄρα συμβεβηκότων αὐτοῖς τε καὶ βασιλεῖ τῶν ἔχθρας ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους καὶ ὑποψίας, δυσμένεια μὲν ἐξ ἀμφοτέρων ἐτίκτετο, καὶ εἰς ἔργα χαλεπὰ προήρχοντο. Ἐπεὶ δὲ κίνδυνος μὲν ἐπήρτητο καὶ παρ' ἀλλήλων δεινὸς, ἡ νίκη δὲ οὐδ' ὁποτέρῳ τούτων εὐχερὴς ἦν, ἐπὶ κοινὰς ἄμφω συμβάσεις τρέπονται ἐφ' ᾧ τὸν Ἄσπαρος μὲν υἱὸν, Ἀρδαβουρίου δὲ ἀδελφὸν, τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως πρὸς γάμον ἀγόμενον ἀναδειχθῆναι Καίσαρα. Τοῦτο δὲ ὁ λαβὼν ἕτερός ἐστιν, ὡς ἂν εἴποι τις, ὑποβασιλεύς· ἁλουργίς τε γὰρ αὐτῷ κατάχρυσος καὶ τἄλλα τῆς βασιλείας παράσημα, ὅτι μὴ μόνης τῆς χρυσῆς στεφάνης οὐ πάντα ἐχούσης τὰ τῆς βασιλείας σύμβολα. Ἔμελλεν οὖν οὗτος ταύτην τὴν ἀξίαν λαβὼν ζῶντι μὲν βασιλεῖ πάντα κοινῇ συμπράττειν, τελευτήσαντος δὲ πρῶτος αὐτὸς καὶ μόνος τὴν ἀρχὴν λαμβάνειν, καὶ ὥσπερ ὀφειλόμενον αὐτῷ τὰ σκῆπτρα δέχεσθαι. Ἐτάραττε δὲ τὴν Ἐκκλησίαν τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐ μικρῶς ἐθορύβει, εἰ πάλιν Ἀρειανὸς μέλλει κατ' αὐτῆς εἰσπηδᾷν. Ἦν γὰρ δὴ καὶ Ἄσπαρ καὶ παῖδες αὐτοῦ καὶ ὅλος οἶκος τὴν Ἀρείου μανίαν διαφερόντως ἀποδεχόμενοι. Οὕτω θορύβων ὄντες μεστοὶ πρὸς συστάσεις ἐχώρουν κοινὰς, καὶ ὑπὸ ἡγεμόσι Γενναδίῳ καὶ Μαρκέλλῳ ταττόμενοι τὸν Ἱππόδρομον κατειλήφασιν εἶρξαι βασιλέα τῆς ἀτόπου ταύτης ὁρμῆς, προθυμούμενον μὲν αὐτὸν, ἄλλως δὲ ἡττώμενον τῶν Ἄσπαρός τε καὶ Ἀρδαβουρίου καιρῶν. Ὡς οὖν οὕτως ἡ τοῦ Χριστοῦ στρατιὰ παρεσκεύαστο, δείκνυσιν αὐτοῖς ὁ Θεὸς καὶ τὸν στρατηγὸν, καὶ ὅτι τοσοῦτον ἦν Μαρκέλλῳ τὸ διαφέρον πρὸς τοὺς ἄλλους ἱερέας τε καὶ ἀρχιερεῖς ὅσον στρατηγοῦ καὶ βασιλέως τὸ μέσον, εἰ βούλει δὲ, καὶ στρατιώτου πρὸς στρατηγὸν ἐναργὲς τοῦτο σύμβολον. Ὡς γὰρ ἐπορεύοντο, ἑώρων ὅσοις δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα ὁρᾷν ἄξιον νεανίσκον τινὰ μεγέθει μὲν μέγιστον, κάλλει δὲ εὐπρεπεστάτῳ κομῶντα καὶ ἐζωσμένον ζώνῃ χρυσῇ, λευκὸν μὲν οὕτω τὴν θέαν ὡς καὶ χιόνος κρείττω δοκεῖν, φλογώδη δὲ οὕτως ὡς ἀπαστράπτειν καὶ φῶς. Χλαῖνα δὲ αὐτῷ καὶ χιτὼν, καὶ ταῦτα χιόνος ὄντα λευκότερα. Τοῦτον οὖν ἑώρων ἐξ εὐωνύμων τῷ μεγάλῳ συμπορευόμενον καθάπερ τινὰ ὑπασπιστὴν καλὸν ἅμα καὶ φοβερὸν, καὶ τὴν χεῖρα οἷον ὑπέχοντα τὸν πρεσβύτην ἀνέχειν, καὶ σὺν ὅσῃ τῇ αἰδοῖ θερ-

A cum esset ingenti magnitudine, cauda leonem verberabat et torquebat; leo vero dolebat quidem, et ad se cauda defendendum excitabatur, et draconem obiens inaniter depugnabat, et eum nihil lædebat, quousque ipse quidem defessus plagis, humi totus jacebat afflictus et imbecillus. Deinde cum se rursus paululum recreasset, et veluti a quodam somno surrexisset, magno et vehementi impetu in draconem insiliit, eumque pronum in ventrem prostravit. Hoc cum divinus vidisset Marcellus, et accuratissime conjecisset, prædixit haud ita diu post Asparem et Ardaburium esse cum toto genere interituros ab imperatore. Sed hæc quidem postea. Quæ autem interim facta sunt, sunt hujusmodi:

XXXIV. Cum multa accidissent inter eum et im-
B peratorem, quæ inter se invicem inimicitias alebant et suspiciones, ex utrisque quidem natum est odium; cum autem utrinque magnum a se invicem immineret periculum, neutri vero eorum facilis esset victoria, convertuntur ad communia ineunda fœdera: nempe, ut Asparis quidem filius, frater autem Ardaburii, cum duxisset uxorem filiam imperatoris, Cæsar crearetur. Hoc autem qui accepit, est alius, ut dixerit quispiam, subimperator: est enim ei et aurata purpura, et alia insignia imperii, nisi solum, quod aurea corona non habet omnia signa imperii. Is itaque accepta hac dignitate, cum vivente quidem imperatore erat omnia facturus communiter: eo autem mortuo, ipse pri-
C mus et solus accepturus imperium, et tanquam debita sibi sceptra sumpturus. Ea res vero non parum conturbabat Ecclesiam, si rursus sit imperium Arianus invasurus. Aspar enim, et ejus filii, et tota domus, Arii insaniam mirandum in modum amplectebatur. Cum itaque essent pleni tumultu, communiter convenerunt, et ducibus Gelidio et Marcello venerunt in Hippodromum, ut ab inhonesto et indigno hoc cœpto arcerent imperatorem: qui ipse quidem ad hoc quoque erat prompto et alacri animo, sed cedebat tempori Asparis et Ardaburii. Cum ergo sic paratus esset Christi exercitus, eis quoque Deus ostendit ducem: et tantum interesse inter Marcellum et alios sacerdotes et pontifices, quantum inter exercitus ducem et im-
D peratorem: atque adeo, si velis, inter militem et ducem; hoc fuit evidens signum: Nam inter ambulandum videbant ii qui digni erant ea videre, juvenem quidem statura maximum, forma vero pulcherrimum, et zona cinctum aurea, aspectu quidem tam candidum, ut nivem videretur superare: tam lucidum autem, ut luce coruscaret. Lanea vero ei erat et tunica, eaque nive candidior. Eum ergo videbant a sinistris simul cum magno Marcello ambulantem, veluti quemdam satellitem, pulchrum simul et terribilem, et manum veluti supponentem, sustinuisse senem, et cum maxima reverentia non destitisse ei inservire. Cum autem ingressi essent

(3) Vide Baronium ad an. 479.

in eum locum, in quo solebat sedere imperator, erat quidem sic quoque Marcellus omnia iis qui erant Ecclesiæ; quin etiam ipse quoque libere loquebatur ad imperatorem, et illis addebat animum, et quodammodo eos adhortabatur ad certamen pro Christo suscipiendum. Atque illi quidem cum omnia effecissent propter quæ venerant, quæ quidem erant, ut Asparis filius aut rectam disceret opinionem, aut nec dignitatem Cæsaris acciperet (hæc enim eis pollicitus est imperator), lætantes exierunt. Ille autem rursus adolescens, et altissimus, et splendidissimus, visus quidem est adhuc adesse et versari cum Marcello. Cum vero eum deduxisset usque ad portas, de cætero evanuit ex oculis. De quo nullus dubitavit ex iis qui aderant, sed evidens fuit omnibus eum fuisse Dei ministrum, virili habitu indutum, qui missus fuerat, ut esset custos et satelles Marcelli. Sed ab eo quidem fuit habitus in tanto honore. Haud ita multo post acceperunt finem ea, quæ is prædixit. Ardaburius enim simul cum patre et fratre, et aliis non paucis ex iis qui erant ejusdem sententiæ, cum ebibisset ultimam fæcem iræ Domini, raptus est ab hominibus, leoni draco, imperatori juste traditus impius.

XXXV. Unum adhuc restat convenienter meæ promissioni: quod ubi adjecero, finem imponam orationi. Lucianus quidam Constantis filius, viri qui multum poterat consilio, despectis humanis omnibus, monasterium ingressus, brevi tempore per Marcellum multos eorum qui consenuerant in exercitatione, longe a tergo reliquit: quem dicunt a nullo unquam esse visum nec irascentem, neque multa loquentem, sed neque ulli præbentem iræ occasionem. Is, quando bonus pater Marcellus excedebat, astans, et plusquam alii lacrymans, rogabat, hanc sibi dari gratiam; ea autem erat, ne eum despiceret hic solum, neque sineret eum esse ipsi longo tempore superstitem, neque enim se posse amplius recte vivere, sicut neque navem tuto navigare, quæ amisit gubernatorem. Et ille quidem hæc: Marcellus vero cum vidit eum magna affectum tristitia: Esto, inquit, bono animo: nam cum ego excessero, tu quoque consequeris, et insistes vestigiis ejus, quem desideras. Cum sic dixisset, paulo post finem accepit quod dictum fuerat. Nam cum ille decessum ægre ferret, et totos deinceps quinque dies et noctes ad fossam magni Marcelli mansisset, post illum mori, vitam, sine eo autem superstitem, mortem acerbam existimans, ad eum in somnis venit magnus Marcellus, conversum ad sepulcrum, et: Cur, inquit, te affligas et quereris de tarditate, et non credis? Ego Deum pro te precatus, effeci id quod tibi expedit, et statim ad me venies. Fuit ita; et tertio post die e vita excedit Lucianus, cum solos octo dies fuisset magno Marcello superstes.

XXXVI. Quam multa Marcelli, quæ sunt hujusmodi, alia quidem majora, alia autem non omnino inferiora? quot linguæ suffecerint ad narrandum, et quot libri ad ea quæ scriberentur, suscipienda?

A πεύοντα μὴ ἀφίστασθαι. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἴσω γένοιντο ἔνθα δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς εἰώθει καθίζεσθαι, ἦν μὲν καὶ οὕτω Μάρκελλος τοῖς τῆς Ἐκκλησίας τὰ πάντα γινόμενος. Πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πρὸς τὸν κρατοῦντα πολλὰ παῤῥησιαζόμενος κἀκείνους ἐπιθαρσύνων καὶ οἷον πρὸς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνα ἐγκελευόμενος, οἱ μὲν δὴ καταπραξάμενοι πάντα δι' ἃ καὶ ἥκασιν, ἅτινα ἦν τὸν Ἄσπαρος υἱὸν ἢ τὴν ὀρθὴν μεταθεῖναι δόξαν, ἢ μηδὲ τὴν ἀξίαν λαβεῖν Καίσαρος (ταῦτα γὰρ ὁ κρατῶν αὐτοῖς ἐπηγγείλατο), ἐξῇεσαν χαίροντες. Κἀκεῖνος πάλιν ὁ νεανίας ὁ ὑψηλότατος καὶ εὐπρεπέστατος καὶ λαμπρότατος θεαθεὶς, παρὼν μὲν καὶ ἔτι καὶ τῷ Μαρκέλλῳ συνὼν ἑωρᾶτο καί τι προσομιλῶν· ἄχρι δὲ τῶν πυλῶν αὐτὸν παραπέμψας τὸ λοιπὸν ἀθέατος ἦν, οὐδενὶ τῶν παρόντων ἀμφισβη- B τήσιμος, ἀλλὰ πᾶσι δῆλος γινόμενος ὅτι Θεοῦ λειτουργὸς ὢν, σχῆμά τε ἀνδρὸς ὑπελθὼν, φύλαξ ἐπέμφθη καὶ δορυφόρος Μαρκέλλῳ. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὕτος διαφερόντως τετίμητο. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ἃ προεῖπε τὸ τέλος ἐδέχετο. Ἀρδαβούριος γὰρ πατρί τε ἅμα καὶ ἀδελφῷ καὶ ἄλλοις οὐκ ὀλίγοις τῶν ὁμοδόξων τρυγίαν τῆς ὀργῆς ἐκπεπωκὼς ἐξ ἀνθρώπων ἀνήρπαστο, τῷ λέοντι ὁ δράκων, τῷ βασιλεῖ ὁ δυσσεβὴς δικαίως παραδοθείς.

ΛΕ'. Ἓν ἔτι λείπεται κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν, ὅπερ ἄρτι προσθεὶς τέλος ἐπιθήσω τῷ λόγῳ. Λουκιανός τις Κώνσταντος υἱὸς ἀνδρὸς μέγα ἐν τῇ βουλῇ δυνηθέντος, οὗτος τῶν ἀνθρωπίνων πάντων ὑπεριδὼν καὶ τὰ τῶν μοναχῶν ὑπελθὼν, ἐν χρόνῳ βραχεῖ διὰ C Μαρκέλλου πολλοὺς καὶ τῶν ἐν ἀσκήσει γεγηρακότων ὀπίσω τέθεικεν, ὃν φασιν ὑπὸ μηδενὸς ὀφθῆναι μηδέποτε μήτ' ὀργιζόμενον μήτε πολλὰ φθεγγόμενον, ἀλλὰ μὴν μηδὲ ἄλλῳ ἀφορμὴν ὀργῆς παρεχόμενον. Οὗτος οὖν, ἡνίκα ὁ χρηστὸς αὐτῷ Πατὴρ ἐξεδήμει Μάρκελλος, παραστὰς πλέον τῶν ἄλλων δεδακρυμένος ἠξίου καὶ ταύτην αὐτῷ τὴν ἐσχάτην δοθῆναι χάριν· ἡ δὲ ἦν μὴ περιιδεῖν αὐτὸν ἐνταῦθα μόνον μηδὲ καταλιπεῖν πολὺν ἐπιβιῶναι χρόνον· μηδὲ γὰρ δύνασθαι ζῆν ἔτι καλῶς, ὥσπερ οὐδὲ ναῦν ἀσφαλῶς πλεῖν τὸν κυβερνήτην ἀποβαλοῦσαν. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα, ὁ δὲ ὡς λίαν αὐτὸν ἑώρα περιαλγῆ, Θάρσει, ἔφη· ἐμοῦ γὰρ ἀπελθόντος καὶ αὐτός ἀκολουθῶν ἔσῃ καὶ κατὰ πόδας ἀφίξῃ τοῦ ποθουμένου. Οὕτως εἰπόντος πέρας μετὰ μικρὸν ἐδέχετο τὸ ῥηθέν. Ὡς D γὰρ ἐκεῖνος λίαν βαρέως τὴν τελευτὴν ἔφερε καὶ ὅλων ἑξῆς ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πέντε παρὰ τὸν τοῦ μεγάλου τάφον διέμεινε, τὸ ἐπ' ἐκείνῳ θανεῖν ζῆν, τὸ δὲ χωρὶς αὐτοῦ περιεῖναι πικρὸν ἡγούμενος θάνατον, ἐφίσταται ὁ μέγας αὐτῷ πρὸς ὕπνον ἐπὶ τῷ τάφῳ τραπέντι, καὶ, Ἱνατί, φησὶ, δυσχεραίνεις, καὶ μέμφῃ βραδυτῆτι, καὶ ἀπιστεῖς; Ἐγώ σου τοῦ Θεοῦ δεηθεὶς τὸ πρᾶγμα ἐν τῷ λυσιτελεῖ τέθεικα, καὶ ἥξεις ὅσον οὐκ ἤδη πρός με. Γέγονε ταῦτα, καὶ εἰς τρίτην ὁ Λουκιανὸς ἀπολείπει τὸν βίον, ὅλας ὀκτὼ μόνας ἐπιζήσας τῷ μεγάλῳ ἡμέρας.

ΛϚ'. Πόσα τοιαῦτα Μαρκέλλου, τὰ μὲν κρείττω, τὰ δὲ πάντως οὐχ ἥττω; Πόσαι ἂν ἀρκέσωσι γλῶσσαι, πόσαι δὲ χεῖρες, πόσαι δὲ βίβλοι πρὸς τὴν τῶν γραφομένων ὑποδοχὴν, ὅσα καὶ ὑπὲρ ἑξήκοντα τὴν

A ἄσκησιν παρατείνας ἔτη ἐν συνεχεῖ ἐνήργει τὰ θαύματα; Τίνος μὲν ἐκεῖνος οὐκ ἐν ἀγῶσι καρτερὸς, τίνος δὲ οὐ πρὸς ἀγῶνας ὠφελιμώτερος; Καὶ τίνος οὐκ ἦν τοῖς σφαλλομένοις ἐπιεικέστερος, καὶ περὶ τὴν θεραπείαν ἐπιμελέστερος; Τίς οὕτω τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἐκδικητής, τοῖς ἀδικοῦσι δὲ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν ὅλως, ἀλλὰ καὶ ἀντιπράττων καὶ μὴ τοῖς ἐκείνων εὐδοκῶν θελήμασιν; Οὗτος ἐν παντὶ τῷ βίῳ τὴν μὲν ὅλην νύκτα σχεδὸν καὶ τῆς ἡμέρας τὸ πλεῖστον ᾠδαῖς τε καὶ εὐχαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις τοῦ Θεοῦ λειτουργίαις ἐδίδου, τὸ δὲ λοιπὸν τρισὶ τούτοις ἐμέριζε. Καὶ πρῶτον μὲν αὐτῷ προσῄεσαν οἱ τοῖς λογισμοῖς διοχλούμενοι, οἷς δήπου καὶ τὸ ἁρμόδιον ἑκάστου προσῆγε φάρμακον, τὰ μὲν αὐτῷ τῆς θείας Γραφῆς, τὰ δὲ καὶ τῆς ἐκ πείρας χορηγούσης συνέσεως. B Μετ' ἐκείνους τῶν ἀδικουμένων ἦν ἡ πρόσελευσις. Ἐπιστείλας δὲ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἄρχουσι, δικάζουσιν, αὐτοῖς ἐκείνοις ἀδικοῦσιν, εἰ χρεία ἦν καὶ τῷ βασιλεῖ (κἀκείνῳ γὰρ αἰδέσιμος ἦν, καὶ πειθομένῳ ἐχρῆτο πρὸς ὅπερ ἂν ὁ μέγας ἠβούλετο)· εἶτα καὶ πρὸς τοὺς νοσοῦντας ἐτρέπετο καὶ πάντας περιερχόμενος τά τε πρὸς τὴν ἀναγκαίαν χρείαν καὶ τὰ πρὸς θεραπείαν ἐπῆγε τῷ σώματι. Οὕτως οὐδὲν ὅλως τῷ Μαρκέλλῳ ἀπῆν ὃ τοῖς ὑμνουμένοις τῶν πάλαι παρῆν. Ἀλλ' ἦν αὐτῷ προφητῶν μὲν ἡ τοῦ πάντα προορᾷν χάρις, πατριαρχῶν δὲ ἡ τοῦ πάντα θαῤῥεῖν πίστις, Μωσέως μὲν ἡ πραότης, Ἰησοῦ (*sic*) δὲ ὁ ζῆλος καὶ ἡ δικαία κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἀδικούντων ὀργή, τῶν δὲ μαθητῶν Πέτρου μὲν ἡ θερμότης, Ἰωάννου δὲ ἡ θεολόγος γλῶσσα καὶ ἡ μετὰ C παρθενίας τῶν ῥημάτων βροντή, καὶ Παύλου ἡ ἀκάθεκτος περὶ τὸ δόγμα σπουδή, καὶ ἡ διὰ τῆς καὶ θαλάττης διαδρομὴ τοῦ κηρύγματος. Πάντων δὲ ἅμα ἡ τῶν θαυμάτων πηγὴ καὶ τὸ τούτοις ἀεὶ ῥεῖν κατὰ τοὺς ἀεννάους τῶν ποταμῶν.

ΛΖ'. Τούτου, εἰ καὶ μόνα τὰ περὶ τὴν τελευτὴν ἦν, πόσης ἂν εὐχῆς ἔργον ἄξιον ἦν; Ὅσοις μὲν τὰς ἔχθρας διήλλαξεν, ὅσοις δὲ τὰς ἀμφισβητήσεις διέλυσεν, ὅσα δὲ καίτοι τὰ ἔσχατα πνέων ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας τὰ ἀγαθὰ διεπράξατο; Ὅτε οὖν καὶ τῶν σαρκίνων δεσμῶν διαλυομένων τῷ ποθουμένῳ ἔμελλε προσεγγίζειν καὶ τοῦ πρώτου κάλλους πρώτας καὶ τὰς ἐλλάμψεις δέχεσθαι, παρῆσαν αὐτῷ συχνοὶ μὲν καὶ τῶν ἄλλων μοναστῶν, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἱερωμέ- D νων, οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν πλούτῳ καὶ δόξῃ τῇ κατὰ κόσμον περιφανῶν, οἷς καὶ πολλὰ περί τε ψυχῆς καὶ σώματος καὶ τῆς ἐκεῖθεν ζωῆς φιλοσοφήσας τε καὶ διαλεξάμενος καὶ πᾶσι κατὰ τὸ προσῆκον ἑκάστῳ καὶ τῆς ἡλικίας παραινέσας καὶ τῆς ἀξίας, εἶτα καὶ ἐπευξάμενος καὶ τελευταῖον εἰπὼν ὑπνῶσαι βραχὺ βούλεσθαι καὶ ὑποχωρῆσαι τούτους παρασκευάσας, οὕτω τὴν ἱερὰν ἐκείνην ἀφῆκε ψυχὴν, ἧς τὸ καθαρὸν σῶμα καὶ τίμιον χερσὶν ὁσίαις περισταλὲν ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος ναὸς ὑποδέχεται, ὃν αὐτὸς ἐκ βάθρων ἱδρύσατο, καὶ ἱερὸν οὕτως φροντιστήριον συνεστήσατο, εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Qui cum exercitationem ultra sexaginta annos produxerit, miracula assidue faciebat. Quo non fuit quidem ille in certaminibus fortior? Quo non autem ad certamina utilior? et quo non fuit in eos qui labebantur, mitior, et in præstando officio diligentior? Quis sic defendit eos, qui afficiebantur injuria? iis autem, qui injuriam faciebant, omnino non permittens, sed resistens, et eorum voluntati minime assentiens? Sic in tota vita, totam quidem noctem, diei vero plurimum, dabat canticis et precibus et aliis Dei ministeriis, reliquum autem his tribus dispertiebat. Et primi quidem ad eum accedebant, qui vexabantur cogitationibus: quibus dabat unicuique medicamentum conveniens, ei partim quidem divina Scriptura ea suppeditante, partim autem prudentia et experientia. Post illos accedebant, qui erant affecti injuria. Cum vero pro eis litteras scripsisset ad præsides, judices, ad illos ipsos, qui faciebant injuriam, et si opus erat, etiam ad ipsum imperatorem (nam illi quoque erat reverendus, et obtemperabat ad id, quod magnus volebat Marcellus), convertebat deinde ad ægrotantes, et omnes obiens, eis exhibebat quæ eis erant necessaria ad alimentum, et ad curandum corpus. Sic nihil omnino aberat Marcello, quod aderat iis qui olim laudabantur. Sed erat ei prophetarum quidem gratia omnia prævidendi: patriarcharum autem fides, quæ efficiebat, ut fidenti esset animo in omnibus: Moysis quidem mansuetudo, Josue autem zelus, et justa ira adversus eos, qui faciunt injuriam: discipulorum vero, Petri quidem ardor: Joannis autem lingua theologica, et quod cum virginitate est verborum tonitru; et Pauli vehemens in dogmate studium, et per terram et mare prædicationis disseminatio. Omnium vero simul fons miraculorum, et quod ea semper fluerent, non secus ac perennes fluvii.

XXXVII. Hujus vel solum dicere decessum, quam fuerit optandum? Quam multorum reconciliavit inimicitias? Quam multorum composuit controversias? Quam multa bona uno die fecit in extremo spiritu? Quando certe ei carnis dissolvebantur vincula, et ei quem desiderabat, erat appropinquaturus, et primæ pulchritudinis primas suscepturus illuminationes; aderant autem multi ex iis qui se in pietate exercebant, et multi monachi, et multi ex iis qui erant consecrati: non pauci vero ex iis qui mundanis opibus et gloria erant insignes. Cum quibus postquam multum est philosophatus et locutus de anima et corpore, et de ea quæ est illic vita, et unumquemque est adhortatus, prout conveniebat uniuscujusque ætati et dignitati, et deinde est etiam precatus, et postremo dixit se velle parum dormitare, et eos jussit secedere, sacram illam sic emisit animam: cujus mundum corpus et venerandum, sanctis manibus compositum, sacrum illud templum suscipit, quod ipse excitavit a fundamentis, et vere sacrum constituit monasterium, ad gloriam Patris, Filii, et Spiritus sancti, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

MARTYRIUM

SANCTÆ MARTYRIS ANYSIÆ

QUÆ EST THESSALONICÆ.

(Latine ap. Surium ad diem 30 Decembris ; Græce non exstat in mss. Paris.)

I. Tempore tyranni Maximiani, puella quædam nomine Anysia, nobili loco nata Thessalonicæ, alebatur apud divites et fideles parentes, erudita in timore Domini, magis virtutibus quam ætate proficiens. Et primum quidem parentes eam magis dogmatibus pietatis nutrivere, quam lacte. Postquam autem ætatem transiit puellarem, videreturque puellæ gravitas et decus majus quam sperassent, eam solidioribus disciplinis erudiebant. Illa vero cum, ut quæ bono esset ingenio prædita, facile apprehenderet, fructus dignos disciplinæ actione proferebat : cumque vere cœlestes et angelicos plane haberet spiritus, insignis pulchritudo micabat ex oculis. Magna autem ex parte domi latebat. De juventute vero sæpissime conquerebatur, dicens : O insidiosam ætatem, quæ aut lædit, aut læditur. Pulchra res est senectus. Hei mihi ! longitudo temporis me mœstitia afficit, quæ tandiu separat a cœlestibus. Et ut semel dicam, nunquam intermittebat Christum vocare ad suum auxilium, et genua flectens, solum aspergebat lacrymis.

II. Interea autem cum parentes decessissent, accepta hæreditate, cogitabat, quomodo uteretur iis, quas habebat, divitiis. Erant vero congesti maximi auri et argenti thesauri, amplæ possessiones, multi pecorum greges, servorum et ancillarum multitudo innumerabilis, vestis sumptuosa et magnifica, et ex auro contexta, et serica, mundus aureus, exornatus omni genere gemmarum, magnitudine resplendens et pulchritudine. Hæc videns sanctissima Anysia, dicebat : Quomodo salvæ esse poterimus in tantis terrenis copiis? Quomodo caput draconis exuemus? Age adversus ipsum utar ejus inventione. Ille quotannis se exuens, renovatur; exuamus ergo nos quoque varias divitias. Eæ enim divitiæ magis puniunt eos qui illis male utuntur; eos, qui ipsas accumulaverunt, multant rabie immedicabili : parcos autem et illiberales suis laqueis et retibus implicant. Agrorum possessio suggerit indignationem, et infidam vectigalium exactionem, proferens trutinas falsas et falsa pondera. Vestes docent se perperam et nequiter gerere, resolvique et diffundi deliciis. Torques et monilia efficiunt, ut cervix superbe erigatur, et ut quæ laudibus trahitur, videri desideres. Age ergo piis pie utamur, beato Matthæo parentes. Dominatum in eas obtineamus secundum naturam, priusquam eæ dominentur nobis præter naturam; efficiar vere domina, eas sancte administrans simul et declinans ea quæ ex eis oriuntur, vitia, et custodiam excogitans tutissimam, in viduarum, orphanorum et mendicorum ventrem tanquam thesaurum eas recondens. Idoneus fidejussor, Dominus universorum, non ad duplum usque solummodo augebit sortem, sed ad centuplum usque cum vita æterna mihi fœnus adjiciet. Pie consumamus, tuto enim recipiemus. Venumdatis omnibus crucem acquiramus, Christum expediti sequamur, ipsam terram statim cum terra relinquamus, cœlos cum angelis habitemus. Fugiamus periculosam vitam, et probris plenam : et desideremus certamen, quod superat rationem. Cum iis quæ non patiuntur interitum, permutemus ea, in quæ cadit interitus. Maxime venerandæ sunt nuptiæ, quæ corruptionem nequaquam concilíant : permaneamus integræ, ei qui formavit, purum figmentum conservemus, a reprehensione alienum Christi custodiamus signaculum. Agnoscat Dominus sigilla virginitatis, clausum inveniat hortum, cum accesserit. Præbeamus fontis fluenta minime perturbata. Nunc cum sunt nundinæ, negociemur. Persecutio et afflictio mihi gloriam concilient. Præsides et supplicia in paradisi delicias, custodia et flagella in Christi nuptialem thalamum introducant. Non solum sunt virorum coronæ, sed etiam mulierum.

III. Et hæc dicens, orabat cum lacrymis : Domine, Jesu Christe, lux vera, fons immortalitatis, radix incorruptionis, qui mysterium virginitatis in utero concepisti, qui matris nomen nulla labe inquinatum custodiisti, bone Domine, præsta ne virginum chorum deseram, ne excludar thalamo, sed me refer in numerum virginum prudentum, et dignare me, Domine, ut lampadem ferens, victis, quæ inquinari nequeunt, certaminibus glorificer. Hæc cum dixisset sanctissima Anysia, statim omnia venumdedit, non tanti quanti erat unumquodque, nec ut solet fieri in contractibus, exquisite examinans : sed hoc solum dicebat emptori : Est mendicorum et egenorum; da justum pretium, ut simul quoque aliquam tibi offeras mercedem emens, et effectus justus dominus. Hæc autem dicebat, non quod vellet multiplicatum accipere pretium, sed in hoc quoque habens zelum pietatis, et ei qui emebat, mer-

cedem concilians. Non enim tantam curam gerebat venditionis, quantum curabat, ut recte et ex virtute nil possideret. Cumque omnia in aurum redegisset, illa ea per se dabat, non solum præbens, sed alia etiam officia adhibens, in omnem custodiam ingrediens, et quemlibet qui in vinculis erat damnatus, consolans, ejus qui tortus fuerat, vibices infusionibus curans et unctionibus, quemlibet ægrotantem et in lecto decumbentem invisens, et ejus curam gerens : compita et vicos obiens, et iis qui in eis jacebant, manum præbens, dicebat : Ne deliciæ sint mihi divitiæ, quæ ne aquæ quidem gutta dignæ habentur in tempore judicii. Non sationis laborem, sed messis divitias, visione apprehendebat. Et cum ad obolum usque omnia distribuisset, et nihil sibi reliquisset, se in quadam continebat domuncula, quæ superius habebat tabulatum, operans manibus, et quo opus habebat, sibi alimentum suppeditans, convenienter sententiæ beati Pauli apostoli, qui dicebat : « Otiosus autem non manducet[1]. » Christiano vero germanum, et quod impediri non potest, nutrimentum, sit labor suarum manuum.

IV. Hæc cum dixisset, precibus deinceps vacabat et orationi, jejunium quasi carnis quodammodo expers producens. Deinde validissimæ se assuefaciens exercitationi, diem quidem consumebat in lectionibus, noctem autem in psalmis et precibus; pro lecto, solo, pro veste stragula, storea et sacco utens; brevissimo somno contenta, a phantasia libero et insomniis. Dicebat enim : Malum est mihi, dormire, cum meus inimicus vigilat. Plures vero fundebat lacrymas, quam erat potus quem bibebat; et gemitus ac suspiria erant plura, quam verba. Vincta autem erat tanto Domini desiderio, ut existimaret ipsa dum genu flecteret, et in nudam terram figeret oculos, se pedes tenere Servatoris; et genibus labra admovens, illius genua osculari, et capillos pandens, se pulverem qui inerat, excutere. Horum vero cogitatio ei fontes movebat lacrymarum. Tanto autem studio contendebat ad Christum, ut vellet resolvi, et esse cum Domino. Quoniam autem nolebat seipsam occidere, et rursus properabat ad cœlestia, quid facit? Jejunio corpus paulatim consumebat, multum de vita suffurans abstinentia.

V. Manu autem pectus pulsans orabat, dicens : Domine Deus omnipotens, Pater unigeniti tui Filii Jesu Christi, Domini et Dei et Servatoris nostri, qui sedes in throno gloriæ, cui assistunt mille millia angelorum ministrantium, et decies mille millia servientium tuo nutui, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates : quem laudant Cherubim, et glorificant Seraphim, ter sanctum hymnum sine fine dicentes; qui spiritus, qui non obedierunt, in tartari profundum condemnasti; qui draconem qui defecit, alligasti catenis, qui proprio suo reti eum implicasti, qui ejus sedem in terram dejecisti, qui a cœlestibus mysteriis eum exterminasti, qui a beata vita eum alienasti, qui insolentem ejus exsultationem depressisti et abjecisti, qui de ejus pompa per ignominiam crucis triumphasti, qui ex impolluto tuo sinu Deum Verbum, qui est ante sæcula, et Servator animarum nostrarum, ex Spiritu sancto et Maria Virgine natum, ad nos misisti; qui id quod errabat, per ipsum convertisti, et quod erat imbecillum, confirmasti, et quod contritum, curasti : te invoco ego humilis et peccatrix ancilla tua ex toto corde meo, qui novisti quæ erant in corde uniuscujusque : qui ignem, qui jactus erat in mundum ab unigenito tuo Filio, et in corde meo accendisti; qui fidei, quæ in me est, scintillam in lampadem ejus, quæ est erga te, dilectionis mutasti; adsis mihi indignæ, et serva me, quoniam te desidero, et te quæro, et te sequor totis meis viribus. Domine, suscipe precationem meam, quam offero tibi corde contrito et spiritu humili, propter quam, o Domine Jesu Christe, fuisti in crucem actus, propter quam colaphis cæsus, propter quam acetum et fel bibisti, et tertio die surrexisti, et in cœlos ascendisti, et sedisti a dextris Patris. Ne me dedecore affeceris, ne me a tuarum ancillarum numero rejeceris, sed dignare me fieri perfectam Christianam, et consummari in signaculo sanctæ crucis tuæ; imperti me tua passione, voluntatem tuam in me operans, ut digna reddar, quæ appaream ante tuum tribunal. Tu me tuam conserva : « confige a timore tuo carnes meas, a judiciis enim tuis timui. Averte oculos meos, ne videant vanitatem[2], sed potius eos aperi, rogo te, et considerabo mirabilia de lege tua[3]. In te projecta sum ab utero matris meæ. Tu es Deus meus ; pater meus et mater mea dereliquerunt me. Tu suscepisti me, Domine. Dirige gressus meos, ne dedecore afficiar ancilla tua : sed fac mecum signum in bonum, et imple desiderium meum[4] : quoniam ante te est omne desiderium meum, et gemitus meus non est a te absconditus[5]. » Adjuva me, et non inveniatur macula in ancilla tua. Tibi enim meipsam offero per aram confessionis humilitatis meæ, tanquam in holocaustis arietum et taurorum, nempe eorum qui prius decertarunt propter nomen tuum, et in denis millibus agnorum pinguium, qui secuti sunt agnum tuum immaculatum : per quem tibi, et cum quo tibi, cum Spiritu sancto, gloria et honor et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

VI. Postquam autem precata esset, surrexit, et totum corpus suum cruce signavit. Hæc videns maculosus draco, non tulit puellæ angelicam et cœlestem vitam, videns eam jam spiritu in cœlis habitantem, et ad passionem martyrii toto animo accensam; sed in eam stridebat dentibus, et ejus cellam movere assidue cogitabat, et ut eam everteret, furebat; sed videns eam signo crucis undique munitam, plagis quæ sub obtutum non cadebant, pulsatus, re-

[1] II Thess. III, 10. [2] Psal. CXVIII, 37. [3] Psal. XXV, 7. [4] Psal. CXVIII, 133. [5] Psal. XXXVII, 10.

fugiebat, eique et torporis et desidiæ morbum immittebat. Illa autem intensa et perpetua oratione, perinde ac septa palæstræ, ejus statim infringebat insidias. Rursus vero dicebat veritatis inimicus : Heu quid mihi accidit infelici? Qui angelos e superis detraxi, et gigantes subjeci, nunc illudor a pueris et puellis. Morte enim tanquam vita lætantes, et per ipsam coronati currentes ad cœlos, de cætero mihi fecerunt mundum inhabitabilem. Me consolabatur sanguis martyrum, qui interimebantur, sed fides eorum decertationis, et eorum quæ geruntur prædicatio, transmutavit integras civitates et gentes. Templa diruuntur, conticescunt oracula, abolita sunt mysteria, torpescunt mystæ, qui prius exsultabant : ad meum, ut videtur, exitium crucem fixerunt. Jam mihi præsagit animus futurum, ut regia mea plane dissolvatur. Nam qui sunt in tormentis hilares, et in sepulcris terribiles, urunt, flagellant, et me undique persequuntur, et quod a me fuerat excogitatum, evasit accessio majoris supplicii. Inveni tamen quid agam. Protinus ergo tale quid in eam excogitat, existimans se sua invidia ac malignitate, ejus, quæ extollebatur, gloriam obscuraturum : ut cum essent viles et abjectæ personæ quæ eam interimerent, vilem quoque et abjectam videretur efficere ejus decertationem, et quod nec scriptis mandata essent, et carerent forma judiciorum, oblitterarentur etiam tropæa encomiorum. Non intelligens malignus, apud Deum magis esse bono proposito, quam verbis, atque adeo in eam incitat eos, qui tunc rerum potiebantur.

VII. Maximianus itaque, cum magnam occidisset multitudinem, per se quidem interficiendo satiatus, et non secus atque immanes feræ, quæ homines devorant, præ carnium multitudine nauseans et caligans, speciem parcentis præ se tulit, dicens indignos esse Christianos, qui occidantur ante oculos imperatoris. Cur enim præbeam occasionem, ut scriptis mandentur eorum supplicia, et eorum instruam scriptores, qui ea ad perpetuam transmittunt memoriam, et eos qui eodem morbo laborant, ad eamdem fidem deducam? Cur non instar pecudum eos trado iis qui debent occidere, simul et sceleratos diisque inimicos exterminans, et efficiens, ut mortis eorum memoria mandetur silentio? Hæc cum dixisset, proponit edicta, quæ jubebant, ut liceret volenti sine periculo occidere quemlibet Christianum. Occidebantur itaque innumerabiles, et propheticum implebatur elogium, quod dicit : « Propter te morte afficimur toto die ; reputati sumus tanquam oves occisionis [a]. » Tunc autem cogitatio venit in mentem Anysiæ, ut iret ad Dominum. Id autem erat angelus, qui eam vocabat ad passionem martyrii.

VIII. Cumque ingrederetur portam Casandrioticam, excitatus est tumultus in populo. Deinde cum eam vidisset quidam ex satellitibus imperatoris, et esset ab ejus sauciatus pulchritudine, vel ab ipso potius diabolo incitatus, ei factus obviam, Sta, inquit, et dic, quo vadis. Illa autem videns ejus insolentiam et immoderationem, et mente agitans tentationem, digito fecit in fronte signum crucis. Ille vero plane fera, et quavis fera sævior, non reveritus est generosum et decorum silentium, sed se contumelia affectum et despectum arbitratus, cum eam apprehendisset, cum voce aspera eam agrestius interrogabat, quænam esset, et quo proficisceretur. Agna autem Christi, volens non solitum devitare conspectum, voluit eum brevi responso superare : Sum Christi ancilla, et vado ad Dominicum. Ille autem insolens impulsus ab eo qui in ipso habitabat, dæmone, dixit : Sed non sinam te illuc proficisci, sed te abducam ad diis libandum. Solem enim hodie colimus : et simul hoc dicens, velum traxit, volens ejus vultum detegere. Illa autem generose et fortiter resistens, et in ejus faciem inspirans, dixit : Increpabit te Christus Jesus, diabole. Ille vero illa sufflatione et nomine Christi motus ad iram, quæ cohiberi non poterat, stricto quem ferebat gladio, ejus latus eo transadegit. Quæ statim cum tremore et palpitatione membrorum in terram cadens, eam sancto sanguine reddidit purpuream. Quotquot autem astabant, eam circumdantes, primum quidem eam deplorabant, miserti ejus ætatis, et, tale quid posse accidere, cogitantes. Deinde apud se murmurabant, imperatorem et impium ejus decretum vituperantes. Venerandas autem et sanctas sanctæ reliquias, qui harum rerum studio tenebantur, viri pii Christiani, et qui in sanctos zelo erant incitati, cum sustulissent, et justa eis, ut par erat, fecissent, deposuerunt circiter duobus stadiis a porta Casandriotica, a sinistra viæ publicæ domum oratoriam ei ædificantes.

Hæc autem sustinuit sancta, imperante Maximiano, in nos vero regnante in infinita sæcula Christo Jesu, Domino nostro, cum quo Patri cum sancto Spiritu honor et potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[a] Psal. XLIII, 22.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΗΣ ΟΣΙΑΣ

ΜΕΛΑΝΗΣ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΑΣ.

—

VITA ET CONVERSATIO

SANCTÆ MELANÆ ROMANÆ.

(Latine apud Surium ad diem 31 Dec.; Græce ex cod. ms. 1553, sæculi XIV.)

—

Α'. Ἦν ἄρα καὶ τοῦτο τῆς μεγίστης τῶν πάλαι A καὶ περιφανεστάτης ἐν πόλεσι Ῥώμης μὴ μόνον τῷ κάλλει κομᾷν μηδὲ τῇ θέσει νικᾷν, μηδὲ τροπαίοις καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι σεμνύνεσθαι, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τοῖς γε δὴ ὑπὲρ Χριστοῦ ἀνδρισαμένοις ἐγκαλλωπίζεσθαι, ὅσον ἐν ἀνδράσι καὶ ὅσον ἐν γυναιξὶ, καὶ ταύταις μᾶλλον ὅσῳ καὶ κατ' ἄνδρας ἰσχυρῶς ἠγωνίσαντο, καὶ τοῖς ἄλλοις παράδειγμα βίου πρὸς ἀρετὴν ἑαυτὰς κατεστήσαντο· ὧν μία τίς ἐστι καὶ ἡ μακαρία Μελάνη, ἣν ὁ λόγος ὑπόθεσιν ἄρτι προεστήσατο καὶ τὰ ἐκείνης λέγειν ἀπ' ἀρχῆς ὥρμηται. Ἤνεγκε μὲν γὰρ αὐτὴν ἡ οὕτω καλλίστη καὶ ὀνομαστὴ Ῥώμη, γένος δὲ ταύτης καὶ τοῦτο περιφανέστατον. Πρῶτοι γὰρ ἐτύγχανον οἱ γονεῖς αὐτῆς τῆς Ῥωμαίων βουλῆς. Ἔφυ δὲ ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθή· εὐσεβεῖς μὲν γὰρ κἀκεῖνοι καὶ ἀρετῆς ἐρασταί. B

Β'. Ἤδη δὲ ὥραν ἄγουσαν γάμου σωφροσύνης ἐπιθυμία αὐτὴν τῆς καθ' ἡλικίαν ὁρμῆς ἐκράτει, καὶ τοὺς τεκόντας ἠξίου μήποτε αὐτὴν εἰς ὁμιλίαν ἀνδρὸς ἀγαγεῖν, ἀλλ' ὥσπερ τὸ εἶναι, οὕτως αὐτῇ καὶ τὸ παρθένον μεῖναι χαρίσασθαι. Οἱ δὲ ἐπὶ μόνῃ ταύτῃ τὸν βίον σαλεύοντες καὶ τοῦ γένους διάδοχον ἐξ αὐτῆς ἔχειν ἐλπίζοντες ἔτος ἤδη τεσσαρεσκαιδέκατον ἄγουσαν καὶ ἄκουσαν ἀνδρὶ ἐκδιδοῦσιν. Ἦν δὲ καὶ ὁ νυμφίος ἄρα τό τε γένος καὶ τὴν ἡλικίαν καὶ τἄλλα πάντα τῇ Μελάνῃ παράμιλλος, γεγονὼς μὲν ἐξ ὑπάτων, ἄρτι δὲ τὸν ἔφηβον παραλλάττων· Ἀπεινιανὸς τῷ νυμφίῳ τὸ ὄνομα, ἔτος ἔγγιστά που ἄγων ἑπτακαιδέκατον. Οὕτω τῶν γάμων αὐτοῖς τελεσθέντων ἡ θαυμαστὴ Μελάνη καὶ μετὰ τοὺς γά- C μους δεινῶς ἔτι μᾶλλον ἤρα τῆς σωφροσύνης, καὶ σφοδρῶς αὐτὴν ὁ τῆς ἁγνείας ἔρως πυρπολῶν οὐκ ἀνίει, πολλὴ δὲ ἦν καὶ τὸν ἄνδρα ταῦτα παραινοῦσα τοῖς λόγοις· καὶ ἐπειδὴ μὴ ἤρκουν οἱ λόγοι καὶ δάκρυα συνεπράττοντο εἰς πειθὼ, τοιαῦτα λέγουσιν· Εἰ μὲν, ὦ φίλτατε ἄνερ, τὰ αὐτὰ καὶ σοὶ συνδοκεῖ, καὶ ἄμφω κατὰ τὸν τῆς σωφροσύνης νόμον οἰκήσομεν, μακάριοι τῶν γάμων ἡμεῖς, ἄμφω τε καὶ δι' ἀλλήλων σωζόμενοι καὶ πρόφασιν ἀλλήλοις τῆς καλλίστης ὁδοῦ γινόμενοι· εἰ δὲ σὲ τὸ νέον τῆς ἡλικίας

I. Fuit ergo hoc quoque earum quæ olim fuerunt civitatum maximæ et clarissimæ Romæ, non solum efferri pulchritudine, neque situ vincere, neque tropæis et aliis omnibus gloriari, sed multo magis sibi placere, et se magnificare propter eos, qui pro Christo se fortiter gesserunt, tam viros quam mulieres, et has magis, quod non secus ac viri fortiter decertarunt, et se vitæ exemplum ad virtutem aliis constituerunt. Ex quibus una fuit beata Melana, quam sibi nunc argumentum proposuit oratio, et aggressa est res illius dicere ab initio. Eam enim tulit celeberrima et clarissima Roma. Fuit autem ejus quoque genus clarissimum. Erant enim ejus parentes primi senatus Romanorum. Orta est autem bona ex bonis. Nam erant illi quoque pii et virtutum amatores.

II. Cum ergo jam esset nubilis, desiderium continentiæ vicit ejus, quæ ex ætate erat, appetitionem, et rogavit parentes, ne unquam eam jungerent matrimonio, sed sicut ei, ut esset, ita etiam ut virgo maneret, concederent. Illi autem cum propter hanc solam hujus vitæ agitarentur fluctibus, ei parantes divitias, et sperantes se successorem generis ex ea habituros, quartum decimum annum jam agentem vel invitam collocant in matrimonio. Erat vero ejus sponsus, et genere, et ætate et aliis omnibus cum Melana conferendus : natus quidem ex consulibus, et modo excedens ex ephebis. Sponsi autem nomen erat Apenianus, agens annum circiter decimum septimum. His autem sic celebratis nuptiis, admirabilis Melana etiam post nuptias adhuc vehementius amabat continentiam, et amor castitatis non intermittebat eam acrius urere : multis vero verbis maritum suum ad hoc exhortabatur, et cum verba non sufficerent, ei quoque ad persuasionem opem ferebant lacrymæ, hæc dicenti : Si quidem, o marite charissime, eadem tibi quoque videntur, et ambo habitabimus convenienter legi continentiæ, beati nos erimus propter nuptias, et ambo per nos invicem salvi erimus. et

erimus alter alteri viæ pulcherrimæ occasio. Sin autem juventus et ætas propensior ad voluptates non permittit ut hoc feras, at tu me sinas, et ne cœptum meum et institutum prohibeas : mei autem corporis et meæ libertatis merces erunt omnes possessiones, omnes famuli, et vestes, et domus, et quæcunque alia sunt in meis facultatibus. His omnibus tibi cedo, dummodo meipsam redimam. Ille vero neque universum concedens, neque ejus totam aversans voluntatem : Nunc quidem, o uxor, inquit, non possunt hæc fieri : postquam autem generis et facultatum habuerimus successorem, nec ego bono tuo instituto deero. Grave enim esset, si in divino desiderio vir feminæ cedere conspicerer. Sed tunc ambo hanc viam eligentes, non secus ac in matrimonio, ita in vita ex Deo agenda inter nos conspirabimus.

III. Acquiescunt ambo ei, quod dictum fuerat. Procedente autem tempore, nascitur eis puella. Ea cum primum lucem aspexit, castitatis Soli fuit consecrata, Melana offerente primitias Domino, qui ipsam dederat : ut sic vel consuetudinem habens matrimonii videretur plurimum tribuere virginitati. Deinceps vero seipsam contrahens, moderate et temperanter vivebat. Non vestem gestabat splendidam, non corpus suum fovebat lavacris : et si quando a marito aut a parentibus cogeretur, ibat quidem ad balneum, cum autem vultum solum lavacris abluisset, ut eorum qui jubebant voluntati satisfaceret, non sinebat reliquum corpus calidis foveri. Ut vero deinceps lateret, emebat auro ancillis persuasis. Cum autem multa etiam fecisset, ut viro persuaderet, ut esset ejusdem instituti, ubi non vidit eum obtemperare, sed cupere etiam fieri parentem aliorum liberorum, de fuga cogitat, et statuit ipsum maritum et patrem, quin etiam suas quoque facultates relinquere. Sed cum quidam viri boni et virtutis amantes sentientes, id prohiberent, dicentes illud Apostolicum, « Quid enim scis, mulier, an virum tuum salvum facies [1]? » mansit quidem, ægre ferens eam, qua tenebatur, necessitatem : cilicium autem intra sumptuosam et splendidam vestem, tanquam præludium exercitationis, perpetuo ferebat, quando cum marito non habebat consuetudinem. Cum vero omnium falleret oculos, suam amitam latere non potuit. Sed ipsa quidem cum cognovisset, eam increpabat, et indumentum irridebat. Ea vero nihil ægre ferens ipsius asperitatem, hoc gravius ferebat, quod non posset omnes latere. Quocirca multis lacrymis et precibus, ut res taceatur, impetrat.

IV. Erat autem ei maxime in votis mundo abrumpi, et ut vult Deus, philosophari. Unde etiam cum uterum ferret, et ei secundo jam partus appeteret, celebrabatur quidem festum gloriosi martyris Laurentii : illa vero pernoctabat insomnis,

[1] I Cor. VII, 16.

A ταῦτα μὴ φέρειν ἐᾷ, σὺ γοῦν ἀλλ' ἐμὲ ἔασον, καὶ μὴ κώλυε τοῦ ἐπιχειρήματος. Μισθὸς δὲ σοὶ τοῦ ἐμοῦ σώματος καὶ τῆς ἐλευθερίας πάντα μὲν χρήματα, πάντα δὲ κτήματα, πάντες δὲ οἰκέται καὶ ἐσθὴς καὶ οἶκοι καὶ τἄλλα ὅσα τῆς ὑπάρξεώς ἐστι τῆς ἐμῆς. Τούτων σοι πάντων παραχωρῶ, μόνον εἰ ἐμαυτὴν ὠνήσομαι. Ὁ δὲ μήτε τὸ πᾶν διδοὺς μήτε τὸ ὅλον τοῦ βουλήματος ἀποτρέπων, Νῦν μὲν, ἔλεγεν, ὦ γύναι, ταῦτα οὐ δυνατά· ἐπειδ' ἂν δὲ καὶ διαδόχους τοῦ γένους καὶ τῆς οὐσίας κτησώμεθα, οὐδὲ ἐγώ σου τῆς ἀγαθῆς γνώμης ἀπολειφθήσομαι· χαλεπὸν γὰρ, εἰ ἀνὴρ γυναικὸς ἐλάττων τῆς περὶ Θεὸν ἐπιθυμίας ὀφθήσομαι· ἀλλ' ἄμφω τότε τὴν ὁδὸν ταύτην ἑλόμενοι, ὁμοίως ὥσπερ τῷ γάμῳ, οὕτω κἀν τῇ κατὰ B Θεὸν διαγωγῇ ἀλλήλοις εἰσπνεύσομεν.

Γ'. Στέργουσιν ἀμφότεροι τῷ λεχθέντι· τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος, καὶ παιδίον αὐτοῖς τίκτεται θῆλυ. Τοῦτο ἅμα τε τὸ φῶς εἶδε, καὶ ἅμα τῷ τῆς ἁγνείας Ἡλίῳ καθιερώθη, τῆς Μελάνης ἀπαρχὴν αὐτὴν τῷ δόντι Κυρίῳ προσαγαγούσης, ἵν' οὕτω καὶ γάμῳ προσομιλοῦσα τῇ παρθενίᾳ φανείη τὸ πλέον νέμουσα, καὶ τὸ ἑξῆς συστείλασα ἑαυτὴν σωφρονικῶς ἦν βιοτεύουσα. Οὐχ ἱμάτιον ἐκείνην ἐκόσμει λαμπρόν· οὐκ ἐθέραπευε τὸ σῶμα λουτρόν. Κἂν εἴποτε δὲ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἢ τῶν τεκόντων ἐκβιασθείη, ἀπῄει μὲν εἰς βαλανεῖον, τὰ δὲ πρόσωπα μόνον τοῖς λουτροῖς ἀπονιψαμένη ὅσον τὸ θέλημα τῶν προτρεψαμένων C ἀφοσιώσασθαι, τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς ἐκ τῶν θερμῶν ἀπολαύειν οὐκ ἠνείχετο θεραπείας· τὸ δὲ ταῦτα λαθεῖν χρήμασιν ὠνεῖτο τὰς θεραπαίνας πείθουσα. Πολλὰ δὲ καὶ πρὸς τὸ πεῖσαι τὸν ἄνδρα τοῦ ἴσου γενέσθαι σκοποῦ δράσασα, ἐπεὶ οὐχ ἑώρα πεισόμενον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων ὀφθῆναι πατέρα παίδων ἐπιθυμοῦντα, δρασμὸν ἐννοεῖ, καὶ αὐτὸν ἄνδρα καὶ πατέρα, ἀλλὰ καὶ τὴν οὐσίαν ἀπολιπεῖν. Ἐπεὶ δὲ τῶν φιλαρέτων τινὲς αἰσθόμενοι διεκώλυον, τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο φάμενοι, « Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; » ἔμενε μὲν καὶ πρὸς τὴν ἀνάγκην ᾗ κατείχετο ἤχθετο· τρύχινον δέ τι ῥάκος εἴσω τῆς πολυτελοῦς ἐσθῆτος οἱονεὶ προγύμνασμα τῆς ἀσκήσεως, ὅτε μὴ συνῆν τῷ ἀνδρὶ, διετέλει φοροῦσα. Τοὺς δὲ πάντων ὀφθαλμοὺς κλέπτουσα, τὴν θείαν D γοῦν αὐτῆς οὐκ ἐλάνθανεν· ἀλλ' αὐτὴ μὲν γνοῦσα ἐπετίμα ταύτῃ καὶ ἔσκωπτε τοῦ ἐνδύματος, τὴν δὲ μηδὲν ὑπὸ τῆς αὐτοῦ τραχύτητος ἀχθομένην τοῦτο καὶ μᾶλλον ἐβάρυνε, τὸ μὴ δυνηθῆναι πάντας λαθεῖν. Διὸ καὶ πολλοῖς δάκρυσί τε καὶ παρακλήσεσι τὴν σιωπὴν τοῦ πράγματος ἀσφαλίζεται.

Δ'. Ἦν δὲ ἄρα τι καὶ εὐχῆς ἔργον αὐτῇ κόσμου ῥαγῆναι καὶ φιλοσοφῆσαι κατὰ Θεὸν, ὅθεν καὶ κυούσης ἤδη τὸ δεύτερον καὶ πρὸς τὸ τεκεῖν γενομένης, ἑορτὴ μὲν ἤγετο τοῦ λαμπροῦ ἐν μάρτυσι Λαυρεντίου· ἡ δὲ ἄϋπνος διενύχευε γόνυ κλίνουσα, ψαλ-

μοὺς ᾄδουσα, κρείττων καὶ τῶν ὠδίνων καὶ τῆς φύσεως εἶναι βιαζομένη. Ὁ ὄρθρος ἔληγεν· ἡ δὲ τῶν εὐχῶν οὐκ ἐπαύετο, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἑαυτὴν κατατείνουσα χαλεπωτέρων ὠδινῶν πειρᾶται, καὶ βιαίως μὲν, τίκτει δ' οὖν ὅμως. Τὸ μὲν οὖν τεχθὲν (ἄῤῥεν δὲ ἦν), ὁμοῦ τε ἐτέχθη, καὶ ἱερῶς ἀναγεννηθὲν τῷ βαπτίσματι τοῦ ἐνταῦθα κόσμου λύεται, καὶ πρὸς τὸν ἐκεῖ παραπέμπεται· ἐκείνην δὲ καὶ μετὰ τὸν τόκον ἔστρεφον αἱ ὠδῖνες, καὶ τὸ δριμὺ τῆς ὀδύνης τὸν θάνατον ὑπῆγεν. Ἐπιστὰς οὖν ὁ ἀνὴρ καὶ τὸ δεινὸν θεασάμενος, συγχυθεὶς μικροῦ μὲν καὶ τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν· ἀναλαβὼν δὲ ἑαυτὸν ἀποτρέχει πρὸς τὸ θυσιαστήριον, καὶ κύκλῳ τοῦτο περιερχόμενος, δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν ἔῤῥει, φωνὰς ἠφίει, καὶ ὡς ὀξυτάτην παρεῖναι τὴν ἄνωθεν ἐκάλει βοήθειαν. Ἡ δὲ τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι νομίσασα τὸν καιρὸν ὃς τῇ ἐπιθυμίᾳ ταύτης ἐπιθήσει τὸ τέλος, τῷ ἀνδρὶ ἔτι τῷ ἱερῷ προσεδρεύοντι διαγγέλλων φράζει, ἦ μὴν αὐτῷ τε καὶ ἑαυτῇ ζήσεσθαι, εἰ ὅρκια καὶ συνθῆκαι πρὸς Θεὸν γένοιντο ἐν σωφροσύνῃ τοῦ λοιποῦ ζῆν ἀμφοτέρους, καὶ μὴ κατὰ βίον, ἀλλὰ κατὰ Θεὸν μᾶλλον βιοῦντας διατελεῖν. Πείθεται ὁ ἀνὴρ τοῖς τῆς γυναικὸς καὶ ῥήμασι καὶ θελήμασι, καὶ τὴν ἀπολογίαν, ὅτι πέπεισται, δίδωσιν· ὅπερ ἐκείνη μαθοῦσα τὸ μὲν σῶμα ῥάων, τὴν δὲ ψυχὴν ἡδίων εὐθὺς γίνεται, εἴτε τῇ χαρᾷ τῆς νόσου παραχωρούσης εἴτε καὶ τῆς ἄνω χειρὸς τῷ σκοπῷ ταύτης συναιρομένης.

Ε'. Ἐπεὶ οὖν καιροῦ καὶ ἀφορμῆς ἥπτετο, τὸν μὲν ἄλλον τοῦ σώματος ἀπετίθετο κόσμον, λιτῶς τε καὶ ἀφελῶς ζῆν ἑλομένη καὶ ὅλην ἑαυτὴν πρὸς τὸν ἔσω τῆς ψυχῆς κόσμον τρέψασα· ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ τὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς ἔρνος, ἡ τῷ Θεῷ ἱερωθεῖσα θυγάτηρ, τὸν ἐνταῦθα βίον ἀπολιποῦσα πρὸς τὸν ἐργαστὴν Θεὸν μετατίθεται. Ταύτης ὁ θάνατος βελτιοῖ τὸν ἄνδρα τὰ ἴσα τε φρονεῖν καὶ τὴν αὐτὴν ὁδεύειν τῇ Μελάνῃ παρασκευάζει. Ὑποθέντες οὖν ἀμφότεροι ἑαυτοὺς τῷ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου ζυγῷ, προθύμως εἷλκον τὴν ἀρετὴν ἀλλήλοις διαμιλλώμενοι. Ἐκείνοις μὲν οὖν ἡ φροντὶς ἦν τέλεον ῥαγῆναι κόσμου παντὸς, καὶ Θεῷ ἑαυτοὺς ἀναθεῖναι καὶ βίῳ καὶ σχήματι τὰ τῶν μοναχῶν ἑλομένους· τῶν δὲ γονέων μὴ ἐφιέντων, ἐκεῖνοι φυγῇ κλέψαι τὴν ἀναχώρησιν ἐμελέτων. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τέως ἡ ἄνωθεν εἴργει χείρ· εὐφροσύνη δὲ θεία τὴν λύπην αὐτοῖς διαλύει. Ταῦτα γὰρ διασκοπουμένοις νυκτὸς ἐπιγενομένης, εὐωδία τις αὐτοὺς ἄῤῥητος καὶ οὐράνιος καὶ οἵα μηδενὶ ληπτὴ ἄνωθεν κατελάμβανεν, ἐξαίσιόν τινα πνοὴν ἡδονῆς προβάλλουσα καὶ τὴν ψυχὴν ἀλύουσαν καὶ συστελλομένην εἰς χαρὰν εὐθὺς διαχέουσα. Τοιαύτης χάριτος τὰς ψυχὰς πλησθέντες ἔμενον οὕτω χαλινὰ πάντα τῆς ζωῆς τῷ Θεῷ ἐπιτρέψαντες ὁποίαν αὐτὸς ἄγει καὶ ὅπως ἄγεσθαι. Μετὰ μικρὸν οὖν ἐκείνου νεύσαντος μεθίσταται μὲν αὐτοῖς ὁ τῆς Μελάνης πατήρ· οἱ δὲ ἐκποδὼν τοῦ κωλύοντος γενομένου, ὅτε δὴ τῷ Θεῷ ἐδόκει, καὶ ὁ καιρὸς ἐκάλει, εὐθέως μὲν τῆς μεγάλης ἐξέρχονται πόλεως

A genu flectens, psalmos canens, dolores et naturam superare contendens. Desierat matutinum, illa autem non cessabat a precibus. Sed sic quoque seipsam intendens, dolores sentiebat graviores, et violenter quidem, parit tamen. Atque quod natum quidem fuerat, erat masculinum; simul atque autem natum et sancto baptismo fuit regeneratum, ab hoc mundo discedens, ad eum, qui illic est, transmittitur. Illam vero etiam post partum vexabant dolores, et acerbus cruciatus mortem accelerabat. Astans autem maritus, cum asperam et gravem vidisset perpessionem, conturbatus prope emisit animam. Cum se autem collegisset ac recreasset, currit ad aram, et eam in orbem ambiens, lacrymas profundebat ex oculis, voces emittebat miserabiles, et ut quam citissimum a superis adveniret

B invocabat auxilium. Illa vero arbitrata hoc esse illud tempus, quod finem imponet ejus desiderio, viro qui adhuc assidebat in templo, per nuntium significat, et ipsum, et se adhuc esse victuram, si detur jusjurandum, et pacta conventa ineantur, utrosque de cætero victuros esse in continentia, et non quam mundus, sed quam vult Deus, vitam esse perpetuo acturos. Paret vir uxoris verbis et voluntati, et respondet id sibi esse persuasum. Quod quidem cum illa rescivisset, corpore quidem se habet melius, animo autem protinus evadit lætior, seu morbo locum dante lætitiæ, seu etiam manu superna ejus adjuvante scopum et institutum.

C V. Cum ergo nacta esset tempus et occasionem, deposuit quidem alium ornatum corporis, tenuiter et simpliciter vivere constituens, et totam se convertens ad internum ornatum animæ. Interim autem pulchrum quoque ejus germen virginitatis, quæ Deo fuerat consecrata, filia, migrans ex hac vita, vadit ad Deum suum amatorem. Ejus mors meliorem mentem dat viro, ut idem quod ipsa sentiat, et efficit, ut eadem via ingrediatur, qua Melana. Cum ambo ergo se subjunxissent jugo vitæ ex Deo ducendæ, id prompto et alacri animo trahebant, inter se virtute decertantes. Atque illis quidem curæ erat ab universo mundo omnino separari, et se Deo dedicare: et cum vita et habitu

D monasticam elegissent constitutionem, parentes autem non permitterent, illi meditabantur se fuga subducere; sed hoc quidem tunc manus prohibet superna, divina autem lætitia eis mœrorem excutit. Dum de his enim consultarent, sequente nocte suavis quidam odor et plane cœlestis, et qui neque verbis exprimi, neque mente cogitari potest, ad eos venit a superis, qui admirabilem quemdam voluptatis spiritum eis attulit, et qui tristitia afficiebatur et contrahebatur, animum protinus diffudit ad lætitiam. Cum tali gratia impleti fuissent eorum animi, manebant sic, omnia vitæ suæ frena Deo permittentes, ut ducerentur quo et quomodo vellet. Cum ille ergo paulo post annuisset, eis quidem e vivis excedit Melanæ pater. Illi

autem, cum amotus esset is, qui prohibebat, quando Dco visum esset et tempus vocabat, statim quidem exeunt e magna civitate, urbanam multitudinem et tumultus valere jubentes : eos vero excipiunt suburbana commoda ad philosophandum, et apta ad quietem. Eis autem, quando hanc angelicam inceperunt vitæ formam, ætas erat, Apeniano quidem quatuor et viginti annorum : Melanæ autem viginti, quo tempore vel maxima solet rabie agitari adolescentia.

ἀστικὴν πολυοχλίαν καὶ θορύβους ἀποποιούμενοι· προάστεια δὲ αὐτοὺς ὑποδέχεται χρηστά τε ἐμφιλοσοφῆσαι καὶ πρὸς ἡσυχίαν ἐπιτηδείως ἔχοντα. Ἡλικία δὲ τούτοις, ὅτε τοῖς τῆς ἰσαγγέλου ταύτης ἀπήρχοντο πολιτείας, ὁ μὲν τεττάρων ἐτέλει καὶ εἴκοσι, τῇ δὲ τὸ εἰκοστὸν ἠνύετο ἔτος, ὅτε δὴ καὶ μάλιστα νεότης οἶδε λυττᾷν.

VI. Illa vero et omni utens cautione, se valde gerebat philosophice, et in his erat marito non injucunda adjutrix. Quin etiam si videbat juvenem ab accurata et perfecta vitæ forma declinantem, eum sapienter corrigebat, et ad pietatem dirigebat. Nam illi quidem nihil tantæ erat curæ, quantæ nihil ea curare, quæ ad corpus pertinebant : imo vero et cibo et veste et omni ratione flammam juventutis exstinguere. Cum illum autem videret amictus ornatum et vestium pulchritudinem adhuc amplecti, non cessabat partim quidem admonere, partim vero scite quoque et apte irridere, donec effecit, ut in his se gereret philosophice. Et alioqui conjugi dux erat Melana ad pietatem, cum Eva, quod ad illum attinebat, pugnans ex diametro. Eos enim, qui ægrotabant, adire et invisere, et curationem adhibere, et peregrinantes hospites mensa accipere, et viatico eos donare, a Melana docebatur maritus. Quæ quidem ambo similiter faciebant, et obibant ut communes servatores et benefactores, custodias, loca relegatis constituta, carceres et ergastula : eos quidem, qui propter inopiam detinebantur, solventes : qui autem propter aliquam aliam retinebantur calamitatem, eos et reipsa et verbis consolantes. Via autem procedentes, reliquas quoque facultates vendere incipiunt, alios quidem ex pauperibus facientes divites, sibi vero nihil aliud consecrantes, quam nihil habere, et solum sperare in Dominum.

ϛʹ. Ἡ δὲ καὶ πάσῃ φυλακῇ χρωμένη λίαν τε αὐτὴν φιλοσόφως ἦγε, καὶ τῷ ἀνδρὶ τά γε τοιαῦτα βοηθὸς ὄντως οὐκ ἄχαρις ἦν· ἀλλ' εἴ τί που καὶ τὸν νέον ἑώρα παρεκκλίνοντα τῆς ἀκριβείας, σοφῶς ἐπηνώρθου, καὶ πρὸς τὸ εὐσεβὲς ἴθυνε. Τῇ μὲν γὰρ οὐδὲν οὕτως ἔμελεν ὡς τὸ μηδενὸς αὐτῇ τῶν περὶ τὸ σῶμα μέλειν, μᾶλλον δὲ ὡς τὸ καὶ τροφῇ καὶ στολῇ καὶ πλάσει, νεότητος φλόγα σβεννύειν· τὸν δὲ ὁρῶσα ἔτι κόσμου περιβολῆς καὶ ἱματίων κάλλους μεταποιούμενον, οὐκ ἐπαύετο τοῦτο μὲν παραινοῦσα, τοῦτο δὲ καὶ ἐμμελῶς σκώπτουσα ἕως ἀμελεῖν τῶν τοιούτων καὶ φιλοσόφως ἔχειν καὶ περὶ αὐτὰ παρεσκεύαζεν. Καὶ ἄλλως δὲ ὁδηγὸς ἦν ἡ Μελάνη πρὸς θεοσέβειαν τῷ συζύγῳ ἐκ διαμέτρου τε τῇ Εὔᾳ πρὸς ἐκεῖνον διακειμένη· τὸ γὰρ νοσοῦντας περιιέναι καὶ ὡς ἐγχωροῦν θεραπεύειν τούς ἐπιδημοῦντάς τε τῶν ξένων, τραπέζης ἀξιοῦν καὶ ἐφοδίοις δωρεῖσθαι, Μελάνης πρὸς τὸν ἄνδρα διδασκαλία, ἅπερ ἀμφοῖν τε ὁμοίως ἐπράττετο, καὶ περιῄεσαν κοινοὶ σωτῆρες καὶ εὐεργέται φυλακάς, ὑπερορίας, μέταλλα, τοὺς μὲν δι' ἀπορίαν κατεχομένους χρήμασιν ἀπολύοντες, τοῖς δὲ συμφορᾷ τινι ἑτέρᾳ συνεχομένοις ἱκανὴν παράκλησιν, τὰ αὐτὰ καὶ τοὺς λόγους προσφέροντες, ὁδῷ δὲ προϊόντες καὶ τὰ ἐπίλοιπα τῆς οὐσίας διαπολεῖν ἄρχονται, τοὺς μὲν ἄλλους ἐξ ἀπόρων εὐπόρους ποιοῦντες, ἑαυτοῖς δὲ συντηροῦντες οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ μηδὲν ἔχειν καὶ τὸ μόνως ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Κύριον.

VII. Qui autem benefactis semper insidiatur, et adversus quemlibet, qui boni aliquid facit, bellum suscipit ab initio, non sinebat quiescere, sed gravem quidem adversus eos machinam Apeniani fratrem admovet Severum, per quem existimabat sese solidæ eorum mentis turrim esse labefactaturum. Apenianum autem fuisse Melanæ maritum, superius declaravit oratio. Hic ergo Severus improba mente ementiebatur naturam : et cum esset frater, factis erat inimicus. Cum enim Apenianus una cum Melana ad vitam ex Deo agendam esset traductus, Severus insano dæmonis instinctu inspiratus, aggressus est fratrem molestia afficere, agros avellens, fructus abripiens, omnibus modis insultans et vim afferens. Postquam vero eos vidit omnia malle amittere, quam præceptum Domini despicere, quo cavetur oportere eum ferre, qui acceperit injuriam, tunc ille vi majore eos aggrediebatur. Nam cum ex Apeniani servis improbissimos doloso subornasset et corrupisset, alios quidem promissis, alios vero pecuniis, iis persuadet,

Ζʹ. Ὁ δὲ τοῖς καλοῖς τῶν ἔργων ἐφεδρεύων ἀεὶ καὶ πόλεμον κατὰ παντὸς τοῦ τὸ ἀγαθὸν ποιοῦντος ἐξ ἀρχῆς ἀράμενος ἠρεμεῖν οὐκ εἴα, ἀλλὰ δεινὸν μὲν αὐτοῖς μηχάνημα τὸν ἀδελφὸν Ἀπενιανοῦ Σευῆρον προσάγει, δι' οὗ καὶ ᾤετο τὸν τῆς στεῤῥᾶς αὐτίων γνώμης κατασεῖσαι πύργον. Ἀπενιανὸν δὲ ἄνδρα εἶναι Μελάνης ὁ λόγος φθάσας ἐγνώρισεν. Οὗτος οὖν ὁ Σευῆρος διεψεύδετο τὴν φύσιν τῇ γνώμῃ, καὶ ὁ ἀδελφὸς τοῖς ἔργοις ἐχθρὸς ἦν. Ἀπενιανοῦ γὰρ ἤδη σύναμα Μελάνῃ πρὸς τὸν κατὰ Θεὸν βίον μετατεθειμένου, ὁ Σευῆρος ἄρτι παρὰ τοῦ δαίμονος μανικώτερον ἐμπνευσθεὶς λυπεῖν ἐπεχείρει τὸν ἀδελφὸν, ἀγροὺς ὑποσπῶν, καρποὺς συλῶν, παντὶ τρόπῳ ἐπεμβαίνων καὶ βιαζόμενος. Ἐπεὶ δὲ πάντα μᾶλλον ἑώρα προαιρουμένους ἀποβαλεῖν ἢ τὴν ἐντολὴν παριδεῖν τὸ δεῖν ἀδικούμενον φέρειν, ἐνταῦθά τι καὶ βιαιότερον ἐκεῖνος ἐπεχείρει. Τῶν γὰρ οἰκετῶν Ἀπενιανοῦ τοὺς πονηροτάτους ὑπελθὼν ὑπούλως καὶ διαφθείρας, τοὺς μὲν ὑποσχέσεσι, τοὺς δὲ χρήμασι πείθει κατεξαναστῆναι τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ τούτου μὲν ἀποστῆναι, οὐ μόνον δὲ σφᾶς ἑαυτούς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγροὺς ἐν

οἷς ᾤχουν Σευήρου καὶ εἶναι λέγειν καὶ ὀνομάζειν. A 'Αλλὰ κενοῖς ὄντως ὁ μάταιος ἐπεχείρει. Οἱ μὲν γὰρ, καίτοι τοιαῦτα πάσχοντες ὑφ' οὗ ἥκιστα ἄν τις καὶ προσεδόκησε, ταῦτα μὲν ἀλύπως ἔφερον, μᾶλλον δέ τι καὶ ἔχαιρον· οὐδὲ γὰρ φαῦλον αὐτοῖς ἐδόκει διαμιλλᾶσθαι ταῖς συμφοραῖς πρὸς Ἰώβ· ἠνία δὲ μόνον τοὺς γενναίους τὸ τῶν χρημάτων οὕτω παραιρουμένων μικρὰ ῥεῖν τῆς εὐποιίας τὸ ῥεῦμα τοῦ πλούτου καθάπερ τινὸς ποταμοῦ ἑτέρωθι μετοχετευθέντος.

Η'. Οὐδὲ εὐσεβεστάτη βασίλισσα Βερίνα τῶν τοιούτων ἀνήκοος ἐγεγόνει, ἀλλὰ ταύτην μὲν καὶ πρὸ πολλοῦ κατεῖχεν ἡ φήμη τῆς τούτων φιλοσοφίας, καὶ B πολλοῦ ἦν αὐτῇ ἄξιον, ἰδεῖν τε ἐκείνους καὶ λεγόντων ἀκοῦσαι, καὶ πολλαῖς παρακλήσεσι μετεπέμπετο τὴν Μελάνην. Τότε δὲ καὶ τοῦ καιροῦ τὴν ἀφορμὴν δόντος σπουδῇ ἐκάλει. Ἡ δὲ ᾔει. 'Αλλ' ὅσα καὶ τὰ πρὸ τῆς ὁμιλίας, ὀλίγα τούτων ἀκοῦσαι βέλτιον. Ἦν ἄρα νενομισμένον Ῥωμαίοις μὴ ἄνδρα τινά, μὴ γυναῖκα παρὰ βασιλέα ἢ βασιλίδα φοιτᾶν κεκαλυμμένῃ τῇ κεφαλῇ. Αὕτη τοῦ νόμου μηδὲν φροντίσασα, κατακεκαλυμμένη παρῄει, οὐ τυράννων ἔθος, ἀλλὰ τὸν Παύλου νόμον δεῖν συντηρεῖν, ὃς οὐκ ἐᾷ γυναῖκας γυμνῇ ἰέναι τῇ κεφαλῇ. Οὐ μὴν οὐδὲ τὴν στολὴν ἠθέλησε διαμεῖψαι, οὐδὲ τὰ ῥάκη μεταμφιάσασθαι, καίτοι πολλῶν παραινούντων μὴ οὕτω ποιεῖν.

Θ'. Ἡ δὲ πρὸς αὐτούς, Ἐνεδυσάμην, φησί, τὰ C ἱμάτιά μου, πῶς ἐκδύσομαι αὐτά; Ὅθεν καὶ παριοῦσα εἰς τὰ βασίλεια, οὐδὲ ἀπέβλεψε πρός τι τῶν ἄλλοις θαυμαζομένων, οὐδὲ ὀφθαλμῶν ἄξια κρίνασα τὰ τοιαῦτα. Προϊούσῃ τε σύναμα τῷ 'Απενιανῷ εὐθὺς ἡ βασίλισσα ὑπανέστη τε καὶ προσεῖπε, καὶ καθέδρας ἠξίωσεν ἐγγυτάτης· ἐξέπληξε γὰρ αὐτὴν ἥ τε στολὴ καὶ τὸ τοῦ σχήματος δεινῶς ἰδιωτικόν· καὶ τοὺς ὑφ' ἑαυτῇ συγκαλοῦσα κοινὸν ἐποιεῖτο θαῦμα Μελάνην, Ὢ οἷον, φήσασα, πρᾶγμα νῦν βλέπω! Πάλαι γάρ σε, θεία γυναικῶν, ἤκουον· νῦν δὲ ὁρῶ. Καὶ ἅμα τοῦ χρυσοῦ θρόνου ἐξαναστᾶσα περιέβαλέ τε καὶ κατησπάζετο, καὶ ὡς πολλάκις ἔλεγε· Μακαρία εἶ σὺ τοῦ ἐν Κυρίῳ μακαρισμοῦ δικαίως ἐπιτυχοῦσα. D

Ι'. Ἐπεὶ δὲ καὶ Σευῆρον δίκας ἀπαιτῆσαι τῶν εἰς αὐτοὺς ἀδικημάτων ὑπέσχετο, 'Αλλ' ἡμῖν γε, εἶπεν ἡ Μελάνη, κρεῖττον ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν· ἐπεὶ καὶ ῥαπιζομένοις οὐ μόνον φέρειν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑτέραν στρέφειν θεῖος νόμος ἐστί. Σοὶ δὲ ἄλλα πολλὰ τὰ ἀγαθὰ παρὰ Θεοῦ ἕψεται τῆς καλῆς ἕνεκα ταύτης προθέσεως. Ἡμῖν δὲ ἀρκέσει τὸ στῆναι μέχρι τούτου τὴν βλάβην, καὶ μηδὲν πλέον τὸν ἄνδρα προθεῖναι· ὡς ἡμῶν γε ἕνεκεν οὐδὲ τούτου ἂν ποιούμεθα λόγον, ἀλλ' ὅτι τὰ ξένοις ἤδη κληρωθέντα καὶ ἐνδεέσιν ἀποστερεῖ. Διὰ ταῦτα γοῦν τούτους καὶ πλέον ἡ βασιλὶς θαυμάσασα καὶ τοῦ Σευήρου δι' αὐ-

[1] I Cor. ii, 13.

A ut contra fratrem suum insurgant, et ab eo quidem deficiant : non solum autem seipsos, sed eos quoque agros, in quibus habitabant, Severi esse dicerent, et eos ejus nominarent. Sed stolidus plane aggressus est inania. Nam illi quidem etsi talia paterentur ab eo, a quo quis minime exspectasset, ea quidem toleranter et sedate ferebant, imo vero gaudebant potius. Non enim eis leve videbatur cum Job contendere rebus adversis et calamitatibus, generosos autem illos hoc solum male habebat, quod cum auferrentur opes, parum flueret fluentum beneficentiæ, divitiis non secus atque aliquo fluento alio derivatis.

VIII. Non hæc autem ita gerebantur, ut in primis pia imperatrix Verina non hæc acceperit auditione : sed ad eam quidem diu ante pervenerat fama eorum philosophiæ, ducebatque operæ pretium illos et videre et audire dicentes, et multis precibus accersebat Melanam. Tunc autem tempore quoque dante occasionem, illam magno studio vocavit; illa vero ivit. Sed quæ exstiterunt ante eorum congressionem, satius est pauca ex iis audire. Erat quidem hæc lex apud Romanos, ut nullus vir nec mulier imperatorem aut imperatricem operto capite accederet. Ea vero legem nihil curans, velata accessit, non tyrannorum mores, sed Pauli legem maxime dicens oportere conservari, qui non sinit mulieres nudo capite incedere [1]. Sed neque vestem voluit mutare, neque pannos exuere, etsi multi suaderent ut faceret.

IX. Illa vero eis dicebat : Meis me vestibus indui, quomodo eas exuam? Unde etiam cum ingrederetur in regiam, ne aspexit quidem ad aliquid ex iis quæ apud alios habebantur in admiratione, ne obtutu quidem ea digna judicans. Procedenti autem ei simul cum Apeniano statim assurrexit imperatrix, et allocuta est, et ut proxime assideret, est dignata. Eam enim obstupefecit vestitus, et admodum rudis et simplex habitus, et eos convocans, qui erant in sua potestate, Melanam communiter admirabatur : O qualem, dicens, nunc rem intueor? Te jam pridem quidem divinam audivi esse mulierem, nunc autem etiam video : et simul surgens e throno aureo, eam suspexit et amplexa est, et sæpe dixit : Beata es tu, quæ jure consecuta es in Domino beatitudinem.

X. Postquam autem pollicita est se de Severo jure pœnas esse sumpturam propter injurias, quibus eos affecerat : At nobis, inquit Melana, melius est injuriam pati, quam facere injuriam. Eos enim, quibus impinguntur alapæ, non solum pati, sed etiam aliam obvertere maxillam, lex est divina. Atque tu quidem multa bona a Deo consequeris propter hoc bonum tuum propositum; nobis vero sufficiet, si damnum hucusque sistatur, et non plura adjiciat. Nam nostra quidem causa hujus nullam duceremus rationem, nisi quod ea quæ s[illegible] hosp[illegible]ibus et egentib[illegible]

stinata, eripit. Propter hæc ergo imperatrix eos magis admirata, propter hos ipsos pepercit Severo : ipsis autem, ut sicut volebant omnes citra impedimentum venderent facultates, per fratrem præbet et imperatorem, qui Romana sceptra tunc administrabat. Hi autem erant domini multorum in multis locis prædiorum, non solum prope urbem, sed etiam multorum aliorum in Italia, et non paucorum quoque in Sicilia, plurimorum vero in Hispania et Britannia : quæ etiam propter studium imperatoris, prompte emebant omnes, statim sine intermissione pretium exsolventes. Hi itaque egregii magnifice etiam admirabantur imperatores, et Melana voluit sororem imperatoris quibusdam honestis donare muneribus, sed illa eorum aliquid accipere dicebat esse instar sacrilegii. Sunt enim revera sacra et Christo dedicata. Cum sic dixisset, B. Melanam a se cum magno dimisit comitatu, multis insignibus Eunuchis cum præpositis eam præcedentibus. Sicque exierunt Melana et ejus maritus e regia, in admiratione habiti, et honorifice deducti.

XI. Cum hi autem præclari cœpissent sua, ut volebant, dispensare, non longo abhinc tempore magnas illas suas pecunias in pauperes exhauserunt. Neque enim ullus alius, excepto imperatore, de divitiis cum eis contendisset : tam magna vis pecuniæ et prope incredibilis, ex agris eorum quotannis redibat, auri, ut aiunt, duodecim millia. Illi autem hoc universum distribuebant pauperibus atque illos ipsos agros postea vendiderunt. Hoc vero est argumentum eorum divitiarum : eorum enim domum, quæ erat adeo splendida et magnifica, nullus Romanorum potuit justo pretio emere : igne autem postea a barbaris exustam cum multum de pretio remisissent, eam quoque similiter vendiderunt, majus quiddam quam Job, ut mihi quidem videtur, hac in re facientes. Nam ei quidem paupertas fuit involuntaria ; hi autem libentes ex ditissimis effecti sunt pauperrimi. Et ejus quidem uxor non magno et forti animo ferebat, quod contigerat; Melana autem non solum quod ad se attinebat, id libenter faciebat, sed etiam maritum faciebat participem sui scopi et instituti. Est autem satis evidens supernam dexteram eis opem tulisse, quæ et stantes custodiebat, et si quando fuissent supplantati, ipsa eos protinus erigebat et firmabat. Ipsa eos sæpe cum in somnis prolaberentur, sustollebat, et eos efficiebat cautiores in posterum. Aliquando autem sibi visi sunt ambo simul in principio quidem ambulare per viam admodum angustam et fossis interceptam, quæ ita eos affligebat, ut viderentur sibi esse contriti et confracti. Postquam vero eam cum magna afflictione ac perpessione confecissent, tunc eos excepit relaxatio, liberumque et spatium, et voluptas ineffabilis et valde admirabilis. Sic Deus efficiebat, ut ii aperte de futuris certam conciperent fiduciam, et quod parvos labores magna bona essent consecutura.

A τοὺς τούτους ἐφείσατο. Αὐτοῖς δὲ, καθάπερ ἐβούλοντο, τὸ πᾶσαν αὐτοῖς ἀκωλύτως πωλῆσαι τὴν οὐσίαν διὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ βασιλέως παρέχει, τηνικαῦτα τὰ Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα διέποντος. Πολλῶν δὲ οὗτοι κύριοι καὶ παρὰ πολλοῖς τοῖς τόποις ἀγρῶν, οὐ πρὸ τῆς πόλεως μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἄλλων ἐν Ἰταλίᾳ οὐκ ὀλίγων δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ, πολλῷ δὲ πλειόνων ἐν Ἱσπανίᾳ τε καὶ τῇ Βρεττανίᾳ, οὓς καὶ διὰ τὴν τοῦ βασιλέως σπουδὴν ἑτοίμως ὠνοῦντο πάντες τὰς τιμὰς εὐθέως ἀπαραλείπτους κατατιθέμενοι. Οὕτω τῆς μεγαλοφροσύνης οἱ γενναῖοι τὸν βασιλέα ἀγάμενοι καὶ κοσμίοις τισὶν ἡ Μελάνη τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀδελφὴν ἤθελε δεξιοῦσθαι. Ἀλλ' ἐκείνη τὸ τούτων τι λαβεῖν ἐπίσης ἔφη τῷ ἱεροσυλεῖν· ἱερὰ γὰρ ἄντικρυς καὶ αὐτὰ καὶ Χριστῷ
B ἀνακείμενα. Οὕτως εἰποῦσα τὴν μακαρίαν παρ' ἔπεμπε πολλῶν ἐπιφανῶν εὐνούχων μετὰ τοῦ πραιποσίτου ταύτης προοδευόντων. Καὶ οὕτως ἐξῄεσαν ἥ τε Μελάνη καὶ ὁ ταύτης ἀνὴρ τῶν βασιλείων, θαυμαζόμενοί τε παρὰ πάντων καὶ προπεμπόμενοι.

ΙΑ'. Ἀρξάμενοι τοίνυν οἱ γενναῖοι τὰ ἑαυτῶν τιθέναι καθὼς ἠβούλοντο, οὐκ ἐν μακρῷ χρόνῳ τὰ πολλὰ ἐκεῖνα πρὸς τοὺς δεομένους ἐξήντλησαν χρήματα· οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς ὅτι μὴ βασιλεὺς τοῦ πλούτου ἂν ἠμφισβήτησεν· οὕτω πολύ τι χρῆμα καὶ σχεδὸν ἄπιστον ἐκ τῶν ἀγρῶν αὐτοῖς δι' ἔτους ἐφοίτα, μυριάδες, φασὶ, χρυσίου δώδεκα. Οἱ δὲ τοῦτό τε
C ἅπαν τοῖς πένησι διεμέριζον, κἀκείνους αὐτοὺς ὕστερον τοὺς ἀγροὺς ἀπέδοντο. Σημεῖον δὲ τοῦ πλούτου· τὴν γὰρ οἰκίαν τούτων οὕτως οὖσαν λαμπρὰν οὐδεὶς ἴσχυσε Ῥωμαίων τῆς ἀξίας πρίασθαι, πυρὶ δὲ μετὰ ταῦτα τοῖς βαρβάροις κατακαυθεῖσαν, τότε τὸ πολὺ τῆς τιμῆς ὑφέντες καὶ ταύτην ὁμοίως ἀπέδοντο, μεῖζόν τι, ἔμοιγε δοκεῖ, καὶ τοῦ Ἰὼβ κατ' αὐτοῦ ποιοῦντες. Τῷ μὲν γὰρ ἀκούσιος ἡ πενία· οἱ δὲ καὶ ἑκόντες εἰς τοὺς πενεστάτους ἑαυτοὺς ἐκ τῶν πλουσιωτάτων καθίστων. Κἀκείνῳ μὲν ἡ γυνὴ οὐ μεγαλοψύχως οὐδὲ γενναίως τὸ συμβὰν ἔφερεν· ἡ δέ γε Μελάνη οὐχ ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῇ ἡδέως ἔπραττεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄνδρα κοινωνὸν ἐποίει τοῦ ἴσου σκοποῦ καὶ τῆς προαιρέσεως· οὐκ ἄδηλον πάντως, ὅτι καὶ ἡ ἄνωθεν αὐτοῖς ἐφήπτετο δεξιὰ ἣ καὶ ἱσταμένους
D ἐφύλαττε, κἂν εἴποτε δὲ καὶ ὑποσκελισθεῖεν, εὐθὺς ὑπήρειδεν. Αὕτη πολλάκις καὶ σφαλλομένους τοῖς ὀνείρασι διανίστα καὶ διετίθει πρὸς τὸ μέλλον ἀσφαλεστέρους. Καί ποτε ἔδοξαν ὁρᾷν ἄμφω ὁμοῦ τὴν μὲν ἀρχὴν διὰ στενῆς ὁδοῦ πάνυ πορεύεσθαι, καὶ θριγκίοις διειλημμένοις, ἣ καὶ οὕτως αὐτοὺς συνέθλιβεν ὡς συντετρίφθαι δοκεῖν· ἐπεὶ δὲ μετὰ πολλῆς ταύτην τῆς κακοπαθείας ἀνύσειαν, τηνικαῦτα ἄνεσίς τε αὐτοὺς διεδέχετο καὶ εὐρυχωρία πολλὴ καὶ ἡδονὴ ἄῤῥητός τις καὶ ὑπερθαύμαστος. Οὕτως αὐτοῖς τὸ Θεῖον θαῤῥεῖν προδήλως ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἐποίει, καὶ ὅτι πόνους μικροὺς τὰ μεγάλα τῶν ἀγαθῶν διαδέξονται.

ΙΒʹ. Οὐ μὴν δὲ ὁ κοινὸς ἠμέλει πολέμιος πάντα, A τὸ τοῦ λόγου, κάλων κινῶν· ἀλλ' ὥσπερ ἐκείνου τρόπος, διὰ πάντων μὲν ἐπεχείρει, διὰ δὲ πάντων ἡττώμενος ὑπεχώρει. Συνείλεκτό ποτε τοῖς δικαίοις πολυτάλαντος χρυσίου τις ὄγκος, καὶ κατὰ τοῦ ἐδάφους ἐκέχυτο. Ὁ δὲ οἶκος ἴσα πυρὶ τῷ χρυσῷ κατελάμπετο. Ἔμελλε δὲ ὁ χρυσὸς οὗτος πολλῶν ἀπορίας ἄρα καὶ συμφορᾶς ἐξιάσασθαι. Ὡς οὖν ἡ Μελάνη τὸν οἶκον εἰσῄει, τότε δὴ καὶ τέχνης ὁ πονηρὸς ἥπτετο, καὶ περιέλαμπε τὴν ὄψιν αὐτῆς τῷ χρυσῷ· διεσάλευε τὴν ψυχὴν τῇ χροιᾷ, καὶ ὑπέθελγεν· ὑπετίθει τὸ βάρος, ὑπεδείκνυ τὸ κάλλος, παντὶ τρόπῳ συλᾷν ἤθελε τὸν μέγαν ὄντως τῶν λογισμῶν θησαυρὸν, καὶ ὡς ἐφῶ δεῖξαι χρυσοῦ τὸ πᾶν ἐσκαιώρει. Ἀλλ' εἰς μάτην τὰ ἔνεδρα τῷ πονηρῷ κατ' αὐτῆς· B καὶ γὰρ αὐτὴ ὥσπερ χαλινὸν τῷ πάθει τὸν λογισμὸν ἐμβαλοῦσα, ἐκεῖνα τῇ τοῦ χρυσοῦ ἀντετίθει εὐχροίᾳ, ἃ μήτε λόγῳ ῥητὰ, μήτε νῷ ληπτὰ, μήτε μὴν τῷ χρόνῳ φθαρτὰ καθὰ δὴ τὰ ἐνταῦθα πέφυκεν, ἀλλὰ δι' αἰῶνος ἀγήρω τε καὶ ἀθάνατα. Ὃ δὲ πολὺν ὅτι μάλιστα τὸν σάλον αὐτῇ προεξένει, ὡς μετ' ὀλίγον ἐδήλωσεν ἡ γενναία, τοῦτο καὶ ἦν.

XII. Sed neque erat negligens communis inimicus, qui, ut est in proverbio, movebat omnem rudentem, sed sicut est mos illius, omnibus quidem modis aggrediebatur, semper autem victus recedebat. Collecta aliquando fuerat illis justis vis auri maxima, et humi erat effusa, domus autem tota auro non secus atque igne collucebat; erat vero hoc aurum subventurum multorum inopiæ et calamitati. Tunc malignus cœpit suo uti artificio, ejus faciem auri specie illustravit, colore ejus animum leniit et demulsit, admonuit magni ponderis, ostendit pulchritudinem: omnibus modis volebat ei eripere vere magnum thesaurum rationis, et nihil non moliebatur, ut efficeret eam auri amore teneri. Sed frustra ei malignus parabat insidias; etenim cum ea illi perturbationi tanquam frenum injecisset, auri colori ea illi opponebat, quæ neque verbis explicari, neque mente comprehendi, neque tempore interire poterant, sed sunt in æternum senii expertia et immortalia. Quod autem ei maximam excitavit tempestatem, ut mulier illa egregia paulo post significavit, hoc erat.

ΙΓʹ. Ἦν μοι, φησὶ, τις τῶν ἀγρῶν πολλαῖς χάρισι τοὺς ἄλλους ἅπαντας παριὼν, ἐν αὐτῷ δὲ τούτῳ καὶ λουτρὸν ἦν, καὶ τὸ λουτρὸν οὕτω μὲν τῇ τέχνῃ κάλλιστον, οὕτω δὲ τῇ ὕλῃ βέλτιστον, οὕτω δὲ τοῖς ὕδασιν ἥδιστον, ὡς πᾶσαν γοητεύειν ψυχὴν καὶ πρὸ τοῦ πιεῖν, ἢ καὶ λούσασθαι. Ὃ δὲ τοῦ λουτροῦ θελκτικώτατον, ἑκάτερον τῶν μερῶν τὸ μὲν εἶχε τὴν θάλατταν, τὸ δὲ τὰ δένδρα, καὶ οὕτω δὴ μεμηχάνητο, ὥστε C σοι προκύψαντι τῆς δεξαμενῆς ἐκεῖθεν μὲν ὁρᾷν κύματα θαλάσσης, ἥδιστον ἐν γαλήνῃ θέαμα, καὶ ναῦς πλεούσας, ἐντεῦθεν δὲ γῆς κάλλη, καὶ δένδρων ὕψη καὶ ὀρνίθων φωνὰς καὶ ῥεούσας πηγὰς καί που καὶ κυνηγέτας καὶ θήραν, καὶ ἁπλῶς μυρία πανταχοῦ τὰ θέλγητρα καὶ χαρίτων πάντα μεστά. Τοῦτό μοι οὖν, φησὶ, συνεχῶς εἰς μνήμην ἰὸν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅπως ἐκράτει μου τῆς ψυχῆς, καὶ τῷ ποικίλῳ τούτου θέλγειν ὁ ποικίλος δαίμων ἐπειρᾶτό με καὶ συλᾷν. Ἀλλ' εὐθὺς ἀνεῖχέ μου τὴν ψυχὴν ὁ Θεὸς, ἐκεῖνα λογίζεσθαί με ὑποτιθεὶς ἃ τοῖς ἠγαπηκόσιν αὐτὸν ἡτοίμασε κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, τούτων δὲ πάντων ὡς ῥεόντων ὑπερφρονεῖν. Ἀλλ' οὕτω μὲν ὁ πονηρὸς ἥττητο· μηδενὸς δὲ ὅλως ὑπο- D λειφθέντος ὃ θέλγειν τὰς ἐκείνων ψυχὰς καὶ ἐπιστρέφειν ἐφ' ἑαυτὸ δύναται.

XIII. Erat, inquit, mihi quidam ager, qui amœnitate et pulchritudine alios omnes superabat. In hoc autem ipso erat etiam lavacrum, et artificio tam pulchrum et ex tam bona materia confectum, et aquis tam jucundum, ut cujusvis deliniret animum, etiam antequam biberet aut lavaretur. Quod vero lavacri ad deliniendum erat accommodatissimum, illius una pars quidem habebat mare: altera vero arbores. Sic autem erat ædificatum, ut e solio quidem prospiciens, illinc posses videre fluctus maris, in tranquillitate jucundissimum spectaculum, et naves navigantes, et portum, et nautas, hinc vero terræ pulchritudinem, et arborum proceritatem, et garritus avium, et fluentes fontes, quinetiam venatores et venationem, et, ut semel dicam, ubique innumerabilia ad demulcendum accommodata, et omnia plena elegantia et amœnitate. Hoc ergo cum mihi assidue veniret in mentem, dici non potest, quomodo meum teneret animum, et hujus varietate me varius conabatur dæmon delinire et ad se trahere, sed meum protinus animum extulit Deus, mihi suggerens, ut ea cogitarem quæ præparavit iis qui ipsum dilexerunt, ut ait divinus Apostolus [1]: hæc autem omnia, ut quæ fluant, despicerem. Sed sic quidem fuit superatus malignus, nullo penitus relicto, quod posset illorum demulcere animos, et ad se convertere.

ΙΔʹ. Τὰ δὲ ἑξῆς ποία μὲν πόλις ἐλάνθανε; ποία δὲ χώρα; ἔθνος δὲ ποῖον ὃ μὴ μετέσχε τῆς ἐκείνων εὐεργεσίας ὥσπερ τινὸς ποταμοῦ πολλῷ καὶ καθαρῷ τῷ ῥεύματι διὰ πάσης γῆς καὶ θαλάττης τοῦ δαψιλοῦς αὐτῶν τῆς εὐποιίας νάματος ῥέοντος; Ἡ μέση τῶν ποταμῶν, αἱ Φοινίκων πόλεις, ἡ τῶν Σύρων γῆ, ἐδέξατο καὶ Αἴγυπτος τὴν ἀποῤῥοὴν, καὶ ὅθεν τε ἀνίσχει ὁ ἥλιος καὶ οὗ δύνει, πάντα τῆς ἐκείνων

XIV. Quæ autem deinceps sunt consecuta, quamnam quidem civitatem latuerunt? quamnam etiam regionem? Quænam vero gens, ad quam non pervenit illorum beneficentia, veluti quodam fluvio magno et puro fluento, per universam terram et mare fluente uberi rivo eorum beneficentiæ? Mesopotamia, Phœnicum civitates, regio Syrorum, Ægyptus quoque ejus accepit fluxionem:

[1] I Cor. II, 9.

et ubi sol oritur et occidit, a manu illorum omnia sunt repleta. Sunt autem, qui dicunt eos quoque, cum totas insulas emissent ab imperatore, partim quidem illo dimittente, partim vero ipsis dantibus, alias quidem sanctis viris donasse, alias vero exornasse choris virginum et monachorum multitudine. Pretiosa autem vestis et splendidum argentum erat sacerdotibus ab eis dedicatum ornamentum. Cum sic quæ erant in Italia, bene disposuissent, et ex facultatibus pauca reliquissent, navigarunt in Siciliam : partim quidem, ut agros qui illic erant venderent : partim autem, ut sanctissimum episcopum Paulinum viserent, qui erat eis pater secundum spiritum. Cum ii autem recessissent a civitate, præfectum quidem, qui eorum domum et quod remanserat pecuniæ, non liberalibus intuebatur oculis, divina quædam ira protinus apprehendit. Nam prætextu penuriæ panis, in medio foro commota plebs, quæ erat in civitate, eum faciunt præmium sui furoris et insaniæ, et miserum violenta morte interimunt. Barbari vero repente facta incursione, quæcunque erant ante civitatem, prædam Mysorum effecere, adeo ut hinc evaserit manifestum, illos non sine Dei numine res suas in tuto collocasse, et in cœlestibus horreis recondidisse.

XV. Cum autem a Sicilia recta in Libyam et Carthaginem essent navigaturi, quidam vehemens et sævus ventus eos excepit et vexat multis diebus, adeo ut aqua defecerit navigantibus; erant vero in navi multi vectores. Cum autem eis tantum immineret periculum, visa est eorum navigatio non esse Deo grata. Jubet itaque Melana, ut velum convertentes, flanti vento obtemperarent, quocunque navem duceret. Itaque cum secundum ventum in puppi habuissent, appellunt in quamdam insulam. Eam vero gens quædam barbara, et quæ præda et rapto vivebat, paulo ante fuerat populata. Cum multi autem illinc abducti essent captivi viri et mulieres et pueri, insulæ incolis significabant Barbari, si pro eis redimendis quantum satis esset auri accepissent, ipsos captivos esse reddituros, insulæ autem parsuros. Sin vero non accepissent, se insulam quidem exusturos, captivis autem gladio mortem illaturos. Atque insulæ quidem incolas ea quæ significabantur, dubios reddebant et perplexos.

XVI. Cum ipsos autem justos accessisse intellexisset episcopus, hoc in lucro posuit : et ad eos veniens, ipsos oravit, et plus adeptus pecuniæ quam petebat, et prædam universam liberavit, et insulam eripuit a periculo. Melana vero cum suis se clementius et benignius gerentes in captivos, eis dederunt etiam quingentos aureos, panemque præbuerunt et cætera, quibus opus habebant, hoc agentes, ut donorum magnitudine obliviscerentur magnarum calamitatum. Deinceps autem cum bonum ventum assecuti, solvissent ab insula, navigarunt citra ullam molestiam, placidusque eos

A χειρὸς ἐπίμπλατο. Εἰσὶ δὲ οἵ φασιν αὐτοὺς καὶ νήσους ὅλας παρὰ βασιλέως ὠνησαμένους, τὸ μὲν ἐκείνου ἀφέντος, τὸ δὲ καὶ αὐτῶν δόντων, τὰς μὲν ἁγίοις ἀνδράσι χαρίσασθαι, τὰς δὲ παρθένων χοροῖς καὶ πλήθει κομώσας μοναχῶν ἐπιδείξασθαι. Ἡ δὲ πολυτελὴς αὐτοῖς ἐσθὴς καὶ ὁ λαμπρὸς ἄργυρος τοῖς ἱεροῖς ἅπας ἀνετίθετο κόσμος. Οὕτω κατὰ τὴν Ἰταλίαν εὖ διαθέμενοι καὶ ὀλίγα τῆς οὐσίας ὑπολιπόντες, ἐπὶ Σικελίαν ἐξέπλεον, τοῦτο μὲν καὶ τοὺς ἐκεῖθι ἀγροὺς ἀποδόσθαι, τοῦτο δὲ καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ Παυλίνῳ ἐς ὄψιν ἐλθεῖν, ὃς αὐτοῖς καὶ κατὰ πνεῦμα πατὴρ ἐτύγχανε. Τούτων οὖν τῆς πόλεως ἀναχωρησάντων, τὸν μὲν ἔπαρχον τὴν τούτων B οἰκίαν καὶ τὰ περιλειφθέντα τῶν χρημάτων, ἐλευθέροις οὐκ ἰδόντα τοῖς ὀφθαλμοῖς, θεομηνία τις εὐθὺς κατελάμβανε· προφάσει γὰρ ἐνδείας ἄρτων κατὰ τὴν πόλιν πλήθη ἐν ἀγορᾷ μέσῃ κινηθέντα θυμοῦ τε καὶ μανίας ἆθλον αὐτὸν ποιοῦσι, καὶ βιαίως ἀναιροῦσι τὸν ἄθλιον. Καὶ βάρβαροι δὲ ἐξαίφνης καταδραμόντες, τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἅπαντα Μυσῶν λείαν εἰργάσαντο, ὥστε κἀντεῦθεν δῆλον γενέσθαι ὡς οὐκ ἀθεεὶ ἐκεῖνοι τὰ ἑαυτῶν φθάσαντες εἰς χωρίον μετήνεγκαν ἄσυλον, καὶ οὐρανίαις ἐθησαυρίσαν ἀποθήκαις.

ΙΕ. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπὸ Σικελίας εὐθὺ Λιβύης καὶ Καρχηδόνος πλεῖν ἔμελλον, σφοδρός τις καὶ ἄγριος C αὐτοὺς ἄνεμος ὑπολαμβάνει καὶ συχνὰς ἡμέρας παραβιάζεται εἰς ὃ καὶ τὸ ὕδωρ τοὺς πλέοντας ἐκλιπεῖν. Πολλοὶ δὲ ἦσαν τὸ πλήρωμα τῆς νεώς. Τοσοῦτον δὲ αὐτοῖς ἐπηρτημένου κινδύνου οὐ κατὰ θείαν γνώμην ἔδοξεν ὁ πλοῦς γεγενῆσθαι. Κελεύει γοῦν ἡ Μελάνη ἐπιστρέψαντας τὴν ὀθόνην, τῷ φέροντι ἀνέμῳ καταπειθεῖς γίνεσθαι ὅποι ἂν ἄγῃ τὴν ναῦν. Καὶ δὴ λαβόντες κατὰ πρύμναν τὸ πνεῦμα, εἴς τινα καταίρουσιν νῆσον. Τὴν δὲ ἐτύγχανεν ἄρτι βάρβαρόν τι καὶ ληστρικὸν ἔθνος, ἐπελθόντες καὶ ληϊσάμενοι. Πολλῶν δὲ αἰχμαλώτων ἐκεῖθεν ληφθέντων, ἀνδρῶν ἅμα καὶ γυναικῶν, πρὸς δὲ καὶ παιδίων, ἐδήλουν τοῖς νησιώταις οἱ βάρβαροι λύτρα μὲν χρυσίον ἱκανὸν λαβόντες αὐτούς τε τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδό- D σθαι, φείσασθαι δὲ καὶ τῆς νήσου· εἰ δὲ μὴ λάβοιεν, τὴν μὲν τῷ πυρὶ, τοὺς δὲ παραδοῦναι τῷ ξίφει. Τοῖς μὲν οὖν νησιώταις ἄπορα τὰ δηλούμενα ἦν.

ΙϚʹ. Αὐτοὺς δὲ τοὺς δικαίους μαθὼν ἥκοντας ὁ ἐπίσκοπος ἕρμαιον αὐτοὺς ἐποιεῖτο, καὶ κατελθὼν ἱκέτευσέ τε καὶ ἀφθονωτέρων ὧν ᾔτει χρημάτων ἐπιτυχὼν τήν τε λείαν ἠλευθέρωσε πᾶσαν καὶ τοῦ κινδύνου τὴν νῆσον ἐῤῥύσατο. Οἱ δὲ περὶ τὴν Μελάνην, φιλανθρωπότερον περὶ τοὺς αἰχμαλώτους διατεθέντες καὶ χρυσὸν αὐτοῖς ἐμπαρέσχον, νομίσματα πεντακόσια, ἄρτους τε καὶ τῶν λοιπῶν ὧν ἐπήγοντο τῷ μεγέθει τῶν δωρεῶν ἐπιλαθέσθαι τούτους τῶν μεγάλων συμφορῶν μηχανώμενοι. Τὸ δὲ ἑξῆς πνεύματος μετρίου τυχόντες τοῦ νησιδίου ἀπάραντες, ἀλύπως ἔτι τὸν πλοῦν ἐποιοῦντο· καὶ μάλακος αὐ-

τοὺς ὄπισθεν ἐπωθῶν ἄνεμος διὰ ταχέων τῇ Καρχηδόνι δίδωσιν. Ἀποβάντες δὲ τῆς νηὸς τῆς φίλης εἴχοντο ἐργασίας χρήματα καὶ ἀγροὺς τοὺς μὲν ἱεροῖς ἀνατιθέντες ναοῖς, τοὺς δὲ φροντιστηρίοις ἀφιεροῦντες, τὰ δὲ καὶ ἐκκενοῦντες τοῖς πένησιν. Οὕτω τὸν πλοῦτον ἀποσκευαζόμενοι πάντα, κοῦφοί τε καὶ εὐσταλεῖς ἐπὶ τὸν ἀληθῆ μετῄεσαν πλοῦτον, ὃς τοῦ μηδὲν ἔχειν ὠνεῖται τοῖς εὐσεβῶς θησαυρίζουσιν. Ἡ δὲ πόλις ἐν ᾗ τὰς διατριβὰς ἐποιοῦντο Θαγαστὴ ἐκαλεῖτο, ἐν ᾗ καὶ ἱερεὺς λέγειν εἰδὼς καὶ πολλοὺς τῷ λόγῳ πρὸς σωτηρίαν ἐνάγειν δυνάμενος· ὄνομα τούτῳ Ἀλύπιος· ᾧ δὴ καὶ συνόντες τὰ ἱερὰ ἐμελέτων λόγια, καὶ τὸ ἱερὸν δὲ ὃ τὸν Ἀλύπιον εἶχε μάλα φιλοτίμως κόσμοις τε χρυσοῖς καὶ λίθοις λαμπροῖς καὶ προσόδοις πολλαῖς ἐλάμπρυναν. Ὠκοδόμητο δὲ τούτοις καὶ φροντιστήρια δύο, χρημάτων τε καὶ προσόδου ἱκανῶς ἔχοντα, ὧν τὸ μὲν χορὸς εἶχεν ἀνδρῶν τὸν ἀριθμὸν ὀγδοήκοντα, τὸ δὲ παρθένοις ἀνεῖτο καὶ εἰς ἀριθμὸν τελούσαις τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἦν.

ΙΖ΄. Οὕτω καὶ ταῦτα ἡ Μελάνη διαθεῖσα καλῶς ἐγκρατείας καὶ αὖθις ἐμέμνητο. Καὶ δι' ὅλης μὲν τῆς ἡμέρας ἄσιτος ἡ γενναία διεκαρτέρει· τοῦ ἡλίου δὲ ἤδη πρὸς δυσμὰς ἥκοντος βραχείας μετελάμβανε τῆς τροφῆς καὶ ταύτης σκληρᾶς· ἔστι δὲ ὅτε καὶ βραχεῖ ἐλαίῳ τὸ ὄψον παρεμυθεῖτο· οἴνῳ δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐχρῆτο, ἀλλ' ἐκ μέλιτός τι ἐσκευασμένον πόμα προσιεμένη, ὃ κονδῖτον καλεῖν σύνηθες, τὴν δίψαν παρεμυθεῖτο. Ὁ δὲ δὴ χρόνος ὁ πολλοῖς πολλάκις τὴν ὁρμὴν ἀμβλύνων ταύτης μᾶλλον ὀξυτέραν ἐποίει. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον παρὰ δύο τὰ σιτία λαμβάνουσα ἦν, ἔπειτα παρὰ τρεῖς, εἶτα καὶ δι' ἑπτά, ὡς ἅπαξ τῆς ἑβδομάδος μόνον μεμνῆσθαι τροφῆς καὶ ταύτης κεκολασμένης· καὶ οὐδὲν ὅλως τῶν ἡδύνειν ἐχόντων ἐχούσης· ἄρτου γὰρ σκληροῦ βραχύ τι τρύφο, ἡ τράπεζα ἦν, ὡς εἶναι ταύτην οὐδὲν ἧττον τῆς νηστείας πονικωτέραν. Ἔγραφεν ἡ γενναία καὶ εἰς τάχος καὶ εἰς κάλλος καὶ οὕτως ἀπταίστως, ὡς μηδὲ μίαν μηδέ ποτε λαβὴν δοῦναι τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς· καὶ τῇ γραφῇ τὸ πλεῖον τῆς ἡμέρας ἔνεμε μέρος, τῆς χειρὸς δὲ καμούσης οἱ ὀφθαλμοὶ πλεῖστα μὲν τῶν γραφῶν ἐπῄεσαν, πλεῖστα δὲ εἰς μνήμην τῷ νοῒ παρεδίδοσαν. Καὶ τούτων δὲ ἤδη καμόντων τοῖς πρὸς ὠφέλειαν ὑπούργουν αἱ ἀκοαί, καὶ ὁμιλίαις ἀνδρῶν ἁγίων προσέχουσα ἦν. Πρὸς ἐπὶ τούτοις καὶ τῇ εὐχῇ μέρος οὐκ ὀλίγον ἐδίδου· ἥ τε γὰρ νὺξ σχεδὸν ὅλη πρὸς αὐτὴν ἀνηλίσκετο δύο μόνων αὐτῆς ὡρῶν τῷ ὕπνῳ νενεμημένων. Ἡ δὲ κατάκλισις σάκκος ἦν ἐπὶ ψιλῷ τῷ ἐδάφει κείμενος· ἔλεγε γὰρ δεῖν ἐγρηγορέναι ἀεὶ μὴ εἰδότας, ὥς φησιν ἡ Δεσποτικὴ φωνή, ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται. Διὰ ταῦτα καὶ ἑαυτὴν καὶ τὰς σὺν αὐτῇ παρθένους οὕτω παρεσκεύαζεν ἀπομάχεσθαι καὶ ὑπέχειν εὐθύνας αὐτῇ. Καὶ λόγος ἀργὸς καὶ ἦθος οὐ βεβηκὸς καὶ γέλως ἀκρατὴς καὶ λογισμὸς ὅλως

A a tergo impellens ventus, cito transmisit Carthaginem. Cum e nave autem descendissent, suam solitam aggressi sunt operationem, pecunias et agros partim quidem sacris ædibus dedicantes, partim vero consecrantes monasteriis, partim etiam in pauperes effundentes. Sic se levantes omni onere divitiarum, leves et expediti pergebant ad veras divitias, quæ emuntur eo, quod nihil possideatur ab iis qui thesaurum pie recondunt. Civitas autem, in qua versabantur, appellabatur Tagaste, in qua erat sacrum templum, et sacerdos dicendi peritus, et qui oratione multos poterat inducere ad salutem, nomine Alypius: cum quo versantes, sacra meditabantur eloquia. Templum vero, in quo agebat Alypius, admodum munifice
B et aureis ornamentis, et lucidis gemmis et plurimis ornarunt agrorum proventibus. Ab eis quoque sunt ædificata duo monasteria, quæ satis habebant opum et proventuum. Quorum alterum quidem habebat chorum virorum, numero octoginta: alterum autem habebat virgines quæ erant numero centum et triginta.

XVII. Cum hæc pulchre sic disposuisset Melana, rursus meminit abstinentiæ: et toto quidem die generosa mulier permanebat jejuna. Sole autem jam occidente, parum cibi sumebat, ejusque duri; nonnunquam vero modico olei condiebat obsonium. Vino autem non utebatur omnino, sed accipiens ex melle confectam potionem, quam
C solent appellare conditum, sic levabat sitim. Tempus vero, quod multis sæpe obtendit et retardat impetum, ei illum reddebat acriorem. Et primo quidem secundo quoque die cibum sumebat, deinde autem tertio quoque die, deinde septimo quoque, adeo ut semel tantum in hebdomada cibo vesceretur, eoque castigato et temperato, et qui nihil omnino haberet ex iis, quæ possunt afferre voluptatem. Panis enim durus, breves quædam erant ejus mensæ deliciæ, adeo ut ea jejunio nihil esset minus laboriosa. Scribebat autem generosa illa femina adeo celeriter et pulchre et citra errorem, ut nullam unquam daret prehendendi ansam iis qui sunt hujus rei periti. Et in scribendo quidem maximam diei partem consu-
D mebat. Defessa vero manu, oculi quidem plurima scripta percurrebant, plurima autem menti tradebant, ut mandaret memoriæ. Porro vero iis jam defessis, aures iis serviebant, quæ pertinent ad utilitatem, et animum sanctorum virorum adhibebat sermonibus. Præter hæc autem non parvam quoque partem tribuebat orationi. Nam tota quidem nox fere in ea consumebatur, duabus solum horis somno ab ea attributis. Accubitus autem erat, saccus super nudum solum positus. Dicebat enim: Oportet semper vigilare, cum nesciamus, ut vox est Dominica [a], qua hora fur veniat. Propterea et se, et quæ secum erant virgines, sic

[a] Luc. XII, 39, 40.

faciebat adversus somnum contendere. Sibi autem leges imponebat, et a se rationem exigebat : et otiosa oratio, et mores non satis graves, et risus nimis profusus, et sinistra cogitatio omnino castigabatur : et non sinebat omnino malam aliquam nubem ætherem animæ subtercurrere.

XVIII. Atque illa quidem tam caute et tam duriter vitam agebat, et aliis erat regula, ut eam vitam ingrederentur. Perinde autem, ac si ei ad jejunium non sufficeret spatium septem dierum, adjiciebat etiam Dominicum, ut jejunaret octo dies sibi vim afferens, etiamsi a præfecta vetita sit hoc facere : quæ dicebat esse absurdum, diem Resurrectionis similiter atque alios attribui afflictioni. Unde etiam dicens persuasit et effecit, ut esset cibi particeps et modici olei, docens esse præceptum apostolicum [5], præfectis obedire et eis cedere. Ejus autem in laboribus diligentiam, et a suis laboribus lectionis vehementem contentionem, et eorum quæ lecta fuerant, acrem perscrutationem, et multa alia quisnam satis verbis potuerit exprimere? Nam manibus quidem, ut dictum est, ad scribendum , quod ex scriptura autem lucrifaciebat, eo utebatur ad alendos pauperes. Quin etiam sæpe quoque indumentum, suis manibus confectum, ponebat in manibus pauperum, ex sacro, ut aiunt, quodammodo in sacro. Sacrorum autem eloquiorum erat adeo studiosa, ut totam quidem divinam Scripturam, Veterem et Novam, ter singulis annis perlegeret, ejus vero ea quæ sunt pulcherrima, semper haberet in lingua. In omnibus autem exquirendis et examinandis erat plane admirabilis. Nunquam enim sensus aut verbum eam prætercurrebat, sed omnia diligenter perscrutabatur, et quod latebat, eruebat. Insigne vero ejus discendi studium, eam quoque ad recentiorum, bonorum, inquam, et studiosorum scripta transmittebat, et nihil erat omnino ex iis quæ ad utilitatem scripta fuerant aut scribebantur, quod non possideret et aliis communicaret. Jam vero in lingua quoque Græca ita erat exercitata, ut quando ea loqueretur, nullus ex iis qui audiebant, crederet Italicam linguam ei esse patriam. Ejus autem vigebat in omnibus honesta quædam et grata lenitas et mansuetudo, maxime ea disserente et habente orationem ad eos qui exercebant philosophiam. Ejus vero in Christum zelum nutriebat amor quidam ineffabilis, et qui non poterat contineri. Hac itaque ratione non solum efficiebat, ut mens eos aversaretur, qui furiosam aliquam sequuntur hæresim, sed nec permittebat ut eorum nomen aut auribus audiretur, aut lingua proferretur : adeo, ut valde apposite diceret illud divini Davidis : « Non meminero nominum eorum per labia mea [6]. »

XIX. Cum autem, juxta Paulum [7], ferveret spiritu, grave ducebat, si non ipsa multos Christi parti adjecisset, et similes haberet amatores temperantiæ : et partim quidem verbis, partim autem donis multos adolescentes et multas adolescentulas traxit ad exercitationem. Eadem vero fa-

σκαιὸς ἐκολάζετο, καὶ τὸ παράπαν οὐκ εἴα νέφος τι πονηρὸν τὸν τῆς ψυχῆς ὑποδραμεῖν αἰθέρα.

ΙΗ'. Ἀλλ' ἡ μὲν οὕτω πεφυλαγμένως τε καὶ σκληρῶς αὐτή τε ἐβίου καὶ ταῖς ἄλλαις τὴν ἴσην ὁδεύειν κανὼν ἦν· ὥσπερ δὲ μὴ ἀποχρῶντος αὐτῇ πρὸς νηστείαν τοῦ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν διαστήματος καὶ τὴν Κυριακὴν προσετίθει, ὀκτὼ τὰς πάσας ἕλκειν ἡμέρας βιαζομένη, εἰ καὶ ὑπὸ τῆς καθηγουμένης τοῦτο πράττειν κεκώλυται, ἄτοπον εἶναι καὶ αὐτὴν τὴν ἀναστάσιμον λεγούσης ἡμέραν ὁμοίως ταῖς ἄλλαις ἀποκληροῦσθαι πρὸς κακοπάθειαν. Ὅθεν καὶ λέγουσα ἔπειθε, καὶ τροφῆς μεταλαμβάνειν ἐποίει καὶ βραχυτάτου ἐλαίου, ἀποστολικὸν εἶναι διδάσκουσα τὸ παράγγελμα τὸ πείθεσθαι τοῖς ἡγουμένοις καὶ ὑπείκειν αὐτοῖς. Τὸ δὲ φιλεργὸν ἐν πόνοις, τὸ δὲ ἐξ οἰκείων πόνων φιλόδωρον, τὸ δὲ τῆς ἀναγνώσεως σύντονον, τὴν δὲ τῶν ἀνεγνωσμένων ἔρευναν, τὰ δὲ ἄλλα, τίς ἂν καὶ λέγειν ἱκανὸς ἄρα; Ταῖς μὲν χερσὶ πρὸς τὴν γραφὴν, ὥσπερ εἴρηται, τῷ δ' ἐκ τῆς γραφῆς κέρδει πρὸς τροφὴν τῶν δεομένων ἐχρῆτο. Καί πού τι καὶ πολλάκις ἔνδυσμα ταῖς ἐκείνης χερσὶν ἐργασθὲν εἰς ἁγίων ἐτίθετο χεῖρας, ἐξ ἱεροῦ φασιν ὥσπερ εἰς ἱερόν. Φιλόπονος δὲ πρὸς τὰ ἱερὰ ἐδείκνυτο λόγια, ὡς πᾶσαν μὲν τὴν θείαν Γραφὴν τήν τε Παλαιὰν καὶ Καινὴν τρὶς καθ' ἕκαστον ἐπιέναι τὸ ἔτος, ταύτης δὲ τὰ κάλλιστα καὶ διὰ γλώττης ἀεὶ φέρειν. Τὸ δὲ διὰ πάντων ἐξεταστικὸν θαυμάσιον οἷον· οὔποτε γὰρ αὐτὴν νόημα ἢ ῥῆμα παρέδραμεν, ἀλλὰ καὶ πάντα καὶ λίαν ἐπιμελῶς ἀνίχνευε, καὶ τὸ κρυπτόμενον ᾕρει. Ἡ δὲ ὑπερβολὴ τῆς φιλομαθείας καὶ ἐπὶ τὸ τῶν νέων αὐτὴν σύνταγμα, τῶν σπουδαίων φημὶ, παρέπεμπε, καὶ οὐδὲν ὅλως τῶν ἐπ' ὠφελείᾳ γραφέντων ἢ γραφομένων ἦν ὃ μὴ ἐκτᾶτο, καὶ κοινὸν τοῖς ἄλλοις ἐποίει. Ἤσκητο δὲ καὶ τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν οὕτω καλῶς ὡς, ἡνίκα δὴ καὶ κατ' αὐτὴν διαλέγοιτο, μηδένα τῶν ἀκουόντων πιστεύειν ὅτιπερ Ἰταλὴ αὐτῇ φωνὴ πάτριος. Ἡ δέ γε πραότης ἠρέμα ἐπὶ πᾶσιν ἤνθει καλὸν καλὴν, ἐπίχαρι, καὶ μάλιστα διαλεγομένης αὐτῆς, καὶ πλέον ἔτι πρὸς τοὺς φιλοσοφίαν ἀσκοῦντας κινούσης τὸν λόγον. Τὸν δέ γε πρὸς Χριστὸν αὐτῆς ζῆλον ἄῤῥητός τις καὶ ἀκάθεκτος ἔτρεφεν ἔρως. Ταῦτά τοι καὶ τῶν μανιώδους τινὸς αἱρέσεως ἐχομένων οὐ μόνον ἀποτρόπαιον τὸ φρόνημα ἐποιεῖτο, ἀλλ' οὐδὲ ἀκοαῖς γλώσσῃ διδόναι τὸ ἐκείνων ὄνομα ὅλως ἠνείχετο, ὡς αὐτὸ τοῦτο λέγειν τὸ τοῦ θείου Δαυῒδ καὶ μάλα οἰκείως, τὸ, « Οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου. »

ΙΘ'. Ζέουσα δὲ κατὰ Παῦλον τῷ πνεύματι δεινὸν ἐποιεῖτο, εἰ μὴ καὶ πολλοὺς καὶ αὐτὴ τῇ Χριστοῦ μερίδι προσθείη, καὶ ἐραστὰς ὁμοίους ἕξει τῆς σωφροσύνης· καὶ τοῦτο μὲν λόγοις, τοῦτο δὲ δώροις πολλοὺς μὲν τῶν νέων, πολλὰς δὲ καὶ τῶν νεανίδων ἐπὶ τὴν ἄσκησιν εἷλκε. Τὰ ἴσα δὲ καὶ πρὸς Ἕλληνας

[5] Hebr. xiii, 7. [6] Psal. xv, 4. [7] Rom. xii, 11.

καὶ Σαμαρείτας ἐποίει, καὶ πρὸς τὴν ὑγιᾶ πίστιν τούτους ἐξεκαλεῖτο οἱ μετ' ὀλίγον καὶ τὰ ἑαυτῶν ἀφέντες ἠκολούθουν ἐκείνῃ. Οὕτως ἦν ἄρα ἡ μακαρία σοφὸς ἁλιεὺς καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων θηρᾷν ἐγνωκυῖα. Μείζοσι δὲ πόνοις ἐπιχειροῦσα καὶ ἑτέραν παράλογον οἷαν καὶ σχεδὸν ἄπιστον καρτερίαν ἐδείκνυ· καὶ ξυλίνην τινὰ κιβωτὸν ἀσκήσασα, τὸ μὲν ὕψος τοσαύτην ὥστε μὴ ἐγχωροῦν εἶναι ὀρθὴν αὐτὴν ἑστάναι, τὸ δὲ εὖρος ὥστε μήτε δεξιὰ μήτε μὴν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον ἀποκλίνειν δύνασθαι, ταύτῃ τὸ σῶμα ἐγκατακλείει, δι' ὀπῆς βραχείας πρὸς τοὺς ἔξω τοὺς λόγους πέμπουσά τε καὶ δεχομένη. Τῆς μητρὸς δὲ πολλάκις ἐπιστάσης αὐτῇ (καὶ γὰρ κἀκείνη συνέμπορος αὐτῇ καὶ τοῦ ἔκπλου καὶ τῆς φιλοσοφίας γέγονεν), οὐχ ἁπλῶς ἀπήντα, ἀλλ' εἴπερ ἔτυχεν ἢ εὐχῇ ἢ θείοις ὁμιλοῦσα λογίοις, οὐ πρότερον εἰς αὐτὴν ἀφεώρα, ἢ λόγου τινὸς μετεδίδου, ἕως ὃ μετῄει πνευματικῶν ἔργων εἰς πέρας ἤγαγεν. Οὕτω δὴ μετὰ πάντων καὶ αὐτῆς ἐκράτει τῆς φύσεως, ἐφ' ᾧ καὶ πολλὴν ἡ μήτηρ παρακερδαίνουσα τὴν ὠφέλειαν ἀπῄει, τῷ Θεῷ μεγάλας ὁμολογοῦσα τὰς χάριτας, ὅτι τοιούτων αὐτῷ προσήνεγκε τὸν ἐκ κοιλίας καρπόν. Καὶ τί δεῖ τὰ ἐκείνης πάντα διεξιέναι; ἀρκεῖ γὰρ ἀντὶ πάντων εἰς εὐφημίαν τὸ μέτριον αὐτῆς τοῦ φρονήματος· ὅτι βιοῦσα καθαρῶς οὕτως ὡς οὐδεὶς ἀνθρώπων ἕτερος, συντετριμμένην εἶχε καὶ ταπεινὴν τὴν διάνοιαν, ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν πολλοῖς ἀτόποις ἐνεχομένων.

Κ'. Οὕτως οὖν ἑπτὰ ἐκεῖ διαθλήσασαν ἔτη, λογισμὸς αὐτὴν εἰσῄει μακροτέρας ἀποδημίας· προσήκειν γὰρ ἔλεγε μηδὲ τῶν ἱερῶν ἀπολειφθῆναι τόπων, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἰδεῖν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ πάντα περιελθεῖν, καὶ προσκυνῆσαι θαύματα. Καὶ δόξαν οὕτως ἡ θάλαττά τε αὐτὴν ἐδέξατο τῆς μητρὸς ὁμοῦ καὶ Ἀπενιανοῦ συμπαρόντων, καὶ θᾶττον εὐπλοίας τυχόντας ἡ Ἀλεξάνδρεια διεδέχετο. Πόλις δὲ αὕτη Φοινίκων, ἧς καὶ τὰς ἀρχιερατικὰς διεῖπε φροντίδας ὁ μέγας ἐν ἱερεῦσιν Κύριλλος. Τούτῳ δὴ συγγενόμενοι καὶ ἑτέρῳ προφητικῷ ἀνδρὶ, Θεοδώρῳ τοὔνομα, καὶ πολλὰ κατὰ τὴν πάροδον τῆς ὁμιλίας τούτων ὀνάμενοι, πάλιν τε τῆς νηὸς ἐπέβησαν καὶ ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἠπείγοντο τόπους, μηδὲν ἐπαγόμενοι πλὴν εἴ τι τῶν ἀναγκαίων ἦν καὶ ὀλίγαις ἀρκεῖν ἡμέραις δυνάμενον, βουλόμενοι μετὰ τῶν προσαιτούντων καὶ αὐτοὺς γίνεσθαι. Ὡς δὲ τῆς νηὸς ἀπέβησαν, νόσῳ συμβαίνει τὴν μακαρίαν πεσεῖν· εἶτα τῆς ἀῤῥωστίας ἀνενεγκοῦσα, καὶ τῷ δεσποτικῷ τάφῳ τὰ τῆς ὑγείας χαρισαμένη καὶ πρῶτον αὐτῷ προσελθοῦσα καὶ προσκυνήσασα, τὸ λοιπὸν καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν θεαμάτων ὄψιν εἱστιαθεῖσα τὴν ψυχὴν, ὡμίλει δὲ καὶ τῶν ἱερέων τοῖς ἐπισημοτάτοις, καὶ μάλιστα τούτων αὐτῶν τοῖς ἐν τῷ λέγειν συνετωτάτοις, ὥστε καὶ ὠφελείας ἐκεῖθεν καρπὸν δρέπεσθαι. Ἐτρέφετο δὲ ἐκείνοις οἷσπερ καὶ ἐν Λιβύῃ καὶ διὰ τοσούτων ἡμερῶν, ὅσων δὴ καὶ ἐκεῖ καὶ ταῖς χερσὶν ἐργαζομένη, ὥσπερ δὴ καὶ Χαλκηδόνι. Ἑσπέρας δὲ κατα-

A ciebat etiam in gentiles et Samaritanos, et eos vocabat ad rectam fidem: qui paulo post dimissis suis, illam sequebantur. Sic ergo erat beata illa femina sapiens piscatrix, et sciebat venari animas hominum. Majores autem labores aggrediens, aliam quoque inopinatam et propemodum incredibilem ostendit tolerantiam. Cum ligneam quamdam arcam parasset, altitudine quidem tantam, ut non permitteret ei stare rectam, latitudine vero, ut non posset declinare ad dexteram nec ad sinistram, in ea corpus includit, per breve foramen eos qui foris erant, alloquens et eos audiens. Cum mater autem sæpe ad eam accederet (erat enim ei navigationis comes et socia philosophiæ), non te-
B mere veniebat, sed si aut vacabat orationi, aut in divinis versabatur eloquiis, non prius ad eam intuebatur, aut illam compellabat, quam spiritale opus, quod obibat, perfecisset. Sic cum omnibus ipsam quoque vicit naturam. Quamobrem mater magnam lucrifaciens utilitatem, abibat magnas Deo agens gratias quod ex suo ventre talem fructum produxisset. Et quid opus est illius omnia persequi? Ad ejus enim laudem sufficit pro omnibus modestia ejus et moderatio, quod cum viveret tam pure, quam ullus alius, cor haberet contritum et mentem demissam ac humilem, ut nullus alius ex iis qui multa admittunt non honesta.

C XX. Cum sic autem septem annos decertasset, eam subiit cogitatio longioris peregrinationis. Dicebat enim, oportere ad sacra etiam loca accedere, et etiam videre Jerusalem, et obire, et adorare omnia quæ illic sunt miracula (1). Cumque ei ita visum esset, mare eam suscepit, cum simul adesset mater et Apenianus; et cum eis prospera fuisset navigatio, pervenerunt Alexandriam: ea est autem civitas Ægypti, in qua pontificali munere fungebatur magnus inter sacerdotes Cyrillus. Cum eo congressi, et cum alio viro prophetico, nomine Theodoro, et cum in transitu ex eorum sermone magnam accepissent utilitatem, navem rursus ascenderunt, ad sacra loca festinantes, nihil
D autem secum afferentes, præterquam si quid erat necessarium, et quod posset paucis diebus sufficere, volentes ipsi quoque esse cum mendicantibus. Postquam vero in terram descenderunt, contigit beatam Melanam in morbum incidere. Deinde cum convaluisset a corporis infirmitate, et Dominico sepulcro recuperatam sanitatem primo obtulisset, et ad id primo accessisset, idque adorasset, de cætero oculos et animum pascebat aliis spectaculis. Versabatur autem cum iis qui ex sacerdotibus erant maxime insignes, et maxime cum iis qui in dicendo erant sapientissimi, ut etiam utilitatem ex eis perciperet. Alebatur vero illis quibus in Libya, tot dies, quot illic mansit, ope-

(1) Anno 416 adit loca sancta adorationis gratia, ex calculo Baronii.

rans manibus, sicut Carthagine. Cum advenlasset autem vespera, ingrediebatur quidem in salutare sepulcrum resurrectionis, clauso vero templo, manebat intus, et oratio noctu ab ea tandiu producebatur, donec ingressi essent matutina cantaturi cantica. Postquam autem finem acceperat glorificatio, tunc ipsa quoque corpus parum dabat somno et quieti.

XXI. Cum vero, sicut a me dictum est, paucæ quædam facultatum reliquiæ ei Romæ remansissent, et cuidam ex fidelibus mandatum esset, ut eas proponeret emendas volentibus, postquam ille hoc fecisset, aurum ad eos mittit Jerosolymam. Qui solita utentes benignitate, eas hæreditatem fecerunt egentium. Hic cum aliquandiu essent versati, videret autem Melana matrem suam senio et tempore gravari, eam illic relinquit, rogavitque ut ea illic pararet tabernaculum in monte Oliveti. Illa vero venit in Ægyptum, una cum Apeniano, tum quod vellent videre sanctos, qui erant in ea, tum etiam, ut sua benignitate impertirent eos, qui illic erant, pauperes. Hi ergo venientes, faciebant id propter quod venerant, et eos qui se in pietate exercebant, obibant. Cum autem accessissent ad quoddam tabernaculum, quod apud se habebat virum in philosophia maximum, cui nomen erat Ephæstion, rogabant ut ipse quoque ea quæ alii, participaret. Cum is autem recusaret, quid non fecit Melana, volens ei persuadere ut acciperet? Cum vero non persuaderet, tale quid statim machinatur, quod quidem pulcherrime amborum parem declaravit constantiam, Melanæ ad benefaciendum, et Ephæstionis ad hoc, ut non persuaderetur ex rebus humanis aliquid accipere.

XXII. Obibat enim domunculam, scrutans omnem, quæ in ea erat, supellectilem : et cum nihil aliud vidisset nisi stoream et sportulam, in qua sal erat repositus, cum sub eo sale aliquam auri partem posuisset et infodisset, ut quæ latuisset, magno studio preces ab eo poposcit. Quas cum impetrasset, exiit. Sed nihil ei profuit hoc inventum. Cum enim vir ille sacrosanctus id cognovisset, magno cursu contendit, et eos voce procul stitit : et manibus aurum quatiens ostendit, et dixit se nescire, ad quid eo uteretur. Cum ii autem dixissent : Si non tibi omnino, at aliquibus aliis erit utile. — Atqui non erit, inquit, aliquis, qui hic petit, est enim pauper locus, ut videtis, et admodum desertus. Cum vero ne sic quidem acciperent, auro in fluvium jacto, recessit senex. In alios quoque non paucos ejusmodi aiunt eos incidisse, qui æque cavebant omnino aurum manu ab aliquo accipere, atque virus serpentis, aut aliquid aliud mortiferum et exitiale sua sponte bibere. Cum talibus ergo in Ægypto fuissent repleti miraculis, reversi sunt Alexandriam, et cum multorum bonorum virorum, qui illic erant, consuetudine se secundo exsatiassent, profecti sunt in

A λαβούσης εἰσῄει μὲν εἰς τὸν σωτήριον τῆς ἀναστάσεως τάφον· κλεισθέντος δὲ τοῦ ναοῦ ὑπέμενεν ἔνδον, καὶ ἡ προσευχὴ εἰς τοσοῦτον αὐτῇ νυκτὸς παρετείνετο ἕως οἱ ἐκεῖσε τὰς περὶ τὸν ὄρθρον ᾠδὰς εἰσῄεσαν ᾄσοντες. Ἐπεὶ δὲ πέρας εἶχε τὰ τῆς δοξολογίας, τότε δὴ καὶ αὐτὴ τὸ σῶμα βραχὺ τῷ ὕπνῳ διαναπαύουσα ἦν.

ΚΑ'. Ἐπειδὴ δὲ, ὥσπερ μοι εἴρηται, βραχέα τινὰ λείψανα τῆς οὐσίας ἐν Ῥώμῃ αὐτῇ καταλέλειπτο, καί τινι τῶν πιστῶν ἐπετράπη ὤνια ταῦτα θέσθαι τοῖς βουλομένοις· οὕτω πράξας ἐκεῖνος τὸν χρυσὸν αὐτοῖς ἔπεμπεν εἰς Ἱεροσόλυμα, οἳ καὶ τὴν συνήθη φιλανθρωπίαν μεταδιώκοντες κλῆρον καὶ αὐτὰ τῶν δεομένων ἐποίουν. Ἐνταῦθα χρόνον τινὰ διατρίψαντες,
B ἐπεὶ τὴν μητέρα τὴν ἑαυτῆς ἡ Μελάνη γήρᾳ τε καὶ χρόνοις ἑώρα βαρυνομένην, αὐτοῦ καταλείπει, ἠξίου τε σκηνὴν εὐτρεπίσαι ταύτῃ ἐν τῷ ὄρει τῶν Ἐλαιῶν. Ἡ δὲ σύναμα τῷ Ἀπενιανῷ εἰς Αἴγυπτον ἀφικνεῖτο, ὁμοῦ μὲν ἱστορῆσαι καὶ τοὺς ἐν ταύτῃ ἁγίους ἄνδρας βουλόμενοι, ὁμοῦ δὲ καὶ τοῖς ἐκεῖσε πένησι τῆς ἑαυτῶν χρηστότητος μεταδοῦναι. Οὗτοι μὲν οὖν ἥκοντες ἐφ' ᾧπερ ἧκον καὶ ἔπραττον, καὶ τοὺς ἀσκητὰς περιήρχοντο· μιᾷ δέ τινι τῶν σκηνῶν ἐπιστάντες ἥτις ἄνδρα μέγιστον εἰς φιλοσοφίαν παρ' ἑαυτῇ ἔφερεν, Ἡφαιστίων αὐτῷ τὸ ὄνομα· ἐδέοντο καὶ αὐτὸν ὧν ἐδίδουν τοῖς ἄλλοις μεταλαβεῖν. Τοῦ δὲ παραιτουμένου, Μελάνη τί μὴ ἐποίει, πεῖσαι τὸν ἄνδρα βουλομένη λαβεῖν; Ἐπεὶ δὲ μὴ
C ἔπειθε, μηχανᾶταί τι εὐθὺς ἡ μακαρία ὅπερ ἀμφοτέρων ἐπίσης εἶναι τὴν ἔνστασιν, αὐτῆς τε περὶ τὸ εὐεργετεῖν, κἀκείνου περὶ τὸ μηδὲν πεισθῆναι τῶν ἀνθρωπίνων λαβεῖν, ἀκριβέστατα διεσάφησε.

ΚΒ'. Περιήρχετο γὰρ τὸν οἰκίσκον ἅπαντα δῆθεν ἀνερευνῶσα τὰ ἐν αὐτῷ σκεύη, καὶ μηδὲν ἕτερον ἰδοῦσα εἰ μὴ ψιάθιον καὶ σπυρίδα βραχὺ φέρουσαν ἅλας. Ὑπὸ τούτους τοὺς ἅλας χρυσίου τι μέρος καταθεῖσα καὶ περιχώσασα ὡς δὴ λαθοῦσα, σπουδῇ τὴν εὐχὴν ἀπῄτει, καὶ τυχοῦσα ἐξῄει. Ἀλλ' οὐδὲν ἀπώνατο τοῦ σοφίσματος· ὁ γὰρ ἱερὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ γνοὺς δρόμῳ τε ὡς εἶχεν ἐχρῆτο καὶ τῇ φωνῇ πόρρωθεν αὐτοὺς ἐπεῖχεν· εἶτα καὶ ταῖς χερσὶν ἐπι-
D σείων τὸν χρυσὸν ἐδείκνυ, καὶ ὡς οὐκ ἔχει αὐτῷ κατὰ τί χρήσασθαι ἔλεγε. Τῶν δὲ εἰπόντων, ὡς Εἰ μή σοί γε πάντως, ἀλλ' ἑτέροις τισὶ χρήσιμος ἔσται, Καὶ μὴν οὐδὲ ἔσται τις ὁ αἰτήσων ἐνταῦθα· ἄπορος γὰρ, ὡς ὁρᾶτε, ὁ τόπος, καὶ δεινῶς ἔρημος. Ὡς δὲ μηδὲ οὕτως ἐδέχετο, ῥίψαντα κατὰ τοῦ ποταμοῦ τὸν χρυσὸν ἀναχωρῆσαι τὸν γέροντα, καὶ ἄλλοις δέ φασι τοιούτοις οὐκ ὀλίγοις περιτυχεῖν οἷς καὶ τὸ χρυσὸν ὅλως τῇ χειρὶ παρά του λαβεῖν ἐπίσης πεφύλακτο τῷ καὶ ἰὸν ὄφεως ἑκόντι ἢ ἄλλο τι τῶν θανασίμων καὶ φθαρτικῶν ἐκπιεῖν. Τοιούτων οὖν τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐμπλησθέντες θαυμάτων, αὖθις εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπανήρχοντο καὶ τῶν ἐν ἐκείνῃ τὸ δεύτερον ἐμφορηθέντες πολλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἐπὶ τὰ ὄρη μετεστέλλοντο ἃ οὕτως ἔλεγον τὸ τῆς

Νητρίας. Συγγενόμενοι δὲ καὶ τοῖς ἐν ἐκείνοις ἀνδράσι φιλαρέτοις καὶ κατὰ τὰς μελίττας ἅπαν ἄνθος ἀρετῆς συλλεξάμενοι, πλήρεις ἀγαθῶν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπανῄεσαν. Ἡτοίμαστο δὲ καὶ ἡ σκηνὴ τῇ Μελάνῃ κατὰ τῶν Ἐλαιῶν ὄρος, ὥσπερ ἄρα καὶ τῇ μητρὶ ἐπετέτραπτο. Αἰσίαν δὲ ἀρχὴν λαβοῦσα τὴν τῶν Φώτων ἡμέραν, ἑαυτὴν τῷ οἰκίσκῳ καθείργνυσι, καὶ νόμον τίθησιν ἑαυτῇ τῶν μὲν ἄλλων μηδένα μήτε ὁρᾷν μήτε μὴν ὑπὸ μηδενὸς ὁρᾶσθαι, μητρὶ δὲ αὐτῆς καὶ τῷ πάλαι μὲν τοῦ γάμου, τότε δὲ αὐτῆς κοινωνῷ ἀνδρὶ κατὰ περίοδον ἡμερῶν πέντε ἅπαξ ὁρᾶσθαι, καὶ τῇ ἀδελφιδῇ δὲ ὁμοίως οὐκ ἀθέατον εἶναι· ταύτην γὰρ ἐκ πολλοῦ ἐτύγχανε παιδαγωγοῦσα καὶ πλήρη τύφου καὶ Ῥωμαϊκοῦ φρονήματος οὖσαν εἰς ἐσχάτην ἤγαγε μετριοφροσύνην, καὶ οὕτω μᾶλλον τοῦ ὕψους ἐπιτυχεῖν παρεσκεύασεν.

ΚΓ'. Τοῦτον ὅλον ἐπιπονώτατόν φασι γενέσθαι τῇ Μελάνῃ τὸν βίον εἰς ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα· εἶτα τῆς μητρὸς αὐτῇ μεταστάσης, ἐκείνη τοῖς νενομισμένοις αὐτὴν τιμήσασα καὶ τὸν νεκρὸν περιστείλασα, ἐν οἰκίσκῳ ἑτέρῳ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον διῆγεν ἀφεγγεῖ τε καὶ τἄλλα τῷ πρὸ τοῦ ὁμοίῳ, ἔνθα τό τε πένθος καὶ τὴν ἄσκησιν καὶ τὴν νηστείαν ἐπιτείνουσα ἦν. Μετὰ δὲ ταῦτα, τῆς φήμης ἁπανταχόσε διαβαινούσης καὶ πολλῶν ὡς αὐτὴν φοιτώντων, καὶ κοινόβιον αὐτῇ γίνεται παρθένων πλέον ἢ ἐνενήκοντα, ἐν ᾧ οὐ παρθένοι μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλαὶ τῶν ἀσέμνων πολλὰ χαίρειν εἰποῦσαι τῷ προτέρῳ βίῳ καὶ ἡδοναῖς τὴν καλὴν ὄντως ἀλλοίωσιν ἠλλοιώθησαν. Τίθενται δὲ ταύταις καὶ νόμοι, τὸ μήποτε πρὸς λόγους ἐλθεῖν ἀνδρί, τὸ μηδέποτε τῆς μονῆς ἐξελθεῖν, τὸ μόνοις ἀρκεῖσθαι τοῖς τῆς μονῆς, μηδὲν μηδέποτε παρὰ τῶν ἔξω λαβεῖν. Ἡγεμόνα δὲ ἐφίστη τῆς ποίμνης οὐχ ἑαυτήν, ἀλλ' αὕτη μὲν θεραπαινίδος αὐταῖς ἀπεπλήρου τάξιν· οὕτω γὰρ κἀκείνας ἀνασχέσθαι πέπεικεν, ἵν' ἅμα καὶ τὸ πρὸς αὐτὴν φίλτρον αὔξοιτο, καὶ τὸ τοῦ μετριάζειν παράδειγμα ἐγγύθεν αὐταῖς εἴη. Ἐδέχετο δὲ τὴν ἀρχὴν ἑτέρα ἡ καὶ τρόπῳ καὶ λόγῳ τῶν λοιπῶν διαφέρουσα· ὡς ταύτην μὲν δεσποίνης λόγον ἐπέχειν πρὸς τὰς ὑπ' αὐτὴν καὶ κυρίας, τὴν Μελάνην δὲ τῇ θεραπείᾳ μὲν δούλης, τῇ δὲ φιλανθρωπίᾳ μητρός· κἂν εἴποτε δὲ καὶ συνέβη τὸν τῆς ἐγκρατείας ζυγὸν ὑπὸ τῆς προεστώσης βαρύτερον ἐπιτεθῆναι ταῖς ἀδελφαῖς, ὅς ταῖς μαλακωτέραις καὶ φορτικὸς ἐνομίζετο, ἀρκοῦσα ταύταις πρὸς παράκλησιν ἡ μακαρία ἦν, τὸ λίαν σκληρύνον ἐμμελῶς τε καὶ συνετῶς λύουσα. Καί ποτε νηστείᾳ τρυχομένων αὐτῶν λανθάνουσα πάσας ὑπὸ τῇ ἑκάστης κλίνῃ τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐτίθει. Ἡ δὲ εὑροῦσα οὐκ ἠγνόει μὲν ἧς τὸ ἔργον, λαβοῦσα δὲ τὴν μὲν ἔνδειαν οὕτω παρεμυθεῖτο, τὴν δὲ πρὸς αὐτὴν φιλίαν ἰσχυρῶς ἐτρέφετο. Οὕτω σοφῶς ὑπιοῦσα ταύτας εἰκότως δὴ καὶ διδάσκουσα πειθομέναις ἐχρῆτο.

ΚΔ'. Ἔλεγε δὲ μὴ τὸ σῶμα δεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἔχειν λογισμῶν ἁγνεύουσαν φιληδόνων· ἔπειτα μέσων μὲν νυκτῶν μηδένα ὄκνον εἰς προσευ-

A montes, qui dicuntur Nitriæ. Congressi autem illic quoque cum viris virtutis studiosis, qui illic erant, cum instar apum omnem florem virtutis collegissent, pleni bonis redierunt Hierosolyma. Melanæ vero paratum erat tabernaculum in monte Oliveti, sicut matri mandatum fuerat. Cum faustum autem accepisset principium diem luminum, seipsam includit in domuncula, et legem sibi imponit, ut aliorum quidem nullum neque videat, neque ab ullo videatur: a matre autem, et ab eo qui olim conjugii, tunc vero erat laborum socius, spatio quinque dierum semel videretur, et similiter sui aspectum non denegaret consobrinæ; eam enim jam diu ante in suam disciplinam acceptam erudiebat, plenamque fastu et Romano spiritu, ad B extremam deduxerat modestiam, et sic effecit, ut summum magis apprehenderet.

XXIII. Hanc longe laboriosissimam vitam dicunt fuisse Melanæ ad annos quatuordecim. Deinde cum mater ei emigrasset, illa cum ei justis factis ipsam honorasset, et corpus composuisset, in altera domuncula annum transegit, quæ carebat luce, et alioqui erat priori similis, in qua producebat luctum et exercitationem et jejunium. Postea autem cum fama in omnem partem pervasisset, et multi ad eam ventitarent, ab ea quoque factum est cœnobium plus quam nonaginta virginum, in quo non solum virgines, sed multæ etiam quæ antea turpiter vixerant, priorem vitam et voluptates C multum valere jubentes, vere pulchram fecerunt mutationem. Imponuntur vero eis quoque leges, ut cum viro nunquam sermonem conferant, neque ex monasterio exeant, et ab iis qui sunt extra, nihil unquam accipiant. Ducem autem gregis non seipsam constituit, sed ipsa quidem apud eas tenebat locum ancillæ: sic enim, ut id sustinerent, iis persuasit, ut simul et amor in eam augeretur, et eis esset propinquum exemplum, ut se modeste gererent: rectionem vero suscepit alia quæ et moribus et oratione præstabat cæteris: adeo ut ea quidem apud eas quæ ei parebant, locum obtineret dominæ: Melana autem, obsequio quidem, ancillæ, benignitate vero, matris. Quod si quando D contigisset onus abstinentiæ a præfecta gravius imponi sororibus, quod mollioribus reputabatur molestum, eis ad consolationem beata sufficiebat Melana, quæ, quod eis durum erat, apte et prudenter molliebat, et cum aliquando affligerentur jejunio, inscientibus omnibus, sub uniuscujusque lecto ponebat ea quæ erant ad usum necessaria. Illa autem cum invenisset, non ignorabat quidem quis hoc fecisset, accipiens vero, sic remedium afferebat inopiæ, in ipsam autem valde magnam conservabat benevolentiam. Sic sapienter in earum animos insinuans, merito etiam cum eos docebat, habebat morem gerentes.

XXIV. Dicebat autem, non oportere solum corpus, sed etiam animum quoque castum et purum servare a libidinosis cogitationibus, deinde media

quidem nocte ad preces nullam ostendere pigritiam, precantes vero non solum labra movere, sed multo magis totam simul cogere cogitationem, et adhibere mentem iis quæ dicuntur. Absurdum enim esse, bona quidem a Deo petere, non diligenter autem et studiose ea petere, et ad regem quidem mortalem accedentes, et habitu et aspectu et modis omnibus præ se ferre reverentiam, ad terribilem vero immortalem regem venientes, non multo magis ad Dominicam auctoritatem et infinitam excellentiam timidos assistere. Cum de his hæc disseruisset, transiit ad matrem omnium charitatem, omnia esse vana et supervacanea sine hac pronuntians. De qua et multa alia oratione est persecuta, et quod alia quidem nostra malignus dæmon potest imitari, ut verbi causa inediam et vigiliam, et quæcunque in corpore consistunt. Nam secundum naturam ipse his omnibus superior, et a nullo eorum vinci potuerit. Humilitatis autem et charitatis non magis nobiscum habere potuerit participationem, quam tenebræ lucis, et vitium virtutis : qui etiam propter ea, quæ sunt naturæ maxime contraria, superbiam, inquam, et in homines malevolentiam, ex luce miser effectus est tenebræ. Ante omnia vero dicebat oportere conservare rectam fidem, puram et circa ullam dubitationem. Nam qui in aliis quidem se recte gessit, in hac autem dubitat, in eo quod est præcipuum et caput omnium, aberraverit.

A χὰς ἐπιδείκνυσθαι, εὐχομένας δὲ μὴ τὰ χεῖλη μόνον κινεῖν, ἀλλὰ πολλῷ πρότερον τὸν λογισμὸν πάντοθεν συγκροτεῖν καὶ τὸν νοῦν τοῖς λεγομένοις ἐρείδειν. Ἄτοπον γὰρ τὰ ἀγαθὰ μὲν παρὰ Θεοῦ αἰτεῖν, μὴ σπουδαίως δὲ τὰς αἰτήσεις ποιεῖν, καὶ βασιλεῖ μὲν θνητῷ παρεστῶτας σχήματί τε καὶ βλέμματι καὶ πᾶσι τρόποις τὸ εὐλαβὲς ἐπιδείκνυσθαι, τῷ φοβερῷ δὲ καὶ ἀθανάτω βασιλεῖ προσιόντας μὴ πολλῷ μᾶλλον πρὸς τὸ δεσποτικὸν ἀξίωμα καὶ τὴν ἀμέτρως ὑπερβολὴν ἐμφόβους παρίστασθαι. Τοιαῦτα δὴ καὶ περὶ τούτου διαλεχθεῖσα ἐπὶ τὴν μητέρα πασῶν μετέβαινε τὴν ἀγάπην, μάταια πάντα χωρὶς ταύτης ἀποφαινομένη καὶ περιττά. Περὶ ἧς ἄλλα τε πολλὰ διεξῄει, καὶ ὅτι τἄλλα μὲν ἡμῶν καὶ ὁ πονηρὸς μιμεῖσθαι δύναται, οἷον ἀσιτίαν φάναι καὶ ἀγρυπνίαν καὶ ὅσα B περὶ τὸ σῶμα τυγχάνει· πάντων γὰρ τούτων ἀνώτερος αὐτὸς κατὰ φύσιν, καὶ οὐδενὸς ἂν τῶν τοιούτων ἡττηθείη ποτέ· ταπεινοφροσύνης δὲ καὶ ἀγάπης οὐ μόνον ἡμῖν κοινωνήσειεν ἢ τῷ φωτὶ τὸ σκότος καὶ ἡ κακία τῇ ἀρετῇ· ὅς γε καὶ διὰ τὰ φύσει ἐναντιώτατα, ὑπερηφανίαν φημὶ καὶ μισανθρωπίαν, ἄθλιος ἐκ φωτὸς σκότος γέγονε. Πρὸ δὲ πάντων τὴν ὀρθὴν ἔλεγε πίστιν ἀνενδοίαστόν τε καὶ ἀκραιφνῆ συντηρεῖν, ὡς ὅ γε τἄλλα μὲν κατωρθωκὼς, περὶ δὲ ταύτην ἐπιδοιάζων, περὶ αὐτὸ τὸ κεφάλαιον καὶ τὸ καιριώτατον πάντων ἔσται διημαρτηκώς.

XXV. Cum autem videret multas ex iis quæ erant apud ipsam, mulieribus magni facere jejunium, et timeret, ne in eo existimantes omnia contineri, alias virtutes negligerent, tales eis adducens similitudines, ad ipsarum excitabat studium. Dicebat enim, animam quidem esse sponsæ similem : quæ sunt autem circa ipsam virtutes, nuptialibus indumentis unamquamque partem aliquam corporis ornare. Jejunium vero esse pedum ornamentum. Quomodo ergo cum aliis indumentis oportet etiam ea habere, quæ pedes ornant, ita etiam animæ cum aliis adesse oportet jejunium. Si quis autem rursus ejus quidem solius curam gerit, alia vero omnia negligit, non est ea anima dissimilis illi puellæ, quæ cum duceretur ad nuptias, et solum pedes sibi induisset, reliqua omnia reliquit inornata et nuda. De obedientia autem, et quod oporteat magistratibus parere, hæc quoque adjecit. Etiam in iis quæ ad vitam mundanam pertinent, hoc est, quod omnia maxime continet : et quod imperare quidem facit imperatorem, parere autem eum, qui est ei subjectus. Et si hoc sustuleris, ordinem quoque sustulisti, et cum nominibus scilicet res quoque confudisti. Neque vero ei deerant exempla sic dicenti.

ΚΕ'. Ὁρῶσα δὲ πολλὰς τῶν περὶ αὐτὴν γυναικῶν τὸ νηστεύειν περὶ πολλοῦ ποιουμένας, καὶ φοβουμένη μὴ τὸ πᾶν ἔχειν ἐν τούτῳ δόξασαι, τῶν ἄλλων ἀρε- C τῶν ἀμελοῖεν, εἰκόνας ὑποτιθεῖσα τοιαύτας πρὸς τὴν αὐτῶν ἠρέθιζεν ἐπιμέλειαν. Ἔλεγε γὰρ τὴν μὲν ψυχὴν ἐοικέναι νύμφῃ, τὰς δὲ περὶ αὐτὴν ἀρετὰς νυμφικαῖς στολαῖς, ἑκάστην μέρος τι τοῦ σώματος καλλωπίζουσαν· νηστείαν δὲ κόσμον εἶναι ποδῶν. Ὥσπερ οὖν προσῆκόν ἐστι σὺν τοῖς ἄλλοις δὴ περιβλήμασι καὶ τὰ τοὺς πόδας κοσμοῦντα κεκτῆσθαι, οὕτω καὶ τῇ ψυχῇ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὴν νηστείαν παρεῖναι χρή. Εἴ τις δ' ἂν πάλιν αὐτῆς μὲν φροντίζοι μόνης, ἀμελεῖ δὲ πάντων τῶν ἄλλων, οὐδὲν ἂν ταύτην ἀπεοικέναι τὴν ψυχὴν τῆς κόρης ἐκείνης ἢ πρὸς γάμους ἀγομένη καὶ τοὺς πόδας στολισαμένη μόνον, τὰ λοιπὰ πάντα ἄκοσμά τε καὶ γυμνὰ καταλίποι. Ὑπακοῆς δὲ χάριν καὶ τοῦ ταῖς ἀρχαῖς πεί- D θεσθαι προσετίθει καὶ ταῦτα, ὅτι κἀν τοῖς βιωτικοῖς τοῦτό ἐστι τὸ μάλιστα πάντα συνέχον, καὶ βασιλέα μὲν ἀποφαῖνον τὸν βασιλέα, ὑπήκοον δὲ τὸ ὑπήκοον· κἂν τοῦτο ἀνέλῃς, ἀνεῖλες δὴ καὶ τὴν τάξιν, καὶ μετὰ τῶν ὀνομάτων συνέχεες δηλαδὴ καὶ τὰ πράγματα. Οὐκ ἠπόρει δὲ καὶ παραδειγμάτων οὑτωσὶ λέγουσα.

XXVI. Accessit aliquando quidam ad magnum quemdam senem, ejus studens fieri discipulus. Is autem ab initio ostendens, qualem oportet esse discipulum, jussit eum statuam, quæ prope stabat, quantum posset verberare, et ei insultare calcibus. Postquam vero paruit adolescens, interrogavit

ΚϚ'. Ποτέ τις προσῆλθε γέροντι μεγάλῳ φοιτητὴς αὐτοῦ γενέσθαι σπουδάζων. Τοῦ δὲ ἐκ προοιμίων οἷον εἶναι χρὴ τὸν φοιτητὴν ὑπεμφαίνοντος κελεῦσαι ἀνδριάντα αὐτοῦ που πλησίον ἑστῶτα, ὡς ἂν ἐκεῖνος δύναιτο, τύψαι τε καὶ διαλακτίσαι. Ἐπεὶ δὲ ὁ νέος ὑπήκουσεν, ἐρέσθαι τὸν γέροντα εἴ τι πληττόμενος

καὶ διαλακτιζόμενος ὁ ἀνδριὰς ἀντεῖπεν ἢ ἐδυσχέρανε. Τοῦ δὲ μηδὲν τοιοῦτον γενέσθαι φήσαντος, αὖθις αὐτὸν κελεῦσαι πλῆξαι, καὶ ταῖς πληγαῖς καὶ ὕβρεις προσθεῖναι. Ὡς δὲ τρὶς τὰ αὐτὰ ἔδρα, ὁ δὲ ἀνδριὰς ἀνδριὰς μόνον ἦν ἄψυχός τε καὶ ἄφωνος· τότε ὁ γηραιὸς, Εἰ μὲν οὖν καὶ σὺ, ἔφη, τὰ αὐτά τε ἀνέχεσθαι δύνῃ, καὶ μηδὲν ἀντιλέγῃ ὥσπερ μηδὲ τοῦτο τὸ ξόανον διὰ πάντων ἐμπαροινούμενον, χώρει τε θαῤῥῶν καὶ τῆς παρ' ἡμῖν παιδείας ἀπόλαυε· εἰ δὲ μὴ, μηδὲ τῇ μεθ' ἡμῶν ἐπιχείρει διατριβῇ. Πολλὰ τοιαῦτα ἐκείνη διεξῄει πρὸς τὰς παρθένους, ἁπλῶς δὲ διὰ πασῶν ἰοῦσα τῶν ἀρετῶν καὶ ἐφ' ἑκάστης ὅσον τε δεικνῦσα τὸ κέρδος καὶ ὅσηπερ, εἰ ῥᾳθυμήσαιεν, ἡ ζημία, ἐπτέρου τε καὶ ἀνεῖχε τῷ λόγῳ καὶ παντὸς πόνου κατατολμᾷν ἔπειθεν. Εἶτα καὶ ἱερὸν αὐταῖς ὡς προσῆκον οἰκοδομεῖ ἐφ' ᾧ τὴν θείαν ἐπιτελεῖν ἔχοιεν, λειτουργίαν, λειψάνοις ἁγίων τοῦτο καθιερώσασα, τοῦ τε προφήτου Ζαχαρίου, φημὶ, καὶ τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου, καὶ μὴν καὶ τῶν τεσσαράκοντα τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων.

A senex, an quæ pulsabatur et calcibus impetebatur statua, contradixerit aut ægre tulerit. Cum is autem dixisset, nil factum ejusmodi, jussit eum rursus percutere, et præter plagas eam etiam incessere maledictis. Postquam vero ter fecit eadem, statua autem erat solum inanima et muta, tunc senex : Si quidem, inquit, tu quoque potes eadem sustinere, et nihil contradicere, quomodo nec hæc statua perpetuo probris affecta et contumeliis, accede, et nostra disciplina fruere : sin minus, ne te ad nostram conferas disciplinam. Illa multa ejusmodi oratione percurrebat apud virgines. Ad summam autem, per omnes pervadens virtutes, et quantum in unaquaque esset lucri ostendens, et quantum damni, si pigræ essent ac socordes, eas erigebat et excitabat B oratione, et persuadebat, ut omnem laborem audacter subirent. Deinde etiam, ut par erat, eis quoque templum ædificavit, in quo possent divinum peragere ministerium, hoc sanctorum reliquiis consecrans, prophetæ, inquam, Zachariæ et Stephani primi martyris, et quadraginta etiam Christi martyrum.

ΚΖ'. Τί βούλεται ὁ λόγος τὸ μετὰ ταῦτα δηλοῦν; Ἀπενιανὸς ὁ κατὰ σάρκα μὲν ὁμόζυγος, ἀδελφὸς δὲ γενόμενος αὐτῇ κατὰ πνεῦμα, τὰ κάτω λιπὼν πρὸς τὴν ἄνω λῆξιν μεταχωρεῖ. Ἡ δὲ καὶ τὸ ἑαυτῆς τέλος ἤδη ἐγγίζειν ὑπολαβοῦσα μειζόνων ἀγώνων αὐτὸ πρόφασιν ἐποιεῖτο, τοῦ μὲν ἱεροῦ ἔνδον μένουσα, νηστείᾳ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιπόνοις ἅπασιν ἐπεκτεινομένη, καὶ ταῦτα εἰς τέσσαρας ὅλους χρόνους. Ἔπειτα διανοεῖται καὶ φροντιστήριον ἀνδρῶν ἀνεγεῖραι· ἀλλ' ἡ πρὸς τὸ δαπανᾷν ἀπορία τὴν προθυμίαν ἀπεῖργεν. Ἐπεὶ δὲ τῷ Θεῷ πάντα τε ἐφρόνει καὶ ἔλεγε δυνατὰ, αὐτὸς καὶ ταύτην αὐτῆς τὴν ἀπορίαν ἀπέλυεν· καί τις ἀνὴρ τῶν πλούτῳ καὶ χρήμασι περιττῶν, χρυσοῦ τινα ὄγκον αὐτῇ χαρίζεται πολυτάλαντον, ἐφ' ᾧ δὴ καὶ τὸ ἔργον αὐτῇ διηνύετο, καὶ ἱερὸν ᾠκοδόμητο φροντιστήριον, καὶ ἄνδρας ἐδέχετο οἵους ἂν ἐχρῆν τῷ ἐκείνης τρόπῳ συμβαίνειν. Τούτου δὲ τοῦ πόνου μικρὸν ἀναπνεύσασαν μείζονές τε αὐτὴν διεδέχοντο πόνοι καὶ ἀποδημία μακρά. Ἐπιστολαὶ γὰρ φοιτῶσι τοῦ θείου πρὸς αὐτὴν Βουλοσιανοῦ, ὃς ἔπαρχος μὲν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς Ῥωμαίων ἐδείκνυτο πόλεως, πρέσβεις δὲ εἰς Βυζάντιον παρὰ τὴν βασιλίδα ἐστέλλετο Εὐδοκίαν. Ἐδήλου δὲ ἡ ἐπιστολὴ ταῦτά τε καὶ ὅτι διὰ πολλοῦ ἄγει τὸ ἐς ὄψιν αὐτῷ ἐκείνην ἐλθεῖν. Ἡ δὲ ἤρα μὲν καὶ αὐτὴ τὸν θεῖον ἰδεῖν, καὶ μεταβαλεῖν πεῖσαι τῆς δόξης τῆς ἑλληνικῆς (ταύτῃ γὰρ οὗτος πάλαι κεκράτητο), ἠγωνία δὲ μή τι καὶ παρὰ τῷ Θεῷ δοκοῦν πράξασα λάθοι. Κοινωσαμένη δὲ καί τισιν ἄλλοις τῶν μοναχῶν τὰ τοῦ πράγματος, ἐπεὶ συνεχώρουν κἀκεῖνοι τὴν κάθοδον, ἐξορμᾷ τῶν Ἱεροσολύμων ἡ μακαρία καὶ εὐθὺς κατὰ πᾶσαν πόλιν τε καὶ χώραν ἐχώρει τιμῆς τε τῆς προσηκούσης καὶ θεραπείας ἐπ' αὐτῇ γινομένης. Οἵ τε γὰρ τῶν πόλεων ἱερεῖς καὶ ἀρχιερεῖς οὐκ ὀλίγην αὐτῇ τὴν τιμὴν προσῆγον, αἵ

XXVII. Quid vult id, quod est postea consecutum, declarare oratio? Apenianus qui fuerat ejus quidem secundum carnem conjux, frater autem secundum spiritum, iis quæ sunt inferius relictis, migrat ad superas regiones. Illa autem suum quoque finem jam prope adesse existimans, majorum certaminum hinc sibi sumpsit occasionem, intra templum quidem manens, ad jejunium autem C et alia laboriosa omnia se extendens, idque ad quatuor annos integros. Deinde cogitat etiam virorum excitare monasteriuum, sed sumptum inopia ejus promptum animi studium prohibebat. Cum vero sentiret et diceret, nihil esse quod a Deo non posset fieri, ipse eam hac quoque liberavit inopia. Nam vir quidam locupletissimus et pecuniosissimus ei magnam vim auri elargitur : quo factum est, ut et opus ab ea perficeretur, et sacrum ædificaretur monasterium (2), et viros in id admitteret, quales oportebat illius convenire moribus. Cum parum autem ab hoc labore respirasset, eam majores excepere labores et longa peregrinatio. Redduntur enim ei litteræ ab ejus patruo D Volusiano : qui illo quidem tempore erat creatus præfectus Romanæ civitatis : missus vero erat legatus Byzantium ad Eudociam imperatricem. Hæc autem significabat epistola, quod jam diu illam desideraret videre. Illa vero cupiebat ipsa quoque videre patruum, et ei persuadere, ut a gentilium desisteret opinione. Dubia autem erat animi, ne quid imprudens faceret præter id, quod Deo videbatur. Cum vero aliquibus aliis monachis rem communicasset, permitterent autem illi, ut posset proficisci, egreditur Hierosolymis beata Melana. Per quamcunque autem transibat civitatem et regionem, eam quo par erat, prosequebantur

(2) Anno 434, teste Baronio,

honore et officiis. Civitatum enim sacerdotes et A pontifices eam non parvo honore afficiebant, et venerandæ virgines et quotquot erant egregii monachi, eam adorabant et salutabant, et tanquam e cœlo venientem adspiciebant.

XXVIII. Cum autem venisset Chalcedonem, et ad ipsum sinum maris, verebatur ingredi, et videbatur perturbata. Ventura enim in maximam civitatem, mulier quæ vixerat in exercitatione, quietisque et silentii maximam curam gesserat, et non gustaverat tumultus, qui sunt in civitate, merito extimescebat et refugiebat. Atque divertit quidem, ubi erat templum omni ex parte benedictæ martyris Euphemiæ: circa mediam autem noctem martyr non parum ex se effundit suavissimi odoris, et voluptate repleti ineffabili. Quocirca bona B concepta fiducia, diluculo fretum audacter trajecit, et ingressa est Byzantium. Hospitio vero excipitur a quodam viro illustri et alioqui bono, nomine quidem Lauso, qui ad præposituræ honorem ascenderat. Invenit autem suum quoque patruum Volusianum gravi morbo oppressum, qui ejus habitum admiratus, formæque et vestitus incredibili et inopinata stupefactus mutatione (extenuatus enim erat ejus vultus exercitatione) magna voce exclamavit: O qualem ex quali te video Melana charissima. Illa vero ex ejus sermone sumpta occasione, A me ergo tu quoque, inquit, disce, o beate patrue, et accipe indicium futurorum C bonorum. Nam nec ego tantam despicatui gloriam habuissem, nec pecuniam, nec abjecissem curam ipsius corporis, nisi persuasum haberem, me his propediem longe majora accepturam. Non per se autem solam, sed per multos quoque alios in ejus mentem sensim irrepebat B. Melana, et ejus falsam religionem studebat labefactare, sicut etiam per sapientissimum Proclum, cujus fidei tunc erat creditus sacer clavus Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Qui cum ad eum venisset, et suasu B. Melanæ eum ad pietatem dirigeret, is dicitur illum adeo esse admiratus, ut etiam dixerit post agnitam veritatem, quod si Roma tres haberet tales, ne illic quidem nomen unquam audiretur gentilium. Sed hæc quidem postea.

τε σεμναὶ τῶν παρθένων καὶ ὅ τιπερ ἦν τῶν μοναχῶν ἔκκριτον προσεκύνουν τε καὶ ἠσπάζοντο, καὶ ὡς ἐξ οὐρανοῦ ἥκουσαν οὕτως ἑώρων.

ΚΗ'. Ὡς δὲ κατά τε τὴν Χαλκηδόνα καὶ τὸν τοῦ Πόντου αὐχένα γέγονεν, ηὐλαβεῖτο τὴν εἴσοδον, καὶ τεταραγμένη ἐῴκει. Μέλλουσα γὰρ εἰς τὴν μεγίστην τῶν πόλεων παρελθεῖν γυνὴ ἐν ἀσκήσει βιοῦσα ἡσυχίας τε μάλιστα πάντων φροντίσασα καὶ τῶν ἐν ἄστει θορύβων ἄγευστος εἰκότως, ὥσπερ ἔδει, μαίνεται, καὶ ἀνεδύετο. Καταλύει μὲν οὖν ἔνθα τὸ ἱερὸν τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας· ἀμφὶ δὲ τὸ τῆς νυκτὸς μέσον οὐκ ὀλίγην ἡ μάρτυς αὐτῆς εὐωδίαν τε καταχεῖ καὶ ἡδονῆς ἐμπίπλησιν ἀποῤῥήτου. Ὅθεν δὴ καὶ ἀναθαῤῥήσασα τῆς ἡμέρας ἅμα φανείσης τόν τε πορθμὸν διεπέρασε, καὶ εἰσῄει ἐς τὸ Βυζάντιον. Ξενίζεται δέ τινι ἀνδρὶ ἐπιφανεῖ καὶ ἄλλως χρηστῷ, Λαύσῳ μὲν τοὔνομα, εἰς δὲ τὴν πραιποσίτων ἀναβεβηκότι τιμήν. Εὑρίσκει δὲ καὶ τὸν θεῖον αὐτῆς Βολοσιανὸν χαλεπῇ νόσῳ κεκρατημένον, ὃς τοῦ τε σχήματος αὐτὴν ἐκπλαγεὶς καὶ τῆς τε μορφῆς καὶ στολῆς θαυμάσας τὴν παράδοξον μεταβολὴν (ἐτετρύχωτο γὰρ τῇ ἀσκήσει πάνυ τὴν ὄψιν) μέγα οἷον ἀνέκραγεν· Ὢ οἵαν σε, Μελάνη φιλτάτη, ἐξ οἵας ὁρῶ! Ἡ δὲ πρόφασιν εὑροῦσα τὸν λόγον, Ἐξ ἐμοῦ τοίνυν, εἶπε, καὶ σύ, ὦ μακάριε θεῖε, παιδεύου, καὶ δεῖγμα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν λάμβανε. Ὡς οὐδ' ἂν ἐγὼ τοσαύτης ὑπερεφρόνησα δόξης, οὐδ' ἂν χρημάτων, οὐδ' ἂν οὕτως αὐτοῦ κατημέλουν τοῦ σώματος, εἰ μὴ πολλῷ τούτων ἐπεπείσμην μείζονα μετὰ βραχὺ λήψεσθαι. Οὐ δι' ἑαυτῆς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πολλῶν ἄλλων ὑπῄει τὸν ἄνδρα ἡ μακαρία, καὶ τὸ ἐκείνου σέβας διασαλεύειν ἐσπούδαζε, καθὰ δὴ καὶ διὰ τοῦ σοφωτάτου Πρόκλου, Κωνσταντινουπόλεως τότε τοὺς ἱεροὺς οἴακας πεπιστευμένου τῆς Ἐκκλησίας, ὃν δὴ καὶ πρὸς αὐτὸν ἀφικόμενον ὑποθήκαις τε τῆς θαυμασίας Μελάνης πρὸς εὐσέβειαν ἰθυνόμενον οὕτως ἐκεῖνον θαυμάσαι λέγεται, ὥστε δὴ καὶ εἰπεῖν μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ὡς, εἴ γε τοιούτους τρεῖς ἡ Ῥωμαίων εἶχεν, οὐδ' ἂν ἐκεῖ οὐδὲ ὄνομά ποτε Ἑλλήνων τινὸς ἠκούετο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

XXIX. Postquam autem Volusianus sensit Me- D lanam velle imperatorem quoque ad id incitare, veritus protinus, ne violentum et non voluntarium reputaretur esse baptisma, et quam ex eo esset consecuturus, ipse mercede privaretur, eam a cœpto prohibuit. Et is quidem, ut dicemus paulo post, rem a se ad implevit, et abjurata gentilium opinione, traductus est ad Christum. Illa autem nec aliorum quoque curam abjecit. Sed cum tunc esset exorta Nestorii blasphemia, et malignus multos in errorem adduceret etiam ex iis qui erant in verbo veritatis, ipsa erat quæ magnum adversus eum inibat certamen, vanumque et inane reddebat ejus sophisma, et ab aurora usque vesperam iis respondens, qui eam interrogabant, multisque ex iis qui decepti fuerant, persuadens, et eos reducens.

ΚΘ'. Ἐπεὶ δὲ ᾔσθετο τὴν Μελάνην ὁ Βολοσιανὸ καὶ βασιλέα βούλεσθαι πρὸς τοῦτο παρακινεῖν, δείσας εὐθὺς μὴ βίας μᾶλλον, ἀλλ' οὐχὶ γνώμης τὸ βάπτισμα νομισθείη, καὶ τῶν ἐπὶ τούτῳ μισθῶν αὐτὸς στερηθείη, ἀπεῖρξεν αὐτὴν τῆς ὁρμῆς, καὶ ὡς μετ' ὀλίγον ἐροῦμεν, ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ πρᾶγμα ἐπλήρου, καὶ τὴν Ἕλληνα δόξαν ἐξομοσάμενος πρὸς τὰ Χριστιανῶν μετετάξατο. Ἡ δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων τὸ παράπαν ἠμέλει, ἀλλὰ καὶ τῆς Νεστορίου τότε βλασφημίας φυείσης καὶ τοῦ πονηροῦ πολλοὺς καὶ τῶν ἐν λόγῳ τῆς ἀληθείας ἀποπλανῶντος, αὕτη ἦν ἡ πολὺν αὐτῷ τὸν ἀγῶνα περιιστῶσα καὶ ματαιοῦσα τὸ σόφισμα ἔξ ἕω τε μέχρις ἑσπέρας, τοῖς περὶ τούτων ἐρωτῶσιν ἀποκρινομένη καὶ πολλοὺς τῶν ἠπατημένων μεταπείθουσά τε καὶ ἐπανάγουσα. Ὅθεν ὁ πονηρὸς τὴν ἧτταν μὴ φέρων, εἰς ἄνδρα μεταβαλὼν

ἑαυτὸν καὶ ἐλεεινὸς ὀφθεὶς σὺν μελαίνῃ καὶ πενθίμῳ A στολῇ ἐφίσταται φοβῶν αὐτὴν καὶ τὰ χαλεπώτατα ἀπειλῶν· καὶ πρῶτα μὲν αὐτοῦ βασιλέως καὶ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ τὴν καρδίαν μεταβαλεῖν καὶ εἰς τὸ ἔμπαλιν μεταθεῖναι, ἔπειτα δὲ οἰκτίστῳ τέλει τὸν βίον ἀπολιπεῖν ταύτην παρασκευάσαι, ὀδύναις βαρυτάταις κατεργασθεῖσαν. Ἡ δὲ τέχνην εἶναι ταῦτα τοῦ πονηροῦ συνεῖσα, τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα τὴν βαρυτάτην ἐκείνου μάστιγα κατ' αὐτοῦ καλοῦσα ἀφανῆ τοῦτον παραχρῆμα ἐποίει· εἶτα μεταστειλαμένη διηγεῖσθαι ἅπερ εἶδέ τε καὶ ἀκήκοεν ἄφνω τὸ ἰσχίον ὀδύνῃ βάλλεται καὶ οὕτω δριμείᾳ, ὡς ἄφωνόν τε αὐτὴν εὐθὺς καταστῆναι, καὶ μηδενὶ μηδ' ὅλως εἶναι διαμφιβάλλειν ὅτι μὴ προφανὴς ἦν τοῦ ἐχθροῦ ἐπίθεσις. Οὕτω τῆς ὀδύνης αὐτῇ καὶ εἰς ἓξ παραταθείσης B ἡμέρας καὶ κατ' ἐκείνην μάλιστα τὴν ὥραν τοῦ δεινοῦ τὴν ἐπίστασιν δεχομένου, ἐν ᾗ τόν τε μέλανα εἶδε καὶ τὰς ἀπειλὰς ἤκουσεν, ἐπεὶ καὶ ἡ ἑβδόμη παρῆν καὶ ἡ τελευτὴ προσδόκιμος ἦν, ἐφίσταταί τις ἀπαγγέλλων αὐτῇ, ἀθρόῳ τέλει τὸν θεῖον ὅσον οὔπω κινδυνεύειν ἀποθανεῖν.

Λ'. Τοῦτο ἐκείνη ἤκουσε, καίτοι σχεδὸν ἀκινήτως ἔχουσα τῇ τοῦ ἰσχίου πληγῇ, παραυτίκα βασταζομένη χερσὶ καὶ φορείῳ παρ' αὐτὸν ἄπεισιν. Ἐλύπει γὰρ αὐτὴν σφόδρα οὐ τὸ θνήσκειν ἐκεῖνον ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ θνήσκειν οὕτω τὸν τῆς ψυχῆς θάνατον, οὔπω τῆς ἐκ τοῦ βαπτίσματος ἀφθαρσίας ἠξιωμένον. Ἔπειτα φθάνει τις ἕτερος μηνύων αὐτῇ βεβαπτίσθαι τὸν ἄνδρα, καὶ ὅτι, ταύτην ἐπειδὴ πολλὰ ζητήσας C οὐχ εὗρεν, ἀλλὰ νόσῳ κατέχεσθαι μεμαθήκοι, ὁδηγῶν πάλιν ἑτέρων τυχὼν, φωτὸς δι' ἐκείνων υἱὸς γίνεται, καὶ τοῦ βαπτίσματος ἀξιοῦται. Τούτων πρὸς αὐτὴν ῥηθέντων σύναμα τῇ τῆς ψυχῆς ἀλγηδόνι καὶ ἡ τοῦ σώματος εὐθὺς ὑπέληγε νόσος. Καὶ ἡ μὲν ὀσφὺς ἀνωδύνως εἶχεν· ὁ δὲ ποὺς ἐκινεῖτο, καὶ ὁ κοινὸς πολέμιος, αἰσχύνῃ συνεκαλύπτετο, ὥστε τὸ λοιπὸν τῆς ὁδοῦ αὐτή τε δι' ἑαυτῆς ᾔει, καὶ οἱ φέροντες ἀντὶ τοῦ βαστάζειν τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸ δοξάζειν εὐθὺς ἔτεινον. Εἶτα καὶ πρὸς τὸν θεῖον ἀφικομένη, καὶ λόγοις αὐτὸν ἐπιῤῥώσασα, πολλά τε περὶ ψυχῆς καὶ τῆς ἐκεῖθεν διαλεχθεῖσα ζωῆς, εὔθυμόν τε καὶ εὔελπιν ἐπὶ τὴν εἰς Θεὸν ἀπάγουσαν παραπέμπει, τοῖς καλλίστοις αὐτὸν ἐφοδίοις τῷ τιμίῳ Χριστοῦ σώματί τε καὶ αἵματι καταρτίσασα, καὶ οὕτως ἀσφαλῶς D οἴχεσθαι παρασκευάσασα. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ᾠκονομήθη τὸν τρόπον· ἡ δὲ ἐνταῦθα διαγαγοῦσα μὲν ἡμέρας οὐχὶ συχνὰς, πολλὰ δὲ ἐν ὀλίγαις πολλοὺς ὠφελήσασα, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τοὺς περὶ τὴν βασιλίδα καὶ τὸν βασιλέα (Θεοδόσιος οὗτος ἦν) ἐπεὶ καὶ δεομένων πλείονος οὗτοι τῆς θεραπείας ἐδέοντο, ἅτε καὶ πλείονος τῇ τοῦ κόσμου δόξῃ διαχαυνούμενοι τὰς ψυχάς.

ΛΑ'. Ταῦτα καλῶς ἐκείνη καὶ θεοφιλῶς πράξασα τῆς πόλεως ἐξορμᾷ· δεινῶς γὰρ αὐτὴν ἦγε τῆς ἡσυχίας ἔρως, καὶ ἤδη τῶν ἱερῶν ἀνεμιμνήσκετο τόπων. Ἔτυχε δὲ τότε καὶ χιόνα καταῤῥαγῆναι πολλὴν καὶ ψῦχος ἄμαχόν τι γενέσθαι καὶ δυσκαρτέρητον. Ἡ δὲ καὶ ὥρας καὶ χιόνος καὶ ἡλικίας καὶ ταχεροῦ σώ-

Quamobrem malignus se ab ea vinci non ferens, in virum ejus conversus, et ei apparens miserabilis cum lugubri et nigra veste, accedit eam terrens, et gravia minitans, et primum quidem se ipsius imperatoris et ejus famulorum cor mutaturum, et in contrarium traducturum; deinde etiam ut miserabili exitu vitam finiret, procuraturum, gravissimis confecta doloribus. Illa autem hæc esse artem maligni intelligens, Christi nomen, quod gravissimam illi plagam affert, invocans, effecit ut is statim evanesceret. Deinde cum accersisset eum qui erat cum ipsa, sacerdotem, et incepisset narrare ea quæ viderat et audierat, sentit repente dolorem in coxendice, eumque adeo acrem, ut ea vocem amiserit, et nemo dubitaverit id esse manifestum inimici insultum. Cum sic ei productus esset dolor ad sex usque dies, et illa hora maxime malum intenderetur, qua nigrum aspexerat et minas audiverat (aderat enim dies septimus), accedit aliquis, renuntians patruum venisse in periculum, ne repentina morte vitam mox finiret.

XXX. Hoc postquam illa audivit, etsi propter dolorem coxendicis vix se posset movere, manibus et lectica protinus ad eum vecta proficiscitur. Valde enim angebatur in se, non quod ille moreretur, sed quod mortem subiret animæ, ut qui baptismi incorruptionem nondum esset assecutus. Deinde venit quidam alius, ei significans virum baptizatum, et quod cum eam sæpe quæsitam non invenisset, sed eam morbo detineri didicisset, alium ducem rursus nactus, per illum fit lucis filius, et baptismum consequitur. Cum hæc ei dicta essent, cum dolore animæ protinus cessavit etiam morbus corporis: et lumbus quidem carebat dolore, pes autem movebatur, et communis inimicus afficiebatur dedecore: adeo ut viæ reliquum ipsa per se conficeret, et qui portabant, pro eo quod prius portabant, ad Deum laudandum statim manus extendebant. Deinde cum venisset ad patruum, et verbis eum confirmasset, et de ea quæ illic est vita disseruisset, lætum et bona spe præditum transmittit ad viam, quæ ducit ad Deum, cum pulcherrimo viatico, nempe pretioso Christi corpore et sanguine, eum instruxisset, et sic ut tuto recederet, perfecisset. Et hæc quidem hoc modo gesta sunt. Illa autem cum haud multosquidem dies hic transegisset, in paucis vero multis plurimum profuisset, et ante alios imperatrici et ipsi imperatori (is autem erat Theodosius), nam ii majori opus habebant curatione, ut quorum animi majore mundi gloria essent tumidi.

XXXI. Cum hæc illa pulchre et pie fecisset, egreditur e civitate; tenebatur enim magno amore silentii et quietis, et sacra loca ei veniebant in mentem. Acciderat autem tunc nivis plurimum cecidisse, et exortum esse frigus vehementissimum et ad tolerandum difficillimum. Illa autem et tem-

τοῦ κακοῦ κρατῆσαι, ἐπεὶ μάταια πάντα καὶ τὸ μηδὲν εἶναι ἠλέγχοντο, ἀπειπόντες οἱ ταύτης προσήκοντες πρὸς μίαν ἑώρων βοήθειαν τὴν τῆς μεγάλης εὐχήν. Φέρουσιν οὖν αὐτὴν χερσὶν αἴροντες, δάκρυά τε τῶν ὀφθαλμῶν ἀποστάζοντες καὶ ῥήματα τῶν δακρύων ἐλεεινότερα προϊέμενοι. Ἡ δὲ (καὶ γὰρ ἐξ ἀνθρώπων δόξαν ὡς τὰ μεγάλα βλάπτουσαν ἐφυλάττετο, καὶ μετριοφρονεῖν ἠπίστατο), Ταῦτα μὲν ἐμοὶ, λέγει, ἀδύνατα· οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες πολλὰ ἂν τοιαῦτα καὶ μείζονα τούτων ἐργάσασθαι δυνατοί. Οὕτως εἰποῦσα εἰς τὸν ναὸν ἄγειν κελεύει τὴν δαιμονῶσαν. Τοῦ δὲ τῶν ἁγίων εὐθὺς ἐλαίου λαβοῦσα καὶ τοῦ τῆς καμνούσης στόματος ἀψαμένη λαμπρὰν ἐπιφέρει φωνὴν, Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, λέγουσα, διάνοιξόν σου τὸ στόμα. Ἠκολούθει δὲ παραχρῆμα τῇ φωνῇ ἡ φωνὴ, τῇ παρὰ τῆς ἁγίας ἡ τῆς νοσούσης, καὶ ἡ γλῶττα πρὸς εὐχαριστίαν ἠρέθιστο, καὶ ὁ δαίμων ἀπῆν, καὶ ἡ τροφὴ σύναμα παρῆν, καὶ τὸ θεῖον δι' αὐτὴν ὄνομα δοξαζόμενον ἦν.

ΛΓ'. Ἄλλη τις γυνὴ κύουσα πικροτέρῳ θανάτου περιέτυχε τόκῳ. Πρὸς γὰρ τῷ τίκτειν αὐτῆς γενομένης τὸ ἔμβρυον ἔνδον οὔπω προελθὸν ἐτελεύτα, καὶ ἦν ἡ γαστὴρ τῆς μητρὸς τῷ παιδὶ τάφος· ἧκε τοιγαροῦν ἡ τῆς γυναικὸς συμφορὰ καὶ μέχρι Μελάνης. Ἡ δὲ λίαν περιαλγὴς γεγονυῖα καὶ ἐπίσης τῇ πασχούσῃ τὴν καρδίαν ὀδυνηθεῖσα, τὴν οἰκίαν ὡς τάχος καταλαμβάνει ἔνθα τὸν κίνδυνον ὑπέμενεν ἡ γυνὴ, καὶ τὸ μέγα φάρμακον ἐσκεύαζε, τὴν εὐχήν. Ἡ δὲ κάμνουσα, μόλις τὰ χείλη διασαλεύουσα, φθέγγεσθαι μὲν οὐκ εἶχε, τῷ σχήματι δὲ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς οἰκτρόν τι καὶ περιπαθὲς βλέπουσα, Ἐλέησον, λέγειν ἐῴκει. Τί οὖν ἡ μεγάλη; Πρὸς οὐρανὸν τὸ ὄμμα διάρασα καὶ τὴν ἑαυτῆς ζώνην λύσασα τῇ σχεδὸν νεκρᾷ εὐθὺς ἐπιτίθησιν· εἶτα, Καὶ αὕτη, φησὶν, ἡ ζώνη μεγάλου μοι δῶρον ἀνδρὸς, εἰπούσης, καὶ ὅ γε ταύτης τυχὼν οὐκ ἀποτεύξεται τῆς ἰάσεως, αὐτίκα καὶ τὸν νεκρὸν ἐξέθορέ τε καὶ ἀπετίκτετο, καὶ ἡ κειμένη παραχρῆμα πάσης ὀδύνης ἀπήλλακτο. Τοιαῦτα καὶ διὰ τῆς ζώνης ἡ μακαρία θαυμάσια δρῶσα τὰς χάριτας τῶν θαυμάτων εἰς ἑτέρους ἀνῆγε. Πόσα ἐκείνης τοιαῦτα, ὧν οὐ προσήκει μοι νῦν ἅπτεσθαι, τὸ μῆκος ὁρῶντι τοῦ λόγου καὶ ἄτοπον ἤδη τῷ πλήθει τῶν εἰρημένων πνέοντι; Ἀλλ' ὑμᾶς γε τοῖς ἤδη λεχθεῖσι καὶ περὶ τῶν ἄλλων εἰκάζειν εἰκὸς, ὥσπερ ἐξ ὀλίγου γεύματος τὸ πᾶν ἐγνωκόσι· τοῦ γὰρ αὐτοῦ πίθου, φήσειέ τις, καὶ τὸ λοιπόν. Ἰτέον τοίνυν ἐπὶ τὴν τελευτὴν ὀλίγα πρότερον προσθέντας τῷ διηγήματι.

ΛΔ'. Ἐπεὶ γὰρ ἐφειστήκει τὸ τέλος, καὶ τοῦτο προέγνωστο τῇ Μελάνῃ, ὥσπερ τις ἀθλητὴς ἐγγυτέρω γενόμενος τοῦ στεφάνου, μᾶλλον ἔσπευδε, καὶ τῷ ἤδη παρεῖναι ἔχαιρε, περιιοῦσα καὶ τοὺς ἄλλους τῆς Ἱερουσαλὴμ τόπους, Βηθλεέμ τε ἐκείνην καὶ Γαλιλαίαν καὶ ὅσα τῶν πέριξ καὶ κύκλῳ περιπολοῦσα, καθάπερ ἐμψύχους περὶ τὴν ἀποδημίαν ἠσπάζετο. Τῆς τῶν γενεθλίων δὲ τοῦ Σωτῆρος ἐπιστάσης ἡμέρας ἐπὶ τὴν φάτνην καὶ τὸ σπήλαιον ἦθει, καὶ τῇ ἀδελφιδῇ φράζει ὡς οὐκέτι ταύτην αὐ-

A quam omnia convincebantur esse inania et nihil posse, defatigati qui ad eam attinebant, ad unum intuebantur auxilium, nempe ad preces magnæ Melanæ. Eam itaque afferunt tollentes manibus, lacrymas oculis effundentes, et verba emittentes lacrymis magis miserabilia. Illa autem (hominum enim vitabat gloriam, ut quæ magnum afferret damnum, modesteque ac moderate se gerebat). Hæc quidem, inquit, a me non possunt fieri, Christi vero martyres hæc et his majora possunt facere. Cum sic dixisset, dæmoniacam duci jubet in templum. Cum de sanctorum autem oleo sumpsisset, et os laborantis tetigisset, claram emittit vocem : In nomine Jesu Christi, dicens, os tuum aperi. Vocem autem vox statim est consecuta, B sanctæ vocem vox ægrotæ, et incitata est lingua ad agendas gratias, et dæmon aberat, et cibus simul aderat, et divinum nomen per ipsam glorificabatur.

XXXIII. Quædam alia mulier gravida in partum incidit morte acerbiorem. Nam cum jam pareret, fœtus, qui nondum processerat, intus erat mortuus, eratque matris uterus sepulcrum filii. Pervenit itaque calamitas matris usque ad aures Melanæ. Illa autem valde gravi dolore affecta, et perinde ac ipsa quæ patiebatur cruciata, venit statim ad ædes, in quibus periculum adibat mulier, magnumque medicamentum paravit orationem. Quæ vero laborabat, vix membra movens, non poterat quidem C loqui; habitu autem et oculis flebiliter et miserabiliter intuens, videbatur dicere, Miserere. Quid ergo magna Melana? Oculis in cœlum sublatis, cum zonam suam solvisset, statim imponit ei quæ erat fere mortua. Deinde cum dixisset : Ipsa fuit mihi donum magni viri, et qui eam fuerit consecutus, non frustrabitur curatione, statim et mortuum ejecit et peperit, et quæ jacebat, fuit statim ab omni dolore liberata. Hæc vel per zonam B. Melana faciens miracula, ea aliis attribuebat. Quam multa facta sunt illic ejusmodi, quæ mihi non licet nunc attingere, cum prolixam cernam orationem, et remissus jam mihi sit spiritus propter multitudinem eorum quæ dicta sunt. Sed ex D iis, quæ dicta sunt, vobis facile licet reliqua conjicere, ut qui ex modico gustu totum cognoveritis; ex eodem enim dolio, dixerit quispiam, est reliquum. Eundum est ergo ad decessum, si prius narrationi pauca adjecerimus.

XXXIV. Cum enim adesset finis, et is esset Melanæ præcognitus, et tanquam athleta quispiam non procul abesset a corona, magis festinabat, et eum jam adesse lætabatur : et obiens alia loca Hierosolymorum, et Bethleem illam et Galilæam, et quæcunque in orbem circumibat, ea tanquam animata salutabat in peregrinatione. Cum advenisset autem dies natalis Servatoris, ad præsepe cucurrit et speluncam, et consobrinæ dicit, se non amplius esse festum cum eis celebraturam. Cum

ergo tota nocte illic vigilasset in spelunca, die sequenti vadit ad ædem primi martyris, et cum illic pernoctasset, et librum sumpsisset in manus, eis legit mortem primi martyris. Deinde cum adjecisset, eas non amplius esse illam audituras legentem, postquam vidit eas graviter ferre, quod dictum fuerat (sentiebant enim quid sibi vellet hæc dicens) : illa rursus cœpit verba ad eas facere, et corda earum consolata est verbis spiritalibus : Ego quidem, dicens, o charissimæ, a vobis jam recedo, cum hoc ita Deo visum sit. Vos vero ita vitam agite, tanquam præsentibus et intuentibus Dei oculis, qui cogitationes scrutatur et videt corda. Eum ergo, ut dicit Propheta [a], vobis ante vestrum conspectum proponentes, et castas animas et corpora ab omni labe munda conservate : et si propter meam privationem tristitia corda vestra pupugerit, si illius vobis veniat in mentem, protinus satis magnam invenietis consolationem.

XXXV. Cum sic dixisset, templum ingreditur, et cum ad precandum constitisset : Domine Deus, dicebat, quem ego elegi ab initio, quem ego et nuptiis et divitiis et gloriæ prætuli et voluptatibus, cui ab ortu corpus commendavi et spiritum, cujus metu ossis semper adhæsit carni meæ, qui tenuisti dexteram meam, et in consilio tuo deduxisti me, tu quoque nunc exaudi vocem meam, et hæ lacrymæ moveant fluenta tuæ misericordiæ, et omnium peccatorum sordes tam voluntarias quam involuntarias expurga : præbe mihi ad te iter absque ulla perturbatione et citra ullum impedimentum. Ne me retineant hujus aeris mali dæmones. Nosti mortale o immortalis, scis o hominum amator, nullum hominem esse sine sordibus. Nullus est, in quem non possit arripere ansam adversarius, nec si vitam quidem habeat uno die dimensam. Sed tu quidem cum mea omnia despexeris, siste me mundam ante tuum tribunal. Ea sic precante cum lacrymis, cum nondum cessasset orare, horror corpus ejus invadit, et incipit quidem ægrotare, non cessat autem laborare; sed quamvis ita esset affecta, ibat ad consueta cantica, et simul hymnos psallebat matutinos : cumque de anima et salute multum esset philosophata, et suum gregem allocuta, cum ad virtutem incitasset, his finitis cum se sensisset veluti deficientem, vidisset autem eas quæ ei parebant, monachas, graviter ferre se ab ea disjungi, multis verbis eas consolata, dicens non oportere ita mœrere et lugere, dato jam desuper signo emigrationis, divina Christi sumit sacramenta.

XXXVI. Cum autem cum pontifice Eleutheropolis, qui ad eam cum toto clero venerat, diu locuta de suis gregibus multa mandata dedisset, et cum multi quoque alii confluxissent (exceptis enim

A τοῖς συνεορτάσοι τὴν τελετήν. Νυκτὸς οὖν ὅλης ἐκεῖ τῷ σπηλαίῳ ἐπαγρυπνήσασα τῇ μετὰ ταύτην εἰς τὸ τοῦ πρωτομάρτυρος ἱερὸν ἀφικνεῖται, κἀκεῖσέ τε διανυκτερεύσασα καὶ χερσὶ τὸ βιβλίον λαβοῦσα τὸν τοῦ πρωτομάρτυρος αὐταῖς θάνατον ὑπανέγνω. Εἶτα προσθεῖσα ὡς οὐκέτι ταύτης ἀναγινωσκούσης ἀκούσονται, ἐπεὶ ἑώρα βαρέως αὐτὰς τὸ ῥηθὲν δεξαμένας (ᾔσθοντο γὰρ τί βούλεται δηλοῦν ταῦτα λέγουσα), ἐκείνη τόν τε λόγον εὐθὺς ἀνελάμβανε, καὶ τὰς αὐτῶν καρδίας ῥήμασι πνευματικοῖς παρεκάλει, Ἐγὼ μὲν, ὦ φίλταται, φήσασα, ἀφ' ὑμῶν ἤδη πορεύομαι, τῷ Θεῷ τοῦτο δοκοῦν· ὑμεῖς δὲ ἀλλ' ὑπὸ τοῖς τοῦ Θεοῦ ζήσατε ὀφθαλμοῖς, ὃς καὶ λογισμοὺς ἐρευνᾷ καὶ καρδίας ὁρᾷ. Τοῦτο οὖν διὰ παντὸς κατὰ τὸν Προφήτην, ἐνώπιον προορώμεναι τάς τε ψυχὰς ἐν ἁγνείᾳ καὶ αὐτά γε τὰ σώματα ῥύπου παντὸς ἀνώ- B τερα συντηρήσατε· κἄν τι διὰ τὴν ἐμὴν στέρησιν ἡ λύπη τὰς ὑμῶν δριμύξῃ καρδίας, ἀλλ' ἐκεῖνον ἐπὶ νοῦν ἔχουσαι ἱκανὴν εὐθέως εὑρήσετε τὴν παράκλησιν.

ΛΕ'. Οὕτως εἰποῦσα εἴσεισιν εἰς τὸ ἱερὸν καὶ πρὸς εὐχαριστίαν στᾶσα, Δέσποτα, ἔλεγεν, ὁ Θεὸς, ὃν ἐγὼ ἐξ ἀρχῆς εἱλόμην, ὃν καὶ γάμου καὶ πλούτου καὶ δόξης καὶ ἡδονῶν προετίμησα, ᾧπερ ἐκ γενετῆς καὶ σῶμα παρεθέμην καὶ πνεῦμα, οὗ τῷ φόβῳ διὰ παντὸς ἐκολλήθη μου τὸ ὀστοῦν τῇ σαρκὶ, ὁ κρατήσας μου τῆς δεξιᾶς καὶ ἐν τῇ βουλῇ ὁδηγήσας με, αὐτός μου καὶ νῦν εἰσάκουσον τῆς φωνῆς, καὶ δάκρυα ταῦτα τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας κινησάτω τὰ ῥεῖθρα καὶ τοὺς ῥύπους ὅσοι τέ μου ἑκούσιοι καὶ C ὅσοι ἀκούσιοι τῶν ἁμαρτημάτων, κάθαρον· τὴν πρός σε πορείαν ἀτάραχόν μοι παράσχου καὶ ἀνεμπόδιστον μὴ κατάσχωσί με οἱ τοῦ ἀέρος τούτου πονηροὶ δαίμονες, ἔγνωκας, ἀθάνατε, τὸν θνητόν· οἶδας τὰ τῶν ἀνθρώπων, φιλάνθρωπε, ὡς οὐδεὶς ἄσπιλος, οὐδεὶς ἄληπτος ταῖς τοῦ ἀντικειμένου λαβαῖς οὐδ' ἂν ἡμέρᾳ μιᾷ τὴν ζωὴν σχοίη συμμετρουμένην. Ἀλλὰ σύ γε πάντα μου παριδὼν καθαράν τῷ σῷ με παράστησον βήματι. Τοιαῦτα μετὰ δακρύων προσευχομένης καὶ οὔπω τῆς εὐχῆς παυσαμένης, φρίκη τὸ σῶμα ταύτης ὑπολαμβάνει· καὶ τοῦ μὲν νοσεῖν ἄρχεται, τοῦ δὲ πονεῖν οὐδὲ βραχὺ παύεται, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχουσα ἐπὶ τὰς συνήθεις ᾔει ᾠδὰς, καὶ τοὺς ὀρθρινοὺς συνέψαλλεν ὕμνους· καὶ πολλὰ περί τε ψυχῆς D καὶ σωτηρίας φιλοσοφήσασα καὶ τῷ ποιμνίῳ ταύτης διαλεχθεῖσα καὶ πρὸς ἀρετὴν παραθήξασα, μετὰ τὸ τέλος τούτων ἐκλειπούσης ὥσπερ ἑαυτῆς αἰσθομένη, ἐπεὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν μοναζούσαις βαρυτάτην αὐτῆς ἑώρα τὴν διάζευξιν γινομένην, πολλοὺς καὶ αὖθις εἰς παραίνεσιν λόγους κινήσασα, καὶ μὴ δεῖν οὕτως ὀδύρεσθαι καὶ πενθεῖν εἰποῦσα, τοῦ συμβόλου ἤδη τῆς ἀποδημίας ἄνωθεν, δεδομένου τῶν θείων μεταλαμβάνει τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων.

ΛϚ'. Παραγενομένῳ δὲ καὶ τῷ ἀρχιερεῖ Ἐλευθερουπόλεως σὺν παντὶ τῷ κλήρῳ, πολλὰ κἀκείνῳ προσδιαλεχθεῖσα καὶ περὶ τῶν ποιμνίων αὐτῆς ἐπισκήψασα, πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων συνεῤῥυηκότων

[a] Psal. XVI, 15.

(πλὴν γὰρ ὀλίγων μικροῦ πάντες οἱ πέριξ συνέδραμον ὅσον τε ἐν ἀσκήσει, καὶ ὅσον ἐν μιγάσι καὶ ὅσον ἐν ἱεροῖς ἢ καὶ ἄλλως ἐν πολιτικοῖς ἦν), κοινωφελῆ καὶ πρὸς τούτους ποιησαμένη παραίνεσιν, ἐξαιρέτως δὲ πρὸς τὴν ἀδελφιδῆν, περιπαθῶς ἄγαν ἐπὶ τῷ χωρισμῷ ταύτης διακειμένην, ἔπειτα καὶ πρὸς πάντας ὀδυνηρῶς ἔχοντας, ἐσχάτην ταύτην ἀνειποῦσα φωνὴν, Τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο, τὴν ἁγίαν ἐκείνην καὶ ἱερὰν ἀφῆκε ψυχὴν, ἤδη περὶ τὴν ἐσχάτην τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς, ὄντος ἡμέρᾳ Κυριακῇ. Τοῦ δὲ καὶ τὸν νεκρὸν ὥσπερ ἔθος εὐσχημόνως τεθῆναι οὐδὲν ὅλως ἀλλοτρίων χειρῶν ἐδέησεν, ἀλλ' αἵ τε χεῖρες αὐτομάτως αὐτῇ τῷ στήθει κατὰ σχῆμα ἐτέθησαν, καὶ οἱ πόδες μάλα σεμνῶς διετάθησαν, τὰ βλέφαρά τε ὥσπερ εἰς ἔτι ζῶσα, εὐφυῶς ἄγαν φιλοσόφως μύσασα ἦν. Δι' ὅλης οὖν τῆς νυκτὸς ᾄσαντες ἐπ' αὐτῇ τὰ νενομισμένα, ἄρτι περὶ τὴν ἕω τῇ γῇ κρύπτουσι τὴν τῶν οὐρανῶν ὄντως ἀξίαν, τοῖς ἐκεῖ θαλάμοις οἰκοῦσαν καὶ τοῦ φωτὸς ἐκείνου διηνεκῶς ἀπολαύουσαν εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A admodum paucis, omnes qui circumeirca habitabant, tam qui se separatim exercebant, quam qui communiter vivebant, et quicunque erant sacrati ordinis, atque adeo qui erant etiam cives oppida habitantes) cum ad eos in commune utilem fecisset admonitionem, præcipue vero ad consobrinam, quæ propter ejus separationem valde erat perturbata, et deinde ad omnes, qui dolore afficiebantur, extremam hanc vocem effata : Sicut Domino visum est, ita factum est, sanctam illam et sacram emisit animam, ultimo die mensis Decembris, cum esset dies Dominicus. Ut autem corpus apte, ut mos est, et decore componeretur, nihil opus fuit alienis manibus, sed et manus suæ sponte pectori honeste erant impositæ, pedes autem erant extensi, ut decebat; supercilia vero perinde ac si adhuc B viveret, apte et eleganter erant clausa. Cum ergo tota nocte super eam pro more cecinissent, circa auroram eam terræ mandant, quæ cœlis erat vere digna, et quæ illic in thalamis habitat, et luce illa assidue fruitur, ad gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ADDENDA.

MENSIS JANUARIUS.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΙΑΝΟΥ.

MARTYRIUM SANCTI ET INCLYTI MARTYRIS SEBASTIANI

ET EJUS SOCIORUM', ZOES, TRAGLINI [TRANQUILLINI], NICOSTRATI CLAUDII, CASTORIS, TIBURTII CASTULLI MARCELLINI ET MARCI.

(Latine ap. Surium ad diem 20 Januar. Græce ex cod. Paris. 1193.)

Α'. Πολλῶν κατὰ διαφόρους καιροὺς κατὰ Χριστοῦ καὶ τῶν ἐκείνου μανέντων θεραπευτῶν, Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς ἡ ἐπίσημος ἐν κακοῖς ξυνωρὶς

I. Cum multi diversis temporibus, adversus Christum et adversus illius asseclas insanierint Diocletianus et Maximianus, in malis par impro-

!bum, tantum omnes alios superarunt in producenda in nos persecutione ut nullum posteris locum reliquerint, quo eos in furore possent antecellere. Nam cum tyranni accepissent imperium, quod suffragabatur eorum amentiæ, et secure omnia auderent, contendebant partim quidem blanditiis et verbis fallacibus, partim autem minis et plagis gravissimis, eos qui subjecti erant illorum imperio a Deo vero abducere, et ad impietatis ditionem traducere. Ubique itaque per suum principatum eos omnes comprehendentes qui Christianam tuebantur religionem, in custodias tradiderant et carceres, ut paulatim torti majorem sensum caperent perpessionis: et pietatem quidem negantes, viderent hanc lucem, in non parentes autem mortis ferretur sententia.

πλέον τῶν ἄλλων εἰς τοσοῦτον τὸν καθ' ἡμῶν ἐξέτειναν διωγμὸν, ὡς μηδενὶ τῶν πώποτε γενομένων ἀπολιπὼν μανίας ὑπερβολήν· τὴν γὰρ τύραννον ἀρχὴν συναιρομένην αὐτοῖς τῆς ἀπονοίας ἔχοντες, ἐφιλονείκουν πᾶσι τρόποις τοῦ ὄντος Θεοῦ τὸ ὑπήκοον ἀποστῆσαι, καὶ τὸ τῆς ἀσεβείας ἀναδείξασθαι κράτος.

II. Cùm hæc sic fierent quidam Sebastianus, vir et genere clarus et gloria insignis, ortus Mediolani (1), tyrannis erat adeo venerandus, quod videretur in omnibus vir spectatus et probatus, ut connumeraretur inter amicos fidissimos, et primas partes teneret in numero militari. Is cum didicisset veram fidei rationem, et vellet non solum seipsum, sed etiam alios ad Christum adducere per martyrium, conabatur quidem in principio latere et se celare, non quod timeret cruciatus, sed ut cum simulatione crederetur impius, esset re vera aliptes Christianis, et sic permultos induceret ad pietatem. Cum vero evasisset tempore omnibus manifestus, et postremus martyrii subiisset certamen, longe pulcherrimam assecutus est victoriam, quæ bona cœlestia ei conciliavit. Sed hæc quidem postea.

Β'. Τούτων οὕτω γινομένων Σεβαστιανός τις, ἀνὴρ καὶ γένει περιφανὴς καὶ δόξῃ περίβλεπτος, τῆς Μεδιολάνων ὁρμώμενος, τοσοῦτον τοῖς τυράννοις αἰδέσιμος ἦν διὰ τὴν αὐτοῦ δοκιμότητα ὡς τοῖς πιστοτάτοις φίλοις ἐναριθμεῖσθαι, καὶ τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου προτελεῖν. Οὗτος τὸν ὑγιοῦς τῆς πίστεως διδαχθεὶς λόγον καὶ βουλόμενος μετὰ καὶ ἄλλων πλειόνων ὑπεραθλῆσαι Χριστοῦ κατ' ἀρχὰς ἔσπευδε λανθάνειν, οὐ τὰς τιμωρίας δεδοικὼς, ἀλλὰ ὅπως τῇ ὑποκρίσει ὡς δυσσεβὴς πιστευόμενος, διδάσκαλος εἴη τῆς ἀληθείας Χριστιανοῖς, καὶ πολλοὺς ἐντεῦθεν ἐνάγοι πρὸς τὴν εὐσέβειαν.

III. Tunc autem quando, sicut dictum est, conabatur latere, et fingebat se ea honorare quæ imperatores, accedens in carceres in quibus servabantur quicunque erant capti ex Christianis, piis eos verbis adhortabatur ad suscipienda certamina martyrii, præsentem vitam cum futura comparans, et suadens hanc quidem contemnere ut fragilem et morti obnoxiam, illam autem solam intueri et omnia facere ne exciderent a bonis in quæ non cadit interitus. His verbis et multos quidem alios induxit, ut quæ sunt gravia et aspera ferrent usque ad mortem, et non perderent pietatem; qui autem erant genere et opibus omnium clarissimi ii fuerunt Marcellinus et Marcus, quorum pater quidem erat Tranquillinus, mater vero Marcia; non minus autem fuerunt vitæ instituto fratres quam corporibus. Quibus cum, postquam diu fuissent inclusi in carcere, et plurima tormentorum genera pertulissent, et jam ultimam plagam gladii essent accepturi, Chromatius præfectus urbis iis dedisset spatium triginta dierum, jussit omnes accedere qui ad eos genere attinebant, et eis venire in conspectum, ut tempore et necessariorum suorum molliti ejulatibus, impietati concederent.

Γ'. Τοῖς δεσμωτηρίοις γὰρ προσιὼν, ἔνθα ἐτηροῦντο ὅσοι Χριστιανῶν συλληφθέντες ἐτύγχανον, λόγοις αὐτοὺς εὐσεβέσι πρὸς τοὺς ἄθλους τοῦ μαρτυρίου ὑπήλειφε, πείθων τοῦ μὲν παρόντος βίου ὡς ἐπικήρου καταφρονεῖν, πρὸς τὸν μέλλοντα δὲ μόνον ὁρᾷν, καὶ πράττειν πάντα ὅπως ἂν τῶν ἀκηράτων μὴ διαμάρτωσιν ἀγαθῶν. Τούτοις τοῖς ῥήμασι πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους ὑπήγετο ἕως θανάτου τοῖς δεινοῖς ἐγκαρτερεῖν· οἱ δὲ πάντων διὰ γένος καὶ πλοῦτον ἐπισημότατοι Μαρκελλῖνος καὶ Μάρκος ἦσαν, πατρὸς μὲν Τραγκυλινοῦ, μητρὸς δὲ Μαρκίας, οὐχ ἧττον ἀδελφοὶ τὴν προαίρεσιν δεδειγμένοι ἢ τὰ σώματα. Οἷς μετὰ τὴν χρόνιον κάθειρξιν καὶ τὴν πολλὴν τῶν βασάνων φορὰν ἤδη τῇ τελευταίᾳ μέλλουσιν ὑπάγεσθαι τοῦ ξίφους πληγῇ Χρωμάτιος ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος, προθεσμίας ἡμέρας τριάκοντα δοὺς, ἐκέλευε πάντας τοὺς κατὰ γένος αὐτοῖς προσήκοντας ἀφικνεῖσθαι καὶ τούτους ὁρᾷν, ὡς ἂν τῷ χρόνῳ καὶ ταῖς οἰμωγαῖς τῶν ἐπιτηδείων μαλακισθέντες ἐνδῶσι πρὸς τὴν δυσσέβειαν.

IV. Cum ergo hæc facta essent et omnes accessissent, pater quidem in conspectu filiorum suam deflebat orbitatem, dicens illa verba miserabilia: Quis o filii, erit mihi baculus senectutis? Quis me mortuum componet? Quis hoc miserum et abjectum corpus mandabit sepulturæ? Miseremini mei, o filii, quos genui, quos alui, quos ad hanc usque ætatem

Δ'. Καὶ πρῶτος ὁ πατὴρ ἐν ὄψει γενόμενος τῶν υἱῶν τὴν ἀπαιδίαν ὠδύρετο, Τίς μοι, ὦ τέκνα, λέγων, βακτήριον τοῦ γήρως γενήσεται; Τίς ἀποθανόντα περιστελεῖ; Τίς δώσει ταφῇ τὸ ταπεινὸν τοῦτο καὶ ταλαίπωρον σῶμα; Τίς διαδέξεται τὸν ὑμέτερον κλῆρον; Οἰκτείρατ' ἐμὲ, ὦ παῖδες, φείσασθε τῆς νεότητος καὶ τῆς ὥρας ὑμῶν. Μὴ παρίδητε ἐμὲ

(1) S. Sebastianum Narbone oriundum Mediolani vero educatum habet Baronius. S. Ambros. in Psal. CXVIII, serm. 20 et alii patre Narbonensi, et matre Mediolanensi, natum Mediolani astruunt.

μὲν ἔρημον παίδων γενόμενον, τὴν δὲ οἰκίαν πρὸς ἀλλοτρίους μεταβᾶσαν, καὶ ἴσως τοὺς μισουμένους, ὥστε τοὺς οἰκείους κληρονόμους μὴ ἔχουσαν. Καὶ ὁ μὲν πατὴρ τοιούτοις τισὶν ἐπλήρου τὸν θρῆνον· ἑτέρωθι δὲ ἡ μήτηρ τοῖς ὄνυξι τὴν κόμην σπαραττομένη καὶ τοῦ κόλπου προτείνουσα τοὺς μαστοὺς, τῶν ὠδίνων τοῦ γάλακτος καὶ τῶν ἄλλων ἐν δάκρυσιν ὑπεμίμνησκε πόνων, οὓς περὶ τὴν παιδοτροφίαν ἠνέσχετο. Τοὺς τεκόντας δὲ πάλιν γυναῖκες καὶ παίδων ἄνηβος χορὸς διεδέχετο, αἱ μὲν τὰ τῆς χηρείας δεινὰ καταλέγουσαι, οἱ δὲ φθέγγεσθαι μὴ δυνάμενοι ἀτενέσιν ὄμμασι τοὺς πατέρας προσβλέποντες, εἰς μνήμην αὐτοὺς τῆς ὀρφανίας ἀνέφερον. Πρὸς τούτοις ὅμιλος ὁμηλίκων καὶ φίλων παρῆν, Ἀναμνήσθητε, λέγοντες, τῆς καλῆς μετ' ἀλλήλων διατριβῆς· ἐννοήσατε τὸ γλυκὺ τοῦτο φῶς, οὗ τοῖς λαβοῦσι πεῖραν ἀνιαρὰ πάντως ἡ στέρησις. Τούτοις ἅπαν τὸ δωμάτιον θρήνων ἐπλήσθη· ὡς καὶ τοὺς εἰρημένους ἀθλητὰς πηγὰς ἀφιέναι δακρύων· ὅπερ ἰδὼν ὁ μακάριος Σεβαστιανὸς, καὶ δείσας μὴ τῷ οἴκτῳ μαλακισθέντες προδῶσι τὴν εὐσέβειαν, στὰς ἐν μέσῳ, καὶ τοῖς πᾶσι καταφανὴς γεγονὼς ὡς Χριστιανὸς εἴη, τοιοῖσδε πρὸς τοὺς παρεστῶτας ἐχρήσατο λόγοις·

A produxi. Cur mortem amplectimini voluntariam? Cur ad obitum festinatis immaturum? Parcite formæ vestræ. Parcite juventuti. Ne me quidem despiciatis orbatum filiis: domum autem in qua estis educati, transeuntem ad alienos, et eos fortasse qui nobis sunt odio, ut quæ suos non habeat hæredes. Et pater quidem sic suam implevit lamentationem. Ex alia vero parte mater comam vellens unguibus, et e sinu porrigens ubera, partum, et lac, et alios labores quos in iis alendis susceperat, revocabat in memoriam; quid non dicens, quid non faciens ex iis quæ possunt movere ad misericordiam? Post parentes autem rursus sequebantur uxores et chorus impuberum filiorum; illæ quidem enumerantes mala viduitatis; hi vero, B quoniam nondum loqui poterant, intentis oculis intuentes parentes, orbitatem eis reducebant in memoriam, et alia quæ consentaneum est iis evenire, qui in hac ætate non curantur et defenduntur a parentibus. His accedebat turba æqualium et amicorum, quæ dicebat: Recordamini pulchræ et jucundæ vitæ quam inter nos degebamus. Veniat vobis in mentem lux suavis, quam qui sunt experti, est omnino eis molestum ea privari. Cum hæc sic dicerentur, tota domus erat plena lamentationibus, adeo ut dicti athletæ emitterent fontes lacrymarum, et discerperentur eorum viscera commiseratione. Quod quidem cum animadvertisset beatus Sebastianus et timuisset ne misericordia emolliti proderent pietatem, stans in medio, et aperte ostendens omnibus se esse Christianum; neque enim existimabat oportere se celare, apud eos qui aderant verbis est usus ejusmodi:

Ε'. Εἰ μὲν μόνιμος, ὦ οὗτοι, καὶ ἀτελεύτητος ἦν ὁ παρὼν βίος, ἐδοκεῖτε ἂν ἴσως εἰκότα ποιεῖν, τοιούτου πάθους τοὺς ἀθλητὰς ἀποτρέποντες· ἐπεὶ δὲ τὰ παρόντα ῥεῖ καὶ παρέρχεται, καὶ βίος ἡμῖν ἕτερος διαδέχεται ἀτελεύτητός τε καὶ ἄῤῥευστος, τίνος χάριν πείθειν ἐπιχειρεῖτε τοὺς γενναίους ἀγωνιστὰς τῶν μενόντων προκρίνειν τὰ διαπίπτοντα; Ἢ οὐκ ἴστε ὅτι τὸ μὲν παθεῖν ὑπὲρ Χριστοῦ τὴν τῶν οὐρανῶν προξενεῖ βασιλείαν, τὸ δὲ ἀρνήσασθαι αὐτὸν τὴν ταύτης ἔκπτωσιν τοῖς ἀπαρνουμένοις δίδωσι; « Ὅστις γὰρ, » φησὶν, « ἀρνήσεταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ἀλλὰ δὴ δεδοίκατε μὴ οὐκέτι ἔσονται τόνδε τὸν βίον ἀπολιπόντες; Ἐγὼ τούτου ἐγγυητής· ὅτι εἰς ἑτέραν ζωὴν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν γινόμεθα, ἔνθα τὴν ἀμοιβὴν τῶν ἔργων ἕκαστος λήψεται, ἔνθα καὶ οὗτοι κατασκηνοῦντες καὶ Χριστῷ εὐφραινόμενοι μεμνήσονται καὶ γονέων καὶ παίδων καὶ γυναικῶν, τὰ χρηστὰ αὐτοῖς ἐξαιτοῦντες. Παύσασθε οὖν δακρύοντες καὶ μαλακωτέρους ταῖς προθυμίαις αὐτοὺς ἐργαζόμενοι. Ἔσονται γὰρ ὑμῖν σωτῆρες καὶ φύλακες, νῦν μὲν ἀοράτως ἐπιφοιτῶντες, μετὰ δὲ τὴν τοῦ βίου κατάλυσιν εἰς τὰς αἰωνίους δεχόμενοι σκηνὰς συγκοινωνήσοντας αὐτοῖς τῆς τερπνότητος. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς ἐληλυθότας.

V. Si stabilis quidem et firma, o vos, esset hæc C vita, et in omne ævum extenderetur, videremini fortasse facere consentanea, ab his perpetiendis avertentes athletas. Cum autem eorum quæ sunt præsentia, nihil sit firmum ac stabile, fluant vero ac ferantur omnia, et alia nos vita excipiat, quæ non est fluxa nec unquam desinit: cur ad hæc attrahitis fortes et generosos athletas, eis suadentes ut maneant in iis quæ videntur, et ea quæ decidunt præferant iis quæ manent? An nescitis quod pro Christo quidem pati conciliabit regnum cœlorum: eum autem negare et prodere certamen, facit ut qui sic cogitarunt ab eo excidant? «Qui enim, inquit, me negaverit coram hominibus, ego quoque eum negabo coram Patre meo, qui est in cœlis[1]. » Sed timetis ne sint omnino perituri et D non amplius futuri qui vitam præsentem reliquerunt? Sed ego hujus sum fidejussor: ego hunc vobis metum adimo. Hæc est enim summa et caput nostræ fidei: hoc persuadet ut terrena despiciamus, quod postquam hinc excesserimus, ad aliam sumus vitam transituri, in qua convenienter iis quæ gesserit accipiet unusquisque remunerationem, ubi hi quoque habitantes et cum Christo lætantes recordabuntur et parentum et filiorum et uxorum, bona iis postulantes, et suis ad Deum supplicationibus facilem eis vitam præbentes. Desinite ergo flere et athletas emollire, et a prompto et alacri animi studio retardare. Non enim vos omnino relinquent, etiam si hoc videatur, sed erunt servatores et custodes, nunc quidem ita adventantes ut non cadant sub aspectum, post vitæ autem exitum,

[1] Matth. x, 33.

in æternas suscipientes mansiones cum eis delectationis futuros participes. Et hæc quidem ad eos qui venerant.

VI. Orationem vero rursus convertens ad A fortes et generosos athletas, dixit : Videtis o Christi milites, callida maligni inventa, per quæ conatur vos a vestra salute abducere ? Quod enim per tormenta facere non potuit, hoc tentat efficere per vestros necessarios. Sed ne ignoretis vos ejus consilia, scientes eum omnibus modis insidiari, et omnibus vos aggredi machinis, qui nunc quoque cum vidit vos venisse ad finem certaminum, et non ferens dedecus quod sit victus postquam multa vobis mala intulit, studet post victoriam vos privare præmiis, ut præter id quod ex acceptis plagis nihil essetis lucrifacturi, præterea Christum quoque amittatis. Hoc est enim illius opus, et gravia inferre, et eam quæ hinc accipitur utilitatem intercidere iis qui laborant. Sed vos B cum hæc sciatis, resistite fortiter insidiis adversarii, neque parcite carnibus quæ paulo post sunt interituræ ; neque metu ultimæ plagæ (ea enim sola est in inimici potestate) prodite regnum cœlorum et gloriam in sæcula permanentem, quam magnum quidem est assequi et supremum bonorum ; ab ea autem recedere est longe miserrimum. Hæc cum diceret beatus Sebastianus, et promptum et alacre animi studium confirmaret Christi athletis, dicitur lucem eum circumfulsisse, et visum esse stantem prope eum juvenem, et magno vestis splendore refulgentem, adeo ut omnes qui viderunt obstupuerint, et supernæ gratiæ hoc esse opus confessi fuerint, quæ testimonium ferebat eum dixisse veritatem. Hæc aliud quoque est consecutum dignum quod dicatur et memoriæ mandetur; quod quidem eos qui aderant maxime ad fidem adduxit, et persuasit ut solum Deum attenderent.

Ϛ'. Πρὸς δὲ τοὺς γενναίους ἀγωνιστὰς, Ὁρᾶτε, εἶπεν, ὦ στρατιῶται τοῦ Χριστοῦ, τὰ τοῦ πονηροῦ σοφίσματα δι' ὧν ὑμᾶς τῆς σωτηρίας ἀποβουκολῆσαι ζητεῖ; Ὃ γὰρ διὰ τῶν βασάνων οὐκ ἔπραξε, τοῦτο διὰ τῶν ἐπιτηδείων ἀνύσαι πειρᾶται. Ἀλλ' ὑμεῖς γε μὴ ἀγνοήσητε αὐτοῦ τὰ βουλεύματα, εἰδότες ὅτι πᾶσι τρόποις ἡμῖν ἐπιβουλεύει, ὃς νῦν ἰδὼν πρὸς τὸ τέλος τῶν ἀγώνων ἐλθόντας ὑμᾶς, καὶ τὴν ἧτταν μὴ φέρων σπεύδει μετὰ τὴν τῶν δεινῶν καρτερίαν στερῆσαι τῶν βραβείων, ἔτι δὲ καὶ Χριστοῦ· τοῦτο γὰρ ἔργον αὐτοῦ καὶ τὰ δεινὰ ἐπιφέρειν. Ἀλλ' ὑμεῖς στῆτε γενναίως κατὰ τῆς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, καὶ μὴ τῷ φόβῳ τῆς τελευταίας πληγῆς ἧς μόνης ὁ ἐχθρὸς κύριος, τὴν τῶν οὐρανῶν πρόησθε βασιλείαν, ἧς τυχεῖν μὲν καλῶν τὸ ἀκρότατον, διαμαρτῆσαι δὲ οὐδὲν ἀθλιώτερον. Τούτοις τοῦ μακαρίου Σεβαστιανοῦ προθυμοποιοῦντος τοὺς ἀθλητὰς τοῦ Χριστοῦ, φῶς οὐρανόθεν αὐτὸν περιήστραψε, καὶ νεανίας ὤφθη λαμπροφορῶν τούτου πλησίον ἑστὼς, ὡς πάντας τοὺς ἰδόντας καταπλαγῆναι, καὶ τῆς ἄνωθεν χάριτος ἔργον τοῦτο ὁμολογῆσαι ἐπιμαρτυρούσης τῷ ἀνδρὶ τὴν ἀλήθειαν. Ἐπηκολούθησε δέ τι καὶ ἕτερον, ὃ μάλιστα τοὺς παρόντας ἔπεισε μόνῳ τῷ ἀληθινῷ προσανέχειν Θεῷ.

VII. Quædam enim mulier Zoe nomine, conjux Nicostrati, qui ordinem obtinebat primicerii (est autem hæc una dignitas ex iis quæ sunt sub præ- C fectura), cum in gravem morbum incidisset, non poterat quidem loqui neque cordis motus explicare: intelligere vero et audire quæ dicebantur poterat citra ullum impedimentum. Ea mente agitans verba beati Sebastiani (custodiebantur enim sancti in ejus domo) cum illa non posset lingua admirari ut quæ recte dicta essent, oculis annuens omnibus, et manum quatiens ac sancti pedes tangens, propemodum per muta facta vocem edebat, et tacens erat prædicatrix pietatis. Cum autem intellexisset vir ille divinus non sine Dei numine moveri mulierem, et vellet ad agnitionem multos adducere per miraculum, jubet eam stare in medio, et Christo nomine invocato, ei statim largitur ut loquatur. Quod quidem ut vidisset Nicostratus, D sanctos quidem laxavit e vinculis, petita autem ab eis venia quod in eos prius deliquisset, rogavit eos ut abirent procul a civitate. Illis vero preces ejus non admittentibus, sed dicentibus se non esse suam proditurος nobilitatem, nec coronis martyrii aliis esse cessuros, Essem ille, inquit, revera felix, si causa vestræ salutis athleticum certamen suscepissem et meum sanguinem pro vobis effudissem, ut sordes malorum abluerem quas jam mihi inussit dæmonum ministerium. Sed si hoc, aiunt, vis consequi, necesse est ut hic prius congreges eos qui in diversis servantur carceribus et eos donum

Z'. Γυνὴ γάρ τις Ζωὴ τοὔνομα σύζυγος Νικοστράτου, ὃς τὴν τοῦ πριμικηρινίου τάξιν ἐπεῖχεν (ἓν δὲ καὶ τοῦτο τῶν ὑπὸ τὴν ἐπαρχικὴν χεῖρα ἀξιωμάτων), νοσήματι περιπεσοῦσα δεινῷ, φθέγγεσθαι μὲν οὐκ ἐδύνατο, συνιέναι δὲ καὶ ἀκούειν τῶν λεγομένων ἀκώλυτον εἶχε τὴν αἴσθησιν. Αὕτη, ἐν νῷ λαβοῦσα τὰ τοῦ μακαρίου Σεβαστιανοῦ ῥήματα (ἐν γὰρ τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐτηροῦντο οἱ ἅγιοι), τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐννεύουσα πᾶσι, τὴν χεῖρά τε ἐπισείουσα, καὶ τῶν τοῦ ἁγίου ποδῶν ἁπτομένη, κῆρυξ καὶ σιωπῶσα τῆς ἀληθείας ἐγίνετο. Συνεὶς οὖν ἐκεῖνος ὁ θεῖος ἀνὴρ ὡς οὐρανόθεν ἦν τοῦ γυναίου ἡ κίνησις, καὶ θέλων πολλοὺς εἰς ἐπίγνωσιν διὰ τοῦ θαύματος ἀγαγειν, εἰς μέσον αὐτὴν στῆναι κελεύει, καὶ τὸν Χριστὸν ὀνομήσας τὸ λαλεῖν αὐτῇ παραχρῆμα χαρίζεται· ὅπερ ὁ Νικόστρατος ἰδὼν ἀνῆκε μὲν τῶν δεσμῶν τοὺς ἁγίους, συγγνώμην δὲ ὧν εἰς αὐτοὺς ἐπλημμέλησε πρὶν αἰτιασάμενος, ἠξίου ἀπιέναι πόῤῥω τοῦ ἄστεος. Τῶν δὲ μὴ βουλομένων, ἀλλὰ λεγόντων ὡς Οὐ τῶν μαρτυρικῶν στεφάνων ἑτέροις παραχωρήσομεν, Ἦ γὰρ, Νικόστρατος ἔφη, μακάριος ἂν εἴην, εἰ τῆς ὑμῶν ἕνεκεν σωτηρίας τὸ ἡμῶν αἷμα ἐξέχεα, ὥστε ἀποπλύνασθαι τὸν ῥύπον ὃν μοι προεξένησεν ἡ τῶν δαιμόνων ὑπηρεσία. Ἀλλ' εἰ τούτου, φασὶ, βούλει τυχεῖν, χρὴ πρότερον τοὺς ἐν διαφόροις εἱρκταῖς τηρουμένους ἐνταῦθα συναθροῖσαι, καὶ δῶρον αὐτοὺς τῷ Θεῷ προσαγαγεῖν, εἶτα καὶ πρὸς τὸ ποθούμενον τέλος ἐλθεῖν.

Deo offeras. Deinde etiam venias ad finem quem desideras, ut hinc majorem habeas fiduciam, ut qui non solum ipse pro Christo sacrificeris, sed etiam totum populum ei per fidem concilies.

H'. Εὐθὺς οὖν ὁ Νικόστρατος ἐτέλει τὸ προσταττόμενον, καὶ πάντας τοὺς ἐν δεσμοῖς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἀγαγὼν, τοῖς ἐκεῖσε Χριστιανοῖς ἐγκατέμιξεν. Οἱ παρὰ τοῦ μακαρίου Σεβαστιανοῦ τὸν λόγον διδαχθέντες τῆς εὐσεβείας προεκαθαίροντο εἰς ὑποδοχὴν τοῦ βαπτίσματος. Χρωμάτιος δὲ ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος, ταῦτα μαθὼν, σὺν ὀργῇ κελεύει Κλαυδίῳ Κομενταρησίῳ ταχέως τὸν Νικόστρατον ἀγαγεῖν, καὶ ἀχθέντι λέγει αὐτῷ· Ἵνα τί, ἀνοσία κεφαλὴ, τοὺς ἐν δεσμωτηρίοις πάντας ἐν τῷ σῷ οἴκῳ συνήθροισας; Ὁ δὲ παρακρούσασθαι τέως αὐτὸν βουλόμενος, οὕτω νουνεχῶς ἀποκρίνεται· Οὐ καταφρονῶν, ὦ δικαστὰ, τῆς σῆς ἐξουσίας εἰς τοῦτο ἦλθον, ἀλλὰ μείζονα Χριστιανοῖς ἐπιτείνων τὸν φόβον, ἵνα τὰς ἐπηρτημένας αὐτοῖς βασάνους ἐν ἑτέροις ὁρῶντες τοῖς τῶν βασιλέων πεισθῶσι θεσπίσμασι. Τῆς ἐπινοίας τοίνυν θαυμάσας αὐτὸν ὁ ἔπαρχος, οὔπω γὰρ τὴν ἀπάτην συνίει, πρὸς τὸν οἶκον ἀπιέναι κελεύει· Ὁ δὲ Κλαυδίῳ Κομενταρησίῳ οἴκαδε συναπιὼν διηγεῖτο τὸ τοῦ μακαρίου Σεβαστιανοῦ φιλόθεον, καὶ ὅπως τὰ μέγιστα παρὰ τοῖς βασιλεῦσι δυνάμενος παρεῖδε καὶ δόξαν καὶ πλοῦτον καὶ δυναστείαν, καὶ νῦν σύνεστι Χριστιανοῖς, διδάσκων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν καὶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας παραδόξοις θαύμασι βεβαιῶν.

A VIII. Cum hæc verba audisset Nicostratus, nihil cunctatus fecit quod jubebatur: et cum omnes qui erant in vinculis duxisset in domum suam, admiscuit iis qui illic erant Christianis. Qui cum a beato Sebastiano didicissent verbum veritatis, ipsi quidem jejuniis vacantes et precibus, præpurgabantur ad suscipiendum baptismum. Cum autem præfectus urbis Chromatius audivisset omnes reos a vinculis laxatos versari in domo Nicostrati, dolore affectus jubet Claudio Commentariensi eum adducere magna celeritate. Qui cum fuisset adductus hæc ei dicit: Cur, o caput impium, eos qui erant in carceribus congregari fecisti domi tuæ? Ille vero volens interim eum decipere, sapienter sic respondit: Non tuam, o judex, despiciens potestatem; B quis enim tanta esset audacia? sed intendens Christianis majorem metum supplicii, hoc sum aggressus: ut quæ eis imminebant tormenta videntes in aliis, extimescant, et parcant decretis imperatorum. Ejus itaque ingenii solertiam admiratus præfectus urbis, fraudem enim non intelligebat jussit redire domum. Ille autem domum revertens simul cum Claudio Commentariensi, narravit ei pietatem beati Sebastiani: et quod cum esset notus imperatoribus et ei ab illis maxima haberetur fides despexerit gloriam, et opes, et potentiam, et nunc versetur cum Christianis, eos exhortans; et eis animum addens ad pietatem, et signis quæ sunt contra opinionem, et miraculis verbum confirmans veritatis.

Θ'. Τούτων ἀκούσας ὁ Κλαύδιος δρομαῖος ἀφικνεῖται πρὸς τὴν οἰκίαν, καὶ τοὺς δύο λαβὼν υἱοὺς, ὧν ὁ μὲν νοσήματι χαλεπῷ τὸ τοῦ ὕδρωπος προσεπάλαιεν, ὁ δὲ ὅλος τραυματίας ἦν καὶ λελεπρωμένος, ἦλθε πρὸς Νικόστρατον, ἔνθα ἦσαν καὶ ἅγιοι, καὶ πεσὼν εἰς γῆν προσεκύνει αὐτοὺς, ὁμολογῶν τὴν εὐσέβειαν καὶ τῶν υἱῶν θεραπείαν ἐπιζητῶν. Ὡς οὖν ἅπαν τὸ οἴκημα ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν πλῆρες ἦν τῶν δεξαμένων τὸν λόγον τῆς πίστεως, Πολύκαρπός τις ἀνὴρ εὐσεβὴς καὶ πρεσβύτερος τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἐνδυσάμενος καὶ τὰς συνήθεις τελέσας εὐχὰς τῷ θείῳ πάντας βαπτίσματι τελειοῖ· μεθ' ὃ τοὺς ἐν ἀσθενείαις ἐξεταζομένους ἦν ἰδεῖν ῥῶσιν λαβόντας καὶ ἀλλήλους πρὸς τὴν ἄθλησιν παραθήγοντας. Ἐπεὶ δὲ ὁ δοθεὶς αὐτοῖς καιρὸς τῆς ἀναβολῆς διέῤῥευσεν, ὁ ἔπαρχος Τραγκυλῖνον μετακαλεσάμενος τὸν Μαρκελλίνου καὶ Μάρκου πατέρα, οὔπω γὰρ ᾔδει ὅτι κἀκεῖνος Χριστιανός ἐστι, λέγει αὐτῷ· Ἔτι οἱ υἱοί σου ἀπειθοῦσι θῦσαι τοῖς θεοῖς; Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν, Μακάριοι, εἶπεν, ἐκεῖνοι τῆς τοιαύτης γνώμης, ὅτι τῆς πλάνης ἀπαλλαγέντες, τὴν ἀλήθειαν ἔγνωσαν, κἀμὲ πρὸς ταύτην ὡδήγησαν. Ὁ ἔπαρχος εἶπεν· Ὄντως δὴ καὶ αὐτὸς ἠλλοιώθης τὰς φρένας λόγοις ἀπατηλοῖς πρὸς τὴν κακοδαίμονα ταύτην θρησκείαν μεταβαλών; Καὶ ὁ Τραγκυλῖνος, Εἶχον μὲν, φησὶ, καὶ αὐτός ποτε οὕτω γνώμης, ὦ δικαστὰ, καὶ Χριστιανοὺς ἀπατᾶσθαι ἐνόμιζον· ἐπεὶ δὲ τῷ γενναίῳ ἐνέτυχον Σεβαστιανῷ ἀνδρὶ περιφανεῖ καὶ προσφιλεῖ τοῖς κρατοῦσι, παρ' αὐτοῦ τε τὰ τῆς

C IX. Hæc cum audivisset Claudius et esset consauciatus Christi desiderio, cursim domum venit, et duobus acceptis filiis, ex quibus alter quidem conflictabatur cum gravi morbo hydropis, alter autem erat totus ulcerosus et leprosus, accedit ad Nicostratum apud quem erant sancti; et cum cecidisset in terram, adorabat ipsos, confitens pietatem, et petens ut curarentur filii. Cum ergo tota domus esset plena viris et mulieribus, qui verbum fidei susceperant, quidam Polycarpus vir pius, et presbyteratus dignitatem assecutus, stola sacerdotali indutus, peractis consuetis precibus, perficit omnes divino baptismate. Postquam cum qui morbo laborabant sanitatem recuperassent, et se invicem exhortarentur ad suscipienda fortiter D certamina, quoniam præterfluxerat quod ei datum fuerat tempus dilationis, præfectus accersito Tranquillino patre Marcellini et Marci, nondum enim sciebat illum religionem tenere Christianam ejecto cultu simulacrorum, dicit ei: Adhucne tui filii recusant iis sacrificare contemnentes jussa imperatorum? Ille vero dixit, respondens: Beati illi, quod sint in hac sententia, et ab errore liberati ipsam agnoverint veritatem, et vix me tandem ad eam deduxerint. Dixit præfectus urbis: Ergo tu quoque revera immutatus a mente discessisti, verbis credens fallacibus, et ad hanc infelicem traductus religionem? Dixit Tranquillinus: Eram ego quoque aliquando in hac sententia o judex, et qui reli-

in æternas suscipientes mansiones cum eis delectationis futuros participes. Et hæc quidem ad eos qui venerant.

VI. Orationem vero rursus convertens ad A fortes et generosos athletas, dixit : Videtis o Christi milites, callida maligni inventa, per quæ conatur vos a vestra salute abducere? Quod enim per tormenta facere non potuit, hoc tentat efficere per vestros necessarios. Sed ne ignoretis vos ejus consilia, scientes eum omnibus modis insidiari, et omnibus vos aggredi machinis, qui nunc quoque cum vidit vos venisse ad finem certaminum, et non ferens dedecus quod sit victus postquam multa vobis mala intulit, studet post victoriam vos privare præmiis, ut præter id quod ex acceptis plagis nihil essetis lucrifacturi, præterea Christum quoque amittatis. Hoc est enim illius opus, et gravia inferre, et eam quæ hinc accipitur utilitatem intercidere iis qui laborant. Sed vos B cum hæc sciatis, resistite fortiter insidiis adversarii, neque parcite carnibus quæ paulo post sunt interituræ; neque metu ultimæ plagæ (ea enim sola est in inimici potestate) prodite regnum cœlorum et gloriam in sæcula permanentem, quam magnum quidem est assequi et supremum bonorum; ab ea autem recedere est longe miserrimum. Hæc cum diceret beatus Sebastianus, et promptum et alacre animi studium confirmaret Christi athletis, dicitur lucem eum circumfulsisse, et visum esse stantem prope eum juvenem, et magno vestis splendore refulgentem, adeo ut omnes qui viderunt obstupuerint, et supernæ gratiæ hoc esse opus confessi fuerint, quæ testimonium ferebat eum dixisse veritatem. Hæc aliud quoque est consecutum dignum quod dicatur et memoriæ mandetur; quod quidem eos qui aderant maxime ad fidem adduxit, et persuasit ut solum Deum attenderent.

ς'. Πρὸς δὲ τοὺς γενναίους ἀγωνιστὰς, Ὁρᾶτε, εἶπεν, ὦ στρατιῶται τοῦ Χριστοῦ, τὰ τοῦ πονηροῦ σοφίσματα δι' ὧν ὑμᾶς τῆς σωτηρίας ἀποβουκολῆσαι ζητεῖ; Ὃ γὰρ διὰ τῶν βασάνων οὐκ ἔπραξε, τοῦτο διὰ τῶν ἐπιτηδείων ἀνῦσαι πειρᾶται. Ἀλλ' ὑμεῖς γε μὴ ἀγνοήσητε αὐτοῦ τὰ βουλεύματα, εἰδότες ὅτι πᾶσι τρόποις ἡμῖν ἐπιβουλεύει, ὃς νῦν ἰδὼν πρὸς τὸ τέλος τῶν ἀγώνων ἐλθόντας ὑμᾶς, καὶ τὴν ἧτταν μὴ φέρων σπεύδει μετὰ τὴν τῶν δεινῶν καρτερίαν στερῆσαι τῶν βραβείων, ἔτι δὲ καὶ Χριστοῦ· τοῦτο γὰρ ἔργον αὐτοῦ καὶ τὰ δεινὰ ἐπιφέρειν. Ἀλλ' ὑμεῖς στῆτε γενναίως κατὰ τῆς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, καὶ μὴ τῷ φόβῳ τῆς τελευταίας πληγῆς ἧς μόνης ὁ ἐχθρὸς κύριος, τὴν τῶν οὐρανῶν πρόησθε βασιλείαν, ἧς τυχεῖν μὲν καλῶν τὸ ἀκρότατον, διαμαρτῆσαι B δὲ οὐδὲν ἀθλιώτερον. Τούτοις τοῦ μακαρίου Σεβαστιανοῦ προθυμοποιοῦντος τοὺς ἀθλητὰς τοῦ Χριστοῦ, φῶς οὐρανόθεν αὐτὸν περιήστραψε, καὶ νεανίας ὤφθη λαμπροφορῶν τούτου πλησίον ἑστὼς, ὡς πάντας τοὺς ἰδόντας καταπλαγῆναι, καὶ τῆς ἄνωθεν χάριτος ἔργον τοῦτο ὁμολογῆσαι ἐπιμαρτυρούσης τῷ ἀνδρὶ τὴν ἀλήθειαν. Ἐπηκολούθησε δέ τι καὶ ἕτερον, ὃ μάλιστα τοὺς παρόντας ἔπεισε μόνῳ τῷ ἀληθινῷ προσανέχειν Θεῷ.

VII. Quædam enim mulier Zoe nomine, conjux Nicostrati, qui ordinem obtinebat primicerii (est autem hæc una dignitas ex iis quæ sunt sub præ- C fectura), cum in gravem morbum incidisset, non poterat quidem loqui neque cordis motus explicare: intelligere vero et audire quæ dicebantur poterat citra ullum impedimentum. Ea mente agitans verba beati Sebastiani (custodiebantur enim sancti in ejus domo) cum illa non posset lingua admirari ut quæ recte dicta essent, oculis annuens omnibus, et manum quatiens ac sancti pedes tangens, propemodum per muta facta vocem edebat, et tacens erat prædicatrix pietatis. Cum autem intellexisset vir ille divinus non sine Dei numine moveri mulierem, et vellet ad agnitionem multos adducere per miraculum, jubet eam stare in medio, et Christo nomine invocato, ei statim largitur ut loquatur. Quod quidem ut vidisset Nicostratus, D sanctos quidem laxavit e vinculis, petita autem ab eis venia quod in eos prius deliquisset, rogavit eos ut abirent procul a civitate. Illis vero preces ejus non admittentibus, sed dicentibus se non esse suam prodituros nobilitatem, nec coronis martyrii aliis esse cessuros, Essem ille, inquit, revera felix, si causa vestræ salutis athleticum certamen suscepissem et meum sanguinem pro vobis effudissem, ut sordes malorum abluerem quas jam mihi inussit dæmonum ministerium. Sed si hoc, aiunt, vis consequi, necesse est ut hic prius congreges eos qui in diversis servantur carceribus et eos donum

Z'. Γυνὴ γάρ τις Ζωὴ τοὔνομα σύζυγος Νικοστράτου, ὃς τὴν τοῦ πριμικηρινίου τάξιν ἐπεῖχεν (ἓν δὲ καὶ τοῦτο τῶν ὑπὸ τὴν ἐπαρχικὴν χεῖρα ἀξιωμάτων), C νοσήματι περιπεσοῦσα δεινῷ, φθέγγεσθαι μὲν οὐκ ἐδύνατο, συνιέναι δὲ καὶ ἀκούειν τῶν λεγομένων ἀκώλυτον εἶχε τὴν αἴσθησιν. Αὕτη, ἐν νῷ λαβοῦσα τὰ τοῦ μακαρίου Σεβαστιανοῦ ῥήματα (ἐν γὰρ τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς ἐτηροῦντο οἱ ἅγιοι), τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐννεύουσα πᾶσι, τὴν χεῖρά τε ἐπισείουσα, καὶ τῶν τοῦ ἁγίου ποδῶν ἁπτομένη, κῆρυξ καὶ σιωπῶσα τῆς ἀληθείας ἐγίνετο. Συνεὶς οὖν ἐκεῖνος ὁ θεῖος ἀνὴρ ὡς οὐρανόθεν ἦν τοῦ γυναίου ἡ κίνησις, καὶ θέλων πολλοὺς εἰς ἐπίγνωσιν διὰ τοῦ θαύματος ἀγαγειν, εἰς μέσον αὐτὴν στῆναι κελεύει, καὶ τὸν Χριστὸν ἐνομήσας τὸ λαλεῖν αὐτῇ παραχρῆμα χαρίζεται· ὅπερ ὁ Νικόστρατος ἰδὼν ἀνῆκε μὲν τῶν δεσμῶν τοὺς ἁγίους, συγγνώμην δὲ ὧν εἰς αὐτοὺς ἐπλημμέλησε D πρὶν αἰτιασάμενος, ἠξίου ἀπιέναι πόῤῥω τοῦ ἄστεος. Τῶν δὲ μὴ βουλομένων, ἀλλὰ λεγόντων ὡς Οὐ τῶν μαρτυρικῶν στεφάνων ἑτέροις παραχωρήσομεν, Ἦ γὰρ, Νικόστρατος ἔφη, μακάριος ἂν εἴην, εἰ τῆς ὑμῶν ἕνεκεν σωτηρίας τὸ ἡμῶν αἷμα ἐξέχεα, ὥστε ἀποπλύνασθαι τὸν ῥύπον ὃν μοι προεξένησεν ἡ τῶν δαιμόνων ὑπηρεσία. Ἀλλ' εἰ τούτου, φασὶ, βούλει τυχεῖν, χρὴ πρότερον τοὺς ἐν διαφόροις εἱρκταῖς τηρουμένους ἐνταῦθα συναθροῖσαι, καὶ δῶρον αὐτοὺς τῷ Θεῷ προσαγαγεῖν, εἶτα καὶ πρὸς τὸ ποθούμενον τέλος ἐλθεῖν.

Deo offeras. Deinde etiam venias ad finem quem desideras, ut hinc majorem habeas fiduciam, ut qui non solum ipse pro Christo sacrificeris, sed etiam totum populum ei per fidem concilies.

Η'. Εὐθὺς οὖν ὁ Νικόστρατος ἐτέλει τὸ προσταττόμενον, καὶ πάντας τοὺς ἐν δεσμοῖς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἀγαγὼν, τοῖς ἐκεῖσε Χριστιανοῖς ἐγκατέμιξεν. Οἳ παρὰ τοῦ μακαρίου Σεβαστιανοῦ τὸν λόγον διδαχθέντες τῆς εὐσεβείας προεκαθαίροντο εἰς ὑποδοχὴν τοῦ βαπτίσματος. Χρωμάτιος δὲ ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος, ταῦτα μαθὼν, σὺν ὀργῇ κελεύει Κλαυδίῳ Κομενταρησίῳ ταχέως τὸν Νικόστρατον ἀγαγεῖν, καὶ ἀχθέντι λέγει αὐτῷ· Ἵνα τί, ἀνοσία κεφαλὴ, τοὺς ἐν δεσμωτηρίοις πάντας ἐν τῷ σῷ οἴκῳ συνήθροισας; Ὁ δὲ παρακρούσασθαι τέως αὐτὸν βουλόμενος, οὕτω νουνεχῶς ἀποκρίνεται· Οὐ καταφρονῶν, ὦ δικαστὰ, τῆς σῆς ἐξουσίας εἰς τοῦτο ἦλθον, A ἀλλὰ μείζονα Χριστιανοῖς ἐπιτείνων τὸν φόβον, ἵνα τὰς ἐπηρτημένας αὐτοῖς βασάνους ἐν ἑτέροις ὁρῶντες τοῖς τῶν βασιλέων πεισθῶσι θεσπίσμασι. Τῆς B ἐπινοίας τοίνυν θαυμάσας αὐτὸν ὁ ἔπαρχος, οὔπω γὰρ τὴν ἀπάτην συνίει, πρὸς τὸν οἶκον ἀπιέναι κελεύει· Ὁ δὲ Κλαυδίῳ Κομενταρησίῳ οἴκαδε συναπιὼν διηγεῖτο τὸ τοῦ μακαρίου Σεβαστιανοῦ φιλόθεον, καὶ ὅπως τὰ μέγιστα παρὰ τοῖς βασιλεῦσι δυνάμενος παρεῖδε καὶ δόξαν καὶ πλοῦτον καὶ δυναστείαν, καὶ νῦν σύνεστι Χριστιανοῖς, διδάσκων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν καὶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας παραδόξοις θαύμασι βεβαιῶν.

VIII. Cum hæc verba audisset Nicostratus, nihil cunctatus fecit quod jubebatur : et cum omnes qui erant in vinculis duxisset in domum suam, admiscuit iis qui illic erant Christianis. Qui cum a beato Sebastiano didicissent verbum veritatis, ipsi quidem jejuniis vacantes et precibus, præpurgabantur ad suscipiendum baptismum. Cum autem præfectus urbis Chromatius audivisset omnes reos a vinculis laxatos versari in domo Nicostrati, dolore affectus jubet Claudio Commentariensi eum adducere magna celeritate. Qui cum fuisset adductus hæc ei dicit : Cur, o caput impium, eos qui erant in carceribus congregari fecisti domi tuæ ? Ille vero volens interim eum decipere, sapienter sic respondit ; Non tuam, o judex, despiciens potestatem; quis enim tanta esset audacia ? sed intendens Christianis majorem metum supplicii, hoc sum aggressus : ut quæ eis imminebant tormenta videntes in aliis, extimescant, et parcant decretis imperatorum. Ejus itaque ingenii solertiam admiratus præfectus urbis, fraudem enim non intelligebat jussit redire domum. Ille autem domum revertens simul cum Claudio Commentariensi, narravit ei pietatem beati Sebastiani : et quod cum esset notus imperatoribus et ei ab illis maxima haberetur fides despexerit gloriam, et opes, et potentiam, et nunc versetur cum Christianis, eos exhortans ; et eis animum addens ad pietatem, et signis quæ sunt contra opinionem, et miraculis verbum confirmans veritatis.

Θ'. Τούτων ἀκούσας ὁ Κλαύδιος δρομαῖος ἀφικνεῖ- C ται πρὸς τὴν οἰκίαν, καὶ τοὺς δύο λαβὼν υἱοὺς, ὧν ὁ μὲν νοσήματι χαλεπῷ τὸ τοῦ ὕδρωπος προσεπάλαιεν, ὁ δὲ ὅλος τραυματίας ἦν καὶ λελεπρωμένος, ἦλθε πρὸς Νικόστρατον, ἔνθα ἦσαν καὶ ἅγιοι, καὶ πεσὼν εἰς γῆν προσεκύνει αὐτοὺς, ὁμολογῶν τὴν εὐσέβειαν καὶ τῶν υἱῶν θεραπείαν ἐπιζητῶν. Ὡς οὖν ἅπαν τὸ οἴκημα ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν πλῆρες ἦν τῶν δεξαμένων τὸν λόγον τῆς πίστεως, Πολύκαρπός τις ἀνὴρ εὐσεβὴς καὶ πρεσβύτερος τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἐνδυσάμενος καὶ τὰς συνήθεις τελέσας εὐχὰς τῷ θείῳ πάντας βαπτίσματι τελειοῖ· μεθ' ὃ τοὺς ἐν ἀσθενείαις ἐξεταζομένους ἦν ἰδεῖν ῥῶσιν λαβόντας καὶ ἀλλήλους πρὸς τὴν ἄθλησιν παραθήγοντας. Ἐπεὶ δὲ ὁ δοθεὶς αὐτοῖς καιρὸς τῆς ἀναβολῆς διέῤῥευσεν, ὁ ἔπαρχος Τραγκυλῖνον μετακαλεσάμε- D νος τὸν Μαρκελλίνου καὶ Μάρκου πατέρα, οὔπω γὰρ ᾔδει ὅτι κἀκεῖνος Χριστιανός ἐστι, λέγει αὐτῷ· Ἔτι οἱ υἱοί σου ἀπειθοῦσι θῦσαι τοῖς θεοῖς; Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν, Μακάριοι, εἶπεν, ἐκεῖνοι τῆς τοιαύτης γνώμης, ὅτι τῆς πλάνης ἀπαλλαγέντες, τὴν ἀλήθειαν ἔγνωσαν, κἀμὲ πρὸς ταύτην ὡδήγησαν. Ὁ ἔπαρχος εἶπεν· Ὄντως δὴ καὶ αὐτὸς ἠλλοιώθης τὰς φρένας λόγοις ἀπατηλοῖς πρὸς τὴν κακοδαίμονα ταύτην θρησκείαν μεταβαλών; Καὶ ὁ Τραγκυλῖνος, Εἶχον μὲν, φησὶ, καὶ αὐτός ποτε οὕτω γνώμης, ὦ δικαστὰ, καὶ Χριστιανοὺς ἀπατᾶσθαι ἐνόμιζον· ἐπεὶ δὲ τῷ γενναίῳ ἐνέτυχον Σεβαστιανῷ ἀνδρὶ περιφανεῖ καὶ προσφιλεῖ τοῖς κρατοῦσι, παρ' αὐτοῦ τε τὰ τῆς

IX. Hæc cum audivisset Claudius et esset consauciatus Christi desiderio, cursim domum venit, et duobus acceptis filiis, ex quibus alter quidem conflictabatur cum gravi morbo hydropis, alter autem erat totus ulcerosus et leprosus, accedit ad Nicostratum apud quem erant sancti; et cum cecidisset in terram, adorabat ipsos, confitens pietatem, et petens ut curarentur filii. Cum ergo tota domus esset plena viris et mulieribus, qui verbum fidei susceperant, quidam Polycarpus vir pius, et presbyteratus dignitatem assecutus, stola sacerdotali indutus, peractis consuetis precibus, perficit omnes divino baptismate. Postquam cum qui morbo laborabant sanitatem recuperassent, et se invicem exhortarentur ad suscipienda fortiter certamina, quoniam præterfluxerat quod ei datum fuerat tempus dilationis, præfectus accersito Tranquillino patre Marcellini et Marci, nondum enim sciebat illum religionem tenere Christianam ejecto cultu simulacrorum, dicit ei : Adhucne tui filii recusant iis sacrificare contemnentes jussa imperatorum? Ille vero dixit, respondens : Beati illi, quod sint in hac sententia, et ab errore liberati ipsam agnoverint veritatem, et vix me tandem ad eam deduxerint. Dixit præfectus urbis : Ergo tu quoque revera immutatus a mente discessisti, verbis credens fallacibus, et ad hanc infelicem traductus religionem ? Dixit Tranquillinus : Eram ego quoque aliquando in hac sententia o judex, et qui reli-

gionem sectabantur Christianam arbitrabar decipi, et non esse sanæ mentis. Postquam autem egregium conveni Sebastianum, virum insignem, et qui est, ut scis, magno studio imperatoribus, et ab ipso didici quam sit honesta et veneranda fides, et non ut nostra superstitio, sordida et odiosa, didici experientia quem Deum colere oporteat. Quem qui ignorant, si fas sit dicere, sunt propter errorem miserabiles, et eo magis quod sibi videantur esse sani, cum non sint sani sensibus. Dixit urbis præfectus : Dic, quibusnam verbis credens aut factis es adeo mutatus, ut eum pro Deo habeas qui actus fuit in crucem, et alia passus est plena probro et dedecore ? Dixit Tranquillinus : Si non iracunde, sed patienter et placide me audiveris, o judex, ostendam tibi hunc crucifixum verum esse Deum, et Deum totius naturæ, tam quæ est aspectabilis, quam quæ non cadit sub aspectum. Dixit præfectus : Dic nobis libere et nihil reticens, ut si res tui Dei bene se habeant, simus nos quoque socii tuæ religionis.

πίστεως ἔγνων ὡς σεμνά τινα καὶ σεβάσμια, ἀλλ' οὐχ οἷα τὰ ὑμέτερα, ῥυπαρά τε καὶ ἔμμυσα, πείρᾳ μεμάθηκα τίνα δεῖ σέβειν Θεὸν, ὃν οἱ ἀγνοοῦντες, εἰ μὴ τολμηρὸν εἰπεῖν, ἐλεεινοὶ τῆς πλάνης. Ὁ ἔπαρχος εἶπε· Καὶ τίσι λόγοις ἢ ἔργοις πειθόμενος οὕτω μετεβλήθης; ὡς καὶ Θεῷ προσανέχειν ὑπὸ σταυρὸν ἐλθόντι, καὶ τἄλλα παθόντι τὰ ἐπονείδιστα; Τραγκυλῖνος εἶπεν· Εἰ ἀνεξικάκως ἤκουες, ὦ δικαστὰ, ἔδειξα ἄν σοι τὸν ἐσταυρωμένον τοῦτον τὸν Θεὸν ὄντα ἀληθινὸν καὶ πάσης ἀοράτου καὶ ὁρατῆς δεσπόζοντα κτίσεως. Ὁ ἔπαρχος εἶπε· Μετὰ παῤῥησίας, μηδὲν ὑποστειλάμενος φράσον ἡμῖν, ἵνα, εἰ καλῶς ἔχει τὰ τοῦ Θεοῦ σου, κοινωνήσωμέν σοι τῆς θρησκείας.

X. Dixit Tranquillinus : Quoniam est mihi facta dicendi potestas a tua mansuetudine, audi paucis mysterium consilii et œconomiæ carnis susceptæ : et scies omnino, nisi velis libens cæcutire ad veritatem, nullam aliam religionem carere errore præterquam solorum Christianorum. Hic Christus quem vos insectamini maledictis, cum esset Deus ab initio, in quem non cadit interitus, et qui mutari non potest et alterari, et qui est semper cum Patre et Spiritu, et ipse omnia produxit. Primum quidem angelicas potestates cœlestes; deinde autem hunc mundum, et postremum inducens hominem : quem et manus suæ ornat effictione, et regem constituit eorum quæ sunt in terra : et cum eum ad habitandum locasset in paradiso, dat ei mandatum, ut fruatur quidem omnibus quæ in eo sunt arboribus, ab una autem sola abstineat, eum erudiens ad obedientiam, et majora procurans per observationem. Sed unus cui obtigerat imperium in angelicos ordines, ad vitium impulsus, et divina gloria, propter elationem, cum eo ordine cui imperabat, privatus, non patiebatur hominem videre Deo esse conjunctum, et ad cœlum unde ipse ceciderat evehi. Unde etiam invido in eum conjecto oculo, spe fallaci et eo modo quo ipse ceciderat, divina eum gloria spoliat, et a loco qui ei datus fuerat ad habitandum, et ab immortalitate efficit alienum. Neque vero is deinde intermisit hominum naturam in mala sibi invicem succedentia immittere, ut quæ a superna ope esset destituta, adeo ut hominem abduxerit a Deo qui eum creerat et formaverat : deduxerit vero ad simulacra et manuum figmenta, et effecerit ut res creata insurgeret adversus creatorem. Hinc lex data est ad correctionem : et prophetæ opem ferunt Dei figmento, et cum esset morbus immedicabilis, et ad deteriora extenderetur, ipse Patris Filius unigenitus visus est in terra, et in omnibus est effectus similis nobis absque peccato, et cum eum qui defecerat, et eos qui ejus parent imperio, cum corpore vicisset, quos vos deos esse putatis, nos ad antiquam reduxit nobilitatem, et rursus ascendit ad Patrem cum eo quod assumpserat, et veniet hac vita dissoluta, et congregabit omne figmentum, daturum rationem eorum quæ fecit bene vel male.

Γ'. Τραγκυλῖνος εἶπεν· Ὁ Χριστὸς οὗτος, ἔπαρχε, ὃν ὑμεῖς βλασφημεῖτε, Θεὸς ὢν ἀπ' ἀρχῆς ἄφθαρτός τε καὶ ἀναλλοίωτος καὶ τῷ Πατρὶ συνυπάρχων καὶ Πνεύματι, τὰ πάντα παρήγαγεν, ὑποστήσας πρῶτον μὲν τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις καὶ οὐρανίους, εἶτα τόνδε τὸν ὁρώμενον κόσμον, καὶ τελευταῖον τὸν ἄνθρωπον· ὃν καὶ χερσὶ διαπλάσας, βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς καθίστησι καὶ τῷ παραδείσῳ ἐγκατοικίσας κελεύει πάντων μὲν ἀπολαύειν τῶν ἐκεῖσε φυτῶν, ἑνὸς δὲ μόνου ἀπέχεσθαι, παιδεύων αὐτὸν πρὸς ὑπακοήν. Ἀλλ' εἷς τῶν ἀρχαγγέλων, τῆς θείας δόξης δι' ἔπαρσιν, μεθ' οὗ ἐπεστάτει τάγματος ἐκπεσὼν, οὐκ ἔφερεν ὁρᾷν τὸν ἄνθρωπον ᾠκειωμένον Θεῷ. Ὅθεν ἐλπίσιν ἀπατηλαῖς καὶ ᾧ αὐτὸς ἐκπέπτωκε τρόπῳ τῆς θείας δόξης ἀπογυμνοῖ, καὶ τοῦ παραδείσου καὶ τῆς ἀθανασίας ἀλλοτριοῖ, κἀντεῦθεν οὐ διέλιπεν οὗτος τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν ποικίλοις περιβάλλων κακοῖς, ὡς ἀποστῆσαι μὲν τοῦ πεποιηκότος Θεοῦ, εἰς εἴδωλα δὲ καταγαγεῖν καὶ χειρῶν πλάσματα. Ὅθεν καὶ νόμος πρὸς διόρθωσιν δίδοται, καὶ προφῆται βοηθοῦσι τῷ τοῦ Θεοῦ πλάσματι. Ἐπεὶ δὲ τοῖς χείροσιν ἐπετείνετο, αὐτὸς ὁ τοῦ Πατρὸς μονογενὴς Υἱὸς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ κατὰ πάντα ἡμῖν ὁμοιωθεὶς χωρὶς ἁμαρτίας τόν τε ἀποστάτην καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν μετὰ σώματος νικήσας, οὓς ὑμεῖς ἡγεῖσθε θεοὺς, πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἡμᾶς ἐπανάγει εὐγένειαν, καὶ πάλιν πρὸς τὸν Πατέρα μετὰ τοῦ προσλήμματος ἄνεισι, μεθ' οὗ καὶ ἥξει πάλιν, καὶ πᾶν τὸ πλάσμα συνάξει, λόγον δῶσον ὧν εὖ ἢ κακῶς διεπράξατο.

XI. Hæc sunt, o judex, arcana œconomiæ. Propterea est et crux, et mors, et sepultura, quæ vos cum Christo objicitis, non animadvertitis vos per

ΙΑ'. Ταῦτα, ὦ δικαστὰ, τὰ τῆς οἰκονομίας ἀπόῤῥητα. Διὰ τοῦτο σταυρὸς, καὶ θάνατος, καὶ ταφὴ, ἃ ὑμεῖς τῷ Χριστῷ ἐπ' ἀτιμίᾳ προφέροντες διὰ τού-

του δεικνύετε αὐτοῦ τὸ σεβάσμιον. Εἰ γὰρ καὶ ὡς ἄνθρωπος πέπονθεν, ἀλλ' ἐγήγερται ὡς Θεός· εἰ καὶ ὑμεῖς ἀφέντες τὰ Θεὸν αὐτὸν παριστῶντα, τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος ἐγκαταμένετε, τὴν οἰκονομίαν αὐτοῦ καὶ ἀσθένειαν λογιζόμενοι, καὶ οὐδὲ τὰ παραδόξως τότε καὶ νῦν ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐνεργούμενα πέπεικεν ὑμᾶς ὀψέ ποτε ἐπιγνῶναι τὸν πλάσαντα. Ἢ οὐχ ὁρᾷς οἷος καγὼ ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμολογίας καὶ τοῦ βαπτίσματος ἀναπέφηνα, ὁ πρὶν παρειμένος καὶ μηδὲ βαδίζειν σχεδὸν δυνάμενος;

ea per quæ contemptui habetis, ostendere eum esse colendum et venerandum. Si enim passus est ut homo, resurrexit ut Deus; etiamsi vos relictis iis quæ sunt excelsiora, et quæ eum aperte Deum ostendunt, remaneatis in iis quæ sunt humiliora, ejus in homines benignitatem et œconomiam reputantes imbecillitatem, et neque opera admirabilia, quæ et tunc et nunc fiunt in ejus nomine, vobis tandem persuaserunt intueri ad veritatem et agnoscere creatorem. An non vides qualis ego quoque evaserim ex confessione ejus et baptismate qui prius eram membris dissolutus et vix poteram ingredi?

ΙΒ'. Ἐπεὶ τοῦτο ὁ ἔπαρχος ἤκουσε καὶ τὸ ἀληθὲς τῆς εὐσεβείας σαφὲς ἐδιδάσκετο, ἐκποδὼν τοὺς παρεστῶτας ποιησάμενος, καλεῖ τὸν Τραγκυλῖνον, καὶ λέγει αὐτῷ· Ὁρῶ, ἀδελφὲ, ὅτι οὐκ ἄλλος ἢ μόνος οὗτος Θεὸς, ὁ παρ' ὑμῶν προσκυνούμενος, ᾧπερ εἰ βούλει κἀμὲ προσελθεῖν, νῦν μὲν ἄπιθι ἐν ἀποῤῥήτοις ἔχων τὸ βούλημα οἴκαδε, τῇ δὲ ἑξῆς τοὺς ἁγίους λαβὼν, οὓς προεστάναι φὴς τῶν συνειλεγμένων Χριστιανῶν, ἄγαγε πρός με σπεύδων μηδένα τούτους ἰδεῖν. Μέλλω γὰρ κἀγὼ δι' ἐκείνων προσαχθῆναι Χριστῷ. Μετὰ ταῦτα ὁ Τραγκυλῖνος εἰς τὸν αὐτοῦ οἶκον ἐλθὼν, καὶ τὰ κατὰ τὸν ἔπαρχον τοῖς ἁγίοις γνωρίσας, εὐφροσύνης τούτους πληροῖ μαθόντας τὸν πρότερον διώκτην θερμὸν ἐσόμενον ὅσον οὔπω τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστήν. Ὅθεν μὲν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις τὴν νύκτα πᾶσαν διήνεγκαν, καὶ ἅμα πρωῒ λαβὼν ὁ Τραγκυλῖνος τοὺς ἁγίους Σεβαστιανὸν καὶ Πολύκαρπον πρὸς τὸν ἔπαρχον ἔρχεται, οὓς ἐκεῖνος ἰδὼν, ἀνέστη καὶ τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐφαψάμενος, ἐδεῖτό τε κατεχούσης νόσου ἀπαλλαγῆναι. Ἦν γὰρ τὸ σῶμα αὐτοῦ σεσωρευμένον εἰς ὄγκους ἅπαντας πεπωρωμένον, ὡς ἐντεῦθεν αὐτῷ βραδεῖαν καὶ ναρκώδη τὴν κίνησιν γίνεσθαι. Τῶν δὲ ὑπισχνουμένων τὴν ἴασιν εἰ ἐξ ὅλης καρδίας πιστεύσοι τῷ Θεῷ, φωνῇ μεγάλῃ τοῦτο ἀνωμολόγησεν. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ξόανα ταῖς τῶν ἁγίων ὑποθήκαις συντρίψας, καὶ ὡς χοῦν λεπτύνας, ἔργῳ τὴν πίστιν ἐπεδείξατο.

XII. Postquam hæc audivit præfectus, tacuit aliquandiu et cum quæ dicta fuerant animo agitasset et vidisset res verbis congruere, et veritatem religionis ex miraculis aperte didicisset, iis qui aderant semotis, vocat Tranquillinum, et ei dicit: Video, frater, esse magnam Christianorum religionem, et non esse alium Deum præter eum solum qui a vobis adoratur. Si ergo vis me quoque ad eum accedere, et esse tecum participem tuæ religionis, nunc quidem abi domum, secretum tenens consilium. Crastino autem die accipiens sanctos, quos dicis præesse collectis Christianis, duc ad me, adhibito studio ne quis eos videat. Nam ego quoque sum Christo per illos offerendus, relicto errore simulacrorum. Post hæc ergo dimisso consilio, cum in domum suam venisset Tranquillinus, et sanctis narrasset quemadmodum locutus fuisset cum præfecto, et quemadmodum ei persuaserat ut religionem sequeretur Christianam, effecit ut omnes magna afficerentur lætitia, cum rescivissent eum, qui prius erat persecutor, futurum acrem Christianis athletam. Quare cum nox illa fuisset consumpta in psalmis et hymnis, ubi dies advenit, accipiens Tranquillinus sanctos Sebastianum et Polycarpum (sicut ei jusserat præfectus, abiit in domum suam. Quos cum vidisset ingressos, surrexit, et cum pedes eorum tetigisset, rogavit ut salutem assequeretur, et liberaretur ab eo morbo quo laborabat; erat enim corpus ejus totum tumefactum et mutilum, adeo ut ex hoc ei fieret tardus et torpidus motus. Cum ii autem dixissent fore ut ei membra solverentur, si ex toto corde Deo crederet, hoc voce clarissima est confessus, abnegata impietate simulacrorum. Nec hoc solum, sed etiam cum ipsa dæmonum simulacra quæ erant domi ejus, sanctorum monitis ductus contrivisset et in pulverem comminuisset, ostendit sincerum opus fidei.

ΙΓ'. Ἔνθα καὶ γίνεταί τι λόγου καὶ μνήμης ἄξιον. Τιβούρτιος γὰρ ὁ υἱὸς Χρωματίου, ἔτι περὶ τὴν πίστιν ἀμφίβολος ὢν, ἐπεὶ τὰ μὲν ἄλλα τοῦ πατρὸς εἴδωλα συνετρίβη, ἓν δέ τι θαυμαστὸν ὑπολέλειπτο ἔργον ἐν ᾧ πᾶσα ἀστρολογία καὶ ἡ τῶν οὐρανίων κίνησις ἦν, τοῖς ἄλλοις ἐπιδυσχεράνας αὐτοῦ περιείχετο, καὶ οὐκ εἴα πρότερον συντριβῆναι ἢ πεῖραν δι' αὐτοῦ τῶν ἁγίων λαβεῖν, καὶ ἔργῳ βεβαιωθῆναι πρὸς τὴν εὐσέβειαν· καὶ δὴ κλιβάνους ἐνεγκὼν καὶ πῦρ ὑποστρώσας ὥστε πυρακτωθῆναι, λέγει τοῖς ἁγίοις· Ἴστε σαφῶς ὡς, τοῦ καλοῦ τούτου συντριβέντος ἔργου, εἰ μὲν ῥῶσιν, ὡς ὑπέσχεσθε, ὁ ἐμὸς εὕροι πατὴρ, ἀληθὴς ἔσομαι κἀγὼ Χριστοῦ μαθητής· εἰ δὲ καὶ μετὰ τὴν τούτου συντριβὴν ἡ

XIII. Quo tempore fit etiam quiddam dignum quod dicatur et memoriæ mandetur. Tiburtius enim filius Chromatii adhuc dubitabat in fide, et cum vidisset alia quidem simulacra patris esse contrita, unum adhuc esse reliquum opus admirabile in quo erat universa astrologia et motus cœlestium, alia esse contrita ægre ferens, hoc ultimum amplectebatur, et non prius id sinebat conteri, quam per ipsum accepisset sanctorum experientiam, et opere confirmatus fuisset ad pietatem; et cum curasset afferendos clibanos, et eis ignem substravisset ut succenderentur, dicit sanctis: Hoc velim sciatis, quod hoc pulchro contrito opere, si sanitas quidem fuerit restituta patri meo sicut

A estis polliciti, ero ipse quoque verus Christi discipulus, excussa dubitatione : sin autem ejus morbus duraverit postquam id interierit, vos huic quod videtur supplicio subjiciam tanquam deceptores. His verbis dictis, pater quidem prohibebat eum ad talem venire experientiam, sancti vero libenter accepta conditione (non enim divinæ virtuti poterant non credere), urgebant juvenem ad opus conterendum. Quod cum factum esset, lux statim circumfulsit Chromatium, et pulcher apparens adolescens dixit ei : Beatus es quod Christo credidisti, qui nunc misit me ad te, ut dem tibi liberationem a morbo quo teneris. Quæ simul atque dicta fuere, dissoluta est membrorum mutilatio, et licebat videre eum qui prius vix ingrediebatur, tanquam cervum tunc saltare. B Propter quod fertur stupefactus Tiburtius protinus accurrisse, et sanctorum pedes tangentem, Deum verum confessum esse Christum, et rogasse ut ab eis assequeretur baptismum. Lætati autem sancti juvenis mutatione, eique et patri dato tempore præstituto ut sordes ex priore vita susceptas abluerent, divino eos dignantur baptismo. Et post hæc Chromatius prætextu morbi, præfecti urbis deposito magistratu (nondum enim volebat suam cognosci mutationem) et indigentibus suis dispersis facultatibus, et iis qui jugum trahebant servitutis manumissis et liberatis, iisque veluti quibusdam primitiis Deo oblatis, deinceps versabatur cum sanctis, discens fidei rationem, et ad pietatem adhuc magis confirmabatur.

νόσος ἐπικρατοίη τῇ δρωμένῃ ταύτῃ δίκῃ ὡς ἀπατεῶνας ὑμᾶς ἐμβαλῶ. Ὁ μὲν οὖν πατὴρ διεκώλυεν αὐτὸν τῆς τοιαύτης πείρας ἀπέχεσθαι. Οἱ δὲ ἅγιοι, ἅτε Θεῷ πεποιθότες, τὰς συνθήκας ἀσμένως δεξάμενοι, πρὸς τοῦτο κατένευσαν. Οὗ γενομένου, φῶς εὐθὺς περιέλαμψε τὸν Χρωμάτιον, καὶ νεανίας τὴν ὥραν λαμπρὸς ὀφθεὶς εἶπεν αὐτῷ· Μακάριος εἶ, ὅτι ἐπίστευσας τῷ Χριστῷ, ὃς νῦν ἀπέσταλκέ με πρὸς σὲ δοῦναί σοι τῆς κατεχούσης νόσου ἀπαλλαγήν. Καὶ ἅμα τῷ λόγῳ ἡ τῶν μελῶν πάρεσις διαλέλυτο, καὶ ἦν ἰδεῖν τὸν πρὶν μόλις βαδίζοντα ἐλάφου δίκην τότε ἀλλόμενον. Ἐφ' ᾧ καταπλαγεὶς ὁ Τιβούρτιος τοῖς ἁγίοις προσπίπτει, Θεὸν ἀληθινὸν ὁμολογῶν τὸν Χριστὸν, καὶ δεόμενος τοῦ θείου τυχεῖν βαπτίσματος. Οἱ ἅγιοι τοίνυν σὺν ἡδονῇ τεταγμένον αὐτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ δόντες καιρὸν ὥστε τὸν ἐκ τοῦ προτέρου βίου μολυσμὸν ἀποπλύνασθαι, τοῦ θείου αὐτοὺς καταξιοῦσι λουτροῦ. Καὶ μετὰ ταῦτα προφάσει νόσου τὴν τοῦ ἐπάρχου ἀρχὴν ἀποσεισάμενος ὁ Χρωμάτιος (οὔπω γὰρ ἐβούλετο γνωσθῆναι αὐτοῦ τὴν μετάθεσιν), καὶ πᾶσαν τὴν κτῆσιν τοῖς δεομένοις σκορπίσας, τοῖς τε δούλοις ἐλευθερίαν παρασχὼν, τὸ λοιπὸν συνῆν τοῖς ἁγίοις, πλέον πρὸς τὴν εὐσέβειαν ὁδηγούμενος.

C XIV. Sed iis quidem res ita se habebant quamdiu Carinus administravit Gallias qui Christianis mitiorem faciebat persecutionem, parcens amicis qui erant inter illos. Postquam autem ille quidem vitam finiit, pii vero nullum habebant qui eos defenderet, erupit in eos gravior persecutio, et columnæ ubique erigebantur per totam civitatem, in plateis, in fontibus, in foris, in quibus eis quidem qui diis sacrificabant, concedebant et aquam sumere et alias res venales : eos autem qui non parebant, præter cætera mala, etiam vacuis dimittebant manibus. Tunc ergo Chromatius, usus consilio illius, qui Romanam regebat ecclesiam, nomen ei erat Gaius, primum quidem domum ducens omnes Christianos, illos accipiebat bonis suis D omnibus impertiens, neque sinebat eos e domo egredi, sed eos volebat intus sedere : hoc enim sciebat esse tutius propter imbecilliores. Sed quoniam non poterat fieri ut diu laterent, omnia enim deprehendebat acris persecutio, statuit proficisci in quemdam montem, in quo illi erat prædiolum aptum et ad latendum, et ad fructus percipiendos, cum Christianis imbecillioribus : et illic effugere periculum. Et postquam hoc fuit statutum, et Christi populus fuit in duas partes divisus, nempe in eam quæ manebat, et eam quæ volebat recedere, fuit inter beatum Sebastianum et Polycarpum laudabilis controversia, quæ tale habuit initium, et ex hoc mota est. Diviso enim populo necesse erat eos quoque, ut qui soli aliis præessent, a se invicem disjungi, et alterum quidem sequi eam partem quæ abscedebat a civitate, alteram

ΙΔ'. Ἀλλ' εἶχε μὲν οὕτω ταῦτα ἕως Καρῖνος τὰς Γαλλίας διεῖπεν, ὃς μαλακώτερον τοῖς Χριστιανοῖς ἐποίει τὸν διωγμόν. Ἐπεὶ δὲ οὗτος ἐτεθνήκει, βαρύτερος κατ' αὐτῶν ἐῤῥάγη διωγμὸς, καὶ στῆλαι πανταχοῦ τῆς πόλεως Ῥώμης ἀνηγείροντο, ἐν ἀγοραῖς, ἐν πηγαῖς, ἐν πωλητηρίοις, ἔνθα τοὺς μὲν θύοντας τοῖς θεοῖς συνεχώρουν καὶ ὕδατος καὶ τῶν ἄλλων μεταλαμβάνειν, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας κεναῖς ἀπέπεμπον ταῖς χερσί. Τότε τοίνυν Χρωμάτιος σύμβουλον λαβὼν τὸν ἱεράρχην τῆς πόλεως, Γάϊος αὐτῷ ὄνομα, πρῶτον μὲν πάντας Χριστιανοὺς εἰς τὴν οἰκίαν ἀγαγὼν πᾶσιν ἐδεξιοῦτο τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ οὐκ εἴα προβαίνειν τοῦ δωματίου, τοῦτο γὰρ ἀσφαλέστερον διὰ τοὺς ἀσθενεστέρους ἐγίνωσκεν· ἐπεὶ δὲ οὐχ οἷόν τε ἦν λανθάνειν ἐπὶ πολὺ διὰ τὸ σφοδρὸν τοῦ διωγμοῦ, εἴς τι τῶν προαστείων ἔγνω ἀπαίρειν, πρός τε τὸ λαθεῖν καὶ πρὸς πᾶσαν καρποφορὰν ἐπιτήδειον, μετὰ τῶν ἀσθενεστέρων Χριστιανῶν, κἀκεῖσε διαδιδράσκειν τὸν κίνδυνον. Ἐπεὶ δὲ ὁ τοῦ Χριστοῦ λαὸς εἰς δύο μέρη διῄρητο, εἴς τε τὸ μένον καὶ εἰς τὸ ἀπιέναι βουλόμενον, ἐγένετό τις μεταξὺ τῶν μακαρίων Σεβαστιανοῦ καὶ Πολυκάρπου ἐπαινουμένη διαφορά· τοῦ γὰρ λαοῦ διαιρεθέντος ἔδει καὶ τούτους ἅτε τῶν ἄλλων προὔχοντας ἀλλήλους διαζευχθῆναι, καὶ τὸν μὲν τοῖς ἀποδημοῦσιν ἀκολουθεῖν, τὸν δὲ συγκαταλειφθῆναι τοῖς μένουσιν. Ἀμφότεροι δὲ ποθοῦντες τοῦ μαρτυρίου μετασχεῖν, ἑκάτερος μένειν ἐβούλετο, καὶ κίνδυνον ἡγεῖτο διαμαρτεῖν τῆς ἀθλήσεως. Ἀλλὰ ταύτην ἀγαθὴν ἔριν λύει Γάϊος οὕτως εἰπών·

autem relinqui cum ea quæ manebat. Hi vero volentes ambo subire martyrium, volebat uterque manere : et periculum existimabat non adire certamen. Sed hanc bonam litem componit Gaius in medium procedens, et apud eos verbis utens ejusmodi :

ΙΕ'. Εἰ μὲν μία ἦν ἡ πρὸς σωτηρίαν φέρουσα ὁδὸς, ὦ μακάριοι, καλῶς ἂν εἶχεν ἡμῖν οὕτω τῆς ἀθλήσεως ἀντεχομένοις, ἵνα μὴ τῆς σωτηρίας ἐκπέσητε. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τοῖς ὁμολογίας τοῦτο δίδωσιν, ἣν καὶ μᾶλλον ἀσφαλεστέραν οἶδα καὶ ἀκίνδυνον, τί μὴ τὴν διαμάχην ἀπολιπόντες παραχωρεῖτε ἀλλήλοις τῆς ἐπαινετῆς διαιρέσεως; Οὐ γὰρ ὅσιον οὓς τῷ Χριστῷ συνήψατε, τούτους ἀποιμάντους ἀφεῖναι. Δοκεῖ δέ μοι μᾶλλον Πολύκαρπον τοῖς ἀπιοῦσι συναπελθεῖν ἱερωσύνῃ διαλάμποντα, καὶ ἱκανὸν ὄντα καλῶς ἄγειν αὐτούς. Ταῦτα τοῦ μακαρίου Γαΐου εἰπόντος, καὶ πάντων τοῖς λεγομένοις ἐπινευσάντων, Τιβούρτιος ὁ υἱὸς Χρωματίου ἠξίου μὴ συναποδημεῖν τῷ πατρὶ, ἀλλὰ τῇ πόλει ἐγκαταμένειν, καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου ἐκδέχεσθαι στέφανον. Καὶ συγχωρήσαντος τοῦ Γαΐου διὰ τὴν πολλὴν τοῦ παιδὸς ἔνστασιν, ὁ μὲν τὸ λοιπὸν συνῆν τοῖς ἁγίοις καὶ πρὸς τὴν ἄθλησιν ἡτοιμάζετο· ὁ δὲ μακάριος Γάϊος τοὺς καταλειφθέντας μακροῖς τισι λόγοις πρὸς τοὺς προκειμένους ἐπιθαῤῥύνας ἀγῶνας, καὶ Μαρκελλῖνον μὲν καὶ Μάρκον τῷ τῶν διακόνων τάγματι, τὸν δὲ τούτων πατέρα τῷ τῶν πρεσβυτέρων ἐγκαταλέξας, Σεβαστιανὸν δὲ τὸν ἀοίδιμον τῆς ἐκκλησίας ἔκδικον καταστήσας, σὺν αὐτοῖς ὁσημέραι διέτριβε νηστείαις σχολάζουσι καὶ προσευχαῖς, καὶ τοῦ Θεοῦ δεομένοις τὸν μαρτυρικὸν ἀναδήσασθαι στέφανον. Τινὲς δὲ νόσοις πολυειδέσιν ἐξεταζόμενοι λάθρα πρὸς αὐτοὺς ἀφικνούμενοι ὑγιεῖς ἀπηλλάττοντο, καὶ θαύματα παρ' αὐτῶν ἐτελεῖτο παράδοξα, ὧν τὰ μὲν ἄλλα παρήσω, φεύγων τοῦ λόγου προσκορές· ἑνὸς δὲ μόνου ἐπιμνησθήσομαι.

A XV. Si una quidem, o beati, via esset quæ ducit ad salutem, nec posset qui ab ea errasset consequi ea quæ desiderantur, recte haberet vos ita arcte tenere decertationem ne a salute excideretis. Sed cum hoc quoque largiatur via confessionis, quam scio esse tutiorem et minus periculosam, cur non, omissa contentione, laudabili divisione ceditis alter alteri? Non enim fas est quos Christo conjunxistis, eos relinquere sine pastore et absque vestra curatione. Videtur autem mihi potius Polycarpum una ire cum abeuntibus ut qui sit et sacerdotio insignis, et ad eos ducendos sit idoneus et instituendos in pietate. Hæc cum beatus dixisset Gaius et omnes essent assensi iis quæ dicebantur, Tiburtius filius Chromatii vole- B lebat non una cum patre recedere, sed manere in urbe et accipere coronam martyrii, et cum id concessisset Gaius propter magnam constantiam adolescentis, ille quidem deinceps erat una cum sanctis, divino accensus desiderio, et propemodum ægre ferens quod non citius mitteretur ad stadium decertationis. Beatus autem Gaius, cum eos qui remanserant, ad proposita subeunda certamina prolixa confirmasset oratione, et Marcellum quidem et Marcum in ordinem diaconorum, eorum autem patrem in presbyterorum retulisset, inclytum vero Sebastianum ecclesiæ defensorem constituisset, cum eis versabatur quotidie vacantibus jejuniis et orationibus, et Deum rogantibus ut fortiter se gererent in certaminibus et tormentis, et redi- C mirentur corona martyrii. Et illi quidem in his erant. Quidam autem qui cum variis morbis conflictabantur, clam ad eos accedentes, sani revertebantur, et fiebant ab eis miracula; quæ erant contra opinionem, quorum alia quidem prætermittam vitans satietatem orationis. Unius vero meminero quam potero brevissime.

ΙϚ'. Κατιὼν ποτὲ ὁ Τιβούρτιος ἐκ τῆς οἰκίας, ἔνθα ἦσαν οἱ ἅγιοι, ἐνέτυχέ που κατὰ τὴν ἀγορὰν ἄνω ἐξ ὕψους πεσόντι, καὶ οὕτω δεινῶς ἔχοντι, ὡς τοὺς ἐπιτηδείους ἀπογνόντας αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν, τοῦ τάφου μόνου καὶ τῆς ὁσίας φροντίζειν. Πλησιάσας οὖν τῷ κειμένῳ καὶ τὴν συνήθη ἐπ' αὐτῷ τελέσας εὐχὴν, ὑγιᾶ τοῦτον τοῖς προσήκουσιν ἀποδίδωσι, πρὸς οὓς καὶ φησίν· Εἰ βούλεσθε καὶ ὑμεῖς παράδοξα ἔργα τελεῖν, πιστεύσατε τῷ Χριστῷ, παρ' οὗ κἀμοὶ τῶνδε τῶν θαυμάτων ἡ δύναμις. Ἐπεὶ δὲ πειθομένους εἶδεν αὐτῷ, πρὸς Γάϊον ἤγαγεν εἰπὼν, Δέχου τούτους, πάτερ τίμιε, οὓς δι' ἐμοῦ σήμερον ἐκέρδανεν ὁ Χριστός. Ὁ δὲ κατηχήσας αὐτοὺς καὶ τῷ θείῳ τελειώσας βαπτίσματι τοῖς λοιποῖς συγκατέμιξεν ἁγίοις. Ἀλλ' ἤδη καιρὸς εἰπεῖν ὅπως τὸ τέλος ἀπήντησε τῆς ἀθλήσεως· ὃ δὴ καὶ ποιήσω τῶν ἄλλων ἀφέμενος.

XVI. Descendens aliquando beatus Tiburtius e domo in qua erant sancti, incidit in foro in hominem qui ex alto ceciderat, et e casu tam male se habebat, ut ejus necessarii desperantes de salute, sepulcrum solum et justa ei facienda curarent. Cum itaque ei qui jacebat appropinquasset, et consuetas super eum preces fecisset, reddidit hominem sanum iis qui ad eum attinebant, adeo corroboratum invocatione nominis Christi, ut nec ei quidem videretur tale quid omnino accidisse. Post curationem autem ejus qui ceciderat, accersitis ejus D necessariis Tiburtius dicit eis : Si vultis quoque esse effectores rerum admirabilium, Christo credite, a quo ad me quoque profecta est hæc virtus miraculorum. Postquam vero vidit assentientes et parentes, eos ducens ad Gaium dicit ei : Suscipe hos, venerande pater, quos hodie per me Christus lucrifecit. Ille autem postquam ii verbum fidei didicissent, divino baptismate initiatos, commiscuit aliis sanctis, propter hæc Deo agens gratias, qui facit admirabilia in omnibus invocantibus ipsum. Sed jam tempus est narrandi decertationem, et quisnam finis unicuique evenerit; quod quidem faciam aliis omissis.

ΙΖ'. Ἡ μακαριωτάτη Ζωὴ ἐν τῇ σορῷ ποτε τοῦ

XVII. Beatissima Zoe orans aliquando ad locu-

lum apostoli Petri ab impiis comprehenditur. Et primum quidem adducta ad magistratum viciniæ, et tantummodo jubenti ei ut sacrificaret statuæ Martis quæ illic stabat, cum verecunde respondisset : Eum Venus magis delectaverit quam ego, illa de cætero quidem mansit tacens et oculos humi defigens. Ille autem hoc dicto efferatus jussit eam servari in carcere tutissimo, et neque lucem videre, neque cibos sumere. Deinde cum sex dies transegisset in hac afflictione, septimo transmittitur ad præfectum Flavianum. Qui cum post multas interrogationes vidisset eam non posse persuaderi, jubet eam in aliqua alta arbore a capite suspensam, et multo fumo inferne suffumigatam, sic finire vitam. Et illa quidem sic migrat ad Christum desideratum. Crudeles autem parricidæ corpus ejus acceperunt, et lapide ei appenso in Tiberim injiciunt, existimantes fore ut sic non appareret, et non esset Christianis morborum medicamentum.

A ἀποστόλου Πέτρου προσευχομένη παρὰ τῶν δυσσεβῶν συλλαμβάνεται, καὶ τῷ ἄρχοντι τῆς γειτονίας προσάγεται. Κελεύοντι οὖν αὐτῷ τῷ ἐκεῖσε τοῦ Ἄρεος ἀνδριάντι θῦσαι μετ' αἰδοῦς εἰποῦσα ὡς Ἡ Ἀφροδίτη μᾶλλον τέρψειεν τοῦτον ἢ ἐγὼ, ἡ μὲν τὸ λοιπὸν ἐσιώπα, τὰ ὄμματα εἰς γῆν ἐρείδουσα· ὁ δὲ πρὸς τὸν λόγον τοῦτον ἀγριάνας ἐκέλευσε αὐτὴν ἀσφαλῶς τηρεῖσθαι καὶ μήτε φῶς ὁρᾷν, μήτε σιτίων μεταλαμβάνειν. Ἓξ δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν τῷ ἐπάρχῳ Φλαβιανῷ παραπέμπεται· ὃς ἀπειθοῦσαν αὐτὴν ἰδὼν ἐκέλευσεν ἐπί τινος ὑψηλοῦ δένδρου κατὰ κεφαλῆς ἀναρτηθεῖσαν καὶ πολλῷ τῷ καπνῷ κάτωθεν καταπνεομένην, οὕτως ἀποθανεῖν. Τούτου δὲ γενομένου οἱ μιαιφόνοι τῷ σώματι ταύτης λίθον προσδήσαντες κατὰ τοῦ Τιβέρεος ἀκοντίζουσι ποταμοῦ, τὰ μέγιστα ζημιοῦντες Χριστιανούς.

XVIII. Postquam vero beatæ Zoes martyrium fuit sanctis cognitum, id omnes adeo incitavit ad similem zelum, ut Tranquillinus dixerit beato Sebastiano : Vides, domine mi, quemadmodum feminæ sexus imbecillitatem prompto et alacri animo corroborantes, coronas præripiunt. Quod simul atque dixisset domo egressus, et veniens ad loculum beati apostoli Pauli orandi causa, repente fuit comprehensus, et lapidibus obrutus jacitur in Tiberim. Hujus corpus Nicostratus et Claudius simul cum Castorio ad ripas quærentes ut mandarent sepulturæ, veniunt in manus eorum qui insidiabantur, et ducti ad præfectum, adeo nec blandis verbis, nec minis nec ullis insultibus converti potuere, ut præfectus admiratus significaverit hæc imperatoribus, et ab eis acceperit sententiam in illos quæ sic habebat : Eos qui non parent edicto nostræ divinitatis, et nolunt diis sacrificare, jubemus cum ter fuerint examinati tormentis, marinis tandem tradi fluctibus, nisi castigati supplices, nostri imperii cesserint potestati. Hac ergo accepta sententia, præfectus, postquam multis eis illatis plagis vidit eos non cedere nec inclinari, serviens decretis imperatorum, quæ ab illis lata fuerat, in sanctos pronuntiat sententiam. Et illi quidem sic consummati jaciuntur in mare.

B ΙΗ'. Ὡς οὖν τὸ μαρτύριον τῆς μακαρίας Ζωῆς τοῖς ἁγίοις ἐγνώσθη, τοσοῦτον ἅπαντας πρὸς τὸν ὅμοιον παρέθηξε ζῆλον, ὥστε τὸν Τραγκυλῖνον πρὸς τὸν μακάριον Σεβαστιανὸν, Ὁρᾷς, ὦ κύριέ μου, ὅπως αἱ γυναῖκες τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς τῇ προθυμίᾳ ἐπιῤῥώσασαι τοὺς στεφάνους προαρπάζουσι. Καὶ ἅμα τῷ λόγῳ τοῦ δωματίου ἐξελθὼν, καὶ ἐν τῇ σορῷ τοῦ μακαρίου ἀποστόλου Παύλου προσευχῆς χάριν γενόμενος, εὐθὺς συλλαμβάνεται, καὶ λίθοις καταλευσθεὶς τῷ ῥηθέντι ἐκδίδοται ποταμῷ. Τούτου τὸ σῶμα Νικόστρατος καὶ Κλαύδιος ἅμα Κάστορι παρὰ τὰς ὄχθας ζητοῦντες τοῦ ποταμοῦ ὥστε δοῦναι ταφῇ, ἐν χερσὶ τῶν ἀσεβῶν γίνονται, καὶ πρὸς τὸν ἔπαρχον ἀχθέντες, ἐπεὶ πάσαις προσβολαῖς ἀπεριτρεπτοιώφθησαν, κελεύσει βασιλικῇ, μετὰ τὸ πολλὰς ὑποστῆ- C ναι μάστιγας, θαλαττίοις ἐκδίδονται κύμασι.

XIX. Curtuatus autem vir quidam re quidem vera impius, specie vero pius et se Christianum simulans, cum se retulisset in numerum sanctorum, factis ipsis præbuit suspicionem. Nam et positura capillorum quæ par erat elaboratior et nimis accurata, victusque nimis mollis et delicatus, et alia minime honesta conversatio, induxit eos qui videbant, ut id quod erat, fraudulentum hominem putarent et deceptorem. Non multum intercessit temporis, et cum vidisset beatum Tiburtium in quadam sacra æde orantem, et eum indicasset impiis, ipse quoque comprehenditur simul cum Tiburtio. Hoc enim ita volebat, ut neque Christianis videretur esse proditor, et cum satis per ludum simulasset, sic deprehenderetur. Cum itaque Flavianus utrumque curasset sisti ad suum tribunal, dicit Curtuato: Num tu quoque pro Deo habes crucifixum ? Cum is autem subridendo dixisset, se illum existimare Deum quem hic beatus, ostendens digito Tiburtium, ægre ferens admirabilis adole-

ΙΘ'. Κουρτουνᾶτος (*sic*) δέ τις ἀνὴρ δυσσεβὴς μὲν τῇ ἀληθείᾳ, σχήματι δὲ εὐσεβὴς καὶ τὸν Χριστιανισμὸν ὑποκρινόμενος, τοῖς ἁγίοις ἑαυτὸν ἐγκαταλέξας, ἔργοις αὐτοῖς παρεῖχε τὸ ὕποπτον τῇ τε περιέργῳ τῶν τριχῶν θέσει, τῷ τε τρυφηλῷ τῆς D διαίτης καὶ τῇ ἄλλῃ ἀκόσμῳ ἀναστροφῇ ὑπήγετο τοὺς ὁρῶντας ἀπατηλὸν, ὅπερ ἦν, ἡγεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον. Οὐ πολὺ τὸ μέσον, καὶ τὸν μακάριον Τιβούρτιον ἔν τινι τῶν ἱερῶν οἴκων εὐχόμενον τοῖς δυσσεβέσι καταμηνύσας συλλαμβάνεται καὶ αὐτὸς ἑκὼν μετὰ Τιβούρτιον, ἵνα μήτε προδότης εἶναι δόξῃ Χριστιανοῖς, καὶ τὴν προσποίησιν ἱκανῶς διαπαίξας οὕτω φανερωθῇ. Φλαβιανὸς οὖν ἑκατέρους τῷ οἰκίῳ παραστησάμενος βήματι, λέγει τῷ Κουρτουνάτῳ· Μὴ καὶ σὺ τῷ ἐσταυρωμένῳ προσανέχεις Θεῷ; Τοῦ δὲ μετὰ μειδιάματος εἰπόντος ἐκεῖνον ἡγεῖσθαι Θεὸν ὃν ὁ μακάριος οὗτος κηρύττει, τὸν Τιβούρτιον τῷ δακτύλῳ δείξας, δυσχεράνας ὁ θαυμαστὸς νεανίας ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὑποκρίσει, λέγει αὐτῷ· Μὴ παραλογίζου σαυτὸν, ὦ Κουρτουνᾶτε, λαν-

θάνειν ἐν δόλοις πειρώμενος· οὐδεὶς συνεσθίων πόρναις καὶ μέθαις χαίρων, καὶ τἄλλα πράττων ἀναιδῶς, ὧν καὶ τὴν μνήμην μισῶ, Χριστοῦ μαθητὴς εἶναι δύναται. Ἢ ἀγνοεῖν ἡμᾶς δοκεῖς οἷος εἶ, καὶ ὅπως τὸν ἐμοὶ ἥδιστον ἐδούλευσας θάνατον, ὅς με ταχὺ τοῦ ταπεινοῦ τούτου σώματος διαζεύξει, καὶ τῷ ποθουμένῳ συνάψει Χριστῷ;

A scens tantam simulationem, et ira motus dicit ei: Ne teipsum decipias, o Curtuate, tentans latere in dolis. Nemo qui vescitur una cum meretricibus, et perseverat in vini potione usque ad ebrietatem, et alia facit impudenter, quorum vel solum meminisse abhorreo, potest esse Christi discipulus, et gloriari illius pro nobis perpessionibus. Putasne nos ignorare qualis sis, et quemadmodum mihi jucundissimam mortem sis machinatus, quæ me celerrime liberabit ad hoc humili corpore, et conjunget Christo quem desidero? Nam qui exspectantur cruciatus et multiplicia tormenta, a me ridentur et habentur ludibrio. Neque enim timeo exsilium, domum meam sponte dimisi volentibus; non ignem, non flagella, non aliquid aliud ex asperis et terribilibus quorum mihi minæ intentantur. Redduntur enim hæc omnia imbecillia et debilia divino auxilio.

Κʹ Φλαβιανὸς εἶπε· Τοῦτο μὲν ἄφες ληρεῖν, ὦ Τιβούρτιε· ἐμοὶ δὲ πειθόμενος φεῖσαι τῆς εὐγενείας σου καὶ τῆς νεότητος, καὶ μὴ τὸν ἐπονείδιστον τοῦτον ἀσπάσῃ θάνατον. Ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· Οὐ τοῦτο, φησὶν, αἰσχύνη, ὦ δικαστὰ, ἑνὶ ζῶντι λατρεύειν Θεῷ, ἀλλὰ δαίμοσι καὶ θνητοῖς ἀνθρώποις ἐκ παθῶν τιμωμένοις, οὓς οἱ σέβοντες ἐλεεινοὶ καὶ θρήνων ἄξιοι, ἐν οἷς προσκυνοῦσιν ἀτιμαζόμενοι. Τότε ὁ ἔπαρχος τῷ θυμῷ ζέσας, ἐκέλευσεν ἄνθρακας ἐνεχθῆναι, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἑλοῦ σεαυτῷ, δυεῖν θάτερον, ἢ τοῖς θεοῖς θῦσαι, ἢ τῶν ἀνθράκων γυμνοῖς ἐπιβῆναι ποσίν. Ὁ δὲ μακάριος Τιβούρτιος σταυρὸν χαράξας ἔστη ἐπάνω αὐτῶν, καὶ λέγει τῷ ἐπάρχῳ· Μάθε νῦν δι' ἐμοῦ, ὅτι μόνος οὗτος Θεὸς ἀληθινὸς, ὃν ἐγὼ σέβω, καὶ γενοῦ ὀψὲ ποτὲ Χριστιανὸς, τὸ σκότος τῆς ἀσεβείας λιπών. Ὁ δὲ δείσας μὴ τοῖς θαύμασι τούτοις ὑπαγάγηται πολλοὺς πρὸς τὴν εὐσέβειαν, ἐκέλευσεν ἀπαχθέντα τοῦτον πόῤῥω τοῦ ἄστεος ξίφει τμηθῆναι τὴν κεφαλήν. Καὶ ὁ μὲν τοῦτο πέρας εὑρίσκει τοῦ βίου.

XX. Dixit Flavianus: Has quidem nugas mitte, o Tiburti; mihi autem parens, parce tuæ nobilitati B et juventuti et ne probrosissimam hanc mortem amplectaris. Ille vero respondens dixit: Non est, inquit, probrum ac dedecus, o judex, servire uni Deo viventi, sed dæmonibus et mortalibus hominibus qui honorantur ex vitiis, quos qui colunt sunt miserabiles et digni qui lugeantur; ut qui in iis quæ adorant ignominia afficiantur, et sui erroris mercedem hinc accipiant. Honor enim eorum qui adorantur, est contumelia eorum qui adorant: et peccare apud ipsos vocatur cultus. Tunc præfectus ira fervens jussit afferri carbones, et dicit ei: Elige tibi alterum e duobus, ut vel diis sacrifices, vel super carbones nudis incedas pedibus. Beatus autem Tiburtius cum signum crucis impressisset, stetit supra ipsos et dixit præfecto: C Vide nunc in me quanta sit fidei potentia, et disce hunc solum esse verum Deum quem ego colo; et efficere tandem Christianus excussis tenebris impietatis. Ille vero timens ne his miraculis multos induceret ad pietatem, jussit ut abduceretur procul a civitate et illi caput amputaretur. Et ille quidem invenit hunc vitæ finem.

ΚΑʹ. Μετ' αὐτὸν δὲ καὶ Κάστουλος ὁ διαιτάριος συλληφθεὶς μετὰ πολλούς τε βασάνους ἐν λάκκῳ βληθεὶς, ἐκεῖ τελευτᾷ τὸν βίον, καὶ μάρτυς τῷ Κυρίῳ προσάγεται. Ἔτι δὲ καὶ Μαρκελλῖνος καὶ Μάρκος οἱ γενναῖοι τῆς εὐσεβείας ἀγωνισταὶ συσχεθέντες, καὶ τοὺς πόδας ἥλοις διαπαρέντες ἐπὶ τοσοῦτον ἵστασθαι παρὰ τοῦ δικάζοντος προσετάχθησαν, ἕως τοῖς θεοῖς θύσωσιν. Οἱ δὲ ἐν ταύτῃ τῇ χαλεπωτάτῃ βασάνῳ τὸ, « Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν ἢ τί τερπνὸν, » καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιλέγοντες, λόγχαις τὸ τελευταῖον τὰς πλευρὰς νυγέντες, ὡς ὁ Χριστὸς, ὑπὲρ οὗ ταῦτα ἔπασχον, ἀφῆκαν τὸ πνεῦμα.

XXI. Post eum autem Castullus diætarius comprehensus, apud quem manebant sancti post Chromatii emigrationem e civitate, et post multa tormenta projectus in lacum, illic finit vitam. Præterea vero Marcellinus et Marcus egregii veritatis athletæ, comprehensi et pedes clavis confixi, jussi sunt a judice tandiu stare, donec diis tribuerint honorem qui eis debetur. Illi autem in hoc tormento adeo intolerabili: « Ecce quam bonum et quam jucundum [a], » et quæ deinceps sequuntur, dictitantes, eis postremo lanceis punctis lateribus, sicut Christus pro quo hæc patiebantur, emiserunt spiritum. Atque illi quidem omnes eo modo quem diximus consummati, hostiæ ab omni labe et reprehensione alienæ oblati sunt Domino.

ΚΒʹ. Σεβαστιανὸς δὲ ὁ γενναιότατος μετάπεμπτος Διοκλητιανῷ τῷ βασιλεῖ γεγονὼς, ἐπεὶ παρέστη τῷ βήματι, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ τύραννος· Οὐκ ἐγώ σε, ὦ Σεβαστιανὲ, διὰ μεγίστης ἦγον τιμῆς, καί σοι τὰ τῆς ἀρχῆς μᾶλλον ἐπίστευον; Καὶ νῦν τί παθὼν πρὸς τοσαύτην ἐξεκυλίσθης ἀπόνοιαν, ὥστε καὶ κατὰ τῆς σῆς ζωῆς, καὶ κατὰ τοῦ ἐμοῦ κράτους ἀπαυθαδιάζεσθαι; Σεβαστιανὸς εἶπε· Τότε μὲν ἀγνοῶν, ὦ βασιλεῦ, τὸν ὄντως Θεὸν, τοῖς σοῖς ὑπέκυπτον ἀλογίστοις τάγμασι· νῦν δὲ αὐτὸν ἐπιγνοὺς, παρεῖδον

D XXII. Sebastianus autem longe generosissimus, ultimus ad supplicia reservatus, ipse quoque gloriose suscepit coronam martyrii. Quem cum accersisset Diocletianus, et jussisset ad suum tribunal sisti, dixit ei: Non ego te, o Sebastiane, in maximo honore habebam: et tibi imperium magis quam aliis credebam? Et nunc qui factum est, ut ad tantam sis pessumdatus amentiam, ut contra tuam vitam et meam potentiam te petulanter et insolenter geras? Dixit Sebastianus: Tunc quidem, o impe-

[a] Psal. CXXXII, 1.

rator, cum verum Deum ignorarem et essem implicatus errore simulacrorum, inconsiderate tuis jussis serviebam ; nunc vero cum agnovi veritatem, et quem me Deum colere oporteat, despexi et divitias et gloriam et alia quibus prius resplendebam, desiderans ea quæ manent et non perfluunt, quæ parata sunt iis qui Christum diligunt. Est enim extremæ amentiæ deos putare eos qui facti sunt ex lapidibus et alia quæ interit materia, et honorare opera manuum hominum quæ paulo post non erunt. His verbis ad iram motus Diocletianus jussit eum in medio campo tanquam scopum propositum multis sagittis peti. Quod cum factum esset, arbitrati satellites sanctum esse mortuum, eo dimisso recesserunt.

A καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ τὰ ἐπὶ γῆς ἅπαντα, ποθήσας τὰ εἰς ἀεὶ διαμένοντα ἀγαθὰ, ἃ τοῖς τὸν Χριστὸν ἀγαπῶσιν ἡτοίμασται. Μανίας γὰρ ἐσχάτης θεοὺς ἡγεῖσθαι χειρῶν ἀνθρωπίνων ἔργα κωφά τε καὶ ὅλως ἀναίσθητα. Τούτοις ὁ τύραννος εἰς ὀργὴν κινηθεὶς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ οἷα σκοπὸν τεθέντα πολλοῖς τοῖς βέλεσι βάλλεσθαι· καὶ τούτου γενομένου δόξαντες οἱ ὑπηρέται νενεκρῶσθαι τὸν ἅγιον ἀφέντες ἀπῆλθον.

XXIII. Cum nox autem advenisset, profecta conjux diætarii in campum, ut ejus corpus mandaret sepulturæ, et cum eum invenisset adhuc vivum, deduxit domum, et intra breve tempus reddidit sanum. Hoc cum rescivissent quidam ex Christianis et ad eum accessissent, obsecrabant ut abiret a civitate, ne si rursus apparuisset, pluribus tormentis afficeretur. Ille autem non modo se non abdidit, sed etiam stans in alta quadam domo, se prætereuntibus ostendit imperatoribus. Eum cum vidisset Diocletianus et ad se accersivisset, dicit ei : Non es tu Sebastianus, quem nos prius jussimus interfici sagittis? Sum, inquit, o imperator ; et me suscitavit Dominus a mortuis, ut cognoscas eum esse Deum, qui fecit omnia, et non amplius colas impuros dæmones, quorum cum sonitu peribit memoria. Tunc is jussit sancto totum corpus clavis contundi ac configi, et sic eum e vita excedere.

ΚΓʹ. Νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης πορευθεῖσα ἡ τοῦ διαιταρίου σύζυγος ἐπὶ τὸ πεδίον, ὥστε θάψαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ ζῶντα εὑροῦσα, πρὸς τὴν οἰκίαν B ἀπήγαγε, καὶ δι' ὀλίγου χρόνου τὸ ὑγιαίνειν αὐτῷ ἐχαρίσατο. Τινὲς δὲ τῶν Χριστιανῶν τοῦτο μαθόντες ἱκέτευον ἀπᾶραι τοῦ ἄστεος, ἵνα μὴ πάλιν φωραθεὶς πλείοσι ταῖς βασάνοις παραδοθῇ. Ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐκρύπτετο, ἀλλὰ καὶ ἐπί τινος δωματίου ὑψηλοῦ στὰς, παριοῦσι τοῖς βασιλεῦσιν ἐπίδηλος γίνεται. Τοῦτον ἰδὼν Διοκλητιανὸς καὶ μεταπεμψάμενος, λέγει αὐτῷ· Οὐ σὺ εἶ Σεβαστιανὸς, ὃν ἡμεῖς ἤδη πρότερον ἀποκτανθῆναι τοῖς βέλεσιν ἐκελεύσαμεν; Ὁ δὲ, Ἐγώ εἰμι, βασιλεῦ, ἔφη, καὶ ἤγειρέ με ὁ Κύριός μου ἐκ τῶν νεκρῶν ἵνα γνῷς ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ πάντων Θεὸς, καὶ μηκέτι προσέχῃς τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι. Τότε κελεύει ῥοπάλοις ἅπαν τὸ σῶμα καταξανθέντα τὸν ἅγιον, οὕτω βιαίως ἀποθανεῖν.

C

XXIV. Postquam ergo hic beatus migravit ad Dominum, satellites quidem ejus corpus noctu sustulerunt, et in quamdam cloacam projecerunt, cum sic jussisset tyrannus. Timebat enim ne si fuisset apud Christianos et faceret miracula, etiam post decessum multos abduceret a simulacris et persuaderet ut Deum colerent Sebastiani. Hic autem beatus in nocturna visione apparens mulieri cuidam claræ et piæ, cui nomen erat Lucina, dicit ei : Vade ad hunc locum, et accipe corpus meum et id sepeli in ea quæ dicitur Crypta, ad pedes apostolorum. Illa vero cum surrexisset et venisset in locum in quo erat cloaca, sustulit illinc corpus martyris, et cum in loco quem dixerat, ipsa diligenter et honorifice eum sepeliisset, ad sepulcrum permansit triginta dies ; et cum fuisset tandem pax reddita ecclesiis, illa domum suam fecit sacrum monasterium, et quandiu quidem fuit ei vita superstes, largissima manu succurrebat egentibus. Quando autem e vita excessit, omnes suas facultates in testamento donavit Christianis : ad gloriam Servatoris nostri Jesu Christi, cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

ΚΔʹ. Καὶ μετὰ τὴν τούτου τελευτὴν οἱ μὲν ὑπηρέται, τοῦ τυράννου κελεύσαντος, τὸ σῶμα αὐτοῦ νύκτωρ ἄραντες, εἴς τινα τῶν ὑπονόμων ῥίπτουσιν, ἵνα μὴ θαύματα τελοῦν καὶ μετὰ τὴν διάζευξιν πολλοὺς ἀποστήσῃ τῶν εἰδώλων. Ὁ δὲ μακάριος οὗτος νυκτὸς γυναικί τινι τῶν ἐπισήμων καὶ εὐσεβῶν (Λουκίνη ὄνομα) ἐπιφανεὶς, λέγει αὐτῇ· Πορεύθητι κατὰ τόνδε τὸν τόπον, καὶ λαβοῦσα τὸ σῶμά μου, θάψον τῇ Κρυπτῇ λεγομένῃ παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων. Ἡ δὲ ἀναστᾶσα καὶ γενομένη πρὸς τὸν ὑπόνομον, ἦρεν ἐκεῖθεν τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος, καὶ καθ' ὃν εἴρηκε τόπον ὁ μάρτυς ἐπιμελῶς καὶ κοσμίως κηδεύσασα, παρέμεινε τῷ τάφῳ ἡμέρας τριάκοντα. Καί ποτε ταῖς ἐκκλησίαις εἰρήνης βρα-
D βευθείσης, ἱερὸν φροντιστήριον τὴν οἰκίαν αὐτῆς ποιησαμένη, ἕως μὲν οὖν τῷ βίῳ περιῆν τοῖς δεομένοις ἐπήρκει ἀφθονωτάτῃ χειρί· τελευτῶσα δὲ, πᾶσαν τὴν κτῆσιν αὐτῆς Χριστιανοῖς ἐδωρήσατο, δοξάζουσα Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν μίαν θεότητά τε καὶ δύναμιν, ᾗ πρέπει δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

—

MENSIS FEBRUARIUS.

ΑΘΛΗΣΙΣ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΒΛΑΣΙΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΣΕΒΑΣΤΕΙΑΣ.

CERTAMEN
SANCTI ET GLORIOSI HIEROMARTYRIS
BLASII EPISCOPI SEBASTEÆ
ET SOCIORUM

(Latine apud Surium ad diem 3 Februarii ; Græce ex cod. ms. 1452 sæculi decimi [1]).

Α'. Ἡνίκα ὁ καιρὸς τῶν εἰδώλων ἐπεκράτει καὶ A πολλοὶ ἄνθρωποι πλάσμασι καὶ κτίσμασι προεσκύνουν, τότε ἤνθει καὶ ἡ πίστις πάντων τῶν ἁγίων, μεθ' ὧν καὶ ἡ τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου ἱερομάρτυρος Βλασίου. Οὗτος γὰρ ὁ ὅσιος καὶ τίμιος ἀνὴρ Βλάσιος πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἤπιον διαγωγὴν ζήσας, ὡς ἐν τῷ Ἰὼβ γέγραπται ἦν ἄκακος, ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος· ὅθεν διὰ τὸν καθαρὸν καὶ ἀνεπίληπτον αὐτοῦ βίον, οἱ ἐν τῇ πόλει Σεβαστείᾳ τῆς Καππαδοκίας πιστοὶ προεχειρίσαντο αὐτὸν εἰς ἐπίσκοπον. Ὁ δὲ μακάριος Βλάσιος φοβηθεὶς τῶν τότε κρατούντων τὴν ἀσέβειαν καὶ παρανομίαν, ἀπελθὼν ἐν τῷ ὄρει τῷ λεγομένῳ Ἀργέῳ, ᾤκει ἐν σπηλαίῳ. Καὶ συνήρχοντο πρὸς αὐτὸν τὰ ἄγρια ζῶα, καὶ εὐλογοῦντο ὑπ' αὐτοῦ, καὶ εἰ συνέβη B ἓν ἐξ αὐτῶν ἀδολεσχίᾳ περιπεσεῖν ὥσπερ λογικὰ παρέμενον τῷ σπηλαίῳ· καὶ εἰ μὴ ἐπετίθει ἐπ' αὐτὰ τὴν χεῖρα ὁ ἅγιος εὐλογῶν αὐτὰ, οὐκ ἀνεχώρουν ἀπ' αὐτοῦ.

Β'. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκέλευσεν Ἀγρικόλαος ὁ ἡγεμὼν ἀγρευθῆναι ζῶα παντοδαπὰ εἰς θηριομαχίαν καὶ ἀνάλωσιν τῶν τότε μαρτυρούντων ἁγίων, καὶ ἐξελθόντες οἱ θηρευταὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἦλθον καὶ ἐν τούτῳ τῷ ὄρει τῷ ἐπονομαζομένῳ

I. Quo tempore vigebat cultus simulacrorum, et multi homines adorabant figmenta et res creatas, tunc etiam florebat fides omnium sanctorum, cum quibus fides quoque sancti et gloriosi martyris Blasii. Hic ergo sanctus et venerandus vir Blasius, cum toto tempore vitam egisset mansuetam et mitem, sicut scriptum est in Job, erat innocens, inculpatus, verus, pius et religiosus, abstinens ab omni opere malo. Quamobrem propter puram vitam et quæ nulli affinis erat reprehensioni, qui in civitate Sebastea Cappadociæ erant fideles, eum crearunt episcopum. Is autem profectus in montem, qui dicitur Argeus, habitabat in spelunca, feræque ad eum conveniebant, et ab eo benedicebantur : et si contigisset unam ex eis incidere in ejus meditationem, tanquam ratione præditæ, exspectabant ad speluncam, et nisi imposuisset eis manus, eas benedicens, a sancto minime recedebant.

II. In illis autem diebus jussit præses Agricolaus capi omne genus animalium, ut sancti, qui tunc erant, martyres ab eis consumerentur, et cum eis depugnarent. In montes vero egressi venatores, venerunt etiam in montem, qui dicitur Argeus,

(1) Baronius ad an. 316 hæc acta ex Metaphr. non in omnibus agnoscit sincera.

in quo latebat sanctus et venerandus vir Blasius. Cum autem appropinquassent speluncæ, et vidissent in ejus ingressu multitudinem agrestium animalium, quæ astabant et exsiliebant, dixerunt inter se: Quid hoc sibi vult? et cum venissent propius, invenerunt intra speluncam sanctum Blasium, sedentem tanquam in thalamo, et dividentem unicuique id quod erat ei opus, per benedictionem atque curationes, et Deo fundentem preces. Qui statim reversi, renuntiarunt præsidi Agricolao quæ viderant. Præses vero jussit plures milites cum eis proficisci, ut quoscunque illic invenissent latentes Christianos, ad eum adducerent. Euntes autem in montem, qui missi fuerant milites, et ingressi speluncam, invenerunt solum sanctum, orantem et laudantem Dominum, et dixerunt ei: Egredere; vocat te præses. Cum eos vero vidisset sanctus Blasius, valde lætatus est, et dixit: Adeste, eamus simul, o filii, mei enim recordatus est Dominus. In hac enim nocte ter mihi apparuit, dicens: Surge, offer mihi sacrificia pro more tui sacerdotii. Nunc ergo, filii mei, bene venistis. Dominus meus Jesus Christus sit vobiscum.

III. Dum autem ipsi venirent, in via convertebantur gentiles ad Dei cognitionem per ejus mansuetudinem et doctrinam. Etenim per ejus preces faciebat Dominus curationes: et cum ad eum afferrentur ægroti, eis imponens manus, dimittebat sanos. Non solum autem curabat homines, sed etiam jumenta et bestias. Cum itaque contigisset aliquem os devorare, vel aliquid ejusmodi, repente ad eum afferebant patientem, et per sanctas suas preces eum statim reddebat sanum. Contigit itaque, ut filius cujusdam mulieris, quæ eum habebat unicum, partem piscis comedens, os repente devoraret, et mutus maneret. Cum ergo mater pueri de sancto audivisset, eum allatum projecit ad ejus pedes semimortuum, cum fletu clamans et dicens sancto: Miserere mei filii, serve Servatoris nostri Jesu Christi, est enim mihi unigena; narravitque sancto, quid filio suo repente accidisset. Sanctus autem Dei et magnus sacerdos Blasius, manu imposita gutturi pueri, sic oravit, extendens in cœlum oculos, et Deo dicens: Qui iis, qui te invocabant in veritate, præsto fuisti adjutor, o Servator, audi meas preces, et spinam infixam huic puero, tua quæ sub aspectum non cadit, virtute, ei exime, eum curans; et de cætero, cum seu in hominibus, seu in pueris, seu in bestiis tale quid contigerit, illic autem recordatus fuerit aliquis mei nominis, dicens: Deus, intercessione servi tui Blasii, accelera tuum auxilium: fac cito in eo curationem ad gloriam et honorem sancti tui nominis; et cum ipse hæc dixisset, puerum statim sanum restituit sicut prius, et eum reddidit matri suæ, ore nunquam silente Deum laudantem atque glorificantem. Hominum autem sermone celebrabatur Dei martyr

A Ἀργέῳ, ἐν ᾧ ἐκρύπτετο ὁ ὅσιος καὶ τίμιος ἀνὴρ καὶ ἐπίσκοπος Βλάσιος. Καὶ ὡς ἐπλησίασαν οἱ θηρευταὶ ἐν τῷ σπηλαίῳ καὶ εἶδον πρὸς τῇ εἰσόδῳ αὐτοῦ πλήθη ἀγρίων ζώων παρεστώτων καὶ σκιρτώντων, εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; καὶ ἐλθόντες πλησιέστερον· εὗρον ἔνδον τοῦ σπηλαίου τὸν ἅγιον Βλάσιον ὥσπερ ἐν θαλάμῳ τινὶ καθήμενον καὶ τὸ χρειῶδες ἑκάστῳ διανεμόμενον διά τε τῆς εὐλογίας καὶ τῶν ἰάσεων, καὶ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ ἀποδιδόντα τῷ Θεῷ. Καὶ εὐθέως ὑποστρέψαντες ἀπήγγειλαν τῷ ἡγεμόνι Ἀγρικολάῳ ἃ εἶδον. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἐκέλευε στρατιώτας πλείονας συμπορευθῆναι αὐτοῖς, ἵνα ὅσους ἐὰν εὕρωσιν ἐκεῖσε Χριστιανοὺς κρυπτομένους ἀγάγωσι πρὸς αὐτόν. B Καὶ ἀπελθόντες οἱ ἀπεσταλμένοι στρατιῶται ἐν τῷ ὄρει, καὶ εἰσελθόντες ἔνδον τοῦ σπηλαίου εὗρον μόνον τὸν ἅγιον Βλάσιον προσευχόμενον καὶ δοξολογοῦντα τὸν Κύριον, καὶ εἶπον πρὸς αὐτόν· Ἔξελθε ἐν τάχει· καλεῖ σε ὁ ἡγεμών. Ἰδὼν δὲ αὐτοὺς ὁ ἅγιος Βλάσιος ἐχάρη πάνυ, καὶ εἶπε· Δεῦτε, τέκνα, πορευθῶμεν ἅμα· ἐμνήσθη γάρ μου σήμερον ὁ Κύριος· ἐν γὰρ ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἐφάνη μοι τρίτον λέγων· Ἀναστὰς προσένεγκέ μοι θυσίας κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερωσύνης σου. Νῦν οὖν, τεκνία μου, καλῶς ἤλθετε· ὁ Κύριός μου Ἰησοῦς Χριστὸς εἴη μεθ' ὑμῶν.

Γ'. Ἐν δὲ τῷ ἔρχεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ ὁδῷ ἐπέστρεφον Ἑλλήνων παῖδες εἰς θεογνωσίαν διὰ τῆς πραότητος αὐτοῦ καὶ διδασκαλίας. Καὶ γὰρ διὰ τῶν ἀκαταπαύστων αὐτοῦ προσευχῶν καὶ δεήσεων ἰάσεις C ἐπετέλει ὁ Κύριος, καὶ προσφερομένων αὐτῷ ἀῤῥώστων ἐπιτιθεὶς ἐπ' αὐτοὺς τὰς χεῖρας ὑγιεῖς ἀπέλυσεν ἅπαντας· οὐ μόνον δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἰᾶτο, ἀλλὰ καὶ τὰ κτήνη καὶ τὰ ἄλογα. Ὡς οὖν ἐγένετό τινα ὀστοῦν καταπιεῖν ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἐξαίφνης, ἔφερον πρὸς αὐτὸν τὸν πάσχοντα, καὶ διὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ προσευχῆς ὑγιῆ αὐτὸν παραχρῆμα ἀποκαθίστα. Ὅθεν συνέβη καὶ γυναικός τινος υἱὸν μονογενῆ αὐτὸν ἐχούσης ἰχθύος μέρος ἐσθίοντα ἀθρόον ὀστοῦν καταπιεῖν καὶ ἄφωνον μεῖναι. Ἡ οὖν μήτηρ τοῦ παιδὸς ἀκούσασα περὶ τοῦ ἁγίου ἐνέγκασα αὐτὸν ἔῤῥιψεν ἐν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ ἡμιθανῆ, βοῶσα μετὰ ὀδυρμῶν καὶ λέγουσα τῷ ἁγίῳ· Ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν, δοῦλε τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὅτι μονογενής μοί ἐστιν· D καὶ διηγήσατο τῷ ἁγίῳ τὸ συμβὰν ἐξαίφνης τῷ τέκνῳ αὐτῆς. Ὁ δὲ ἅγιος τοῦ Θεοῦ καὶ μέγας ἱερεὺς Βλάσιος, ἐπιθεὶς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν λαιμὸν τοῦ παιδὸς, προσηύξατο οὕτως, ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν τὸ ὄμμα αὐτοῦ καὶ λέγων πρὸς τὸν Θεόν· Ὁ τοῖς ἐπικαλουμένοις σε ἐν ἀληθείᾳ σύντομος ἰατρὸς γενόμενος σωτὴρ, ἐπάκουσόν μου τῆς δεήσεως καὶ τὴν ἐμπαγεῖσαν ἄκανθαν τῷ παιδὶ τούτῳ ἀοράτῳ σου δυνάμει ἄφελε ἐξ αὐτοῦ ἰασάμενος αὐτὸν, καὶ ἐὰν ἀπὸ τοῦ νῦν ἢ ἐν ἀνθρώποις ἢ ἐν βρέφεσιν, ἢ ἐν κτήνεσι τί τοιοῦτον συμβῇ ποτε, μνημονεύσει δέ τις ἐκεῖ τοῦ ὀνόματός μου λέγων· Ὁ Θεὸς τῇ πρεσβείᾳ τοῦ δούλου σου Βλασίου τάχυνον τὴν βοήθειάν σου, εὐθέως ποίησον ἐπ' αὐτὸν τὴν ἴασιν εἰς δόξαν καὶ τιμὴν τοῦ ὀνόματός σου. Καὶ ἐν τῷ

εἰπεῖν αὐτὸν ταῦτα παραυτὰ ἀποκατέστησε τὸν παῖδα ὑγιῆ ὡς τὸ πρότερον, καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἀσιγήτῳ στόματι αἰνοῦντα καὶ δοξάζοντα τὸν Θεόν. Διεβεβόητο δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ μάρτυς καὶ ἐπίσκοπος Βλάσιος οὐ μόνον ἐν τῇ Σεβαστείᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Νικοπόλει· πεπαιδευμένος γὰρ ἦν ὁ μάρτυς καὶ τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην.

A et episcopus Blasius, non solum Sebasteæ, sed etiam Nicopoli. Erat enim eruditus etiam in scientia medendi.

Δ'. Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν ἐρχομένου τοῦ ἁγίου συνέβη πενιχρᾶς τινος γυναικὸς ἕνα χοῖρον ἐχούσης καὶ μηδὲν ἕτερον κεκτημένης αὐτῆς ἁρπαγῆναι ὑπὸ λύκου· ἡ δὲ γυνὴ πιστὴ οὖσα προσῆλθεν τῷ ἁγίῳ μάρτυρι κατὰ τοῦ θηρός. Ὁ δὲ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ ἱερεὺς καὶ μάρτυς Βλάσιος ὑπομειδιάσας ἔφη αὐτῇ· Μὴ λυποῦ, γύναι, μηδὲ δάκρυε· ἀποκαθίσταται γάρ σοι ὁ χοῖρος ζῶν καὶ ἀβλαβής. Καὶ ἤρχετο ὁ ἅγιος ἐπὶ τῆς ὁδοῦ· αὐτοῦ δὲ ἐπὶ τὴν ὁδοιπορίαν σπεύδοντος ὁ λύκος ἀβλαβῆ διαφυλάξας τὸν χοῖρον, ἀπέδωκεν αὐτὸν τῇ χήρᾳ γυναικί. Εἰσελθόντος δὲ τοῦ ἁγίου Βλασίου ἐν τῇ μητροπόλει Σεβαστείᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν Ἀγρικόλαος βληθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ. Καὶ τῇ ἑξῆς καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος ὁ ἄρχων, ἐκέλευσεν ἀχθῆναι τὸν ἅγιον Βλάσιον. Τοῦ δὲ παραστάντος ἰδὼν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν ἤρξατο πρῶτον θωπείαις κεχρῆσθαι πρὸς αὐτὸν, καὶ προτέρως αὐτὸν ἀσπάζεται λέγων· Χαίροις, προσφιλέστατε Βλάσιε, φίλε τῶν θεῶν καὶ ἡμέτερε. Ὁ δὲ ἅγιος Βλάσιος λέγει αὐτῷ· Χαίροις καὶ σὺ, κράτιστε ἡγεμών· μὴ λέγε αὐτοὺς θεοὺς, ἀλλὰ δαιμόνια ἀκάθαρτα καὶ πονηρὰ, ἅτινα τῷ αἰωνίῳ καὶ ἀτελευτήτῳ πυρὶ παραδοθήσονται μετὰ τῶν σεβομένων αὐτά. Θυμωθεὶς δὲ ὁ ἡγεμὼν ἐπὶ τούτοις ἐκέλευσε βάκλοις ἀγρίοις τύπτεσθαι αὐτόν. Ἐπὶ πολλαῖς δὲ ὥραις τυπτόμενος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Βλάσιος λέγει πρὸς τὸν ἡγεμόνα· Ἀναίσθητε καὶ ψυχῶν ἀπατεὼν, ἀποστῆν με νομίζεις διὰ τῶν βασάνων σου ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ μου ὁμολογίας. Ἀλλ' οὐ δύνασαι· ἔχω γὰρ τὸν ἐνδυναμοῦντά με Ἰησοῦν Χριστόν. Τὸ λοιπὸν ποίει ὃ βούλει.

IV. In itinere vero ingrediente sancto, contigit ut cujusdam paupérculæ mulieris, quæ unum habebat porcum et nihil aliud, porcus a lupo raperetur. Mulier autem, quæ erat fidelis, accessit ad sanctum martyrem contra feram. Sanctus vero Christi sacerdos et martyr Blasius subridens, dixit ei : Ne sis tristis, o mulier, nec lacrymeris. Tibi enim reddetur porcus vivus et illæsus. Sanctus autem cœpit iter ingredi. Eo vero ingrediente, lupus, qui porcum illæsum conservaverat, eum reddidit viduæ. B Ingresso autem sancto in metropolim Sebasteam, jussit præses Agricolaus eum conjici in custodiam. Die vero sequenti sedens præses in tribunali, jussit adduci sanctum Blasium. Cum is autem astitisset, videns eum præses, cœpit primum cum eo agere blanditiis, et prius eum salutat, dicens : Salve, charissime Blasi, deorum amice et noster. Sanctus autem Blasius dicit ei : Salve tu quoque, præses optime. Ne eos vero dicas deos, sed dæmonia : quæ quidem tradentur igni æterno cum iis, qui ea colunt. His præses ira percitus, jussit eum agrestibus baculis verberari. Multis autem horis verberatus martyr Christi Blasius, dicit præsidi : O nullo sensu prædite et deceptor animarum, putas me C per tua tormenta abducere a Dei mei confessione? Sed non potes. Habeo enim Jesum Christum, qui me corroborat. De cætero fac quod volueris.

Ε'. Ὡς δὲ οὐκ ἴσχυσεν ὁ ἀσεβέστατος ἡγεμὼν μεταστῆσαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως, πάλιν ἐκέλευσεν ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Μαθοῦσα δὲ ἡ εὐσεβὴς γραῦς καὶ χήρα γυνὴ τὴν καρτερίαν καὶ ὑπομονὴν τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Βλασίου καὶ τὴν ἐμμονὴν τῆς πίστεως αὐτοῦ, σφάξασα τὸν χοῖρον ὃν ἀπέλαβε παρὰ τοῦ θηρὸς διὰ τῆς τοῦ ἁγίου μάρτυρος ἐπιταγῆς, καὶ ἑψήσασα τὴν κεφαλὴν καὶ τοὺς πόδας, καὶ βαλοῦσα ἐν κανισκίῳ ἐκ τῶν σπερμάτων τῆς γῆς καὶ ἑτέρων τινῶν ἐκ τῆς πενίας αὐτῆς μετὰ καὶ ὀπώρας, κηρούς τε ἅψασα προσήνεγκε τῷ ἁγίῳ μάρτυρι ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ προσέπεσεν αὐτῷ δεομένη καὶ ἱκετεύουσα μεταλαβεῖν ἐξ αὐτῶν. Εὐχαριστήσας δὲ ὁ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ ἱερομάρτυς Βλάσιος καὶ μεταλαβὼν ἐξ αὐτῶν εὐλόγησεν αὐτὴν καὶ εἶθ' οὕτως ἐνετείλατο αὐτῇ λέγων· Γύναι, τούτῳ τῷ σχήματι ἐπιτέλει τὴν μνήμην μου, καὶ οὐ μὴ ἐκλείψῃ ἐκ τοῦ οἴκου σου ἀγαθωσύνη πᾶσα παρὰ τοῦ Θεοῦ μου, ἀλλὰ καὶ εἴ τις μιμούμενός σε τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐπιτελεῖ τὴν μνήμην μου, ἀνέκλειπτον ἕξει τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ μου δωρεὰν καὶ εὐλογίαν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Καὶ ἡ μὲν τιμία καὶ μακαρία γραῦς

V. Cum autem non potuisset impius præses eum a fide abducere, jussit eum rursus duci in carcerem. Cum vero accepisset pia anus et vidua sancti martyris Blasii tolerantiam, et ejus fidei constantiam, cum occidisset porcum, quem a fera acceperat jussu sancti martyris, et coxisset caput et pedes, et in canistrum jecisset ex seminibus terræ, et aliquibus aliis ex sua paupertate cum fructibus, cereosque accendisset, attulit ad sanctum martyrem in custodiam, et procidit ad ejus pedes, ro- D gans ut ex eis sumeret. Cum gratias autem egisset sanctus, et ex eis sumpsisset, et benedixit, et ei mandavit, dicens : Mulier, in hoc habitu perage mei commemorationem, et in domo tua non deficiet omne bonum a Deo meo. Sed et si quis te hoc modo imitans, mei peregerit commemorationem, habebit a Deo meo perpetuum donum et benedictionem omnibus diebus vitæ suæ. Et veneranda quidem illa et beata anus, accepto mandato a sancto martyre Blasio, Deum laudans, abiit læta in domum suam, et impleta fuit in hac beata vidua Scriptura, quæ dicit : « Dicetur ubique, quod fecit ipsa, ad ejus memoriam [1]. »

[1] Matth. xxvi, 13

ἐκείνη λαβοῦσα τὴν ἐντολὴν παρὰ τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Βλασίου δοξάζουσα τὸν Θεὸν ἀπῄει χαίρουσα ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτῆς, καὶ ἐπληρώθη καὶ ἐν ταύτῃ τῇ πιστῇ χήρᾳ ἡ Γραφὴ ἡ λέγουσα ὅτι « Λαληθήσεται πανταχοῦ ὃ ἐποίησεν αὕτη εἰς μνημόσυνον αὐτῆς. »

VI. Tyrannus autem cum secundo progressus sedisset in tribunali, jussit adduci Dei martyrem. Quo adducto, dicit ei præses : Blasi, diisne sacrificas, an vis male perire? Dixit sanctus Blasius : Dii, qui cœlum et terram non fecerunt, pereant. Quam tu autem mihi minaris mortem, ea mihi vitam æternam conciliabit. Præses vero cum vidisset ejus fidem immutabilem, jussit eum in ligno suspensum cædi vehementer. Cum diu autem cæderetur martyr Dei Blasius, dicit duci : O impie et inique, putasne me terrere plagis? Habeo Jesum Christum, qui me corroborat, et non timeo tua, quæ videntur, tormenta, aspiciens ad bona, quæ exspectantur, quæ sunt promissa iis, qui ipsum quærunt. Tunc jussit præses eum de ligno deponi. Cum fuisset autem depositus, jussit eum rursus conjici in custodiam. Cum vero abduceretur in custodiam sanctus martyr Blasius, ecce septem mulieres piæ et timentes Deum, eum sequebantur, excipientes sanguinem, qui ex ipso distillabat, et seipsas ungentes. Quas cum vidissent lictores et apprehendissent, duxerunt ad præsidem, ei dicentes : Hæ quoque sunt Christianæ. Cum eas autem præses vidisset, dicit eis : Persuadeamini, et diis sacrificate, ut magnos honores a me consequamini. Venerandæ vero et sanctæ mulieres illæ respondentes, dixerunt ei : Si vis, o præses, ut diis tuis sacrificemus, eamus prope lacum : et tu quidem immitte deos tuos in saccum, et eos plumbo obsigna : nos autem cum abluerimus vultus nostros in lacu, accedemus, et eis sacrificabimus. His lætatus præses, ad eas adduxit deos suos. Illæ autem cum eos accepissent, dejecerunt et demerserunt in profundo lacus.

Ϛ'. Ὁ δὲ τύραννος ἐν δευτέρᾳ προόδῳ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος ἐκέλευσεν ἀχθῆναι τὸν τοῦ Θεοῦ μάρτυρα. Ἀχθέντος δὲ αὐτοῦ λέγει αὐτῷ ὁ ἡγεμών· Βλάσιε, θύεις τοῖς θεοῖς; ἢ θέλεις κακῶς ἀπολέσθαι; Ὁ ἅγιος Βλάσιος εἶπεν· Θεοὶ οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν ἀπολέσθωσαν. Ὃν δὲ σύ, τύραννε, ἀπειλεῖς μοι θάνατον, ζωῆς αἰωνίου πρόξενός μοι γενήσεται. Ὁ δὲ ἡγεμὼν θεασάμενος τὸ ἀμετάθετον αὐτοῦ τῆς πίστεως ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου ἀναρτηθέντα ξέεσθαι εὐτόνως. Ξεόμενος δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ μάρτυς Βλάσιος ἐπὶ πολύ, λέγει τῷ ἡγεμόνι· Ὦ ἀσεβέστατε καὶ παράνομε, νομίζεις με πληγαῖς καταπτοεῖν; Ἔχω Ἰησοῦν Χριστὸν ἐνδυναμοῦντά με, καὶ οὐ φοβοῦμαί σου τὰς βλεπομένας βασάνους, ἀποβλέπων εἰς τὰ προσδοκώμενα ἀγαθὰ τὰ ἐπηγγελμένα τοῖς αὐτὸν ἐκζητοῦσιν. Τότε ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν κατενεχθῆναι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου. Κατενεχθέντος δὲ αὐτοῦ πάλιν ἐκέλευσεν αὐτὸν βληθῆναι ἐν τῇ φυλακῇ. Ἀπαγομένου δὲ τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Βλασίου ἐν τῇ φυλακῇ, ἰδοὺ γυναῖκες ἑπτὰ εὐσεβεῖς καὶ φοβούμεναι τὸν Θεὸν ἠκολούθουν αὐτῷ, δεχόμεναι τὰ ἀποστάζοντα ἐξ αὐτοῦ αἵματα καὶ ἑαυτὰς ἐπαλείφουσαι. Ταύτας τοίνυν ἰδόντες οἱ δήμιοι τὰς γυναῖκας καὶ κρατήσαντες αὐτὰς ἀπήγαγον τῷ ἡγεμόνι λέγοντες αὐτῷ ὅτι Καὶ αὗται Χριστιαναί εἰσιν. Ἰδὼν δὲ αὐτὰς ὁ ἡγεμὼν λέγει πρὸς αὐτάς· Πείσθητε, καὶ θύσατε τοῖς θεοῖς, ἵνα καὶ δόξης καὶ τιμῶν μεγάλων ἀξιωθῆτε παρ' ἐμοῦ ἐπεὶ μέλλετε πικρῶς ἀποθνήσκειν. Αἱ δὲ τίμιαι καὶ ἅγιαι ἐκεῖναι γυναῖκες ἀποκριθεῖσαι εἶπον αὐτῷ· Εἰ θέλεις, ὦ ἡγεμών, ἵνα θύσωμεν τοῖς θεοῖς σου, πορευθῶμεν ὁμοῦ ἔγγιστα τῆς λίμνης, καὶ σὺ μὲν βάλε τοὺς θεούς σου εἰς σάκκον καὶ σφράγισον αὐτοὺς μολίβδῳ, ἡμεῖς δὲ νιψάμεναι τὰ πρόσωπα ἡμῶν ἐν τῇ λίμνῃ προσέλθωμεν καὶ θύσωμεν αὐτοῖς. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἡγεμὼν καὶ περιχαρὴς γενόμενος προσήνεγκεν αὐταῖς τοὺς θεοὺς αὐτοῦ. Αἱ δὲ λαβοῦσαι αὐτοὺς ἐνέβαλον καταποντίσασαι εἰς τὸν βυθὸν τῆς λίμνης.

VII. Cum hæc vidisset præses, et furore fuisset percitus, valde rugiens sicut leo, et plaudens manibus, fuit admodum iratus militibus, et dixit eis : O pessimi ministri, cur non deos retinuistis, ne in profundum lacus injicerentur? Respondentes autem milites, dixerunt præsidi : O optime præses, dolum tibi locutæ sunt hæ mulieres, et deos tuos demerserunt. Nos vero hoc nescientes, eos non tenuimus. Dixerunt autem illæ sanctæ et venerandæ mulieres : Deus verus dolum non patitur, sed surda ligna et lapides, et aurum et argentum, et omnes, qui confidunt in eis. Tunc furore percitus præses, jussit fornacem accendi vehementissimam, et dissolvi plumbum, et ferreos afferri pectines, et septem æneas laminas candefieri : splendidum autem linteum extendi in alio loco, dixitque sanctis mulieribus ; Eligite unum ex duobus, aut adorare et diis sacrificare, et conservare animas vestras, ambulantes in linteo, aut, si nolitis, experiri tormenta quæ sunt vobis parata. Una vero ex

Ζ'. Ἰδὼν δὲ ταῦτα ὁ ἡγεμὼν ἠλλοίωσεν αὐτοῦ τὴν ὄψιν, καὶ ἐμμανὴς γενόμενος σφόδρα βρύξας ὥσπερ λέων, καὶ κροτήσας τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐθυμώθην λίαν κατὰ τῶν στρατιωτῶν, καὶ εἶπεν· Ὦ κάκιστοι καὶ δεινοὶ ὑπηρέται, διὰ τί οὐ κατέσχετε τοὺς θεοὺς ἵνα μὴ ἐμβληθῶσιν ἐν τῷ βυθῷ τῆς λίμνης; Οἱ δὲ στρατιῶται ἀποκριθέντες εἶπον τῷ ἡγεμόνι· Ὦ κράτιστε ἡγεμών, δόλον σοι ἐλάλησαν αἱ γυναῖκες αὗται· κατεπόντισαν τοὺς θεούς σου. Ἡμεῖς δὲ μὴ γινώσκοντες τοῦτο οὐκ ἐκρατήσαμεν αὐτάς. Αἱ δὲ τίμιαι ἐκεῖναι καὶ ἅγιαι γυναῖκες εἶπον· Θεὸς ἀληθινὸς δόλον οὐ πάσχει, εἰ μὴ ξύλα κωφὰ καὶ λίθοι καὶ χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. Τότε ἐμμανὴς γενόμενος ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν ἐγκαῆναι κάμινον σφοδροτάτην, καὶ μόλιβδον λυθῆναι, καὶ κτένια σιδηρᾶ ἐνεχθῆναι, καὶ ἑπτὰ συμψέλλια χαλκᾶ πυρωθῆναι, ἁπλωθῆναι καὶ ὀθόνην λαμπρὰν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ· καὶ εἶπε πρὸς τὰς ἁγίας· Ἐκλέξασθε ἓν ἐκ τῶν δύο· ἢ προσκυνῆσαι καὶ θῦσαι

τοῖς θεοῖς, καὶ σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν περιπατοῦσαι ἐν τῇ ὀθόνῃ, ἢ μὴ βουλομέναις πειραθῆναι τοῖς ἡτοιμασμένοις ὑμῖν κολαστηρίοις. Μία δὲ ἐξ αὐτῶν ἔχουσα παιδία δύο ἁρπάσασα τὴν ὀθόνην ἐμβαλοῦσα εἰς τὴν κάμινον κατέκαυσεν αὐτήν. Τὰ δὲ παιδία εἶπον πρὸς τὴν μητέρα αὐτῶν· Τιμία ἡμῶν μῆτερ, μὴ ἀφήσῃς ἡμᾶς ἐπὶ τῆς γῆς ταύτης ἀπολέσθαι, ἀλλ' ὡς ἐνέπλησας ἡμᾶς τοῦ καλοῦ καὶ ἀδόλου καὶ γλυκυτάτου σου γάλακτος, οὕτως ἔμπλησον ἡμᾶς καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.

iis, habens duos pueros, rapuit linteum et injecit in fornacem et id combussit. Pueri autem dicebant matri suæ: Veneranda mater nostra, ne sinas nos in hac terra interire: sed quomodo nos implevisti pulchro et suavissimo tuo lacte, nos quoque imple regno cœlorum.

Η'. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἐκέλευσε κρεμασθῆναι αὐτὰς, καὶ ξέεσθαι αὐτῶν τὰς σάρκας μετὰ τῶν κτενίων τῶν σιδηρῶν. Οἱ δὲ στρατιῶται ἐθεώρουν ὅτι ἀντὶ αἵματος γάλα ἔῤῥεον αἱ σάρκες αὐτῶν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αἱ σάρκες αὐτῶν ἑωρῶντο λαμπραὶ ὡσεὶ χιὼν, ὅτι ἄγγελοι Κυρίου κατελθόντες καὶ θεραπεύσαντες ἔλεγον αὐταῖς· Μὴ φοβεῖσθε· ὁ καλὸς γὰρ ἐργάτης ἀρξάμενος ἐν θέρει καὶ τελέσας, καὶ εὐλογηθεὶς παρὰ τοῦ ἐργοδότου, καὶ λαβὼν τὸν μισθὸν αὐτοῦ, χαίρων πορεύεται εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Οὕτως οὖν καὶ ὑμεῖς ἀγωνίσασθε, ὅπως ἀπολάβητε παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν αἰώνιον καὶ ἀτελεύτητον ζωήν. Τότε ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν κατενεχθείσας αὐτὰς βληθῆναι ἐν τῇ καμίνῳ. Καὶ βληθέντων αὐτῶν εὐθέως ἐπαύθη τὸ πῦρ, καὶ ἐξεβλήθησαν ἐκ τῆς καμίνου αἱ ἅγιαι γυναῖκες ἀβλαβεῖς φυλαχθεῖσαι τῇ τοῦ Κυρίου χάριτι. Λέγει οὖν πρὸς αὐτὰς ὁ ἡγεμών· Ἀποῤῥίψαντες τὰς γοητείας ὑμῶν προσέλθετε καὶ θύσατε τοῖς θεοῖς μου. Αἱ δὲ ἅγιαι ἑπτὰ γυναῖκες ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος εἶπον αὐτῷ· Μή σοι γένηται τοῦτο, κύων αἱμοπότα, ἵνα ἡμεῖς καταλείψωμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ προσκυνήσωμεν λίθους καὶ ξύλα ὅμοιά σου κωφὰ καὶ ἀναίσθητα. Τὸ λοιπὸν ποίει ὃ βούλει εἰς ἡμᾶς· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς κεκλημέναι ἐσμὲν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Τότε χολέσας ὁ ἡγεμὼν ἔδωκεν τὴν κατ' αὐτῶν ἀπόφασιν, καὶ λαβόντες αὐτὰς οἱ δήμιοι ἀπήγαγον ἐπὶ τὸν προκείμενον αὐταῖς τόπον.

VIII. Præses autem jussit eas suspendi, et earum carnes lacerari pectinibus ferreis. Videbant vero milites ex earum carnibus manare lac pro sanguine. Quin etiam earum carnes cernebantur ut nix candidæ. Angeli enim Domini, qui descenderant, cum eas curassent, dicebant eis : Ne timeatis. Bonus enim operarius cum æstate inceperit et perfecerit, et a domino operis fuerit benedictus, et mercedem ejus acceperit, lætus vadit in domum suam. Sic ergo vos quoque decertate et a Servatore nostro Jesu Christo æternam et quæ nunquam desinit vitam accipiatis. Tunc præses jussit eas depositas jaci in caminum. Cum autem jactæ fuissent, protinus cessavit ignis, et ejectæ sunt ex fornace illæsæ conservatæ sanctæ mulieres. Dicit vero eis præses : Abjectis vestris præstigiis, accedite, et diis meis sacrificate. Sanctæ autem septem mulieres, tanquam uno ore dixerunt ei : Ne tibi bene sit, o fili diaboli, ut nos relinquamus Dominum nostrum Jesum Christum, et adoremus lapides et ligna, quæ sunt similiter atque tu, surda et nullo sensu prædita. De cætero fac in nos, quod velis. Nam nos quoque vocatæ sumus in regnum cœlornm. Tunc ira percitus præses, tulit in eas sententiam : et accipientes eas lictores, duxerunt eas ad locum eis propositum.

Θ'. Αἱ δὲ ἅγιαι ἑπτὰ γυναῖκες ἐλθοῦσαι ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἔμελλον τελειοῦσθαι παρεκάλουν τοὺς δημίους λέγουσαι· Συγχωρήσατε ἡμῖν προσεύξασθαι ἐπὶ μικρόν· καὶ κλίνασαι τὰ γόνατα αὐτῶν ἐπὶ τὴν γῆν εἶπον οὕτως· Δόξα σοι τῷ μεγάλῳ καὶ δεδοξασμένῳ ἡμῶν Θεῷ, δόξα σοι τῷ βασιλεύοντι εἰς αἰῶνας Ἰησοῦ Χριστοῦ, δόξα σοι τῷ ἡμᾶς καλέσαντι ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ἀγαθότητός σου. Τίς γὰρ Θεὸς μέγας ὡς σὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἀποχωρίσας ἡμᾶς ἐκ τοῦ σκότους καὶ καλέσας εἰς τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν καὶ γλυκύτατον; Διὸ δεόμεθά σου, Κύριε, συναρίθμησον καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ πρωτομάρτυρί σου Θέκλῃ προσδεχόμενος τὴν πρεσβείαν τοῦ ὁσιωτάτου πατρὸς ἡμῶν καὶ ποιμένος Βλασίου τοῦ ὁδηγήσαντος ἡμᾶς πρὸς τὴν ἄθλησιν ταύτην καὶ ἀπόλαυσιν τῆς αἰωνίου σου ζωῆς. Ταῦτα τοίνυν εὐξάμεναι αἱ ἅγιαι γυναῖκες καὶ ἀναστᾶσαι ἐκ τοῦ ἐδάφους, καὶ ἐκτείνασαι τὰς χεῖρας αὐτῶν καὶ ἀνανεύσασαι τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ καὶ μιᾷ ψυχῇ εἶπον πρὸς τὸν Θεόν· Δόξα σοι, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ καταξιώσας ἡμᾶς εἰς τὸ θυσιαστήριόν σου τοῦτο παραστῆναι ὡς ἀσπίλους ἀμνάδας καὶ λογικάς. Πρόσδεξαι οὖν, Δέσποτα, καὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐν τῷ

IX. Sanctæ autem septem mulieres cum venissent ad locum, in quo erant consummandæ, rogarunt lictores, dicentes : Concedite nobis, ut parumper precemur : et flexis in terram genibus, sic dixerunt : Gloria tibi, magno et glorificato nostro Deo ; gloria tibi Christe, qui regnas in sæcula, qui nos vocasti in viam bonitatis tuæ. Quis est enim magnus, sicut tu Deus noster, qui nos fecisti recedere a tenebris, et vocasti nos ad veram lucem et suavissimam? Quamobrem rogamus te, Domine, nos connumera cum prima martyre tua Thecla, accipiens intercessionem sanctissimi patris nostri et pastoris Blasii, qui deduxit nos ad hanc veritatem et fruitionem vitæ æternæ. Hæc cum sanctæ fuissent precatæ mulieres, et e solo surrexissent, et manus suas extendissent, et oculis in cœlum suspexissent, mundo corde et uno animo Deo dixerunt : Gloria tibi, Domine Deus noster, qui nos dignatus es sistere ad hanc tuam aram, tanquam agnas immaculatas et ratione præditas, nostras quoque animas suscipe in cœlesti tua ara, ut bonus et benignus. Pueri autem accedentes ad matrem, dixerunt ei : Mater, coronæ nobis sunt

paratæ apud Deum cœlestem. Nos ergo et commenda sanctissimo et forti athletæ, episcopo nostro et pastori Blasio. Tunc spiculator abscidit capita septem sanctarum mulierum, et occulte fuerunt consummatæ.

A ἐπουρανίῳ σου θυσιαστηρίῳ ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος. Τὰ δὲ παιδία προσελθόντα τῇ ἰδίᾳ μητέρι εἶπον αὐτῇ· Μῆτερ, οἱ στέφανοι ἡμῶν ἕτοιμοί εἰσι παρὰ τῷ ἐπουρανίῳ Θεῷ· παράθου οὖν ἡμᾶς τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ γενναίῳ ἀθλητῇ τοῦ Χριστοῦ, τῷ ἐπισκόπῳ ἡμῶν καὶ καλῷ ποιμένι Βλασίῳ τῷ ἀοιδίμῳ. Τότε ὁ σπεκουλάτωρ ἀπέτεμε τὰς κεφαλὰς τῶν ἑπτὰ ἁγίων γυναικῶν, καὶ ἐτελειώθησαν ἐν Κυρίῳ μηνὶ Φεβρουαρίῳ.

X. Post hæc autem jubet præses sanctum Blasium educi e custodia. Quo educto, dicit ei : Diisne modo sacrificas, annon? Dicit ei sanctus Blasius : Miser, cum sis cæcus, non vides veram lucem. Quis enim homo, qui Deum vivum unquam cognovit, mortuis simulacris sacrificat, aut ea adorat? Tu ergo tenebris involute et inique, scias te Deum vivum dimisisse, et adorare lapides nullo sensu præditos. Sed ego non timebo minas tuas. Ut vis ergo, me torque. Trado tibi carnes meas : Deus autem habet animæ potestatem. Præses dicit sancto : Si te projecero in lacum, quid tibi proderit, quem dicis, Christus, quem etiam adoras? Dixit sanctus Blasius : Cæce et nullo sensu prædite, adulterina adoras, et putas te esse salvum. Ego autem Christum vivum colens, non ostendam tibi in aqua Dei mei virtutes? Tunc jussit præses eum jaci in lacum. Sanctus vero præveniens, obsignavit aquam : quæ stetit perinde ac si fuisset pons. Sedensque in medio lacus, dixit lictoribus : Si habetis deos, ostendite eorum virtutes, et vos quoque ingredimini. Statimque ingressi sexaginta et octo viri, submersi sunt in profundo aquæ. Tunc angelus Domini descendens ad sanctum, dicit ei : Gratia plena et præclara anima, Dei pontifex, egredere ex aqua, et accipe a Deo tibi paratam æternam coronam.

Ι'. Μετὰ δὲ ταῦτα κελεύει ὁ ἡγεμὼν ἀχθῆναι τὸν ἅγιον Βλάσιον ἐκ τῆς φρουρᾶς. Ἀχθέντος δὲ αὐτοῦ εἶπε πρὸς αὐτόν· Κἂν ἄρτι θύεις τοῖς θεοῖς ἢ οὔ; Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ ἅγιος Βλάσιος· Ἄθλιε, τυφλὸς ὢν οὐχ ὁρᾷς τὸ φῶς τοῦ Θεοῦ τὸ ἀληθινόν. Τίς γὰρ ἀνθρώπων ποτὲ γνωρίσας Θεὸν ζῶντα, εἰδώλοις νεκροῖς θύει ἢ προσκυνεῖ; Σὺ οὖν, ἐσκοτισμένε καὶ ἄνομε, γνῶθι ὅτι Θεὸν ζῶντα ἀφῆκας, καὶ λίθοις ἀναισθήτοις προσκυνεῖς. Ἀλλ' ἐγὼ οὐ φοβηθήσομαι τὰς ἀπειλάς σου. Ὡς θέλεις οὖν, οὕτως με βασάνισον. B Τὰς σάρκας μου παραδίδωμί σοι· τῆς δὲ ψυχῆς ὁ Θεὸς ἐξουσιάζει. Ὁ ἡγεμὼν λέγει πρὸς τὸν ἅγιον· Ἐὰν ῥίψω σε ἐν τῇ λίμνῃ, τί σε ὠφελήσῃ ἐπὶ τοῦ ὕδατος ὃν λέγεις Χριστὸν, ὃν καὶ προσκυνεῖς; Ὁ ἅγιος Βλάσιος εἶπεν· Τυφλὲ καὶ ἀναίσθητε, κίβδηλα προσκυνεῖς ἄψυχα, καὶ νομίζεις σωθῆναι· ἐγὼ δὲ Θεῷ ζῶντι λατρεύων οὐ δείξω σοι τὰς τοῦ Θεοῦ μου δυνάμεις ἐν τῷ ὕδατι; Τότε οὖν ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν βληθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ λίμνῃ. Ὁ δὲ ἅγιος προλαβὼν κατεσφράγισεν τὸ ὕδωρ. Καὶ τούτου γενομένου ἔστη ὥσπερ γέφυρα, καὶ καθεσθεὶς ἀνὰ μέσον τῆς λίμνης ὁ μακάριος Βλάσιος εἶπε πρὸς τοὺς δημίους· Εἰ ἔχετε θεοὺς, δείξατε τὰς δυνάμεις αὐτῶν, καὶ εἰσέλθετε καὶ ὑμεῖς ὧδε πρός με. Καὶ εὐθέως εἰσελθόντες C ἑξηκονταοκτὼ ἄνδρες κατεποντίσθησαν εἰς τὸν βυθὸν τοῦ ὕδατος. Τότε ἄγγελος Κυρίου κατελθὼν πρὸς τὸν ἅγιον λέγει αὐτῷ· Κεχαριτωμένη καὶ λαμπρὰ ψυχὴ, ἀρχιερεῦ τοῦ Θεοῦ, ἔξελθε ἐκ τοῦ ὕδατος, καὶ ἀπολάμβανε τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ σοι ἡτοιμασμένον στέφανον αἰώνιον.

XI. Sanctus autem Blasius cum ex aqua surrexisset, tanquam super terram ambulans, est egressus, et resplenduit facies ejus sicut lux, adeo ut mirarentur, qui eum videbant. Præses vero dixit ei : Adeone, o miser, statuisti diis non sacrificare? Dixit sanctus Blasius : Scias, tyranne sanguivore, me esse servum Christi, et nunquam dæmonibus esse sacrificaturum. Tunc ira percitus præses, tulit in eum sententiam, dicens : Blasius, qui mihi non paruit, et imperatorem contempsit, et deos probris affecit, et sexaginta octo viros perdidit, gladio truncetur capite simul cum duobus pueris. Accepta autem sententia, cum venisset ad locum, stans sanctus, precatus est Dominum, dicens : Domine Deus virtutum, qui me liberasti a simulacris, qui tenebras fecisti lucem, et errorem veritatem, qui sedes super Cherubim, et aperis cataractas cœlorum, qui extendis arcum tuum in manu tua, qui diabolum humilem et abjectum reddidisti, et draconem confixisti, audi me servum tuum, et quicunque ad hanc aram tuam accesserit, et quamcunque spinam aut os devoraverit, aut variis fuerit vexatus morbis; aut in afflictione fuerit,

ΙΑ'. Ὁ δὲ ἅγιος Βλάσιος ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ ὕδατος περιπατῶν ὡς ἐπὶ γῆς ἐξῆλθεν ἀβλαβὴς, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὥσπερ φῶς, ὥστε θαυμάζειν τοὺς ὁρῶντας αὐτὸν πάντας. Ὁ δὲ ἡγεμὼν εἶπε πρὸς αὐτόν· Τοσοῦτον ἔκρινας, ἄθλιε, τοῦ μὴ θῦσαι τοῖς θεοῖς; Ὁ ἅγιος Βλάσιος εἶπε· Γίνωσκε, τύραννε καὶ αἱμοπότα, ὅτι Χριστοῦ δοῦλός εἰμι, καὶ οὐ θύω δαίμοσί ποτε. Τότε χολέσας ὁ ἡγεμὼν ἔδωκε κατ' αὐ- D τοῦ τὴν ἀπόφασιν λέγων· Βλάσιος ὁ ἐμοὶ ἀπειθήσας καὶ τοῦ αὐτοκράτορος βασιλέως καταφρονήσας καὶ τοὺς θεοὺς πλεῖστα ἀτιμάσας καὶ τοὺς ἑξηκονταοκτὼ ἄνδρας ἐν τῷ βυθῷ τῆς λίμνης ἀπολέσας, ξίφει ἀποτμηθήτω τὴν κεφαλὴν ἅμα τοῖς δυσὶ παιδίοις. Λαβὼν δὲ τὴν ἀπόφασιν ὁ μακάριος, καὶ ἐλθὼν ἐπὶ τὸν τόπον, στὰς ὁ ἅγιος προσηύξατο πρὸς Κύριον λέγων· Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ ῥυσάμενός με ἀπὸ τῶν εἰδώλων, ὁ τὸ σκότος φῶς ποιήσας καὶ τὴν πλάνην ἀλήθειαν, ὁ καθήμενος ἐπάνω τῶν χερουβὶμ, καὶ ἀνοίγων καταῤῥάκτας οὐρανῶν, ὁ ἐκτείνας τὸ τόξον σου ἐν τῇ χειρί σου, ὁ τὸν διάβολον ταπεινώσας, καὶ τὸν δράκοντα καθηλώσας, ἐπήκοός μου γενοῦ τοῦ δούλου σου καὶ ὅστις ἂν προσέλθῃ τῷ θυσιαστηρίῳ σου, τούτῳ καὶ οἱανοῦν ἄκανθα ἢ ὀστοῦν

καταποίει ἢ ποικίλαις νόσοις περιπέσοι ἢ ἐν θλίψει ἢ ἐν ἀνάγκῃ διωγμοῦ ὑπάρχοι, πλήρωσον ἑκάστου τὸ αἴτημα τῆς καρδίας, Δέσποτα, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, καὶ τοῖς κατ' ἔτος ἐπιτελοῦσι τὴν μνήμην μου ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ τῶν πενήτων σου μεμνημένοις μισθὸν οὐράνιον δώρησαι καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον· ὅτι δεδοξασμένος ὑπάρχεις πάντοτε νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ προσευξαμένου κατῆλθεν ὁ Χριστὸς ὥσπερ νεφέλη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐπεσκίασεν αὐτὸν, καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Σωτήρ· Ἀθλητά μου ἠγαπημένε Βλάσιε, πάντα τὰ αἰτήματα αὐτῶν πληρώσω διὰ σὲ, καὶ οὐ μόνον ταῦτα, ἀλλὰ καὶ καθὼς ἐπηύξω τῇ χήρᾳ ποιήσω, καὶ εὐλογήσω πάντα τὸν οἶκον τὸν ποιοῦντα τὴν μνήμην σου, καὶ τὰ ταμιεῖα αὐτῶν ἐμπλήσω πάσης ἀγαθωσύνης διὰ τὴν καλὴν σου ὁμολογίαν καὶ πίστιν τὴν εἰς ἐμέ· καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν συγχωρήσας ζωὴν αἰώνιον δωρήσομαι αὐτοῖς. Ταῦτα τοίνυν λαλήσαντος τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Βλάσιον, ἐξενέγκας αὐτὸν ὁ σπεκουλάτωρ σὺν τοῖς δυσὶ βρέφεσιν ἐκ τοῦ πραιτωρίου, ἀπεκεφάλισεν αὐτοὺς ἐν Σεβαστείᾳ τῇ πόλει ἔσω τοῦ τείχους ἐπὶ πέτρας μηνὶ Φεβρουαρίῳ ἑνδεκάτῃ. Πιστοὶ δὲ ἄνδρες καὶ εὐλαβεῖς κατέθεντο αὐτὸν ἐνταφιάσαντες ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ μετ' ἐπιμελείας πολλῆς, ἔνθα καὶ μέχρι τοῦ νῦν πολλαὶ δυνάμεις καὶ ἰάσεις ἐπιτελοῦνται εἰς δόξαν Θεοῦ.

A aut in necessitate persecutionis, imple uniuscujusque cordis petitionem, Domine, ut bonus et clemens: quoniam es semper glorificandus nunc et in sæcula. Cum hæc autem esset precatus, Christus descendit de cœlo tanquam nubes, et eum obumbravit, et dicit ei Servator: Omnes petitiones eorum implebo propter te, athleta mi dilecte. Non hæc autem solum, sed etiam faciam, ut precatus es viduæ, et benedicam omnem domum, quæ tui celebrat memoriam, et penaria eorum replebo omnibus bonis propter pulchram tuam confessionem et fidem, quam in me habes. Hæc cum Dominus locutus esset martyri, cum eum antea eduxisset spiculator e prætorio cum duobus infantibus, capita eis amputavit in Sebastea civitate, intra mœnia supra petram, undecimo mensis Februarii. Fideles autem et pii viri posuerunt eum in ipso loco,
B ubi etiam usque in hodiernum diem multæ curationes peraguntur ad Dei gloriam.

ΙΒ'. Μαθοῦσα δὲ καὶ ἡ τιμία καὶ εὐσεβὴς γραῦς τὴν τελείωσιν τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου ἱερομάρτυρος Βλασίου ἐπετέλεσε τὴν μνήμην αὐτοῦ κατὰ τὸ σχῆμα ὃ ἐποίησεν ἐν τῇ φυλακῇ· καὶ οὐ μόνον συγγενεῦσιν ἀπήγαγε τὰς ἐκ τῶν σπερμάτων τῆς γῆς εὐλογίας καὶ τῶν λοιπῶν ἐδωδίμων, ἀλλὰ γὰρ καὶ πᾶσι φίλοις καὶ γνωστοῖς οἵτινες ἀντιμιμησάμενοι πάλαι ἐν τῷ καιρῷ τῷ αὐτῷ ἀνέπεμψαν οὐ μόνον τῇ αὐτῇ πιστῇ χήρᾳ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς αὐτῶν φίλοις καὶ συγγενέσιν. Ὅθεν ἔκτοτε μέχρι καὶ νῦν διεδόθη τοῦτο τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ὑπόδειγμα μέχρι τῆς σήμερον ἐν πᾶσι τοῖς πιστοῖς ἐπιτελοῦσι τὴν τιμίαν καὶ σεπτὴν μνήμην τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου ἱερομάρτυρος Βλασίου μετὰ λαμπάδων καὶ ὕμνων καὶ εὐωχίας πολλῆς εἰς δόξαν Θεοῦ παντοκράτορος καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ δοξαζομένου ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ ἁγίῳ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XII. Cum vero accepisset veneranda et pia anus consummationem beati martyris Blasii, celebravit ejus memoriam eo ritu, quo celebravit in custodia: et non solum cognatis misit ex seminibus terræ benedictiones et ex reliquis, sed etiam omnibus amicis. Qui vicissim imitantes, rursus in eodem tempore remiserunt non solum fideli viduæ, sed etiam omnibus suis amicis, et cognatis. Unde
C etiam traditum est hoc pulchrum et bonum exemplum usque in hodiernum diem omnibus, qui fideliter peragunt venerandam memoriam sancti martyris Blasii, cum lampadibus et hymnis et magno epulo: ad gloriam omnipotentis Dei et Domini nostri Jesu Christi: cui gloria et potentia simul cum sancto et vivifico Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

MENSIS APRILIS.

—

ΑΘΛΗΣΙΣ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΑΚΕΨΙΜΟΥ

ΙΩΣΗΦ ΚΑΙ ΑΕΙΘΑΛΟΥ.

—

CERTAMEN

SANCTORUM ET GLORIOSORUM MARTYRUM

ACEPSIMÆ

JOSEPH ET ÆITHALÆ.

(Acta SS. Bolland. ad diem 2 Aprilis, Græce in cod. Paris. 1481.)

—

I. Furebat in Christianos Saporius rex Persarum, et Magis, qui erant pars Persarum, jussit ut eos persequerentur. Qui etiam acrius invadentes, eos quos persequebantur, cogebant colere ignem et solem. Qua de causa beatus quoque Acepsimas ab eis comprehenditur, qui ortus quidem erat ex patria Naesson (quæ est quidem sita in finibus Persarum; est autem episcopali ornata dignitate), ætate senex, ut qui esset octoginta annos natus: senex prudentia, mitis et moderatus, ab ira alienus, abstinenter vitam agens, egenos impertiens suis facultatibus, intentus orationibus, forma elegans, anima elegantior, et externis motibus iis qui illos cernebant, significans internam constitutionem, et factis et verbis pietatem enuntians, et vitæ et rectorum dogmatum magister effectus Christianis. Quo factum est, ut totam adversariorum aciem tanquam adversus fortissimum antagonistam in se evocaverit. Circa quem quidem, etiam antequam comprehenderetur, fit tale quid prophetice:

II. Puer quidam demulcebat ejus caput, purgans a pediculis, qui ei afferebant molestiam. Id ergo amplexus: Beatum est, inquit, hoc calvum caput (erat enim glabrum) quod quidem propter Christum suscipiet martyrium. Ille autem verbo fuit lætatus, et puerum statim vicissim complexus: Fiat mihi

A Α'. Ἐλύττα κατὰ Χριστιανῶν Σαπώριος ὁ Περσῶν βασιλεὺς, τοῖς μάγοις τε μέρος οὖσι περσῶν τὸν κατ' αὐτῶν ἐπέτρεπε διωγμόν. Οἳ καὶ ἰταμώτερον ἅτε ζηλωταὶ τῶν πατρῴων ἐθῶν, τοῖς διωκομένοις ἐπιτιθέμενοι πυρί τε καὶ ἡλίῳ τὸ σέβας νέμειν ἐξεβιάζοντο. Οὗ δὴ χάριν καὶ Ἀκεψιμᾶς ὁ μακάριος ὑπ' αὐτῶν συλλαμβάνεται ὃς ἐκ πατρίδος μὲν ὥρμητο Ναησσῶν (ὑπὸ τὰ Περσῶν ὅρια αὕτη τυγχάνει κειμένη ἐπισκοπικῷ δὲ τετίμητο ἀξιώματι), γηραιὸς τὴν ἡλικίαν ἔτος που ὀγδοηκοστὸν γενόμενος, γηραιὸς τὴν φρόνησιν, πρᾶος, ἀόργητος, ἐγκρατείᾳ συζῶν, τοῖς δεομένοις τῶν ὄντων μεταδιδοὺς, προσευχῆς ἐπιμελόμενος, χαρίεις τὸ εἶδος, χαριέστερος τὴν ψυχὴν, καὶ τῷ ἐκτὸς ἤθει, τὴν ἐντὸς κατάστασιν τοῖς ὁρῶσι διασημαίνων, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ τὴν εὐσέ-
B βειαν καταγγέλλων, διδάσκαλος Χριστιανοῖς καὶ βίου καὶ δογμάτων. Ἐξ οὗ καὶ τὴν τῶν ἐναντίων παράταξιν, ἅτε πρὸς ἰσχυρότατον ἀνταγωνιστὴν, εἰς ἑαυτὸν ὅλον ἐξεκαλέσατο, περὶ ὃν δὴ καὶ πρὸ τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτόν τι προφητικῶς γίνεται.

Β'. Παῖς τις κατέψα τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν, τῶν διοχλουσῶν φθειρῶν ἐκκαθαίρων. Ταύτην οὖν ἀσπασάμενος, Μακαρία, εἶπεν, ἡ φαλάκρα αὕτη, ἐψίλωτο γὰρ, ἥτις ἄρα καὶ διὰ Χριστὸν μαρτυρήσει. Ὁ δὲ ἥσθη τῷ ῥήματι, καὶ τὸ παιδίον παραυτίκα ἀντασπασάμενος, Γένοιτό μοι, τέκνον, ἔφη, κατὰ τὸ ῥῆ-

XVII. Post eum autem tertius fuit introductus sapiens Æithalas. Cui judex : Vita, inquit, et morte propositis ante tuos oculos, gloriaque et ignominia, ne eligas deterius, relicto meliori; nec eamdem ineas viam, quam ii qui præcesserunt, qui sua stultitia dignum vitæ exitum acceperunt. Tu autem meum sequens consilium, et maximos honores consequeris, et munera a rege accipies. Sin minus, cum tibi causa fueris suppliciorum innumerabilium, omnibus quoque jucundissima luce per vim privaberis. Divinus autem Æithalas : Me, inquit, puderet cœli et terræ, si, cum mei amici, qui et premebantur senectute, et ætate processerant, fortissime decertaverint, ipse et vitæ cupidus, et tormenta extimescens conspicerer, qui sum ætate vegetiore. Non, per Christi mei mortem, ero vitæ hic agendæ cupidus. Non pro iis quæ videntur, bonis, non pro asperis rebus prodam pietatem. Propter hæc magna exstitit ira præsidis: et in sanctum illata sunt flagella. Ille autem ipsum sordidum canem vocavit et ignavum, et: Quomodo, inquit, mens tua est infirma et imbecilla, ita etiam tormenta, quæ sunt infelicium et abjectarum animarum terricula, non vero fortium virorum, quorum animi desiderio Christi sunt inflammati.

XVIII. His judex obstupefactus, qui erat mente captus : Quid hoc, dixit confessoribus, sibi vult, quod isti, qui dicuntur Christiani, vitam præsentem despicientes, mortem tantopere sitiunt? Illi autem : Quoniam, aiunt, a patribus traditas attendentes doctrinas, credunt alium esse mundum, præsenti longe meliorem et admirabiliorem, propter quem vitam quoque præsentem despiciunt. Interim autem dum hæc dicerentur, et temporis prolixitate, et ab iis qui ipsum torquebant, vehementissima plagarum illatione, corporis quidem, quod multum decertaverat, dissolvebantur compages; carnes vero, quæ lacerabantur, cum ipso sanguine in terram defluebant. Cum eum autem jussisset parum relaxari judex, tanquam ejus motus misericordia: Si volueris, inquit, parere jussui regis, sunt apud nos medici, qui plagis tuis cito medebuntur. Cui statim sanctus: Si solo verbo, inquit, posses meis mederi plagis, o tu, qui es mente et anima saucius, ne sic quidem tibi animum adhiberem, cum ea suadeas, quæ sunt plane stulta et remota ab intelligentia. Tentans dixi, inquit judex : nam etiamsi tu velles parere jussui regis, hoc tibi nihil prodesset, cum plagæ jam tibi mortem procurent. Quamobrem ego quidem efficiam, ut sis exemplo omnibus Christianis, ne

A γικὴν λατρείαν προσάγομεν, βραχέα τῶν βασιλικῶν φροντίζοντες προσταγμάτων. Ὡς δὲ ἐπὶ πολλαῖς ταῖς ὥραις τυπτόμενος σχεδὸν ἤδη καὶ νενέκρωτο, νομίσαντες αὐτὸν τεθνάναι ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἄραντες ἔρριψαν. Εἶτα μαθόντες ἔτι λείψανόν τι πνεύματος αὐτῷ παραμένειν, ἐπὶ τὴν εἱρκτὴν κατακλείουσι.

ΙΖ'. Μετὰ δὲ τοῦτον τρίτος Ἀειθαλᾶς ὁ σοφὸς εἰσήγετο, πρὸς ὃν ὁ δικάζων, Καὶ ζωῆς, ἔφη, καὶ θανάτου προκειμένων ἐν ὀφθαλμοῖς σου, δόξης τε καὶ ἀτιμίας, μὴ τὸ χεῖρον ἕλῃ, τὸ κρεῖττον καταλιπὼν, μηδὲ αὐτὴν βαδίσαι τοῖς προλαβοῦσιν, οἳ τῆς ἑαυτῶν ἀφροσύνης ἄξιον ἀπηνέγκαντο καὶ τὸ τέλος. Σὺ δὲ ἀλλὰ τῇ ἐμῇ πειθόμενος συμβουλῇ, τιμῶν τε μεγίστων ἀξιωθήσῃ καὶ βασιλικῶν οἵων ἐπιτεύξῃ τῶν
B δωρεῶν. Εἰ δ' οὖν, μυρίων σεαυτῷ γενόμενος αἴτιος τιμωριῶν, εἶτα καὶ τοῦ ποθεινοῦ πᾶσι φωτὸς βιαιότατα στερηθήσῃ. Ὁ δέ γε θεῖος Ἀειθαλᾶς, Αἰσχυναίμην ἂν, ἔφη, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, εἰ τῶν ἐμῶν ἑταίρων καὶ γήρᾳ τρυχομένων καὶ ἡλικίᾳ προβεβηκότων, ἔπειτα καρτερώτατα διηγωνισμένων, αὐτὸς φιλοζωῶν καὶ ὑποπτήσσων σου τὰς βασάνους ὀφθείην τὴν ἡλικίαν ἔχων ἀκμαιοτέραν. Οὐ, μὰ τὸν τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ θάνατον, οὐ φιλοψυχήσω, οὐ προδώσω τῶν δοκούντων ἀγαθῶν, οὐ τῶν χαλεπῶν τὴν εὐσέβειαν. Θυμὸς τὸ ἐπὶ τούτοις πολὺς τοῦ ἄρχοντος, μαστίγων ἐπιφοραὶ κατὰ τοῦ ἁγίου. Ὁ δὲ ῥυπαρὸν αὐτὸν ἀπεκάλει κύνα καὶ ἀγεννῆ καὶ, Ὥσπερ ὁ νοῦς ὁ σὸς, ἔλεγε, σαθρός τε καὶ ἀσθενὴς, οὕτω δὴ καὶ αἱ
C βάσανοι μορμολύκεια ψυχῶν ἀθλίων εἰσὶ καὶ ταπεινῶν, ἀλλ' οὐχ ἀνδρῶν γενναίων καὶ Χριστοῦ πόθῳ τὰς ψυχὰς ἐκπεπυρωμένων.

ΙΗ'. Ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τούτοις ὁ φρενόληπτος δικαστὴς, Τί τοῦτο, πρὸς τοὺς συνεδριάζοντας ἔφη, πῶς οἱ λεγόμενοι οὗτοι Χριστιανοὶ τῆς παρούσης καταφρονοῦντες ζωῆς, ἐκτόπως οὕτω διψῶσι τὸν θάνατον; Οἱ δὲ, Ὅτι πατροπαραδότοις, ἔφησαν, προσέχοντες διδαχαῖς, ἄλλον εἶναι κόσμον πιστεύουσι, τοῦ παρόντος κατὰ πολὺ βελτίω τε καὶ θαυμασιώτερον, οὗ χάριν καὶ τῆς παρούσης ὑπερορῶσι ζωῆς. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐλέγετο τῇ τε τῆς ὥρας παρατάσει καὶ ταῖς τῶν αἰκιζόντων αὐτὸν σφοδροτάταις ἐπιφοραῖς αἱ μὲν τοῦ πολυάθλου σώματος ἁρμονίαι διελύοντο, αἱ σάρκες δὲ ξεόμεναι αὐτῷ αἵματι κατὰ γῆς ἔρρεον.
D Ἐπὶ βραχὺ δὲ τοῦτον ἀνεθῆναι κελεύσας, ὥσπερ ἔλεον αὐτοῦ λαβὼν ὁ δικάζων, Ἀλλ' εἰ βουληθείης, ἔφη, τῷ βασιλικῷ πεισθῆναι προστάγματι, εἰσὶ παρ' ἡμῖν ἰατροὶ οἵ σου τὸ τάχος ἰάσονται τὰς πληγάς. Πρὸς ὃν εὐθὺς ὁ μακάριος· Εἰ λόγῳ μόνῳ τὰς ἐμὰς εἶχες ἰᾶσθαι πληγὰς, ὦ τραυματία σὺ καὶ φρένας καὶ τὴν ψυχὴν, οὐδ' οὕτως ἂν σοι προσεῖχον ἐφ' οἷς ἀνόητα παραινεῖς. Πειράζων εἴρηκα, φησὶν ὁ δικάζων, ἐπεὶ καὶ θελήσαντί σοι τάχα τῷ τοῦ βασιλέως εἶξαι προστάγματι οὐδὲν ἦν παρὰ τοῦτο πλέον τῶν πληγῶν ἤδη τὸν θάνατόν σοι μνηστευομένων· ὅθεν ἔγωγε Χριστιανοῖς πᾶσιν ὑπόδειγμα γενέσθαι σε παρασκευάσω τοῦ μὴ ἀδεῶς οὕτω τοῖς κατὰ τῶν ἀρχόντων ὕβρεσι χρῆσθαι. Ἀλλ' εἰ καὶ ἐν ἄλλοις, ὁ ἱερώτατος

μάρτυς, ἀλλόκοτα πολλάκις εἴρηκας καὶ ψευδῆ, νῦν, A ἔφη, καὶ μὴ βουλόμενος τὰ ἀληθῆ ἔλεξας, καὶ ὃ πάντως οὐκ εἰς μακρὰν ἀποβήσεται· ὑπόδειγμα γάρ με τῷ ὄντι ἀγαθὸν καὶ τοῖς ἔπειτα θήσεις καρτερίας καὶ γενναιότητος, οἳ καθάπερ εἰς ἀρχέτυπόν τι τὴν ἡμετέραν ἀφορῶντες ὑπομονὴν, ῥᾳδίως σοῦ τε καὶ τῶν ὁμοίως ἐχόντων τὰς βασάνους οἴσουσιν.

ΙΘ'. Ἔκπληξις ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσι κατέσχε τὸν δικαστὴν, καὶ δή τινα τῶν παρ' αὐτῷ μέγα δυναμένων προσκαλεσάμενος (ὃς Ἀδέσχε μὲν ἐλέγετο, ἐκ πόλεως δὲ ὥρμητο Ἀρβὴλ καλουμένης), Τούτους παραλαβὼν, ἔφη, πρὸς τὴν σὴν ἄπαγε πόλιν Χριστιανῶν χερσὶ καταλευσθησομένους· τοῦτο γάρ μοι τὸ δικαστήριον τὸ σὸν καταπράξασθαι βούλομαι, δι' ἣν αἰτίαν B οὐδὲ τὸν διὰ ξίφους αὐτῶν ἐπενεγκεῖν ἠθέλησα θάνατον. Παραυτίκα γοῦν ἀχθοφόροις ζώοις ὥσπερ τινὰ τῶν ἀψύχων ἐπιφορτίσας αὐτοὺς καὶ περιδεσμήσας, τὴν ἐπὶ τὴν πατρίδα ἐκεῖνος ἐστέλλετο· ἐπεὶ μὴ δυνατῶς εἶχον ἐγκαθῆσθαι τοῖς ζώοις, ἐσχάτην ὑποστάντες τῶν μελῶν πάρεσιν· ὅθεν ἐῤῥίπτοντο κατὰ γῆς ἐν οἷς ἔδει καταλύειν αὐτοὺς οἷά τινα νεκρὰ σώματα. Καὶ δῆτα κατὰ τὴν πόλιν ἀχθέντας Ἀρβὴλ δεσμωτήριόν τι δέχεται αὐτοὺς ζοφῶδες καὶ ἀλαμπὲς, ἐν ᾧ σήψεως τῶν σαρκῶν ἀπὸ τῶν πληγῶν αὐτοῖς ἐπιγενομένης ἰχώρ τε πολὺς ἀπέῤῥει, καὶ ὀδύναι τῶν ἁγίων δριμύταται καθικνοῦντο, καὶ μάλιστα τῷ μὴ ἐφεῖσθαί τινι τῶν Χριστιανῶν ὡς αὐτοὺς εἰσελθεῖν καὶ μικρᾶς γοῦν τινος ἐπιμελείας αὐτοὺς C ἀξιῶσαι. Γυνὴ δέ τις εὐσεβὴς καὶ φοβουμένη τὸν Κύριον ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς αὐτῆς πόλεως παροικοῦσα ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἀφίκετο πρὸς τὸ δεσμωτήριον, καὶ χρήμασιν ἱκανῶς τοὺς φύλακας θεραπεύσασα κατεπράξατο ἑαυτῇ τὸ τοὺς ἁγίους οὕτω λεληθότως ἀναλαβεῖν καὶ πρὸς τὸν ἑαυτῆς οἶκον οὐ μακρὰν ὄντα χερσὶ τῶν ἑαυτῆς θεραπόντων διαβασταζομένους ἀγαγεῖν. Εἶτα προθεῖσα τούτους οὐδὲ φθέγξασθαι δυναμένους, ἐκμάσσει μὲν αὐτοῖς τὸν ἰχῶρα, ἠπίοις δέ τισι φαρμάκοις παραμυθεῖται τὰς ἀλγηδόνας, ὀθονίοις περιδεσμεῖ, καθαροῖς μύροις χρίει πολυτελέσι, καὶ οὕτω διὰ πάντων τὸ θεραπευτικόν τε καὶ φιλόχριστον ἐπιδείκνυται, καταφιλοῦσα μὲν τὰ μαρτυρικὰ μέλη, καὶ τούτοις ἐπιδακρύουσα, ἰχῶρι δὲ D τῷ ἐξ αὐτῶν ἀποστάζοντι ἑαυτὴν ὑπαλείφουσα.

Κ'. Ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ἀνενεγκὼν ὁ μακάριος Ἰωσὴφ, Τὸ μὲν περὶ ἡμᾶς σου συμπαθὲς καὶ φιλότιμον, ὦ ἱερώτατον, ἔφη, γύναιον, ἀπόδεκτον καὶ Θεῷ καὶ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ ἀθλοῦσιν ἡμῖν· τὸ δὲ οὕτως ἡμᾶς δακρύειν ἀμέτρως πόῤῥω τῆς ἀψευδοῦς τῶν Χριστιανῶν ἐλπίδος καὶ τῆς ἡμῶν πίστεως. Πρὸς ὃν ἡ σεμνοτάτη γυναικῶν· Ἐμοὶ μὲν χαρᾶς ἡ ψυχὴ πληροῦται, λογιζομένη ὅπως τοσαύτην ὑμῖν ὁ Χριστὸς ἐνέθηκε τὴν ἀνδρείαν, ὥστε πρὸς τηλικαύτην ὀδυνῶν δριμύτητα διακαρτερῆσαι· ἥσθην δ' ἂν ἐπιπλέον καὶ εἰ τῷ μαρτυρίῳ τελειωθέντας εἶδον ὑμᾶς. Τὸ δὲ δακρύειν φύσεως ἀνθρωπίνης ἴδιον οἶκτον ἐπὶ τῷ συγγενεῖ λαμβανούσης. Ἀλλὰ μὴ λυπεῖσθαί σε, ὁ θεῖος Ἰωσὴφ ἀπεκρίνατο, μηδὲ δακρύειν ἡμῶν ἕνεκεν χρὴ, ἐπισταμένην πάντως ὡς αἱ διὰ Χριστὸν

tam secure magistratus afficiant contumeliis. Sed si in aliis, inquit sanctissimus martyr, dixisti sæpe aliena et falsa, nunc, etiamsi nolles, dixisti vera, et quod est omnino propediem eventurum. Me enim revera bonum posteris exemplum statues fortitudinis et animi magnitudinis, qui tanquam ad exemplar aliquod, ad nostram intuentes tolerantiam, facile ferent tua et tui similium tormenta.

XIX. His, quæ dicta sunt, fuit obstupefactus judex; et accersito quodam ex iis, qui apud eum multum poterant, qui dicebatur quidem Adesche (ortus autem erat ex civitate, quæ vocabatur Arbel): Hos, inquit, accipe, et duc ad tuam civitatem, Christianorum manibus obruendos lapidibus. Volo enim tuam solertiam hoc mihi efficere. Propter quam causam nec eis quidem gladio volui mortem afferre. Cum eos ergo onerariis jumentis tanquam inanimum aliquid imposuisset et alligasset, ille profectus est in patriam, quoniam non poterant insidere jumentis, cum essent eorum membra omnino dissoluta. Quamobrem humi jaciebantur in iis locis, in quibus eos oportebat diversari, tanquam mortua corpora. Et cum adducti essent in civitatem Arbel, eos accipit carcer obscurus et tenebricosus, in quo cum putrefactio carnium eis ex plagis orta esset, effluebat multa sanies, et sanctos gravissimi dolores invadebant, et maxime, quod non permitteretur ulli ex Christianis ad eos accedere, et eorum ullam curam gerere. Quædam autem mulier pia et timens Dominum, quæ habitabat in finibus hujus civitatis, intempesta nocte venit ad carcerem, et multis pecuniis delinitis custodibus, effecit ut sanctos latenter acciperet, et domum suam, quæ non longe aberat, servorum suorum manibus portatos duceret. Deinde iis productis, qui nec loqui quidem poterant, eis abstergit saniem, lenibus autem quibusdam medicamentis sedat eorum dolores, mundis alligat linteis, unguentis ungit pretiosis, et in omnibus ostendit quam esset pia et Christi amans, osculans quidem membra martyrum, et eis illacrymans, sanie autem quæ ex eis distillabat, seipsam inungens.

XX. Cum vix tandem autem ad se rediisset Joseph: Tua quidem, inquit, in nos misericordia et munificentia, o sacrosancta mulier, Deo erit accepta et nobis, qui pro eo decertamus. Nos autem tam immodice deflere est multum remotum a vera et certa spe Christianorum et nostra fide. Cui honestissima mulier: Mihi quidem animus est gaudio repletus, consideranti, quod Christus vobis tantam dederit fortitudinem, ut magno animo ferretis tantam dolorum acerbitatem: magis autem lætata essem, si vos vidissem martyrio consummatos. Lacrymari vero est proprium humanæ naturæ quæ movetur misericordia ejus, quod est sibi genere conjunctum. Sed non oportet te dolore affici, neque lacrymari propter nos, respondit divinus

Joseph, cum omnino scias, quod quæ propter Christum suscipiuntur afflictiones, æternam concilient lætitiam et regnum cœlorum. Die autem illucescente, rursus latenter restituuntur in carcerem.

XXI. Cum sex autem menses præteriissent, deponitur quidem a magistratu is, qui sanctos acceperat, ut lapidibus obruerentur: alius autem eo sævior ei succedit, nomine Zeroth, cui etiam rex imperaverat, ut comprehensi Christiani, Christianorum manibus obruti, interimerentur. Cum ergo venisset ad civitatem, et ignis templum esset ingressus, ut ignem adoraret, ei dixerunt ignis adoratores: Sunt quidam hic jam longo tempore Christiani in tuta inclusi custodia, qui prius, ut nobis fuit significatum, gravissimis subjecti suppliciis ac tormentis, non potuerunt induci, ut suam abnegarent religionem. Hæc cum ipse audivisset, eos statim jubet sisti pro tribunali, et eis dicit: Cum rex Sapores munitas quidem et validas everterit civitates, et multas gentes oppugnatu difficiles redegerit in servitutem, quomodo vos, qui estis quidem in ejus potestate, ejus autem terræ habetis usumfructum, perinde ac qui ab eo defeceritis, ejus jussa tantopere despicitis? Ad hæc Joseph ille admirabilis: Si tyrannidem, inquit, et rebellionem aliquam movissemus adversus regem vestrum, oporteret omnino ipsum illatis armis et coacto exercitu nos invadere, aut alium certe adversus nos mittere, qui esset et manu fortis, et rerum experientia præditus, et ad ducendum exercitum idoneus. Sed tantum abest, ut nos talia aggrediamur, ut non alium, sed te adversus nos emiserit, qui cum feminis potius, quæ degunt in thalamis, quam cum viris pugnare studueris. Nos enim nosipsos tanquam oves tradidimus ad occisionem, ut qui didicerimus esse subjecti omnibus potestatibus.

XXII. Dixit præses: Me ad iram, ut videtur, provocans, ut vitam tibi citius adimam, nos his insectaris contumeliis. Sed non assequeris id, quod desideras. Longo enim tempore et mora te protraham, et multis tormentis te paulatim consumam. Jubet ergo eum funibus vinctum a summis pedibus, suspendi capite, exsiccatis autem boum nervis ei plagas infligi. Sic ergo venæ apertæ tormentorum violentia, tanquam ex fonte præbebant fluxum sanguinis. Qui vero circumsistebat populus, judicem accusans immanitatis, ad misericordiam movebatur et ad lacrymas, stupens sacrosancti senis tolerantiam. Quidam autem ex magnis, qui circumsistebant, secreto accedentes ad martyrem, dicebant: Clam nobiscum ingredere in nostri Dei templum, si a multis aspici erubescis, et cum sacrificaris, liberare a suppliciis. Ille autem: Discedite a me, clara voce dixit: discedite, qui operamini iniquitatem, quoniam Dominus exaudivit deprecationem meam. Deinde cum tres horæ jam præteriissent, jubet eum relaxatum a vinculis coram se sisti, et, Quid, inquit, pares jussui regis, et vitam morti præfers, an non? Respondit sanctus:

A θλίψεις αἰωνίου πρόξενοι εὐφροσύνης καὶ βασιλείας οὐρανῶν καθίστανται. Ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας ὑπαυγαζούσης τῇ εἱρκτῇ πάλιν κατὰ τὸ λεληθὸς ἀποδίδονται.

ΚΑ'. Ἐξ δὲ διεληλυθότων μηνῶν παραλύεται μὲν τῆς ἀρχῆς ὁ τοὺς ἁγίους ἐπὶ τῷ καταλευσθῆναι παραλαβών, ἕτερος δὲ τοῦτον δεινότερος διαδέχεται, τοὔνομα Ναζερὼθ, ᾧ καὶ πρόσταγμα βασιλικὸν ἦν ὥστε τοὺς συλληφθέντας Χριστιανοὺς χερσὶ Χριστιανῶν λίθοις βαλλομένους ἀναιρεῖσθαι. Ἐπιστάντι γοῦν τῇ πόλει καὶ τὸν τοῦ πυρὸς ναὸν εἰσελθόντι διὰ προσκύνησιν οἱ τοῦ πυρὸς λατρευταὶ, Εἰσί τινες, εἶπον, ἐνταῦθα Χριστιανοὶ συχνὸν ἤδη χρόνον ἐν ἀσφαλεῖ φρουρᾷ κατακεκλεισμένοι, οἳ καὶ πρότερον, B ὡς ἡμῖν ἐγνώσθη, αἰκισμοῖς σφόδρα χαλεποῖς ὑποβληθέντες τῆς ἰδίας οὐκ ἐπείσθησαν ἔξαρνοι γενέσθαι θρησκείας. Τούτων αὐτὸς ἀκούσας παραχρῆμα τοὺς ἁγίους τῷ βήματι παραστῆναι κελεύει, καί φησι πρὸς αὐτούς· Τοῦ βασιλέως Σαπωρίου πόλεις μὲν ὀχυρὰς καταστρεψαμένου, ἔθνη τε πλεῖστα καταδουλωσαμένου δυσκαταγώνιστα, πῶς ὑμεῖς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ μὲν χεῖρα τελοῦντες, τὴν αὐτοῦ δὲ καρπούμενοι γῆν, ὥσπερ ἀποστάται τινὲς πολλὴν αὐτοῦ κατέγνωτε τῶν προσταγμάτων ὀλιγωρίαν; Πρὸς ταῦτα ὁ θαυμαστὸς Ἰωσὴφ, Εἰ τυραννίδα τινὰ καὶ ἀποστασίαν, ἔφη, κατὰ τοῦ βασιλέως ὑμῶν κεκινήκαμεν, ἔδει πάντως αὐτὸν ὅπλα τε καὶ στρατὸν ἐπαγόμενον ἡμῖν ἐπιθέσθαι, ἢ γοῦν ἕτερον καθ' ἡμῶν ἐκπέμψαι τὴν C καὶ χεῖρα γενναῖον καὶ πεῖραν ἱκανὸν καὶ στρατηγεῖν δεξιώτατον. Ἀλλὰ τοσοῦτον ἡμεῖς ἀπέχομεν τοιούτοις ἐπιχειρεῖν, ὥστε οὐχ ἄλλον, ἀλλὰ σὲ καθ' ἡμῶν ἐκπέμψαι, τὸν γυναιξὶ μᾶλλον θαλαμευομέναις ἢ ἀνδράσι διαμάχεσθαι μεμελετηκότα. Ἡμεῖς γὰρ ὡς πρόβατα ἑαυτοὺς ἐπὶ σφαγὴν ἐκδεδώκαμεν, ὡς ἂν ὑποτάσσεσθαι πάσαις ἐξουσίαις κεκελευσμένοι.

ΚΒ'. Ὁ ἄρχων εἶπεν· Ὡς ἔοικε, τὸν ἐμὸν ἀνερεθίζων θυμὸν ἐπὶ τὸ τάχιόν σε τοῦ ζῆν ἀπαλλάξαι ταῖς ὕβρεσι ταύταις καθ' ἡμῶν κέχρησαι. Ἀλλ' οὐκ ἐπιτεύξῃ τοῦ ποθουμένου· χρόνῳ γὰρ καὶ τριβῇ παραδώσω σε καὶ πολλαῖς βασάνοις κατ' ὀλίγον ἐξαναλώσω. Κελεύει τοίνυν σχοινίοις ἄκρων ἐκδεθέντα D ποδῶν κατὰ κεφαλῆς κρεμασθῆναι, βοείαις δὲ ξηραῖς τὰς πληγὰς ἐπιξαίνεσθαι. Οὕτως οὖν αἱ φλέβες τῷ βιαίῳ τῶν αἰκισμῶν ἀναστομωθεῖσαι ὡς ἐκ πηγῆς παρεῖχον τὰ αἵματα καταῤῥεῖν. Τὸ δὲ περιεστὸς πλῆθος τὴν τοῦ δικαστοῦ μεμφόμενον ἀγριότητα πρὸς οἶκτον ἐκινοῦντο καὶ δάκρυα, τὸν ἱερὸν πρεσβύτην τῆς ὑπομονῆς ἐκπληττόμενοι. Τινὲς δὲ τῶν περιεστώτων μάγων ἐν ἀποῤῥήτῳ προσιόντες τῷ μάρτυρι, Εἴσελθε μεθ' ἡμῶν, ἔλεγον, εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ναὸν ἐν κρυφῇ, εἴ γε καὶ τὴν τῶν πολ- E λῶν ὄψιν αἰσχύνῃ, καὶ θύσας, ἀπαλλάγηθι τῶν κολάσεων. Ὁ δὲ, Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, εἶπε λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, ἀπόστητε, οἱ τὴν ἀνομίαν ἐργαζόμενοι, ὅτι Κύριος τῆς δεήσεώς μου εἰσήκουσεν. Εἶτα τριῶν ὡρῶν ἤδη διελθουσῶν κελεύει ἀνεθέντα τῶν πληγῶν αὐτῷ παραστῆναι· καὶ, Τί, φησὶ, πείθῃ τῷ τοῦ βασιλέως προστάγματι, καὶ τὸ ζῆν τοῦ ἀποθανεῖν ἀνταλλάττῃ

ἢ οὔ; Ὁ ἅγιος ἀπεκρίνατο· Μὴ γένοιτό μοί ποτε τοιαύτης ἐπιθυμῆσαι ζωῆς ἐν ᾗ ἴδοι με ὁ ἥλιος αὐτῷ μᾶλλον ἢ τῷ ποιητῇ αὐτοῦ τὴν προσκύνησιν ἀπονέμοντα. Τί δαὶ, καὶ προτιμητέος σοι, εἶπεν, ὁ θάνατος τῆς ζωῆς; Ὁ ἅγιος ἔφη· Ναί· ὁ γὰρ θάνατος οὗτος πρόξενός μοι ζωῆς γίνεται αἰωνίου ἀγαθῶν τε πολλῶν ἡμῖν καθίσταται αἴτιος ἃ οὔτε ὀφθαλμοῖς ἐστι θεατὰ οὔτε ὠσὶν ἀκουστὰ, οὔτε μὴν καταληπτὰ διανοίᾳ. Πρὸς ταῦτα ὁ εἴρων ἐκεῖνος καὶ χλευαστὴς οἷά περ ἐγγελῶν τῷ μάρτυρι τῆς ἀπολογίας, Μεγάλας οὖν ἡμῖν, ἔφη, τὰς χάριτας ὀφείλεις ὁμολογεῖν, εἴ σοι τηλικούτων ἀγαθῶν πρόξενοι καθεστήκαμεν. Πάντως δὲ καὶ ἡμᾶς κοινωνοὺς αὐτῶν γενέσθαι σοι παρασκευάσεις, ἅτε δὴ καὶ συνεργοὺς σοι γενομένους πρὸς τὴν κτῆσιν τῆς τοιᾶσδε μακαριότητος. Ὁ ἅγιος· Μὴ εἰρωνεύου, εἶπε, τὰ πρὸς ἡμᾶς, δικαστά· ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν καὶ τοὺς μισοῦντας καλῶς ποιεῖν παρὰ τῆς θείας ἐντολῆς πεπαιδεύμεθα· πλὴν ἀλλ' ἕως ἐν τῷ παρόντι βίῳ ζῶντές ἐσμεν, ἀμέλει καὶ εὐχόμεθα τῆς πλάνης ὑμᾶς ἀποστάντας μεταμαθεῖν τὴν εὐσέβειαν ὡς ἂν εἴη καὶ ὑμῖν μερὶς καὶ κλῆρος ἐν τοῖς ἀφράστοις τοῦ Θεοῦ ἀγαθοῖς· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι οὐχ ἡμῖν δέδοται κολάσεως ἐξαιρεῖσθαι ἢ τὰ ἀγαθὰ διδόναι· τοῦτο γὰρ τῷ Θεῷ κεῖται μόνῳ τῷ καὶ ἐξουσίαν ἔχοντι κρίνειν ζῶντάς τε καὶ νεκρούς.

ΚΓʹ. Ὁ ἄρχων ἔφη· Τὰς τοιαύτας ἐρεσχελίας ἐν τῷ παρόντι καταλιπὼν καὶ τὰ ὀνειροπολούμενά σοι ταυτὶ ἀγαθὰ, τῷ βασιλικῷ προστάγματι πείσθητι. Ἐπεὶ τηλικαύταις ὑποβαλῶ σε τιμωρίαις ὡς διὰ σοῦ καὶ τοὺς ἄλλους πεισθῆναι Χριστιανοὺς τῶν ἐν χερσὶ τὰ ἐν ἐλπίσι μηδαμῶς ἀνταλλάττεσθαι. Ὁ ἅγιος· Τοῦτο γάρ μοι ἔφεσις, εἶπε, καθάπερ δὴ καὶ αὐτὸς ἔγνωκας, τὸ διὰ τάχους πρὸς τὰς αἰωνίους παραπεμφθῆναι μονάς. Κἂν ἄλλας δὲ μυρίας ἐπαγάγῃς μοι τιμωρίας, κἂν μετὰ σὲ ἕτερος, τετελειωμένος ἐν τῇ Χριστοῦ ἀγάπῃ εὑρεθήσομαι· ἔχω γὰρ τὸν ἐνισχύοντά με Θεὸν, δι' ὃν καὶ ταῦτα ὑπομένειν προῄρημαι. Χριστιανοῖς δὲ οὐ προτροπὴ πρὸς ἄρνησιν εὐσεβείας, ὡς σὺ ἔφης, διὰ τῶν σῶν ἔσομαι βασάνων, ἀλλὰ παράκλησις μᾶλλον πρὸς θεοσέβειαν· αὐτοὶ γάρ με καθορῶντες ἐν γήρᾳ τοιούτῳ τὰς σὰς παρὰ φαῦλον ποιούμενον τιμωρίας, ὑπόδειγμα καλὸν ἕξουσι γενναιότητος, καὶ τῆς μιμήσεως οὐκ ἀπολειφθήσονται. Τούτων ἀκούσας ὁ ἄρχων καὶ τὸ τοῦ μακαρίου γέροντος ἀκατάπληκτον ἐκπλαγεὶς, ὑπό τινων διαβασταχθέντα κελεύει, ἐπεὶ μὴ βαδίζειν ἠδύνατο, τῷ δεσμωτηρίῳ πάλιν κατακλεισθῆναι.

ΚΔʹ. Εἶτα πρὸς τὸν μακάριον ἀποβλέψας Ἀειθαλᾶν, Καὶ σὺ, φησὶ, τῆς αὐτῆς ἔχῃ παραπληξίας, καὶ τὴν τοῦ μεγίστου φωστῆρος διαπτύεις προσκύνησιν; Ὁ τῆς ἀληθείας κῆρυξ ἀποκρίνεται· Ζῇ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ τοῦ ζῶντος Θεοῦ Υἱὸς, εἰς ὃν ἐκ νεότητος ἤλπισα, ὡς ἀμετάθετον ἔχω τὸν λογισμόν· καὶ οὐδεὶς μεταπείσει με τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν τοῖς αὐτοῦ κτίσμασιν ἀπονεῖμαι. Ἐπεὶ τούτων ὁ ἀλαζὼν ἐκεῖνος καὶ βάρβαρος ἤκουσεν, ἐκδεθῆναι τῶν ἀστραγάλων κελεύει τὸν ἅγιον, τῷ ξύλῳ τε προσαναρτᾶσθαι, καὶ ταῖς βοείαις μαστίζεσθαι. Ὁ δὲ μεγάλῃ

A Absit, ut ego unquam eam vitam cupiam, in qua me sol viderit sibi potius, quam ejus effectori, tribuentem adorationem. Quid autem? estne tibi, inquit, mors vitæ præponenda? Sanctus dixit: Certe. Hæc enim mors mihi vitam æternam conciliat, et est nobis causa multorum bonorum, quæ nec possunt cerni oculis, nec audiri auribus, nec mente comprehendi. Ad hæc ille ironice loquens, et veluti irridens martyris responsionem: Magnas ergo, inquit, nobis debes agere gratias, si tam multa bona tibi conciliavimus. Omnino autem efficies, ut eorum quoque simus tecum participes, ut qui tibi fuerimus adjutores ad acquirendam talem beatitudinem. Sanctus autem: Ne ironice, inquit, nobiscum agas, o judex. Nam nos quidem B et inimicos diligere, et iis qui nos odio habent, benefacere, a divino præcepto didicimus. Cæterum quandiu sumus vivi in vita præsenti, Deum precamur, ut ab errore discedentes, discatis pietatem et veram religionem, ut vobis quoque sit pars et sors in futuro in Dei bonis, quæ dici nequeunt. Non est autem nobis datum vel a supplicio eripere, vel bona dare. Hoc est enim in solius Dei positum potestate, qui habet etiam potestatem judicandi vivos et mortuos.

XXIII. Dixit præses: Ejusmodi contentionibus missis in præsentia et iis bonis quæ a te somniantur, pare regis imperio. Te enim talibus et tantis subjiciam suppliciis, ut per te alii quoque persuadeantur Christiani, ea quæ tenent manibus, nequaquam commutare cum iis quæ spe apprehenderunt. Sanctus autem: Hoc, ut ipse quoque nosti, maxime cupio, quam citissime transmitti ad æternas mansiones. Quod si mihi alios innumerabiles intuleris cruciatus, aut etiam post te alius, consummatus inveniar in Christi gratia. Habeo enim Deum me confirmantem, propter quem hæc pati constitui. Non ero autem, ut tu dicis, Christianis adhortatio ad negandam pietatem propter tua tormenta, sed incitamentum potius ad verum Dei cultum. Ipsi enim me videntes in tali senectute tuos vilipendere cruciatus, habebunt pulchrum C exemplar fortitudinis, nec deerit illis, quem imitentur. His auditis, præses beati senis interrita constantia obstupefactus, jubet portatum ab aliquibus, quoniam ingredi non poterat, rursus includi in carcere.

XXIV. Deinde aspiciens ad beatum Æithalam: Tene quoque, inquit, invasit idem stupor, et maximi luminaris recusas adorationem? Respondet præco veritatis: Vivit Dominus Jesus Christus, vivi Dei Filius, in quem speravi a juventute, quod immutabilem habeo cogitationem: nec mihi ullus persuaserit, ut Dei honorem tribuam rebus ab ipso creatis. Postquam hæc audivit ille superbus et barbarus, jubet sanctum alligari talis, et ligno appendi. Ille autem magna voce prædicabat se esse Christianum. Magis erat defessus flagris cædendo impius, quam

sanctus aliquid loqueretur remissum et indignum ea quæ pro Christo est ostendenda, fortitudine. Jubet ergo eum de ligno deponi, et ejus loco induci Manichæum, qui coram martyre aperte suam abjuraret religionem. Jubens ergo torquere Manichæum, cogebat ad negandum. Ille autem primum quidem resistebat, et adversus plagas videbatur decertare. Cum autem violentius verbera intentarent, qui flagellabant, et eum plagæ vehementer urgerent, victus a doloribus, statim inficiabatur; et, Anathema Maneti et ejus dogmatibus, exclamabat. Afferunt itaque ad eum formicam, jubentes interficere. Ille autem eam statim accepit et interfecit. Propter quod sanctus lætitia diffusus, et ob id, quod factum fuerat, ridens propemodum : Gravia passus, inquit, defecit adorator Manetis, et cædem fecisse est convictus, ut qui Deum suum interemit. Ego autem meipsum beatum existimo, ut Paulus, quod Christi virtute aperte corroboratus, qui dixit : « Ego vici mundum, » conservo spiritum et animum invictum.

XXV. Propter hæc ira repletus insanus judex, spinosis mali Persicæ virgis jubet sanctum verberari. Plagæ autem sic eum confecerunt, ut prope esset mutus, et nec sentiret quidem verbera quæ infligebantur. Quamobrem cum eum traxissent, tanquam jam mortuum, foras ejiciunt. Quidam autem ex magis, cum forte illud corpus vidisset nudatum, et naturæ contemplatione motus esset misericordia, panno eum operit. Qui vero erant ejusdem, cujus ipse, religionis, cum aspexissent, quod ab eo factum fuerat, criminantur eum apud præsidem : qui eum acerbis statim cædit flagellis, et ab immisericordibus eam accipit mercedem misericordiæ. Beatum autem Æithalam adhuc spirantem tradunt in custodiam. Cum vero accepisset judex, maximum quemdam præsidem, nomine Saborium, in ejus vicum advenisse, qui appellabatur Macellaria, ei martyrum mandat examinationem. Ille autem, non minus impius et sævus quam præcedentes, aspiciens ad sanctos : Vestram, inquit, reveritus canitiem, et vestræ misertus afflictionis, suadeo ut solem adoretis, et gustetis sanguinem sacrificiorum, ut a morte acerba liberati, omnibus jucundam vitam lucrifaciatis. Sancti autem tanquam uno ore dixerunt : Carnivoris canibus mos est sanguinem gustare, non hominibus. Tibi vero potius convenit iis exsatiari, qui es instar canis rabiosus, et latras, et efferaris in eum qui te fecit.

XXVI. Postquam autem jussit sanctos flagris cædi, eorum misericordia moti, qui circumstabant : Decoctione, dicebant, gustata loco sanguinis, servemini, et liberemini ab iis quæ vobis imminent, suppliciis. Illi vero responderunt : Absit, ut vel gustu, vel ullo alio modo inquinemus puritatem nostræ fidei, et hanc longævam senectutem

τῇ φωνῇ Χριστιανὸν ἑαυτὸν ἀνεκήρυττεν. Ἀπειρήκει μαστίζων ὁ ἀσεβὴς μᾶλλον ἢ ὁ ἅγιος ὑφειμένον τι φθέγγεται καὶ τῆς ὑπὲρ Χριστοῦ καρτερίας ἀνάξιον. Κελεύει τοιγαροῦν τοῦ ξύλου κατενεχθῆναι, καί τινα Μανιχαῖον ἐπ' ἀτόποις τισὶν ἁλόντα εἰς τὸ μέσον ἀχθῆναι, καὶ, Ὅρα, φησὶ τῷ μάρτυρι, τὴν οἰκείαν αὐτὸν θρησκείαν περιφανῶς ἐξομνύμενον. Αἰκίζεσθαι οὖν ἐπιτρέψας τὸν Μανιχαῖον ἠνάγκαζε πρὸς τὴν ἄρνησιν. Ὁ δὲ ἀντείχετο μὲν τὰ πρῶτα, καὶ πρὸς τὰς πληγὰς ἐῴκει διαγωνίζεσθαι. Ἐπεὶ δὲ βιαιότερον οἱ μαστίζοντες ἐπετίθεντο, καὶ ἰσχυρῶς αὐτοῦ καθίκοντο αἱ πληγαὶ, ἡττηθεὶς τῶν πόνων ἔξαρνος εὐθὺς γίνεται, καὶ, Ἀνάθεμα Μάνεντι καὶ τοῖς αὐτοῦ δόγμασιν, ἐξεβόα. Καὶ δῆτα προσάγουσιν αὐτῷ μύρμηκα προστάσσοντες ἀνελεῖν. Ὁ δὲ ἀπέκτεινε παραχρῆμα λαβών. Ἐφ' ᾧ διαχυθεὶς ὁ ἅγιος καὶ οἷον ἐπιγελάσας τῷ γενομένῳ, Τεταλαιπώρηται, ἔφη, ὁ τοῦ Μάνεντος λατρευτὴς, καὶ φόνου ἑάλω τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν ἀνελών. Ἐγὼ δὲ μακάριον ἐμαυτὸν ἥγημαι κατὰ Παῦλον, ὅτι Χριστοῦ τῇ δυνάμει περιφανῶς κραταιούμενος τοῦ εἰπόντος, « Ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον, » ἀήττητόν μου τὸ φρόνημα συντηρῶ.

ΚΕ'. Θυμοῦ πληρωθεὶς ἐπὶ τούτῳ ὁ παράφορος δικαστὴς ῥάβδοις ῥοῶν ἐξηκανθωμέναις τύπτειν προστάττει τὸν ἅγιον. Οὕτω δὲ κατειργάσαντο αὐτὸν αἱ πληγαὶ ὡς καὶ ἄφωνον σχεδὸν γενέσθαι, καὶ μηδὲ τῶν ἐπιφανῶν ἐπαισθάνεσθαι· ὅθεν καὶ ὡς ἤδη τεθνηκότα σύραντες ἔξω ῥίπτουσιν. Εἷς δὲ τῶν μάγων τὸ καρτερικὸν ἐκεῖνο σῶμα γυμνωθὲν θεασάμενος, καί τι φιλάνθρωπον παθὼν πρὸς τὴν φύσιν, ῥάκει τοῦτο καλύπτει. Οἱ δὲ τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ θρησκείας τὸ γεγονὸς θεασάμενοι διαβάλλουσιν αὐτὸν πρὸς τὸν ἄρχοντα, καὶ παραχρῆμα πικραῖς αἰκίζεται μάστιξι, καὶ μισθὸν τοῦτο τῆς συμπαθείας παρὰ τῶν λίαν ἀσυμπαθῶν δέχεται. Τὸν μέντοι μακάριον Ἀειθαλᾶν ἐμπνέοντα ἔτι τῷ δεσμωτηρίῳ παραδιδοῦσι. Μαθὼν δέ τινα ὁ δικαστὴς ἄρχοντα τῶν μεγίστων Σαβώριον τοὔνομα τῇ αὐτοῦ κώμῃ ἐπιδεδημηκέναι, Μακελλαρία αὕτη ἐλέγετο φερωνύμως, τούτῳ τὴν τῶν μαρτύρων ἐξέτασιν ἐπιτρέπει. Ὁ δὲ τοῖς προλαβοῦσιν ὁμοίως ἔχων ἀσεβείας καὶ ἀγριότητος, ἀποβλέψας πρὸς τοὺς ἁγίους, Καὶ τὴν πολιὰν ὑμῶν, εἶπεν, αἰδούμενος καὶ τῆς ταλαιπωρίας οἰκτείρων ὑμᾶς παραινῶ προσκυνῆσαι ἡλίῳ καὶ τοῦ ἐκ τῶν θυσιῶν αἵματος ἀπογεύσασθαι ἵνα πικροῦ θανάτου ῥυσθέντες τὴν γλυκεῖαν πᾶσι ζωὴν κερδήσητε. Οἱ ἅγιοι ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος πρὸς αὐτὸν, Τοῖς σαρκοβόροις, εἶπον, εἴθισται κυσὶν αἵματος ἀπογεύεσθαι, οὐκ ἀνθρώποις. Σοὶ δὲ μᾶλλον ἐμφορεῖσθαι τοιούτων προσήκει κυνὸς ἔχοντι λύσσαν, καὶ τοῦ πεποιηκότος καθυλακτοῦντι καὶ ἀγριαίνοντι.

ΚϚ'. Ὡς δὲ καὶ μαστίζεσθαι τοὺς ἁγίους ἐκέλευεν, ἔλεον δῆθεν αὐτῶν οἱ περιεστηκότες λαμβάνοντες, Ἑψήματος, ἔλεγον, ἀντὶ αἵματος κατὰ τὸ λανθάνον ἀπογευσάμενοι σώθητε, καὶ τῶν ἐπηρτημένων ἀπαλλάγητε τιμωριῶν. Οἱ δὲ, Μὴ γένοιτο ἡμῖν, ἀπεκρίναντο, μήτε σχήματι μήτε ἄλλως τὸ καθαρὸν ἐπηλυγάσαι τῆς ἡμῶν πίστεως καὶ τὸ πο-

λυχρόνιον τοῦτο καταισχῦναι γῆρας. Ὁ δὲ ποικίλος ἄρχων ἐκεῖνος καὶ κομιδῇ πονηρὸς, Ἀλλ' εἰ κρέας ὑμῖν, ἔφη, καθαρὸν ἐνεχθείη, οὐδὲ τούτου ἂν ἀπογεύσεσθε; Οἱ ἅγιοι εἶπον· Ἐξ ἀκαθάρτου τί καθαρὸν, καὶ ἐκ χειρῶν σῶν τῶν μεμολυσμένων τί ποτε ἂν ἀμόλυντον ᾖ; Πασῶν τοίνυν τῶν τοιούτων σοι μηχανῶν ἀφέμενος ταχεῖαν τὴν καθ' ἡμῶν ἀπόφασιν ἐπενεγκεῖν προθυμήθητι· εἰκῇ γὰρ κοπιᾷς, εἰς ἀέρα δέρων καὶ παίων ἀμαθῶς τὸν ἀδάμαντα. Κοινῇ τοιγαροῦν μετὰ τῶν συνεδρευόντων διασκεψάμενοί τε καὶ ψηφισάμενοι χερσὶ Χριστιανῶν τοὺς ἁγίους καταλευσθῆναι πλῆθος Χριστιανῶν συναθροίζουσι, μεθ' ὧν καὶ τὴν θαυμασίαν κατέλαβον Ἰσδανδοὺλ. Καὶ εἶτα τὸν μακάριον Ἰωσὴφ πάλιν διαβαστάσαντες, εἰς τὸ κριτήριον παριστῶσι. Νεύει οὖν τῷ ἡγεμόνι ὁ ἅγιος πρὸς αὐτὸν ἐγγίσαι ὥς τι τῶν ἀποῤῥήτων B ἀκουσομένῳ. Τοῦ δὲ εὐθέως παραγενομένου καὶ πλησιάσαντος, σιέλου τὸ στόμα πληρώσας ὁ μάρτυς, τοῦ μιαροῦ ἐκείνου καταπτύει προσώπου, Οὐκ αἰσχύνει, ἐπειπὼν, ἀναιδέστατε, ἀγρίως οὕτω καὶ δυσμενῶς κατὰ τῆς κοινῆς ταύτης νεανιευόμενος φύσεως καὶ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον αὖθις εἰς ἐξέτασιν ἄγων; Ὁ δὲ καὶ παρὰ τῶν συνεδρευόντων πολλὰ τῆς περιττῆς ταύτης ὠμότητος κατονειδισθεὶς καὶ γέλωτα οὐδὲ ὅσον εἰπεῖν ὀφλήσας πρὸς τὴν ἰδίαν πάλιν καθέδραν ὑποστρέφει κατῃσχυμμένος.

ΚΖ'. Τὸν δὲ ἅγιον ποῤῥωτέρω που διαστήσαντες καὶ ὀπίσω τὼ χεῖρε δεσμήσαντες βόθρον αὐτῷ διορύσσουσι, καὶ καθέντες μέχρις ὀσφύος αὐτὸν χωννύουσιν. Εἶτα τοὺς συλληφθέντας περιιστῶσι Χριστιανοὺς, καὶ παίοντες βάλλειν τὸν ἀοίδιμον λίθοις C διεκελεύοντο. Μεθ' ὧν καὶ τὴν ἱερὰν Ἰσδανδοὺλ τὰ ὅμοια ποιεῖν ἐπειγόντων, ἐκείνη, Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, ἔφη, οὐδὲν ἤκουσται τοιοῦτον, ὥστε γυναῖκα κατ' ἀνδρῶν ὁσίων χεῖρα ἐκτείνειν καταναγκάζεσθαι, ὥσπερ νῦν ὑμεῖς ποιεῖτε, ἀποσχόμενοι μὲν τοῦ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀγωνίζεσθαι καθ' ἡμῶν αἴροντες ὅπλα καὶ τὴν πατρίδα εἰρήνην ἄγουσαν αἱμάτων καὶ σφαγῶν ἐμπιπλῶντες. Οἱ δὲ ὀβελίσκον μακρῷ καλάμῳ παραδεσμήσαντες κεντεῖν αὐτῷ τὸν ἅγιον διεκελεύοντο. Κἀκείνη, Μὴ γένοιτό μοι, ἔφη, δρᾶσαι τοιοῦτον· ὡς ἔγωγε ἡδέως ἂν πρότερον τῇ ἐμῇ καρδίᾳ τοῦτο ἐγκαταπλήξαιμι ἢ πρὸς βραχὺ τοῦ ἁγίου δι' αὐτοῦ ψαύσω σώματος. Οὕτως ἡ μὲν ἀνδρικὴν ἐπιδειξαμένη τὴν ἔνστασιν, κρείττων τῆς ἐπινοίας ὤφθη τῶν μιαι- D φόνων· τὸν δὲ ἅγιον τοσαύταις νιφάσι λίθων συνέχωσαν ὡς μόνην ὁρᾶσθαι τὴν κεφαλὴν, τοῦ λοιποῦ σώματος τῇ σωρείᾳ τῶν λίθων συγκεχωσμένου. Ἣν δή τις τῶν ἀσεβῶν ἀρχόντων ἔτι κινουμένην ἑωρακὼς ἑνὶ τῶν δημίων κελεύει χειροπληθῆ λίθον λαβόντι ἄνωθεν αὐτῇ ἐπαφεῖναι· οὗ δὴ γενομένου καὶ τῷ τοῦ λίθου βάρει τέλεον αὐτῆς συντριβείσης, τὴν τιμίαν ψυχὴν ὁ μακάριος τῷ Χριστῷ παρατίθησι. Φυλάκων τοίνυν ἐπιστασίαις τὸ πολύτιμον ἐκεῖνο σῶμα καθάπερ θησαυρός τις συνετηρεῖτο. Τριῶν δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν καὶ τετάρτης ἤδη ἐπικαταλαβούσης, σεισμὸς μέγας οἷος καὶ φοβερὸς γίνεται· εἶθ' οὕτως ἀστραπῶν ὑποφαινομένων βροντῶν τε μεγίστων ἐπικαταῤ-

A dedecore afficiamus. Versutus autem ille præses et admodum malus : At si ad vos, inquit, pura caro fuerit allata, ne eam quidem gustabitis? Sancti dixerunt : Ex immundo quidnam mundum, et ex pollutis tuis manibus quidnam fuerit impollutum? Omnibus ergo missis his tuis machinationibus, in nos velis cito proferre sententiam. Frustra enim laboras aerem verberans, et per inscitiam eum pulsans, qui non potest domari. Cum ergo communiter cum iis qui considebant, consultassent, et tulissent sententiam, ut sancti Christianorum manibus obruerentur lapidibus, congregant Christianorum multitudinem, cum quibus comprehenderunt etiam admirabilem illam Isdandul; et cum beatum Joseph rursus exportassent, sistunt eum in prætorio. Sanctus autem annuit præsidi, ut ad se accedat propius, ut qui arcanum aliquid esset ab eo auditurus. Cum is vero statim accessisset propius, martyr os implens saliva, exsecrandum illum vultum conspuit, et : Non te pudet, inquit, o impudentissime, tam immaniter et tam hostiliter in hanc communem insultare naturam, et corpus jam morte affectum, rursus producere ad examinationem? Ille autem ab iis quoque, qui considebant, propter hanc nimiam crudelitatem probris affectus, et mirandum in modum irrisus, ad suam cathedram redit pudore affectus.

XXVII. Cum autem sanctum paulo longius dimovissent, et manus pone vinxissent, fossam ei fodiunt, et eum ad lumbos usque demissum, infodiunt. Deinde comprehensos circumsistunt Christianos, et pulsantes, jubent eos virum inclytum appetere lapidibus. Cum quibus sacrosanctam quoque Isdandul, ut similia faceret, urgentibus, dixit illa : Nihil unquam a sæculo tale fuit auditum, ut cogatur femina extendere manum adversus viros sanctos, quomodo vos nunc facitis, qui adversus inimicos quidem non decertatis, in nos autem arma tollitis, et patriam, quæ degit in pace, sanguine et cæde impletis. Illi vero obelisco longæ arundini alligato, eo sanctum pungere imperabant. Illa autem : Absit, inquit, ut ego id faciam. Nam ego id prius libenter cordi meo affixero, quam per ipsum sanctum corpus vel minimum attingam. Sic illa quidem virilem ostendens constantiam, conspecta est potentior quam cogitarant parricidæ. Sanctum autem tam crebris lapidum nivibus obruerunt, ut cerneretur solum caput, reliquo corpore obruto lapidum congerie. Quod quidem caput cum quidam ex impiis principibus vidisset adhuc moveri, jubet uni ex lictoribus, ut accepto lapide, quantum poterat manus capere, in id desuper immitteret. Quod quidem cum factum esset, et pondere lapidis caput esset contritum, beatus Christo tradit pretiosam animam. Atque venerandum quidem illud corpus, adhibitis custodibus, conservabatur tanquam thesaurus aliquis. Cum tres autem dies præteriissent, et jam advenisset quartus, exstitit magnus et terribilis terræ motus. Deinde cum sic apparerent ful-

ƫura, et maxima tonitrua cum eis erumperent, ignis e cœlo demissus custodes quidem redigit in cinerem, lapidum vero congeriem educit tanquam pulverem, Deo omnibus reddente manifestum honorem in martyrem; corpus autem non apparet, seu quod Deus providisset, ut id transferretur iis quos ipse novit, modis, seu quod hominum manus id sustulissent.

XXVIII. Venerandum autem Æithalam cum in vicum, qui dicitur Patrias, abduxissent, efficiunt ut Christianorum manibus ipse quoque obruatur lapidibus. Cujus corpus monachi quidam ex iis qui illic habitabant, noctu advenientes, inscientibus custodibus id auferunt, revera furtum laudabile facientes, et rem luce dignam, non tenebris. Deinde cum ei justa fecissent, deponunt in quodam loco insigni. Quo autem in loco sanctum contigit interimi, facit Deus admirabiliter quiddam, dignum et sua potentia, et gloria martyris. Planta quædam myrti illic enata, efficitur omne genus morborum liberatio. Cum quinque ergo annis per hanc plantam sic fierent miracula, qui gentium falsam tenebant religionem, invidia moti, et non ferentes intueri hæc miracula ad confutandam falsam eorum religionem, plantam exscindunt radicitus. Multi vero ex iis qui erant animo purgati, longo tempore videbant lucem in eo loco, et divinas virtutes ascendentes, et gloriam emittentes ei qui sanctos suos glorificat. Consummatus autem fuit Christi martyr Æithalas mense Junio, eamdem constantiam et fortitudinem, quam ii qui ante ipsum fuerunt consummati, ad mortem usque ostendens, auxilio et gratia Christi veri Dei nostri: quem decet gloria et honor, cum principio carente ejus Patre, et sanctissimo et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A ῥηγνυμένων αὐταῖς πῦρ οὐρανόθεν κατενεχθὲν ἀποτεφροῖ μὲν τοὺς φύλακας, τὸν σωρὸν δὲ τῶν λίθων οἷά τινα χοῦν ἐκφορεῖ τὴν ἐπὶ τῷ μάρτυρι τιμὴν τοῦ Θεοῦ φανερὰν πᾶσι καθιστῶντος· τὸ σῶμα δὲ ἀφανὲς γίνεται, εἴτε τοῦ Θεοῦ τοῦτο οἷς οἶδε τρόποις μεταθεῖναι ο!κονομήσαντος, εἴτε ἀνθρωπίνων ἀνελομένων χειρῶν.

ΚΗ′. Ἀειθαλᾶν δὲ τὸν τιμιώτατον εἰς κώμην Πατριὰς καλουμένην ἀπαγαγόντες Χριστιανῶν χερσὶ καὶ αὐτὸν καταλευσθῆναι παρασκευάζουσιν· οὗ τὸ σῶμα μοναχοί τινες τῶν ἐκεῖ κατοικούντων νυκτὸς ἐπελθόντες καὶ διαλαθόντες τοὺς φύλακας ὑφαιροῦσι, κλέμμα ὄντως ἐπαινετὸν ἐργασάμενοι καὶ πρᾶγμα οὐ σκότους, ἀλλὰ φωτὸς ἄξιον. Εἶτα καὶ τὰ νενο- B μισμένα δράσαντες ἐπ' αὐτῷ ἐν τόπῳ τινὶ τῶν ἐπισήμων κατατιθοῦσιν. Ἔνθα δὴ τὸν ἅγιον ἀναιρεθῆναι συνέβη, θαυματουργεῖ Θεὸς ἄξιόν τι καὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως καὶ τῆς τοῦ μάρτυρος δόξης. Φυτὸν γάρ τι μυῤῥίνης φυεῖσα νοσημάτων γίνεται παντοίων ἀπαλλαγή. Ἐπὶ πέντε τοιγαροῦν χρόνοις τῶν θαυμάτων οὕτω διὰ τοῦδε τοῦ φυτοῦ τελουμένων, οἱ τὰ Ἑλλήνων θρησκεύοντες φθόνῳ βαλλόμενοι τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ παράδοξα δὴ ταῦτα ἐπ' ἐλέγχῳ τῆς αὐτῶν θρησκείας οὐ φέροντες καθορᾷν, αὐταῖς ῥ!ζαις ἐκτέμνουσί τε τὸ φυτὸν καὶ πυρὶ νέμουσι. Πολλοὶ δὲ τῶν τὴν ψυχὴν ἐκκεκαθαρμένων ἐφ' ἱκανὸν χρόνον φῶτα περὶ τόνδε τὸν χῶρον ἑώρων καὶ δυνάμεις θείας ἀνιούσας ὥσπερ καὶ κατιούσας καὶ δόξαν ἀνα- C πεμπούσας τῷ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ δοξάζοντι. Ἐτελειώθη δὲ ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Ἀειθαλᾶς κατὰ τὸν Ἰούνιον μῆνα, τὴν ἴσην τοῖς πρὸ αὐτοῦ τελειωθεῖσι μάρτυσιν ἔνστασίν τε καὶ καρτερίαν ἄχρι θανάτου ἐπιδειξάμενος βοηθείᾳ καὶ χάριτι Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτῷ Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

—

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΜΒΡΟΣΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΜΕΔΙΟΛΑΝΟΥ.

VITA ET CONVERSATIO PATRIS NOSTRI

AMBROSII

EPISCOPI MEDIOLANENSIS.

(Aprilis die 4. — Ex cod. Gr. Paris. 1458. Exstat quidem Operibus Ambrosii ed. Bened. præfixa, sed initio mutila et cum multa varietate.)

Οὗτος ὁ ἐν ἁγίοις Ἀμβρόσιος ἀνὴρ ἀξιέπαινος, ἐν τῇ τῆς Ῥώμης συγκλήτῳ ἐν πλείστοις ἀξιώμασιν διαπρέψας, ὃς καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἐμπεπίστευτο πάσης τῆς Ἰταλίας παρὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Κώνστα υἱῶν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἀμύητος μὲν τοῦ θείου βαπτίσματος ὑπῆρχεν, βίον δὲ καθαρώτατον καὶ ἐνάρετον ἐκέκτητο, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ θείᾳ σοφίᾳ καὶ συνέσει τῆς γνώσεως τῶν Γραφῶν, τῆς τε ἔξω παιδείας καὶ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἔμπειρος ἦν, δικαιοκρίτης τε καὶ ἀπροσωπόληπτος δικαστὴς ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἡγεμονίας γενόμενος πᾶσαν πονηρὰν πρᾶξιν καὶ παράνομον διελέγχων καὶ διορθούμενος. Ὅπως δὲ εἰς τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἀρχὴν προεχειρίσθη θείᾳ ψήφῳ ἐρῶ.

Α'. Οὐαλεντινιανοῦ (1) τοίνυν μετὰ τελευτὴν Ἰωβιανοῦ τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας δεξαμένου, τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Οὐάλην ἐκ Πανονίας ἀγαγὼν κοινωνὸν ποιεῖται τῆς βασιλείας, καὶ τῆς Ἀσίας αὐτῷ παραδοὺς τὰ σκῆπτρα καὶ μέντοι καὶ τῆς Αἰγύπτου, ἑαυτῷ τὴν Εὐρώπην ἀπένειμε, καὶ τὴν Ῥώμην καταλαβὼν πᾶσαν τὴν δύσιν εὐνομίαν ἐξεπαίδευσεν, ἀπὸ τῶν τῆς εὐσεβείας κηρυγμάτων ἀρξάμενος.

Β'. Αὐξεντίου γάρ, ὃς τὴν Ἀρείου μὲν εἰσεδέξατο λώβην, Μεδιολάνων δὲ τὴν Ἐκκλησίαν ἐμπεπιστευμένου ἐν πλείσταις ἀπεκηρύχθη συνόδοις, τὸν βίον ὑπεξελθόντος, μεταπεμψάμενος τοὺς τῆς ἐπισκοπῆς Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς, τοιοῖσδε πρὸς αὐτοὺς ἐχρήσατο λόγοις· Ἴστε σαφῶς, ἅτε δὴ τοῖς θείοις λόγοις ἐντεθραμμένοι, ὁποῖον εἶναι προσήκει τὸν ἀρχιερωσύνης ἠξιωμένον, καὶ ὡς οὐ χρὴ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ βίῳ τοὺς ἀρχομένους ῥυθμίζειν, καὶ πάσης ἀρετῆς ἑαυτὸν ἀρχέτυπον προτιθέναι, καὶ μάρτυρα ἔχειν τῆς

A Sanctus Ambrosius, vir laudibus cumulatissimus, plurimis senatus Romani dignitatibus functus, totius quoque Italiæ præfectus nominatus a piis imperatoribus Constantino et Constante, Constantini Magni filiis, divino baptismate perfunctus, vitæ integritate et virtute, imo divina quoque sapientia et Scripturarum divinitus inspiratarum cognitione præditus fuit. Sed judex quoque justus sine acceptione personarum, in præfectura sua omnem malam actionem avertit punivitque. Hic quomodo divina voluntate in archiepiscopatum provectus sit, jam referam.

I. Cum Valentinianus post Joviani mortem B sceptrum imperii suscepisset, fratrem suum Valentem ex Pannonia accersens, summæ potestatis consortem fecit : et sceptro Asiæ atque etiam Ægypti in eum transcripto, Europam sibi retinuit, et Romam petens, universos Occidentis populos ad veram addaxit Dei cognitionem, a pietatis prædicatione ante omnia regnum auspicatus.

II. Etenim Auxentio, qui Arii schisma fuerat amplexus, et Ecclesiam Mediolanensem commissam habens, in multis synodis abdicatus est, vita defuncto, imperator Valentinianus cum episcopos ad se vocasset, apud eos usus est his sermonibus : Aperte nostis, quemadmodum homines decet innutritos divinis verbis, qualem esse hunc conveniat, qui ad honorem episcopatus promoveatur ; C et qua ratione subditos non verbo tantum, verum et vita regere debeat, et exemplar omnis virtutis

(1) Hic incipit Vita in ed. Bened. S. Ambrosii.

Οὗτος καλῶς διοικήσας πάντα τὰ τῆς βασιλείας καὶ ὀρθοδοξίᾳ διαλάμψας ἀνεπαύσατο βασιλεύσας ἐπὶ ἔτη ις'. Κατέλιπε δὲ διαδόχους τοὺς παῖδας αὐτοῦ Γρατιανὸν καὶ Οὐαλεντινιανὸν τὸν νέον. Τῆς δὲ ἀνατολῆς ἐβασίλευεν Οὐάλης ὁ ἀδελφὸς Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ μεγάλου, ὅστις τῆς Ἀρειανῆς λώβης μετεῖχεν. Οὗτος συμβαλὼν πόλεμον μετὰ τῶν Γότθων, ἡττηθεὶς καὶ προσφυγὼν εἰς ἀχυρῶνα ἐν αὐτῷ πυρὶ κατεκάη. Γρατιανὸς δὲ ὁ Οὐαλεντινιανοῦ μὲν υἱὸς, Οὐάλεντος δὲ ἀνεψιὸς, πᾶσαν τὴν τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν παρέλαβεν. Πρῶτον μὲν γὰρ τὰ τῆς Εὐρώπης καὶ πάσης τῆς Δύσεως παρὰ τοῦ πατρὸς παρειλήφει σκῆπτρα· παρέλαβε δὲ καὶ τὴν Ἀσίαν καὶ τὰ λειπόμενα τῆς Λιβύης, ἄπαιδος ἀναιρεθέντος τοῦ Οὐάλεντος. Εὐσεβὴς δὲ ὢν κατὰ τὸν πατέρα ἀνεκαλέσατο πάντας τοὺς ἐπισκόπους οὕσπερ Οὐάλης ὁ θεῖος αὐτοῦ ἐξώρισεν ὑπερμαχῶν τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως. Μαθὼν δὲ Γρατιανὸς τὴν Θρᾴκην ληϊζομένην ὑπὸ τῶν τὸν Οὐάλεντα καυσάντων βαρβάρων, καταλιπὼν τὴν Ἰταλίαν εἰς τὴν Πανονίαν ἀφίκετο.

A pulchre quidem constituisset imperium, rectæ vero fidei professione refulsisset, sexto decimo imperii anno vita decedit : successores autem relinquit filios suos Gratianum junioremque Valentinianum, Valente fratre in Orientis regionibus rerum potiente, eo scilicet qui Arianis in perfidia sese conjunxit. Hic quidem cum Gothis pugna congressus atque devictus, in paleariam casam confugiens, igne ibidem interiit : in Gratianum autem Valentiniani quidem filium, Valentis vero ex fratre nepotem recidit universa Romanæ ditionis potentia ; primum enim a patre non modo sceptrum Europæ, verum etiam totius Occidentis relictum cepit : deinde vero, cum sine liberis Valens e medio sublatus esset, Asiam quoque, et B quidquid in Africa reliqui erat, is obtinuit. Quoniam autem patris exemplo colebat pietatem, episcopos omnes, quos Valens in gratiam Arianæ hæresis patria ejectos extorres fecerat, ab exsilio ipse revocavit. Idem etiam cum a barbaris, dum Valens imperaret, bello victoribus devastatam esse Thraciam comperisset, relicta Italia, in Pannoniam venit.

Η'. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν Θεοδόσιος διά τε τὴν τῶν προγόνων περιφάνειαν καὶ διὰ τὴν οἰκείαν ἀνδρείαν ὀνομαστότατος ἦν, καὶ τούτου χάριν ὑπὸ τοῦ φθόνου τῶν ὁμοτίμων βαλλόμενος ἐν ταῖς Σπανίαις διέτριβεν. Ἐν ἐκείναις γὰρ ἔφυ τε καὶ ἐτράφη. Ἀπορῶν δὴ οὖν ὁ βασιλεὺς Γρατιανὸς ὅ τι χρὴ δρᾶσαι (φυσηθέντες γὰρ ἐκ τῆς νίκης οἱ βάρβαροι δύσμαχοι ἦσάν τε καὶ ἐδόκουν), τότε οὖν τὴν Θεοδοσίου στρατηγίαν λύσιν ὑπέλαβε τῶν κακῶν γίνεσθαι. Αὐτίκα δὴ οὖν ἐκ τῶν Σπανιῶν τὸν ἄνδρα μεταπεμψάμενος καὶ στρατηγὸν χειροτονήσας μετὰ τῆς συνειλεγμένης ἐξέπεμψεν στρατιᾶς. Ὁ δὲ τῇ πίστει φραξάμενος θαρσαλέως ἐξώρμησε, καὶ τῆς Θρᾴκης ἐπιβὰς καὶ συμβαλὼν πόλεμον μετὰ τῶν βαρβάρων κατὰ κράτος ἐνίκησεν· οὐχ ἐνεγκόντες γὰρ ἐκεῖνοι οἱ μὲν ἔφυγον, οἱ δὲ ἐδίωκον. Πολὺς δὲ φόβος τῶν βαρβάρων ἐγένετο· οὐ μόνον γὰρ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀλλήλων ἐκτείνοντο.

VIII. Sub idem tempus Theodosius quoque, cum ob majorum nobilitatem, tum ob propriam generositatem celeberrimus erat : et æqualium suorum invidentia pulsus, in Hispaniis agebat, ubi et natus fuerat et educatus. Ignorans igitur imperator Gratianus quid facto opus esset ; inflati enim ex victoria barbari propemodum invicti erant et habebantur : militarem Theodosii peritiam malorum fore C depulsionem arbitratus est. Et confestim ex Iberia, quæ Hispania etiam nominatur, hominem accersens, ac bello præficiens, cum exercitu collecto misit. Hic autem invictis armis, orthodoxa nimirum fide circummunitus, magna cum fiducia adversus hostilem aciem procedit. Et Thraciam ingressus, is quidem per vim prælio vicit : barbari vero ne vel primum sustinentes impetum, statim omnes simul terga dederunt ; et multa eorum non solum a Romanis cædes facta est, verum etiam jam a se ipsis : quanto enim majores erant horum copiæ, tanto magis sibi potius quam hostibus damnum inferebant.

Θ'. Οὕτω δὲ σχεδὸν πάντων ἀναιρεθέντων τῶν βαρβάρων ὀλίγοι λαθεῖν δυνηθέντες διέβησαν τὸν Ἴστρον. Ἡσθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς Γρατιανὸς ὡς ἄριστα ψηφισάμενος αὐτὸν στρατηγὸν βασιλέα κεχειροτόνηκε, καὶ τῆς Οὐάλεντος μοίρας τὰ σκῆπτρα παρέδωκεν. Καὶ αὐτὸς μὲν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐξώρμησεν, ἐκεῖνον δὲ εἰς τὴν δοθεῖσαν ἡγεμονίαν παρέπεμψεν. Εὐθὺς δὴ οὖν τὴν βασιλείαν παραλαβὼν τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν πρὸ τῶν ἄλλων συμφωνίας ἐπεμελήθη, καὶ τοὺς τῆς οἰκείας ἡγεμονίας ἐπισκόπους εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν δραμεῖν παρηγγύησεν· αὕτη γὰρ μόνη τῆς Ἀρειανικῆς ἐμπέπληστο λώβης· ἡ γὰρ Ἑσπέρα τῆς νόσου ταύτης ἐλευθέρα διέμεινεν. Κωνσταντῖνος γὰρ καὶ Κώνστας οἱ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου υἱοὶ τὴν πατρῴαν πίστιν ἀκήρατον διετήρουν, καὶ πάλιν Οὐαλεντινιανὸς ἀκραιφνῆ διεφύλαξε τὴν εὐσέβειαν· τὸ δὲ τμῆμα τὸ ἑῷον, πολλαχόθεν

IX. His itaque prope omnibus ita deletis, pauci admodum, qui potuerunt se occultare, Danubium D trajiciunt. Lætus igitur Gratianus quod belli summam credidisset Theodosio, imperatorem eum statim declarat, et ei ditionis, qua Valens ante potiebatur, sceptrum committit. Et ipse quidem ad Italiæ administrationem transivit, illum autem ad concessum dimittit imperium. Regalem igitur Theodosius capessens dignitatem, concordiæ Ecclesiarum, quam maxime poterat, curam gerebat, et episcopos propriæ ditionis, ut convenirent Constantinopolim, exhortatus est : hæc enim sola referta fuerat Ariana peste, cum illæ partes quæ ad occasum erant positæ, ab isto morbo liberæ essent. Nam Constantino atque Constante Constantini Magni filiis paternam fidem intemeratam conservantibus, et rursus Valentiniano pietatem dome-

aticam neutiquam prodente, Orientalis portio variis locis hanc luem admisit, quæ cum Alexandriæ prius cœpisset, in ulteriores plagas progrediebatur.

X. Hæc quidem Gratiano adhuc superstite agebantur. Postea vero cum ipse indolem suam in rebus bellicis jam ostenderet, ac civitates cum modestia atque justitia regeret, per insidias vita excessit, filios quidem qui regno succederent, nullos relinquens, fratrem vero admodum juvenem, et patri cognominem, successorem imperii faciens. Tum vero quidam Maximus, spreta Valentiniani pueritia, Occidentalis imperii thronum usurpavit.

XI. Per id etiam temporis Justina, magni quidem Valentiniani conjux, mater autem junioris, quæ doctrinæ Arianæ semen dudum exceperat, illud filio manifestavit. Zelum enim mariti sui erga fidem orthodoxam perspectum habens, quoad ille in vivis fuit, latere conata est : cum vero mentem filii teneram esse atque nobilem non ignoraret, fraudem suam in medium proferre non dubitavit. Hic vero suggestiones matris utiles putans, et propter ætatem escam illecebrosam naturæ intuitus, derepente incidit in laqueum. Quapropter magnus Ambrosius, qui omnem quidem Arianam fallaciam ex Italia jam pridem expulerat, cum acciperet puerum quoque Valentinianum in ipsam incidere, juvenis animam ab ea liberare, quantum in ipso erat, satagebat. Hic autem virum illum suspectum habebat quasi adversarium, et adversus eum perinde ac professum hostem paratus erat.

XII. Hic porro in memoriam ei revocabat paternam pietatem, et ut quam acceperat hæreditatem, integram conservaret, obtestabatur : docebat autem quodnam dogmatum discrimen esset, et quemadmodum hæc quidem omnia Christi doctrinæ, apostolorumque prædicationi apte congruerent, illa e contrario spiritualem oppugnarent legislationem. At vero puer, utpote qui puer esset, et a matre decepta blanditiis illectus, et verbis armabatur, et militibus armatis Ecclesiæ ambitus circumcingebat.

XIII. Postea vero quam maximum illum præliatorem, divinum Ambrosium, eorum quæ ab illo fiebant, nihil deterruit (is enim ista tanquam puerorum terriculamenta existimabat), ille impendio moleste ferens, ipsum extra templorum limina exire jussit. Hic autem, Sponte mea, inquit, illud facere, atque ovium caulas lupis prodere, etiamsi sanguis profundendus sit, minime feram. Verum si tuæ voluntatis est intus me interfici, gladium, inquit, vel securim mihi admove; hujusmodi necem ego amplectar quam libentissime. Et ista quidem divus Ambrosius.

XIV. Exacto autem spatio temporis non exiguo, certior factus est Maximus eorum conatuum, quos contra clarissimum veritatis præconem attentarant. Mittit igitur Valentiniano, qui eum a bello adversus

A τὴν λώβην ταύτην ἐδέξατο ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἀρξαμένης τῆς αἱρέσεως. Τούτου δὴ εἵνεκα μόνης τῆς οἰκείας βασιλείας τοὺς ἐπισκόπους εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν συναθροισθῆναι προσέταξε, ποιήσας τὴν σύνοδον.

Ι'. Ταῦτα μὲν Γρατιανοῦ ἔτι περιόντος ἐγένετο· ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος ἔν τε πολέμοις ἀριστεύων καὶ τὰς πόλεις σωφρόνως τε καὶ δικαίως ἰθύνων ἐξ ἐπιβουλῆς ἐτελεύτησε, παῖδας μὲν οὐ καταλιπὼν κληρονόμους τῆς βασιλείας, ἀδελφὸν δὲ κομιδῇ νέον ὁμώνυμον τοῦ πατρὸς διάδοχον τῆς βασιλείας καταλέλοιπεν· Μάξιμος δὴ, τῆς Οὐαλεντινιανοῦ καταφρονήσας νεότητος, ἥρπασεν.

B ΙΑ'. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον Ἰουστῖνα, Οὐαλεντινιανοῦ μὲν γαμετὴ τοῦ μεγάλου, τοῦ δὲ νέου μήτηρ, ἃ πάλαι τῆς Ἀρειανικῆς διδασκαλίας ἐδέξατο σπέρματα δῆλα πεποίηκεν τῷ παιδί. Τοῦ μὲν γὰρ ὁμοζύγου τὸ θερμὸν ἐπισταμένη τῆς πίστεως, λαθεῖν ἅπαντα τὸν χρόνον ἐσπούδασε· τοῦ δὲ παιδὸς τὸ τῶν φρενῶν ἁπαλὸν καὶ εὐπαράγωγον θεωμένη, προσενεγκεῖν τὴν ἐξαπάτην ἐθάῤῥησεν. Ὁ δὲ τῆς μητρὸς τὰς ὑποθήκας ὀνησιφόρους ὑπολαβὼν, εἰς γὰρ τὸ τῆς φύσεως δέλεαρ ἀποβλέπων, τὸ θανατηφόρον ἄγκιστρον ἐν τῇ ψυχῇ περιέπειρεν. Ὁ δὲ μέγας Ἀμβρόσιος πᾶσαν μὲν καὶ πρώην Ἀρειανικὴν πλάνην ἐκ πάσης τῆς Ἰταλίας ἐκποδὼν ἐποίησεν· μαθὼν δὲ καὶ τὸν νέον Οὐαλεντινιανὸν ταύτην εἰσδέχεσθαι τὴν νόσον,
C ἔσπευδεν ἐκ τῆς τοῦ νέου ψυχῆς ἀποδιῶξαι ταύτην τὴν νόσον· αὐτὸς δὲ οἷον ἀντίπαλον τὸν ἄνδρα ἐδόκει εἶναι.

ΙΒ'. Ὁ δὲ τῆς τε τοῦ πατρὸς ἀνεμίμνησκεν εὐσεβείας, καὶ τὸν κλῆρον παρέβαλε φυλάττειν ὃν παρέλαβεν ἄσυλον. Ἐδίδασκε δὲ καὶ τὴν τῶν δογμάτων διαφορὰν, καὶ ὅπως τὰ μὲν τῇ τοῦ Κυρίου διδασκαλίᾳ καὶ τοῖς τῶν ἀποστόλων συμβαίνει κηρύγμασιν· τὰ δὲ ἀντικρύς ἐστιν ἐναντία καὶ τῇ πνευματικῇ νομοθεσίᾳ μαχόμενα. Ὁ δὲ νέος οἷα δὴ νέος καὶ παρὰ μητρὸς ἠπατημένης θελγόμενος οὐ μόνον οὐ προσίετο τὰ λεγόμενα παρὰ τοῦ ἀρχιερέως, ἀλλὰ καὶ θυμοῦ πλήρης ἐγίνετο καὶ λόχοις ὁπλιτῶν τε καὶ πελταστῶν τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς περιβόλους ἐκύκλου.

D ΙΓ'. Ἐπειδὴ δὲ τὸν μέγιστον ἐκεῖνον ἀριστέα, τὸν θεῖον Ἀμβρόσιον, οὐδὲν ἐφόβησε τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων (μορμολύκεια γὰρ ὑπέλαβε ταῦτα μειρακυλλίοις ὑπό τινων προσφερόμενα)· τότε δὴ χαλεπήνας προφανῶς, αὐτὸν ἐκέλευσε τῶν ἱερῶν ἔξω βῆναι προθύρων. Ὁ δὲ, Ἑκὼν μὲν, ἔφη, τοῦτο οὐ δράσω, οὐδὲ προδώσω τοῖς λύκοις τὸν τῶν προβάτων σηκὸν, οὐδὲ τοῖς βλασφημοῦσι τὸν θεῖον παραδώσομεν νεών· ἀλλ' εἴ σοι κτεῖναι δοκεῖ, ἔνδον ἐπένεγκαί μοι τὸ ξίφος ἢ τὴν ἀξίνην· ἀσπασίως γὰρ δέξομαι τὴν τοιαύτην σφαγήν. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος.

ΙΔ'. Χρόνου δὲ συχνοῦ τριβομένου μεμάθηκε μὲν ὁ Μάξιμος τὰ κατὰ τοῦ μεγαλοφώνου κήρυκος τῆς ἀληθείας τολμώμενα· ἐπέστειλε δὲ τῷ Οὐαλεντινιανῷ, τὸν κατὰ τῆς εὐσεβείας πόλεμον καταλῦσαι παρ-

ε.γυῶ', καὶ παραινῶν μὴ προέσθαι τὴν πατρῴαν εὐσέβειαν· προστέθεικεν δὲ καὶ τοῦ πολέμου τὴν ἀπειλὴν, εἰ μὴ πείθοιτο· καὶ μέντοι καὶ τὸ ἔργον ταῖς λόγοις ἐπέθηκεν. Τὴν γὰρ στρατιὰν ἀγείρα; ἐπὶ τὴν Μεδιολάνων ὥρμησεν, ἔνθα ἐκεῖνος διῆγεν. Ὁ δὲ μαθὼν τὴν ἔφοδον εἰς Ἰλλυριοὺς ᾤχετο φεύγων, τῇ πείρᾳ μαθὼν τίνων ἐκ τῆς μητρῴας ἀπώνατο συμβουλῆς.

ΙΕ'. Πυθόμενος δὲ Θεοδόσιος ὁ πανεύφημος βασιλεὺς τὰ παρὰ τοῦ νέου Οὐαλεντινιανοῦ πραχθέντα καὶ τὰ παρὰ Μαξίμου τοῦ τυράννου γραφέντα, ἔγραψε τῷ πεφευγότι νέῳ μὴ χρῆναι θαυμάζειν εἰ τῷ βασιλεῖ τὸ δέος, τῷ δὲ τυράννῳ τὸ κράτος συνέζευκται· τῇ γὰρ εὐσεβείᾳ πεπολέμηκε μὲν ὁ βασιλεὺς, ὁ δὲ τύραννος ἐπεκούρησεν· καὶ ὁ μὲν ταύτην προέμενος ἀποδιδράσκει γυμνὸς, ὁ δὲ ταύτῃ καθωπλισμένος τοῦ γεγυμνωμένου κρατεῖ· τῇ γὰρ εὐσεβείᾳ καὶ ὁ ταύτης σύνεστι νομοθέτης.

ΙϚ'. Ταῦτα μὲν οὖν πόρρω ὢν ἐπέστειλεν· ἐπειδὴ δὲ τὴν φυγὴν μεμαθηκὼς εἰς ἐπικουρίαν ἀφίκετο, καὶ τὴν μὲν οἰκείαν καταλελοιπότα βασιλείαν, εἰς δὲ τὴν αὐτοῦ παραγενόμενον εἶδεν· πρῶτον μὲν τῇ ψυχῇ τὴν θεραπείαν προσήνεγκε, καὶ τὴν ἐπιγενομένην τῆς ἀσεβείας ἐξήλασε νόσον, καὶ εἰς τὴν πατρῴαν εὐσέβειαν ἐπανήγαγεν· εἶτα θαρρεῖν παρεγγυήσας καὶ κατὰ τοῦ τυράννου στρατεύσας ἀναιμωτὶ μὲν τῷ νέῳ τὴν βασιλείαν παρέδωκε, τὸν δὲ τύραννον ἀπέκτεινεν· ἀδικεῖν γὰρ ὑπέλαβε, καὶ τὰς πρὸς Γρατιανὸν γεγενημένας παραβαίνειν συνθήκας, εἰ μὴ ποινὴν τοὺς ἀπεκτονότας εἰσπράξαιτο τῆς σφαγῆς. Οὗτος ὁ πιστότατος βασιλεὺς κατὰ τῆς πλάνης τῆς ἑλληνικῆς μετέθηκε τὴν σπουδὴν πᾶσαν, καὶ νόμους ἔγραψε, τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη καταλυθῆναι κελεύων.

ΙΖ'. Κωνσταντῖνος μὲν γὰρ ὁ πάσης ἀξιώτατος εὐφημίας πρῶτος, εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κοσμήσας, καὶ τὴν οἰκουμένην ἔτι μεμηνυῖαν ὁρῶν, τὸ μὲν τοῖς δαίμοσι θύειν παντάπασιν ἀπηγόρευσε, τοὺς δὲ τούτων ναοὺς οὐ κατέλυσεν, ἀλλὰ ἀβάτους εἶναι προσέταξεν· καὶ μέντοι καὶ οἱ τούτου παῖδες τοῖς πατρῴοις ἠκολούθησαν ἴχνεσιν· Ἰουλιανὸς δὲ ἀνενεώσατο τὴν ἀσέβειαν, καὶ τῆς παλαιᾶς ἐξαπάτης ἐξῆψε τὴν φλόγα. Ἰωβιανὸς δὲ τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, πάλιν τὴν τῶν εἰδώλων διεκώλυσε θεραπείαν· καὶ Οὐαλεντινιανὸς δὲ ὁ μέγας τοῖς αὐτοῖς κεχρημένος νόμοις, ἴθυνε τὴν Εὐρώπην· ὁ δὲ Οὐάλης πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις ἐπέτρεψε θρησκεύειν ᾗ βούλονται, καὶ τὰ θρησκευόμενα θεραπεύειν· μόνοις δὲ πολεμῶν διετέλει τοῖς τῶν ἀποστολικῶν ὑπερμαχοῦσι δογμάτων. Πάντα γοῦν τὸν τῆς ἐκείνου βασιλείας χρόνον καὶ τὸ ἐπιβώμιον ἥπτετο πῦρ, καὶ σπονδὰς καὶ θυσίας τοῖς εἰδώλοις προσέφερον, καὶ τὰς δημοθοινίας κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐπετέλουν, καὶ οἱ τὰ Διονύσου ὄργια τετελεσμένοι μετὰ τῶν αἰγίδων ἔτρεχον, τοὺς κύνας ἐπισπῶντες καὶ μεμηνότες καὶ βακχεύοντες καὶ τἄλλα δρῶντες ἃ τὴν τοῦ διδασκάλου πονηρίαν ἐδήλου.

A pietatem ipsam suscepto discedere moneret, hortaretur que paternam ne abjiceret religionem. Nisi autem morem gereret, gravissimum eidem bellum minitabatur, et re quidem ipsa collecto exercitu, Mediolanum versus promovit; hanc enim sedem Valentinianus elegerat ad habitandum. Hic vero irruptionem ejus cum accepisset, in Illyriam fuga se contulit, hac ipsa experientia compertum habens, quantum materna consilia ipsi prodessent.

XV. At imperator Theodosius ubi rescivit et quæ Maximus adversus juniorem Valentinianum moliebatur, et rursus quænam ad eum idem scripsisset, litteris significat juveni fugienti non esse quod quis admiraretur, si regi timor, tyranno robur conjunctus esset. Nam pietati, inquit, rex bellum B intulit, tyrannus vero auxiliatus est: et ille quidem ipsam deserens, nudus aufugit: hic e contrario illa armatus, victoriam refert ex denudato: pietati enim ipsius legislator adjutor fuit.

XVI. Hæc igitur per epistolam, cum longo tractu esset dissitus, nuntiavit: postquam vero in auxilium venit, et illum, proprio quidem relicto imperio, in suo præsentem vidit; primum quidem medicinam adhibuit ejus animæ, et impietatis, qua laborabat, morbum expellens, in pietatem patriam ipsum reduxit. Deinde illum confidere jubens, et contra tyrannum inferens signa, illi quidem sine sanguine reddit imperium, tyrannum autem supplicio afficit. Enimvero violare se credidit C inita pacta cum Gratiano, nisi ab illis, qui hunc principem trucidaverant, pœnas repeteret. Atque idem imperator fidelissimus etiam adversus gentilium errores omnem contulit diligentiam, legesque promulgavit, quibus idolorum templa destrui præcipiebat.

XVII. Etenim Constantinus Magnus, omni laude ac prædicatione quam dignissimus, pietate ornavit imperium: ac totum orbem etiam tunc insanientem videns, dæmonibus quidem sacrificare omnino prohibuit, eorum autem fana stare permisit, ab eis arceri quemlibet jubens. Et quidem hujus filii paternis institere vestigiis: Julianus vero renovavit impietatem, nec non erroris jam exsoleti vehementiorem flammam accendit. At Jovianus adeptus D imperium, rursus idolorum cultum proscripsit. Et magnus quoque Valentinianus iisdem plane legibus usus, Europam rexit. Quod vero ad Valentem, cunctis quidem aliis adorare permisit, quomodo vellent, et quæ adorabant, palam colere: in hos autem solos, a quibus dogmata apostolica propugnabantur, bellum gerere non intermisit. Omni ergo tempore quo is regnavit, ignis altari superpositus accendebatur, et libationes atque hostias idolis offerebant, et in plateis convivia publica celebrabant, et qui peragebant Bacchi orgia, cum caprinis pellibus currebant, canes secum trahentes, et insanientes, et debacchantes, et committentes alia hujusmodi, quæ nequitiam magistri sui palam facerent.

XVIII. Fidelissimus autem imperator Theodosius isthæc omnia e medio ita sustulit, ac si ab initio non exstitissent: in quorum vicem Christianis instituit alia plura. Sed enim ejus qui a primis retro temporibus hostis hominum est, omnia retia non nisi ægre effugiuntur; sæpius enim aliquis cum luxuriæ morbum evaserit, avaritiæ laqueo forsan capitur: si autem illa fuerit major aliunde rursus livoris vorago subnascitur: et licet hanc denuo transilierit, plagas iracundiæ offendet præparatas: et sexcentas alias hominibus tendiculas instruit malignus ille, qui in hominum venatur perniciem. Sane quidem corporeos motus machinis adversus animam ab eo fabricatis habet cooperantes: mens autem illa quæ vigilans fuerit, sola superat, propensione in res divinas machinationum illius malitiam reprimens. Quapropter cum humanæ naturæ particeps esset imperator ille admirabilis, perturbationum illius expers non semper fuit. Verum excessus nescio quis iræ legitimæ conjunctus, crudele quiddam parturiit atque injustum; de quo videlicet statim dicetur. Neque enim tantum reprehensionem habet admirabilis imperatoris, sed etiam prædicationem memoria admodum dignam: maxime vero generosi illius Ambrosii libertatem huc succedentem, ac multum illum, quo utebatur in rebus ad pietatem pertinentibus, animi fervorem. Quidquid illud sit, tamen declarabit oratio.

XIX. Thessalonica civitas magna est, ac populis frequens, attributa quidem Macedonibus, Thessaliæ autem atque Achaiæ caput, quemadmodum et aliarum multarum, quotquot subjiciuntur Illyriæ præfecto. Seditione igitur illic exorta, quidam magistratuum lapidati sunt, et per vias tracti, vitamque turpissimo exitu finierunt. Rex igitur eorum quæ acciderant, nuntiis excandescens, ea non moderate tulit: sed omnem stomachum contra omnes effundens, et injustos exserens gladios, insontes cum nocentibus interfecit, nimirum septem millia, ut memoratur, cum nullum prorsus ab eo judicium præmissum esset.

XX. Calamitatem hanc adeo lugendam ubi rescivit magnus Ambrosius, venienti Mediolanum imperatori, et in templum Dei ex more ingredi cupienti, eminus obviam progrediens, ne portas quidem templi intrare permisit: « Nescis, inquiens, uti videtur, nefariæ cædis, quæ peracta est, magnitudinem: neque post ipsum iracundiæ tuæ finem, ratione cognovisti quale facinus ausus fueris. Enimvero te fortasse non sinit imperialis potentia crimen cognoscere, sed rationi objecta auctoritatis lumen adimit. Verumtamen natura necesse est habeat ipsa se perspectam, et simul tum quod inest illi mortalis ac fluxi, tum progenitricem illam glebam, unde facti sumus, et in quam dissolvimur: non vero purpuræ flore fascinata, operti corporis ignorare debet infirmitatem. Subditis qui eadem tecum natura constant, imperas, o rex, imo etiam conservis tuis; unus enim Do-

ΙΗ′. Θεοδόσιος δὲ ὁ πιστότατος βασιλεὺς ταῦτα περιεῖλε πάντα, ὥσπερ ἂν εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν γεγονότα, καὶ πλείω Χριστιανοῖς ἀντεισηνέγκατο ἕτερα. Ἀλλὰ γὰρ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων ἄνωθεν πολεμίου τὰς ἄρκυς διαφυγεῖν ἁπάσας οὐ ῥᾴδιον· πολλάκις γάρ τις διαδράσας τῆς ἀσελγείας τὸ πάθος, τῇ τῆς πλεονεξίας ἴσως ἁλίσκεται παγίδι. Εἰ δὲ καὶ ταύτης κρείττων φανείη, ἑτέρωθεν ὑποφύεται πάλιν τοῦ φθόνου τὸ βάραθρον· κἂν τοῦτο δὲ πάλιν ὑπερπηδήσῃ, τὸ τοῦ θυμοῦ δίκτυον εὑρήσει προκείμενον· καὶ ἄλλας δὲ μυρίας τοῖς ἀνθρώποις τίθησι παγίδας ὁ πονηρὸς, ἀγρεύων εἰς ὄλεθρον. Καὶ τὰ μὲν πάθη τοῦ σώματος ὑπουργοῦντα ἔχει ταῖς κατὰ τῆς ψυχῆς τεκταινομέναις ὑπ' αὐτοῦ μηχαναῖς· μόνος δὲ ἐγρηγορὼς ὁ νοῦς περιγίνεται, τῇ περὶ τὰ θεῖα τροπῇ τῶν μηχανημάτων διελέγχων τὴν κακουργίαν. Τῆς ἀνθρωπείας δὴ οὖν φύσεως καὶ ὁ θαυμάσιος βασιλεὺς μετασχὼν οὗτος οὐδὲ τῶν ἐκείνης παθῶν ἄγευστος ἔμεινεν· ἀλλά τις ἀμετρία τῷ δικαίῳ θυμῷ προσγενομένη ἀπηνές τι ὤδινε καὶ παράνομον, ὥσπερ δὴ οὖν αὐτίκα ῥηθήσεται· οὐ γὰρ κατηγορίαν ἔχει μόνον τοῦ θαυμαστοῦ βασιλέως, ἀλλὰ καὶ εὐφημίαν μνήμης ἀξιωτάτην, καὶ μάλιστα τὴν τοῦ γενναίου τούτου Ἀμβροτίου διαδεχθεῖσαν ἐνταῦθα παῤῥησίαν, καὶ τὸν πολὺν ἐκεῖνον ᾧ περὶ τὴν εὐσέβειαν ἐκέχρητο ζῆλον· δηλώσει δ' οὖν ὅμως ὁ λόγος.

ΙΘ′. Θεσσαλονίκη πόλις ἐστὶ μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, τελοῦσα μὲν εἰς Μακεδόνας, ἡγουμένη δὲ καὶ Θετταλίας καὶ Ἀχαΐας καὶ ἄλλων πολλῶν ἐθνῶν ὅσα ὑπὸ τῷ τῶν Ἰλλυριῶν ὑπάρχῳ κεῖται. Στάσεως τοίνυν ἐν αὐτῇ γενομένης κατελεύσθησάν τε καὶ κατεσύρησαν τῶν ἀρχόντων τινὲς, καὶ τὸν βίον αἴσχιστα οὕτω κατέστρεψαν. Ὁ οὖν βασιλεὺς ταῖς τῶν συμβάντων ἀγγελίαις ἀναφλεγεὶς οὐκ ἤνεγκε πράως· ἀλλὰ πάντα θυμὸν πάντων ἀφεὶς καὶ ἄδικα ξίφη γυμνώσας, τοὺς ἀθώους μετὰ τῶν ὑπευθύνων ἀνεῖλεν, ἑπτὰ χιλιάδας ὃ λέγεται, μηδὲ μιᾶς αὐτῷ κρίσεως ἡγησαμένης.

Κ′. Ταύτην μαθὼν τὴν δακρύων γέμουσαν συμφορὰν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος, ἀφικόμενον εἰς τὴν Μεδιολάνων τὸν βασιλέα καὶ συνήθως εἴσω τοῦ θείου παρελθεῖν βουληθέντα ναοῦ, πόῤῥωθεν προϋπαντήσας, οὐδὲ τῶν ἱερῶν εἴασε πυλῶν ἐπιβῆναι, Οὐκ οἶσθα, λέγων, ὡς ἔοικεν, ὦ βασιλεῦ, τῆς εἰργασμένης μιαιφονίας τὸ μέγεθος, οὐδὲ μετὰ τὴν τοῦ θυμοῦ λῆξιν ὁ λογισμὸς ἐπέγνω τὸ τολμηθέν· οὐκ ἐᾷ γὰρ ἴσως τῆς βασιλείας ἡ δυναστεία ἐπιγνῶναι τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἐπιπροσθεῖ ἡ ἐξουσία τῷ λογισμῷ. Χρὴ μέντοι τὴν φύσιν εἰδέναι, καὶ τὸ ταύτης θνητόν τε καὶ διαῤῥέον, καὶ τὸν πρόγονον χοῦν ἐξ οὗ γεγόναμεν καὶ εἰς ὃν ἀποῤῥέομεν, καὶ μὴ τῷ ἄνθει τῆς ἁλουργίδος ἀποβουκολουμένην, ἀγνοεῖν τοῦ καλυπτομένου σώματος τὴν ἀσθένειαν. Ὁμοφυῶν ἄρχεις, ὦ βασιλεῦ, καὶ μὴν δὴ καὶ ὁμοδούλων· εἷς γὰρ πάντων δεσπότης καὶ βασιλεὺς ὁ τῶν ὅλων δημιουργός. Ποίοις τοίνυν ὀφθαλμοῖς ὄψεις τὸν τοῦ κοινοῦ Δεσπότου νεών; Ποίοις δὲ

ποσὶ τὸ ἔδαφος; ἐκεῖνο πατήσεις τὸ ἅγιον; Πῶς δὲ τὰς χεῖρας ἐκτενεῖς θερμοῦ ἔτι σταζούσας αἵματος; Ἢ πῶς τοιαύταις ὑποδέξῃ χερσὶ τοῦ Δεσπότου τὸ πανάγιον σῶμα; Πῶς δὲ καὶ τῷ στόματι προσοίσεις τὸ αἷμα τὸ τίμιον, τοσούτων διὰ τὸν θυμὸν παρανόμως αἷμα ἐκχέας; Ἄπιθι τοίνυν, καὶ μὴ πειρῶ τοῖς δευτέροις τὴν προτέραν αὔξειν παρανομίαν, καὶ δέχου τὸν δεσμὸν ᾧ Θεὸς ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης ἄνωθεν γίνεται σύμψηφος. Ἰατρικὸς δὲ οὗτος καὶ ὑγιείας σοι πρόξενος, εἰ μή που ἀθεράπευτα πάσχειν προῃρήσω.

A minus et rex omnium est, omnium videlicet creator. Quibus ergo oculis communis Domini templum adspicies, quibusve pedibus sanctum hoc pavimentum premes? quomodo autem manus extendes, calenti adhuc sanguine stillantes, aut quomodo talibus manibus excipies sacrosanctum Domini corpus, et ori etiam pretiosum sanguinem admovebis, cum per iræ impotentiam tantum sanguinis contra jus omne ac fas effuderis? Abscede igitur, et ne aggrediaris priorem culpam secunda cumulare; et excipe illud vinculum quod cœlitus judicio suo Deus universorum Dominus confirmat. Erit autem illud tibi medicinale, ac sanitatis conciliator, nisi forte insanabile vulnus perpeti elegeris. »

ΚΑ'. Τούτοις εἴξας ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις (τοῖς γὰρ θείοις νόμοις ἐντεθραμμένος ὢν ᾔδει σαφῶς τίνα μὲν τῶν ἱερέων, τίνα δὲ τῶν βασιλέων ἴδια), στένων ὁμοῦ καὶ δακρύων ἐπανῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια. Ὀγδόου δὲ παρελθόντος ἐξ ἐκείνου μηνὸς ἧκε μὲν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενέθλιος ἑορτή· καθῆστο δὲ πρὸς τοῖς βασιλείοις βαρύτατα πενθῶν Θεοδόσιος. Τοῦτο Ῥουφῖνός τις μάγιστρος τηνικαῦτα ἰδὼν, προσελθὼν οἷα δὴ χρηστὸς αὐτῷ καὶ συνήθης ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν. Ὁ δὲ πικρὸν ἀνοιμώξας καὶ θερμότερον προχέας τὸ δάκρυον, Σὺ μὲν, ὦ Ῥουφῖνε, παίζεις, ἔφη, τῶν γὰρ ἐμῶν οὐκ ἐπαισθάνῃ κακῶν· ἐγὼ δὲ στένω καὶ ὀλοφύρομαι, τὴν ἐμαυτοῦ συμφορὰν ἀναλογιζόμενος, ὅπως τοῖς μὲν οἰκέταις καὶ τοῖς προσαίταις ἀνέῳκται ὁ θεῖος νεὼς, καὶ εἰσίασιν ἀδεῶς, καὶ τὸν οἰκεῖον ἀντιβολοῦσι Δεσπότην· ἐμοὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἄβατος, καὶ πρὸς τούτῳ ὁ οὐρανὸς ἀποκέκλειται· μέμνημαι γὰρ τῆς Δεσποτικῆς φωνῆς, « Ὃ ἂν δήσητε, » λεγούσης, « ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

XXI. Imperator parens his sermonibus (nam cum a puero in legibus divinis esset educatus, quæ B ad sacerdotes pertinerent, quæve ad reges, perspicue noverat), gemitus ac lacrymas simul profundens, in palatium se recipit. Octavo autem mense ab hinc elapso, venit quidem Salvatoris nostri natale festum, Theodosius vero in regia sedens amarissime flebat. Id Rufinus quidam tunc temporis magister palatii cum pervidisset, ad eum accedens, homo videlicet domino utilis ac familiaris, causam rogabat. Tum vero ille acerbe gemens, et calidioribus manans fletibus: Tu quidem, inquit, ludis, Rufine; mea enim mala non sentis. Ego autem gemo atque deploro meam ipsius calamitatem, dum mecum reputo divinum templum famulis etiam atque mendicis apertum esse, ingressumque illuc tutum ac liberum patere illis, ut proprium Dominum C ipsi conveniant: mihi autem hoc inter dicitur, et præterea cœlum etiam interclusum est. Memini quippe Dominicæ vocis, qua promulgatur: « Quidquid ligaveritis super terram, erit ligatum et in cœlis. »

ΚΒ'. Ὁ δὲ Ῥουφῖνος ὑπουργῆσαι τῷ βασιλεῖ τὰ πρὸς θεραπείαν βουλόμενος καὶ χάριν εὔκαιρον παρασχεῖν, Δραμοῦμαι, εἰ σοι δοκεῖ, ἔφη, καὶ τὸν ἀρχιερέα πείσω πολλὰ, φησὶ, δεηθεὶς λῦσαί σε τῶν δεσμῶν. Ἀλλ' οὐ πεισθήσεται, ἔφη ὁ βασιλεύς· οἶδα γὰρ ἐγὼ τῆς Ἀμβροσίου ψήφου τὸ δίκαιον· οὐ γὰρ αἰδεσθεὶς τῆς βασιλείας τὴν ἐξουσίαν τὸν θεῖον παραβήσεταί ποτε νόμον. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἄλλοις πλείοσι χρησάμενος ὁ Ῥουφῖνος λόγοις πείσειν ὑπέσχετο τὸν μέγαν Ἀμβρόσιον, ἀπελθεῖν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς κατὰ τάχος ἐκέλευε, καὶ αὐτὸς δὲ ὑπὸ τῆς ἐλπίδος δελεασθεὶς ἠκολούθησε μετὰ βραχὺ ταῖς ὑποσχέσεσι τοῦ Ῥουφίνου πιστεύσας. Αὐτίκα γοῦν τὸν Ῥουφῖνον ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος, « Τὴν τῶν κυνῶν, ἔφη, ἀναίδειαν, ὦ Ῥουφῖνε, ζηλοῖς, καὶ οὔτε ἐρυθριᾷς, οὔτε δέδιας, τοσοῦτον κατὰ τῆς θείας λυττήσας εἰκόνος; » Ἐπειδὴ δὲ ὁ Ῥουφῖνος ἠντιβόλει, καὶ τὸν βασιλέα μετὰ μικρὸν ἥξειν ἔλεγεν, ὑπὸ τοῦ θείου ζήλου πυρποληθεὶς ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος, « Ἐγὼ, ἔφη, ὦ Ῥουφῖνε, φημὶ ὅτι κωλύσω τῶν ἱερῶν αὐτὸν ἐπιβῆναι προθύρων· εἰ δέ γε εἰς τυραννίδα τὴν βασιλείαν μεθίστησι, δέξομαι κἀγὼ μεθ' ἡδονῆς τὴν σφαγήν. »

XXII. Rufinus vero medicinam regi ministrare volens, ac tempestivum beneficium illi præbere: Curram, inquit, si tibi placet, et episcopo id persuadebo multis precibus, ut te a vinculis istis absolvat. Sed non ille persuadebitur, ait imperator; quam enim justum Ambrosii judicium sit, compertum habeo. Nec porro ille unquam committet, ut imperialis potentiæ respectu divinam legem transgrediatur. At posteaquam adhibitis pluribus aliis rationibus, Rufinus promittebat a magno Ambrosio D rem se haud dubie impetraturum, jussit imperator quam citissime illum abire. Ipse autem spe inescatus, post non multum temporis secutus est, ut qui Rufini promissionibus fidem haberet. Confestim vero allocutus Rufinum divus Ambrosius: « Canum, inquit, impudentiam, Rufine, imitaris; et neque erubescis, neque pertimescis, cum tanta rabie adversus imaginem Dei sævieris? » Ubi vero institit Rufinus, et imperatorem brevi spatio interjecto venturum dixit, incensus divino zelo divinus Ambrosius: « Ego, inquit, o Rufine, prædico me prohibiturum, ne vel ipsum templi vestibulum calcet: sin autem is regiam potestatem in tyrannidem vertat, me necem excepturum cum voluptate. »

XXIII. His auditis, Rufinus et Ambrosii mentem imperatori per quemdam illico nuntiavit, et ut maneret in palatio, exhortatus est. Imperator vero, qui ad medium forum jam pervenerat, cum hæc audivit : Ego pergam, inquit, et insaniæ meæ pœnas exsolvam. Postquam vero in sacrum septum jam ventum fuit, in Dei quidem ædes non erat ingressus, verum in salutatoria domo consederat, suis se vinculis solvi flagitans.

XXIV. Ille vero tyrannicum vocabat ejus adventum, ac Theodosium contra Deum furere, nec non ipsius leges calcare pronuntiabat. Imperator autem in contritione cordis ac spiritu humilitatis : Non audacia efferor, inquit, adversus leges, nec sacrum limen contra jus et fas terere aggredior : sed obsecro te, ut me vinculorum nexu liberes, et clementia communis Domini ob oculos tibi posita, mihi non præcludas illam januam, quam Dominus ipse cunctis aperuit pœnitentibus. Qualem ergo, episcopus ait, pœnitentiam ostendisti post tantum scelus ? quibusve medicamentis vulnera ista ad sanandum difficillima coire fecisti ? Ad hæc imperator in contrito spiritu rursus retulit : Tuum est omnino et præcipere, et commiscere medicamina. Tum vero divus Ambrosius : Quandoquidem, inquit, iræ propriæ permittis judicium, et non ratio, sed animi æstus sententiam fert : legem hujusmodi velim sancias, quæ decretum quodvis iræ impetu, otiosum reddat ac superfluum : capitis vero sententiæ vel exsilii triginta dies scriptæ maneant, rationis judicium opperientes. Exactis autem triginta diebus, qui exararunt decreta illa, eadem exhibeant : et iracundia tamdiu requieta, secum ipsa ratio judicans, priorem expendat cognitionem, examinetque justane illa sit, an secus habeat. Siquidem porro iniquam inveniant, discerpat scripta, et sententiam irritam reddat : sin autem æqua fuerit, ita maneat ; nec triginta dierum numerus labefactabit recte judicata.

XXV. Admonitionem hanc imperator ultro admittens, et secum optime agi sibi persuadens, continuo jussit legem præscribi, quam et litteris propriæ manus ratam ac firmam esse voluit. His ita factis, divus Ambrosius imperatoris vinculum solvit : imperator autem sumpta in templum intrandi fiducia, non stans, neque in genua procumbens, Dominum precabatur, sed in solum nudum dejectus ac prostratus, Davidicam illam emisit vocem : « Adhæsit, inquiens, pavimento anima mea : Vivifica me secundum verbum tuum [1]. » Et crines manibus vellens, et faciem contundens, et profusis lacrymis irrigans pavimentum, veniam consequi properabat. Postquam autem ad offerenda sacræ mensæ munera vocavit tempus, cum fletibus non minus copiosis surgens, gradus altaris scandit : oblatione vero porrecta, intra cancellos, ut illi moris erat, mansit. Sed nullo modo, ut hæc dissimularet, abs se impetravit sacer Ambrosius : at lo-

ΚΓ'. Τούτων ὁ Ῥουφῖνος ἀκούσας μηνύει τε αὐτίκα διά τινος τῷ βασιλεῖ τὴν τοῦ ἀρχιερέως γνώμην, καὶ μένειν εἴσω τῶν βασιλείων παρῄνεσεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἤδη κατὰ μέσην τὴν ἀγορὰν ταῦτα μαθὼν, Ἄπειμι, ἔφη, καὶ τὰς δικαίας δέξομαι παροινίας. Ἐπειδὴ δὲ τοὺς ἱεροὺς περιβόλους κατέλαβεν, εἰς μὲν τὸν θεῖον οὐκ εἰσεληλύθει νεών· ἐν δὲ τῷ ἀσπαστικῷ οἴκῳ καθῆστο, ἐκλιπαρῶν τῶν δεσμῶν ἀπολυθῆναι.

ΚΔ'. Ὁ δὲ τυραννικὴν ἐκάλει τὴν παρουσίαν, καὶ κατὰ Θεοῦ μεμηνέναι τὸν Θεοδόσιον ἔλεγε, καὶ τοὺς ἐκείνου νόμους πατεῖν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν συντριβῇ καρδίας καὶ πνεύματι ταπεινώσεως, Οὐ θρασύνομαι, ἔφη, κατὰ τῶν κειμένων νόμων, οὐδὲ παρανόμως ἐπιβῆναι τῶν ἱερῶν προθύρων ἐφίεμαι· ἀλλὰ σέ μοι λῦσαι τὸν δεσμὸν ἀξιῶ, καὶ τὴν τοῦ κοινοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίαν λογίσασθαι, καὶ μὴ κλεῖσαί μοι θύραν, ἣν πᾶσι τοῖς μεταμελείᾳ χρωμένοις ὁ Δεσπότης ἀνέῳξε. Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς, Ποίαν οὖν, ἔφη, μεταμέλειαν ἔδειξας μετὰ τοιαύτην παρανομίαν ; Ποίοις δὲ φαρμάκοις τὰ δυσίατα ἐθεράπευσας τραύματα ; Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐν συντετριμμένῳ πνεύματι αὖθις, Σὸν ἔργον, ἔφησε, πάντως καὶ δεῖξαι καὶ κεράσαι φάρμακα. Τότε ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος, Ἐπειδὴ τῷ θυμῷ δικάζειν ἐπιτρέπεις, ἔφη, καὶ οὐχ ὁ λογισμὸς τὴν γνῶσιν, ἀλλὰ ὁ θυμὸς ἐκφέρει, γράψον νόμον τοῦ θυμοῦ τὰς ψήφους ἀργὰς ποιοῦντα καὶ περιττὰς, καὶ τριάκοντα ἡμέρας αἱ φονικαὶ καὶ δημευτικαὶ μενέτωσαν γνώσεις ἐν γράμμασι, τὴν τοῦ λογισμοῦ προσδεχόμεναι κρίσιν. Διελθουσῶν δὲ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν οἱ τὰ ἐγνωσμένα γεγραφότες δεικνύτωσαν αὐτὰ, καὶ τηνικαῦτα τοῦ θυμοῦ πεπαυμένου καθ' ἑαυτὸν δικάζων ὁ λογισμὸς ἐξεταζέτω τὰ ἐγνωσμένα, καὶ σκεπτέσθω ἆρά γε δίκαια ἢ μὴ οὕτως ἔχοντα εἶεν. Εἰ μὲν οὖν ἄδικα εὕροι, διαῤῥηγνύτω τὰ γεγραμμένα, καὶ τὴν ψῆφον ἄκυρον ποιείτω· εἰ δὲ δίκαια, μένοι· οὕτω καὶ ὁ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν ἀριθμὸς οὐ λυμανεῖται τοῖς ὀρθῶς ἐγνωσμένοις.

ΚΕ'. Ταύτην ὁ βασιλεὺς δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν, καὶ ἄριστα ἔχειν ὑπολαβὼν, εὐθὺς γραφῆναί τε τὸν νόμον ἐκέλευσε, καὶ τοῖς οἰκείας χειρὸς ἐβεβαίωσε γράμμασι. Τούτου δὲ γενομένου διέλυσε τὸν δεσμὸν ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος, καὶ ὁ βασιλεὺς εἴσω θαῤῥήσας γενέσθαι τοῦ θείου ναοῦ, οὐχ ἑστὼς τὸν Δεσπότην ἱκέτευσεν, οὐδὲ τὰ γόνατα κλίνας, ἀλλὰ πρηνὴς ἐπὶ γυμνοῦ πεσὼν τοῦ ἐδάφους τὴν Δαυϊδικὴν ἀφῆκε φωνὴν, « Ἐκολλήθη, » λέγων, « τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου· ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου· » καὶ ταῖς χερσὶ τίλλων τὰς τρίχας, καὶ τὸ μέτωπον τύπτων, καὶ τοῖς τῶν δακρύων σταγόσι τὸ ἔδαφος καταῤῥαίνων, συγγνώμης ἠντιβόλει τυχεῖν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ καιρὸς ἐκάλει τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκεῖν, ἀναστὰς μετὰ τῶν ἴσων δακρύων τῶν ἀνακτόρων ἐπέβη· προσενεγκὼν δὲ, ἔνδον, ὥσπερ εἰώθει, παρὰ τὰς κιγκλίδας μεμένηκεν. Ἀλλ' οὐδὲν ταῦτα ὁ ἱερὸς Ἀμβρόσιος σιγῆσαι ἠνέσχετο, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν τόπων διδάσκει διάφορον. Καὶ πρῶτα μὲν ἤρετο εἴ τινος

[1] Psal. CXVIII, 25

δέοιτο. Τοῦ δὲ βασιλέως εἰρηκότος ὡς προσμένοι A τὴν τῶν θείων μυστηρίων μετάληψιν, ἐδήλωσεν, ὑπουργῷ τῷ τῶν διακόνων ἡγουμένῳ χρησάμενος, ὅτι Τὰ ἔνδον, ὦ βασιλεῦ, μόνοις ἐστὶν ἱερεῦσι βάσιμα· τοῖς δὲ ἄλλοις πᾶσιν ἄδυτά τε καὶ ἄψαυστα. Ἔξιθι τοίνυν, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινώνει τῆς στάσεως· ἁλουργὶς γὰρ βασιλέας, οὐχ ἱερέας ποιεῖ.

ΚϚʹ. Καὶ ταύτην δὲ ὁ πιστότατος Θεοδόσιος ἀσμένως δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν, ἀντεδήλωσεν ὡς οὐ θρασύτητι χρώμενος ἔνδον τῶν κιγκλίδων μεμένηκεν, ἀλλ' ἐν Κωνσταντινουπόλει τοῦτο μαθών. Τοσαύτῃ καὶ τηλικαύτῃ καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ ἀρχιερεὺς διέλαμπον ἀρετῇ· ἀμφοτέρων γὰρ ἔγωγε ἄγαμαι, τοῦ B μὲν τὴν παῤῥησίαν, τοῦ δὲ τὴν εὐπείθειαν· καὶ τοῦ μὲν τὴν τοῦ ζήλου θερμότητα, τοῦ δὲ τὴν τῆς πίστεως καθαρότητα. Ἃ μέντοι γε ὑπὸ τοῦ θαυμαστοῦ Ἀμβροσίου ἐν τῇ Μεδιολάνων ὁ βασιλεὺς παιδευθείη, ταῦτα καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθὼν ἐτήρει, καὶ οὐδενὸς τούτων μεθίετο.

ΚΖʹ. Ἑορτῆς γὰρ αὐτὸν πάλιν θείας ἐς τὸν θεῖον ἀγούσης νεὼν, τῇ ἱερατικῇ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκὼν εὐθὺς ἐληλύθει. Τοῦ δὲ τῆς ἐκκλησίας προέδρου, Νεκτάριος δὲ τηνικαῦτα ἦν, Τί δῆτα μὴ μεμένηκας ἔνδον; δηλώσαντος, δυσχεράνας ὁ βασιλεὺς, Μόλις, ἔφη, βασιλέως καὶ ἱερέως ἐδιδάχθην τὸ μέσον· ἐπεὶ καὶ μόλις εὗρον ἀληθείας διδάσκαλον, Ἀμβρόσιον μόνον ἐπίσκοπον ἀξίως καλούμενον. Τοσοῦτον ὄνησιν ἔλεγχος παρὰ ἀνδρὸς ἀρετῇ διαλάμ- C ποντος.

ΚΗʹ. Εἶχε καὶ ἀφορμὴν ἄλλην ὠφελείας ὁ βασιλεὺς οὕτως· ἡ γὰρ σύζυγος τούτου τῶν θείων αὐτὸν συνεχῶς ἀνεμίμνησκε νόμων, φιλοπόνως ἑαυτὴν τούτοις καὶ πρὸς ἀκρίβειαν ἐκπονήσασα· οὐ γὰρ ἐπῆρεν αὐτὴν τῆς βασιλείας ἡ δυναστεία, ἀλλὰ τὸν θεῖον πλέον ἐνέκαιεν ἔρωτα· τῆς γὰρ εὐεργεσίας τὸ μέγεθος μεῖζον τὸ περὶ τὸν εὐεργέτην εἰργάζετο φίλτρον. Αὐτίκα γοῦν καὶ τῶν τὸ σῶμα πεπηρωμένων, καὶ ἅπαντα τὰ μέλη λελωβημένων παντοδαπὴν ἐποιεῖτο φροντίδα, οὐχ οἰκέταις, οὐδὲ δορυφόροις ὑπουργοῖς κεχρημένη, ἀλλ' αὐτουργὸς γινομένη, καὶ εἰς τὰς τούτων καταγωγὰς ἀφικνουμένη, καὶ ἑκάστῳ τὴν χρείαν πορίζουσα. Αὐτὴ καὶ τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς D ξενῶνας περινοστοῦσα ὑπηρέτει τότε τοῖς νοσοῦσι, καὶ ἐπεμελεῖτο καὶ ἐθεράπευε, καὶ χύτρας ἁπτομένη, καὶ ζωμοῦ γευομένη, καὶ τρυβλίον προσφέρουσα, καὶ ἄρτον ὀρέγουσα, καὶ κύλικα διασμήχουσα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐργαζομένη, ὅσα οἰκετῶν καὶ θεραπαινίδων ἔργα νενόμισται. Εἰώθει δὲ συνεχῶς καὶ πρὸς τὴν ὁμόζυγον λέγειν· Ἀεί σε, ὦ ἄνερ, προσήκει λογίζεσθαι τί μὲν ἦσθα πάλαι, τί δὲ γέγονας νῦν. Ταῦτα γὰρ διηνεκῶς ἐνθυμούμενος οὐχ ἔσῃ περὶ τὸν εὐεργέτην ἀχάριστος· ἀλλ' ἣν ἐδέξω βασιλείαν κυβερνήσεις ἐννόμως, καὶ ταύτῃ θεραπεύσεις τὸν δεδωκότα

ΚΘʹ. Τοιούτοις ἀεὶ κεχρημένη λόγοις οἷά τινα κα-

eorum discrimen illum edocuit. Et primum quidem, num quid postularet, interrogabat. Imperatore autem respondente, participationem divinorum mysteriorum sese præstolari, ministrum adhibens archidiaconum clare professus est: Interiora, o Imperator, nisi unis sacerdotibus non sunt adeunda. Egredere igitur, et eamdem cum aliis laicis stationem serva; purpura enim reges, nequaquam vero sacerdotes facit.

XXVI. Hanc autem compellationem similiter boni consulens fidelissimus Theodosius, contra exposuit non temeritate intra cancellos se remansisse, verum quia Constantinopoli hoc didicerat. Tantæ virtutis et imperator et episcopus luce fulgebant! Equidem enim utrumque suspicio, hunc videlicet generosam ob libertatem, illum vero propter facilem obedientiam: et hujus quidem zelum ferventem, illius vero fidem sinceram. Quin hæc etiam, quæ imperator sub admirando illo Ambrosio edidicerat Mediolani, reversus Constantinopolim ipsa observavit, neque illorum omisit quidquam.

XXVII. Etenim quodam die festo eum denuo vocante in Dei templum, ubi sacræ mensæ dona obtulit, statim regressus est. Ecclesiæ autem præside, is vero erat tunc Nectarius, interrogante: Quare tu intus non remansisti? imperator moleste ferens: Quid inter imperatorem, inquit, et episcopum sit discriminis, vix tandem didici; quoniam veritatis magistrum difficulter inveni, Ambrosium scilicet, qui solus digne vocatur episcopus. Usque adeo correptio prodest, quæ ab homine virtute claro proficiscitur.

XXVIII. Alia quoque imperatori fuit utilitatis causa. Enimvero ipsius conjux adsidue illum admonebat divinæ legis, in qua se ipsam diligenter et accurate exercuerat. Nec enim illam imperii potestas extollebat, sed in ea magis accendebat Dei amorem; magnitudo enim beneficii erga ejusdem auctorem majus amoris incentivum excitabat. Quare statim ab initio eorum qui corporea cæcitate aut membrorum omnium debilitate afflicti erant, omnimodam gerebat curam, non domesticorum aut satellitum opera utens, at ipsa operi manus adhibens; et in ipsorum tuguria ingredi non dedignata unicuique necessaria suppeditabat. Ipsa etiam ecclesiarum circumeundo invisens hospitia, ministrabat ægrotis, eisque obsequium et curam adhibebat, ollas nimirum fervefaciens, jusculum prægustans, patinam afferens, porrigens panem, pocula proluens, et alia exercens omnia, quæ famulorum atque ancillarum opera judicantur. Solebat autem assidue conjugem his compellare: Te semper, o marite, animo reputare convenit, et quid olim fueris, et quem in gradum nunc perveneris; ista enim tecum indesinenter si recogites, in benefactorem tuum ingratus nunquam evades, sed imperium, quod accepisti, administrabis æquis legibus; qua etiam ratione debitum largitori ejus exsolves obsequium.

XXIX. Cum semper illa ejusmodi uteretur verbis

quæ virtutis seminibus pulchram in conjuge irrigationem et incrementum præbere possent, prius ipsa quam vir fato functa est. Contigit autem post aliquod tempus ab ejus morte tale quid fieri, unde palam innotesceret, quonam imperator erga eam animo, quantave charitate esset affectus. Cogente siquidem bellorum frequentia, imperator rei pecuniariæ inopiam tolerans, tributa indixit civitatibus. Urbs igitur Antiochia cum alias urbes tributis illis subditas conspiceret, pecunias vero per vim exigi, ac nulla admissa excusatione; commune hoc vectigal nequaquam ferens, sed turbarum occasionem hinc arripiens, qualia vulgus facere solet, patravit: et nobilissimæ Placillæ, hoc enim erat imperatrici nomen, æream statuam solo adflixit, ipsam etiam per plures civitatis vicos pertrahens.

A λὴν ἀρδείαν καὶ πρόσφορον τοῖς τῆς ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς ἔφερε σπέρμασι. Προτέρα μέντοι τοῦ συζύγου ἐτελεύτησε, καὶ συνέβη μετὰ χρόνον τινὰ τῆς τελευτῆς τοιόνδε τι γενέσθαι ὅπερ τὴν πολλὴν ἐκείνην τοῦ βασιλέως περὶ αὐτὴν διάθεσιν καὶ φιλοστοργίαν ἀπέδειξεν. Ὑπὸ γὰρ τῶν συχνῶν πολέμων ἀναγκαζόμενος ὁ βασιλεὺς καὶ χρημάτων σπανίζων, φόρους ταῖς πόλεσιν ἐπεγράψατο. Ἡ Ἀντιόχου τοίνυν φορολογουμένας τὰς ἑτέρας πόλεις ὁρῶσα καὶ σὺν βίᾳ τὰ χρήματα καὶ ἀπαραιτήτως εἰσπραττομένας, τὸ κοινὸν τοῦτο τέλος οὐκ ἐνεγκοῦσα, ἄλλα τε ὁποῖα φιλεῖ ὄχλος πρόφασιν εἰς ἀταξίαν λαμβάνων ἔδρασε, καὶ τὴν χαλκῆν εἰκόνα τῆς πανευφήμου Πλακίλλης (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῇ βασιλίδι) κατήνεγκε καὶ ἐπὶ πολὺ τῆς πόλεως κατασυράμενος.

XXX. Imperator, hac re ad se delata, tantum molestiæ, quantum decebat, hinc percipiens, eam civitatem propriis legibus ablatis multat, vicinamque urbem Laodiceam, quæ propter littus maris sita est, illi præficit, hac potissimum via ipsi ægre se facere persuasum habens; namque Antiochiam a longo tempore æmulabatur Laodicea. Insuper autem illam se incensurum ac deleturum minitabatur, nec non in pagum eamdem se conversurum: proceres vero nonnullis in ipso facinoris actu correptis, antequam tragœdiam resciret princeps, mortem irrogarunt. Et hæc quidem cuncta comminabatur Theodosius, non tamen illico exsequebatur, prohibente hoc nimirum lege, quam hortatu suo magnus Ambrosius ferendam curaverat. Sed posteaquam qui minas illas ferre jussi sunt, venerunt in urbem Antiochiam (dux autem erat tunc Hellenichus, et Cæsarius præfectus prætorianis, magister vero a Romanis dicitur, qui adeptus est hanc dignitatem), universi quidem in metu versabantur, minarum exitum reformidantes. Virtutis autem illi athletæ, qui ad radices montium habitabant, quorum ingens erat tunc multitudo, iis quos percellebat comminatio, compatiebantur, et circumquaque cursantes, de iis viris qui supplicio fuerant affecti, quantum licebat, alios solabantur.

B Λ'. Ταῦτα πυθόμενος ὁ βασιλεὺς καὶ χαλεπήνας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, τά τε τῆς πόλεως ἀφείλετο δίκαια, καὶ τῇ γείτονι πόλει Λαοδικείᾳ τῇ παρὰ θάλασσαν δέδωκε τὴν ἡγεμονίαν, ταύτῃ μάλιστα νομίζων αὐτοὺς ἀνιάσειν· ἐζηλοτύπει γὰρ ἡ Λαοδίκεια τὴν Ἀντιόχειαν ἄνωθεν. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ἐμπιπρᾷν ἠπείλει καὶ καταλύειν καὶ εἰς κώμην τὸ ἄστυ μεταβαλεῖν. Οἱ δὲ ἄρχοντες καὶ ἀνεῖλόν τινας παρ' αὐτὸ συλλαβόντες τὸ τόλμημα πρὶν γνῶναι τὸν βασιλέα τὴν τραγῳδίαν. Ταῦτα δὲ πάντα ὁ βασιλεὺς ἠπείλει μὲν, οὐ μὴν παραχρῆμα ἐποίει, τοῦτο τοῦ νόμου κωλύοντος ὃν Ἀμβρόσιος ὁ μέγας τεθῆναι παρῄνεσεν. Ἐπειδὴ δὲ παρὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἧκον οἱ τὰς ἀπειλὰς ἐκείνας κομίζοντες (Ἑλλένιχός τε στρατηγὸς C τηνικαῦτα ὢν καὶ Καισάριος τῶν βασιλείων ἡγούμενος, μάγιστρον δὲ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἀρχὴν), ἐν δέει μὲν ἦσαν ἅπαντες τὰς ἀπειλὰς περιπεφρικότες· οἱ δὲ τὴν ὑπώρειαν οἰκοῦντες τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ (πολλοὶ δὲ ἦσαν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ) συνήχθοντο τοῖς τῇ ἀπειλῇ ὑποβεβλημένοις, καὶ περιέτρεχον πανταχοῦ, καὶ ὑπὲρ τῶν κολαζομένων ὡς δυνατὸν παρεκάλουν.

XXXI. Unus autem ex illis erat vir sanctus, exornatus omni virtute, et qui die nocteque puras orationes omnium Salvatori offerebat. Hic nec imperatoris iram metuens, nec eorum qui missi erant, potestatem animo reputans, cum in mediam urbem venisset, et amiculo alterum legatorum apprehendisset, jussit utrumque ex equis descendere. Hi vero parvum seniculum, eumque vili panno vestitum conspicati, primo quidem indignabantur. At cum postea quidam ex iis qui sequebantur, virtutem viri manifestassent, continuo desilierunt ex equis, et illius genua complexi, veniam petierunt. Vir autem sanctus, ac divina plenus sapientia, tali apud eos usus est oratione: Dicite, o cara capita, imperatori: Non imperator solum, verum etiam homo exsistis: ne igitur solum imperium, sed ipsam quoque naturam consideres; cum enim homo sis, ejusdem naturæ consortibus imperas. Humana porro natura ad

ΛΑ'. Εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν ἀνὴρ ἅγιος, ἀρετῇ πάσῃ κεκοσμημένος καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τῷ Σωτῆρι τῶν ὅλων καθαρὰς προσφέρων εὐχὰς, οὗτος οὔτε τοῦ βασιλέως καταπλαγεὶς τὴν ὀργὴν οὔτε ἀποσταλέντων τὴν ἐξουσίαν εἰς νοῦν λαβὼν, κατὰ D μέσον τὸ ἄστυ γενόμενος, καὶ τῆς χλανίδος θατέρου τῶν ἀποσταλέντων ἀρχόντων λαβόμενος, ἀμφοτέρους ἐκ τῶν ἵππων καταβῆναι κελεύει. Οἱ δὲ μικρόν τι γερόντιον εὐτελῆ ῥάκια περιβεβλημένον ἰδόντες, τὸ πρῶτον μὲν καὶ χαλεπῶς ἔφερον, ἔπειτα δέ τινες τῶν συνεπομένων τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐδήλωσαν ἀρετήν· κατεπήδησάν τε τῶν ἵππων εὐθὺς, καὶ τῶν ἐκείνου γονάτων λαβόμενοι συγγνώμην ἐζήτουν. Ὁ δὲ ὅσιος ἀνὴρ τῆς θείας σοφίας ἐμφορηθεὶς τοιοῖσδε πρὸς αὐτοὺς ἐχρήσατο λόγοις· Εἴπατε δὴ, ὦ φίλοι ἄνδρες, τῷ βασιλεῖ· Οὐ βασιλεὺς εἶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος· μὴ τοίνυν πρὸς μόνην ὅρα τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν λογίζου· ἄνθρωπος γὰρ ὢν, ὁμοφυῶν βασιλεύεις. Κατ' εἰκόνα δὲ θείαν καὶ ὁμοιω-

σιν πάντως ἡ τῶν ἀνθρώπων δεδημιούργηται φύσις· μὴ τοίνυν ὠμῶς οὕτω καὶ ἀπηνῶς τοῦ Θεοῦ τὴν εἰκόνα κέλευε κατασφάττεσθαι· παροξύνεις γὰρ οὕτω τὸν Δημιουργὸν, τὴν ἐκείνου κολάζων εἰκόνα. Σκόπησον γοῦν ὡς καὶ σὺ χαλκῆς ἕνεκα δυσχεραίνων εἰκόνος ταῦτα ποιεῖς. Ὅσον δὲ τῆς ἀψύχου διαφέρει ἡ ἔμψυχος καὶ ζῶσα καὶ λογικὴ, δῆλον ἅπασι τοῖς τε νοῦν ἔχουσιν ὁμοίως καὶ αἴσθησιν. Πρὸς δὲ τούτοις λογισάσθω κἀκεῖνο· ὡς ἡμῖν μὲν ῥᾴδιον ἀντὶ τῆς εἰκόνος τῆσδε πολλὰς δημιουργῆσαι χαλκᾶς· αὐτῷ δὲ προφανῶς ἀδύνατον μίαν γοῦν τῶν ἀναιρεθέντων δημιουργῆσαι τρίχα.

ΛΒ'. Τούτων ἀκούσαντες οἱ θαυμαστοὶ ἄνδρες ἐκεῖνοι, μηνύουσι τῷ βασιλεῖ τὰ εἰρημένα καὶ τὴν τοῦ θυμοῦ κατέσβεσαν φλόγα· ὡς ἀντὶ τῶν ἀπειλῶν ἐκείνων ἀπολογίαν τε αὐτίκα γράψαι καὶ τῆς ὀργῆς τὴν αἰτίαν δηλῶσαι. Οὐκ ἔδει γὰρ, ἔφη, ἐμοῦ πλημμελήσαντος, γυναῖκα πάσης εὐφημίας ἀξιωτάτην τοσαύτην μετὰ τελευτὴν δέξασθαι παροινίαν· κατ' ἐμοῦ δὲ ἐχρῆν τὸν θυμὸν τοὺς ἀγανακτοῦντας ὁπλίσαι. Προσετίθει δὲ τοῦτο, ὡς ἀλύει καὶ ἀνιᾶταί τινας ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀνῃρῆσθαι μαθών. Οὕτω μὲν οὖν ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς καὶ τοιαῦτα ὑπὸ τοῦ θαυμαστοῦ Ἀμβροσίου πεπαίδευτο, καὶ τοσαύτης παρ' αὐτοῦ τῆς χάριτος καὶ τῆς πνευματικῆς ὠφελείας ἀπέλαυσεν.

ΛΓ'. Ὁ δὲ θεῖος οὗτος Ἀμβρόσιος, ὃν εἴρηται τρόπον, ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ ἐν ὀρθοδόξοις δόγμασι διαλάμψας, ζηλωτής τε καὶ ὑπέρμαχος τῆς ἀληθείας γενόμενος, καὶ ἐποικοδομήσας ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, λόγους τε ὀρθοδοξίας καὶ διδασκαλίας ἐκθέμενος, καὶ πᾶσαν ὑπὸ Ἀρείου καὶ Ἀπολλιναρίου καινισθεῖσαν αἵρεσιν ἀπελάσας, πάντα τε τὰ τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας καλῶς διαθέμενος, καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἐλάσας, πλήρης τε ἡμερῶν γενόμενος, ἀνεπαύσατο ἐν εἰρήνῃ, τεθεὶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Μεδιολάνων, μνήμην ἀληθῆ τὸν αὐτοῦ βίον καταλιπὼν καὶ τὰ κατορθώματα· ὧν ζηλωτὰς καὶ ἡμᾶς γενέσθαι καταξιώσειε, καὶ τῶν αὐτῶν ἀμοιβῶν ἐκείνῳ καὶ τῶν στεφάνων ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A imaginem ac similitudinem divinam omnino effecta est; quocirca noli tam crudeliter atque immaniter imaginem Dei jugulandam præcipere; sic enim ad iram concitas Artificem, dum in ejus effigiem animadvertis. Perpende igitur quemadmodum tu ipse propter figuram æream graviter commotus ista designas. Quanto autem imago spirans et viva et rationalis potior est, quam inanima, perspicuum est omnibus, qui quidem mente ac sensu sint præditi. Præterea et hoc secum reputet, nobis utique expeditum esse pro statua ista plures æreas alias conflare: illi e contrario prorsus impossibile, eorum, qui necati sunt, vel unum crinem procudere.

XXXII. His auditis, admirabiles illi viri quæ B dicta fuerant, significant imperatori et iracundiæ flammam exstinguunt; ita ut minarum istarum loco quam primum sui scriberet excusationem, et iræ suæ causam exponeret. Non decebat enim, inquiebat, me delinquente, uxorem meam prædicatione omni longe dignissimam tantum contumeliæ post mortem sustinere: sed eos qui animo suo obtemperarunt, contra me oportebat iracundiam armare suam. His præterea subjunxit illud, angi se animi atque dolere quod cognovisset a præfectis morte affectos quosdam fuisse. Hoc itaque modo imperator Christi amicus, talibusque præceptis ab admirabili Ambrosio fuerat institutus, tantamque gratiam ac spiritualem utilitatem ab eo C perceperat.

XXXIII. Divinus autem hic Ambrosius in Ecclesia, quemadmodum dictum est, orthodoxis dogmatis fulgens, æmulatorque veritatis factus et propugnator, cum super fundamentum apostolorum ac prophetarum ædificasset, nec non rectæ doctrinæ ac disciplinæ verba exposuisset; fugata qualibet hæresi ab Ario atque Apollinario recens invecta, et Ecclesia sua in omnibus optime constituta, in profundam progressus senectutem, ac dierum plenus, in pace requievit. Tumulatus est in ecclesia Mediolanensi, veram memoriam sui relinquens, propriam utique vitam et recte facta: quorum ut nos quoque evadamus imitatores, eademque cum illo præmia atque coronas obti- D neamus, ipse dignetur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui honor est atque potestas in sæcula sæculorum. Amen.

MENSIS JUNIUS

ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΠΑΥΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΤΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ.

VITA S. P. N. PAULI

CONFESSORIS

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

(Latine apud Surium ad diem 7 Junii, Græce ex cod. Reg. 1481.)

I. Quando Constantius, Constantini Magni tertius filius, tenebat sceptra Romani imperii, Ariani persecutionem moverunt adversus pios, ut qui ad hæc a Constantio plurimum haberent adjumenti, et Athanasium quidem exterminatum accepit Occidens; divinus autem Alexander antistes Byzantii, cum vitæ fini appropinquasset, nullum quidem suæ Ecclesiæ constituit successorem : sed cum duos præcipuos elegisset ex aliis, populo hanc dedit optionem, ut si velint quidem doctorem et virtutibus resplendentem habere pontificem, Paulum eligerent, quem ipse ordinavit presbyterum. Sin autem habitu solum gravem, et vestitu extrinsecus honestum, Macedonium (1), qui fuerat jam olim ordinatus diaconus, et jam vergebat ad senectutem. Hæc cum eis dixisset, transit ad sedes meliores, cum fuisset quidem pontifex viginti tres annos, vixisset autem nonaginta octo.

II. Circa electionem autem eorum qui dicti fuerant, exstitit contentio. Nam Ariani quidem magis aspiciebant ad Macedonium; orthodoxi vero eligebant Paulum (2). Vincit tamen suffragium orthodoxorum, et eligitur Paulus Byzantii episcopus, in ecclesia quæ appellatur sanctæ Irenes, quam tempus a nova separans, concedit ut vetus nominetur. Constantius autem cum haud ita multo post Constantinopolim rediisset ex Antiochia, iratus fuit electo, quod non ex ejus sententia pro-

A Α'. Ἡνίκα Κωνστάντιος ὁ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τρίτος υἱὸς τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἐχειρίζετο σκῆπτρα, διωγμὸν οἱ ἐξ Ἀρείου κατὰ τῶν εὐσεβούντων ἐκίνουν, ἅτε πολλὴν παρὰ Κωνσταντίου πρὸς τοῦτο τὴν ῥώμην ἔχοντες, καὶ Ἀθανάσιον μὲν ὑπερόριον ἐδέχετο τὰ Ἑσπέρια, Ἀλέξανδρος δὲ ὁ θεῖος ὁ τῆς Βυζαντίδος πρόεδρος τῷ τοῦ βίου πλησιάσας τέλει οὐδ' ἕνα μὲν διάδοχον ἑαυτοῦ τῇ Ἐκκλησίᾳ καθίστη, λογάδας δὲ τῶν ἄλλων δύο ἀπολεξάμενος γνώμην τοιαύτην εἰς αἵρεσιν τῷ πλήθει ἐδίδου, ὡς, εἰ μὲν βούλοιντο διδάσκαλόν τε ἅμα καὶ ταῖς ἀρεταῖς διαλάμποντα ἔχειν ἀρχιερέα, Παῦλον αἱρήσονται, ὃν αὐτὸς ὑπῆρχε χειροτονήσας πρεσβύτερον· εἰ δὲ τῷ σχήματι μόνον σεμνὸν καὶ τῇ ἔξωθεν περιβολῇ κόσμιον, Μακεδόνιον πάλαι χειροτονηθέντα
B διάκονον καὶ πρὸς γῆρας κλίναντα ἤδη. Ταῦτα εἰσηγησάμενος εἰς τὴν ἀμείνω λῆξιν μεταβαίνει, ἀρχιερατεύσας μὲν τρία καὶ εἴκοσιν ἔτη, βιοὺς δὲ τὰ πάντα ὀκτὼ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα.

Β'. Γίνεται φιλονεικία περὶ τὴν αἵρεσιν τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν. Οἱ μὲν γὰρ ἐξ Ἀρείου πρὸς Μακεδόνιον ἔβλεπον· τὸ δὲ ὀρθόδοξον τὸν Παῦλον ᾑρεῖτο. Κρατεῖ δὲ ὅμως ἡ τῶν ὀρθοδόξων ψῆφος, καὶ χειροτονεῖται ὁ Παῦλος ἐν Βυζαντίῳ ἐπίσκοπος κατὰ τὴν τῆς ἁγίας Εἰρήνης, ἣν ὁ χρόνος ἀντιδιαστέλλων ἀπὸ τῆς νέας παλαιὰν ὀνομάζεσθαι δίδωσι. Κωνστάντιος δὲ οὐ μετὰ πολὺ ἐκ τῆς Ἀντιοχέων πόλεως ἐν τῇ Κωνσταντίνου γενόμενος, δι' ὀργῆς εἶχε τὸν χειροτονηθέντα, ὅτι μὴ γνώμῃ τῇ αὐτοῦ προέβη τὰ τῆς

(1) Macedonium plane ab Alexandro nominatum non fuisse asserit Baronius anno 340, § *Sed cum Alexandri episcopi integritatem*; sed id commentum esse Sabini historici Macedoniani, quem alii secuti sunt.

(2) Anno 340.

χειροτονίας, καὶ Ἀρειανῶν καθίσας συνέδριον τὸν A μὲν Παῦλον σχολάζειν κατεψηφίσατο, Εὐσέβιον δὲ τρίτον ἀμείβοντα θρόνον ἐκ Νικομηδίας τῆς βασιλίδος ἐπίσκοπον ἀναδείκνυσιν. Ἀλλ' ὁ μὲν δυσσεβῶς ταῦτα πράξας ὑποστρέφει πάλιν πρὸς Ἀντιόχειαν· Εὐσέβιος δὲ πάντα λίθον ἐκίνει ὥστε περιελεῖν τοῦ ἱεροῦ συμβόλου τὸ ὁμοούσιον.

Γ'. Ἄγεται δὴ τὰ ἐγκαίνια τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας, ἣν Κωνσταντῖνος μὲν ὁ μέγας ἐκ βάθρων ἀνήγειρε, Κωνστάντιος δὲ καθιερωθῆναι σπουδὴν ἔθετο, καὶ τῇ τῶν ἐγκαινίων προφάσει ἐπίσκοποι συλλέγονται τὸν ἀριθμὸν ἐνενήκοντα. Μάξιμος δὲ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ἔφορος ἀνὴρ εὐσεβὴς οὐ παρῆν, ἀλλ' οὐδὲ ὁ Ῥώμης Ἰούλιος οὔτ' αὐτοπροσώπως οὔτε διά τινος τῶν ὑποτελῶν. Συγκροτεῖται μὲν οὖν ἡ B σύνοδος παρόντος καὶ Κωνσταντίου. Οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον σπουδὴν ἄγουσι πρὸ τῶν ἄλλων ἀποσκευάσασθαι Ἀθανάσιον. Ἐπάγουσι δὲ αὐτῷ πρώτην αἰτίαν τὸ παρὰ κανόνα λέγοντες πρᾶξαι, κανόνα ὃν αὐτοὶ τηνικαῦτα ἐξέθεσαν. Ἐπανελθὼν γάρ, ἔφασκον, τῆς ὑπερορίας οὐχὶ κοινῇ γνώμῃ καὶ ψήφῳ, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπέτρεψε· καὶ δευτέραν ὅτι κατὰ τὴν εἴσοδον αὐτῷ στάσεως συῤῥαγείσης πολλοὶ ἐναπέθανον· τρίτην δὲ τὰ ἐν Τύρῳ πεπραγμένα, ἐξ ὧν καὶ καταψηφισάμενοι τοῦ τῆς εὐσεβείας ἀθλητοῦ Γρηγόριον ἀντικαθιστῶσι τούτοις ὁμόφρονα, καὶ ταῦτα τολμήσαντες ἐπιτολμῶσι καὶ τὴν μεταπλασμὸν τῆς πίστεως, οὐδὲν μὲν καταφανῶς τῶν ἐν Νικαίᾳ μεμψάμενοι, τῷ ὑφάλῳ δὲ καὶ κακοτέχνῳ C τῆς διανοίας σπέρματα προκαταβάλλοντες πρὸς τὴν τοῦ ὁμοουσίου καθαίρεσιν. Καὶ ἡ μὲν κατὰ Ἀντιόχειαν σύνοδος, ταῦτά τε καίτοι αὖθ' ἕτερα τολμήσασα καί τινα κανονίσασα, διαλύεται.

Δ'. Εὐσέβιος δὲ πρὸς τὸν Ῥώμης Ἰούλιον διαπρεσβεύεται, τὴν κατὰ Ἀθανασίου ψῆφον τεχναζόμενος κυρωθῆναι. Ἀλλ' οὐδὲν ὧν ἤλπιζεν ἤνυσε. Παῦλος δὲ ὁ ἀρχιερεὺς τὴν Ῥώμην καταλαβών, ἕτεροί τε ἐπίσκοποι οὐκ ὀλίγοι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ἀθανάσιος, οἳ καὶ κατὰ συσκευὴν ἀπηλάθησαν Εὐσεβίου, διῆγον ὁμοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ. Ὁ δὲ ἱερὸς Ἰούλιος, συκοφαντίαν εἶναι μαθὼν τὰ κατὰ τῶν ἀρχιερέων πεπραγμένα, γράμμασιν αὐτοὺς ὀχυρώσας ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἀποστέλλει, τόν τε οἰκεῖον ἑκάστῳ θρόνον ἀποδιδούς, καὶ D συναιτιώμενος τοὺς καθελόντας. Τὰς μὲν οὖν οἰκείας ἐκκλησίας οὗτοι πάλιν ἀναλαμβάνουσι, καὶ τὰς ἐπιστολὰς οἷς ἐγράφησαν διαπέμπονται. Εὐσεβίου γὰρ ἀποφθαρέντος, Παῦλος εἰς τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀποκαθίσταται· οἱ ἀρειανίζοντες δὲ ἐν τῇ νῦν λεγομένῃ ἐπὶ Παύλον ἐκκλησίᾳ χειροτονοῦσι τὸν Μακεδόνιον, ὃς τὸν Υἱὸν μὲν τῷ Πατρὶ ἀνόμοιον ἐβλασφήμει, παραγραφόμενος τὸ ὁμοούσιον, τὸ δὲ πανάγιον Πνεῦμα καὶ παντελῶς ἀλλότριον τῆς θεότητος.

cessisset electio : et congregato Arianorum conciliabulo, condemnavit quidem Paulum, ut quiesceret : Eusebium vero, qui tertio mutabat sedem (3), ex Nicomediæ episcopo creat urbis regiæ episcopum. Sed cum ille quidem impie hæc fecisset, revertitur rursus Antiochiam. Eusebius autem omnem movebat lapidem, ut ex sacro symbolo tolleret homousion, id est, consubstantiale.

III. Celebratur dedicatio ecclesiæ Antiochenæ, quam Constantinus quidem Magnus excitavit a fundamentis, Constantius autem studium adhibuit, ut consecraretur; et dedicationis prætextu congregantur episcopi numero nonaginta (4). Maximus vero antistes Hierosolymorum, vir pius, non aderat, neque Romæ Julius, nec per se, per aliquem ex subjectis. Congregatur ergo synodus, præsente etiam Constantio. Eusebiani autem student ante alia, ut deponatur Athanasius. Primam vero in eum intentant accusationem, quod fecerit præter regulam; regulam dicentes, quam tunc ipsi ediderant. Reversus enim, aiebant, ab exsilio, non communi sententia, sed ipse sibi tradidit episcopatum. Secundam autem, quod cum in ejus adventu exorta esset seditio, multi sint mortui. Tertiam, ea quæ facta sunt Tyri. Ex quibus condemnato pietatis athleta, ejus loco constituunt Gregorium, qui eadem quæ ipsi sentiebat. Et cum hæc ausi essent, audent etiam fidem transformare; nihil quidem aperte reprehendentes eorum quæ facta sunt Nicææ, sed improbo et malitioso consilio semina prius jacientes ad destruendum homousion. Et quæ Antiochiæ quidem habita fuit synodus, cum hæc et hujusmodi alia ausa esset, et quosdam fecisset canones, fuit soluta.

IV. Eusebius autem fungitur legatione (5) apud Julium Romanum episcopum, machinans ut confirmaretur lata in Athanasium sententia. Sed nihil effecit eorum quæ sperabat. Paulus vero pontifex cum Romam venisset (6), et alii non pauci episcopi, quin etiam ipse quoque Athanasius, qui fuerant expulsi, comparatis ab Eusebio insidiis, simul Romæ degebant. Sanctus autem Julius cum intellexisset esse calumniam, quæ facta fuerant adversus pontifices, eos litteris munitos mittit ad Orientem, suam unicuique reddens sedem, et eos simul reprehendens, qui ipsos deposuerant. Atque suas quidem ecclesias ii rursus accipiunt, et mittunt litteras ad eos, ad quos scriptæ fuerant. Cum Eusebius itaque interiisset, Paulus in suam sedem restituitur. Qui autem partes Arii sequebantur, in ea quæ nunc ad Paulum dicitur, ecclesia eligunt Macedonium : qui blaspheme quidem Filium dicebat esse Patri similem, circumscribens homousium : sanctissimum autem Spiritum a divinitate omnino alienum.

(3) Primo namque Beryti episcopus fuerat, dein Nicomediæ. Athanas. apol. 2.

(4) Anno 341.

(5) Per litteras scilicet.

(6) Cum semel tantum Paulus Romam venerit, ut notat Baronius anno 342, § *Rursum vero*, dicendum est, id accidisse, non modo, sed postquam Hermogene occiso per Constantium expulsus est, ut infra capite 6.

V. Cum Athanasius autem suam recepisset ecclesiam, qui considebant rursus Antiochiæ (etenim rursus convenerant, conantes vicissim criminari Julium Romanum episcopum) protinus impium Gregorium, quem ipsi præter leges elegerant, mittunt Alexandriam. Et eum quidem reducebat prætor Alexandriæ, secum ducens septem millia militum. Quod cum rescivisset Athanasius, Romam iterum navigavit. Populus autem Alexandrinus non ferens rem tam nefariam, ecclesiam, quæ vocabatur Dionysii, non recte id faciens, exussit. Cum vero rescivisset Constantius, qui agebat Antiochiæ, Paulum præconem veritatis in suam sedem esse restitutum, jubet Hermogeni duci exercitus, qui mittebatur in partes Thraciæ, exturbare eum ex ecclesia. Et ille quidem cum venisset Constantinopolim, studebat facere, ut ei fuerat imperatum. Populus autem non est hoc passus, sed et domum ejus incendunt, et ipsum extractum interimunt. Quod quidem cum audiisset Constantius, ægerrime tulit quod factum fuerat : et cum ipse venisset in civitatem, sanctum quidem Paulum ex ea expellit : et civitatem multat frumento, ablato ei dimidio doni, quod illius pater, benignus scilicet et clemens Constantinus, ei donaverat. Erat autem summa donationis octoginta millia panum quotidianorum. Irascebatur autem etiam Macedonio, non solum, quod præter ejus sententiam fuisset electus, sed etiam propter cædes, quas ipse, seditionem agitans, fuerat causa faciendi.

VI. Eo itaque dimisso, venit Romam (7), et versabatur simul cum Athanasio. Refert ergo, quæ passus fuerat, Romano episcopo : et rursus munitus ejus litteris et Constantis imperatoris, statim revertitur, et suæ sedi restituitur, cum magno gaudio exceptus a civitate. Constantius autem rursus id factum ægre tulit, et rursus ab eo prodit jussus, qui justum mittat in exsilium. Itaque cum eum accepisset præfectus Philippus, sanctum quidem mittit in exsilium, ejus vero loco in ecclesia reponit sancti Spiritus hostem Macedonium. Processit autem missio in exsilium non aperte, sed ex insidiis. Cædes enim Hermogenis reddidit Philippum cautiorem ad malefaciendum : et honorifice quidem vocat Dei pontificem ad lavacrum, quod appellatur Zeuxippus, tanquam propter quædam in communi utilia et arcana consilia : et illinc mittit in aulam imperatoris, et per ipsam deinde Thessalonicam, quæ fuit patria ejus majoribus, et ei quidem est prohibitum ascendere ad partes Orientis, non autem in propinquas regiones.

VII. Impius autem Macedonius, militari manu ei serviente, equitans simul cum præfecto, Dei

A E'. Ἀθανασίου δὲ τὴν ἰδίαν ἀναλαβόντος ἐκκλησίαν, οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ πάλιν συνεδρεύοντες (καὶ γὰρ συνήεσαν, ἀντεγκαλεῖν ἐπιχειροῦντες Ἰουλίῳ τῷ Ῥώμης) τὸν δυσσεβῆ Γρηγόριον διὰ τάχους, ὃν αὐτοὶ παρανόμως ἐχειροτόνησαν, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου ἐξαποστέλλουσι, καὶ κατῆγεν αὐτὸν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας στρατηγὸς, ἑπτακισχιλίους στρατιώτας μεθ' ἑαυτοῦ ἐπαγόμενος. Ὃ μαθὼν Ἀθανάσιος εἰς τὴν Ῥώμην πάλιν ἀπέπλευσεν. Ὁ δὲ τῶν Ἀλεξανδρέων λαὸς οὐκ ἐνεγκὼν τὸ ἔκθεσμον, τὴν καλουμένην Διονυσίου ἐκκλησίαν, οὐκ ὀρθῶς ποιοῦντες, ἐνέπρησαν. Μαθὼν δὲ Κωνστάντιος ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγων ὡς Παῦλος ὁ τῆς ἀληθείας κῆρυξ εἰς τὸν ἴδιον ἀποκατέστη θρόνον, Ἑρμογένει τῷ στρατηλάτῃ ἐντέλλεται πρὸς τὰ τῆς Θρᾴκης ἐκπεμπομένῳ μέρη, ἐξῶσαι τοῦτον τῆς B Ἐκκλησίας. Καὶ ὁ μὲν τὴν Κωνσταντίνου φθάσας, ἐσπούδαζεν ᾗ προστέτακτο δρᾷν· τὸ πλῆθος δὲ οὐκ ἠνείχετο, ἀλλὰ τήν τε οἰκίαν αὐτοῦ κατακαίουσι, καὶ αὐτὸν σύροντες διαφθείρουσιν· ὅπερ ἀκούσας Κωνστάντιος δι' ὀργῆς τὸ πραχθὲν ἐποιήσατο, καὶ αὐτὸς τὴν πόλιν καταλαβὼν τὸν μὲν ὅσιον Παῦλον ἀπελαύνει ταύτης, ζημιοῖ δὲ καὶ τὴν πόλιν τὸ σιτηρέσιον ἀφελὼν αὐτῆς τὸ ἥμισυ τῆς δωρεᾶς ἣν ὁ ἐκείνου πατὴρ, ὁ φιλάνθρωπος δηλαδὴ Κωνσταντῖνος, αὐτῇ ἐδωρήσατο. Ἦν δὲ τὸ ὅλον τῆς δωρεᾶς ἡμερήσιοι ἄρτοι μυριάδες ὀκτώ. Ὠργίζετο δὲ καὶ κατὰ Μακεδονίου οὐ μόνον ὅτι παρὰ τὴν αὐτοῦ κεχειροτόνητο γνώμην, ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς φόνους ὧν αὐτὸς στασιάζων γέγονε αἴτιος.

VII. Hoc modo disputationi finis est impositus. Eunomius autem domum discedens gravi febri correptus lectoque decumbere coactus est. Et dum universa civitas curiose exspectaret indictum istud colloquium, servus Dei tota nocte in preces effusus oravit ut ad confirmandam sanam veramque fidem sibi a gratia divina concederetur vis eloquentiæ. Die autem illucescente archidiacono suo adscito dixit: Hodie, mi fili, de vita agitur et de morte. Cæterum tu facies quod tibi jam dicturus sum. Cum, uti nosti, episcopis ad regem ingredientibus, diaconus de more hæc verba, « Recti omnes, » pronuntiet, tu quoque ubi ingrediemur fac idem. Ad quæ ille, Metuo, inquit, o domine, ne rex, quando me hæc facientem conspexerit, illico interficiat. Amphilochius respondit: Verere illum qui præcepit, ut ne illos qui corpus interimere valent metuamus, sed illum potius qui et corpus et animam in gehenna perdere potest. Archidiaconus dixit: Faciam quod jussisti. Cum igitur, veste sacerdotali indutus, ad palatium pervenisset et in eo esset ut ad regem ingrederetur, diacono, Da mihi, inquit, depositum illud quod cum metropolim relinquerem, tibi tradidi. Statim igitur linteo quo carbo involutus erat explicato invenit illum adhuc ardentem, o novum miraculum! ita ut neque tempore interlabente exstinctus, neque linteum ullo modo igne corruptum esset. Itaque carbone thuribulo imposito et thure adjecto diaconum in verba quæ ipsi præceperat, erumpere jussit. Clamavit igitur ille altiori voce: Recti omnes. Obstupefacti qui aderant e thronis suis illico surrexere. Rex autem non solum hoc præter opportunitatem factum reprehendit, sed etiam ira repletus est. Quare hæreseos duces, occasione capta, ad regem dixerunt: Nonne majestati tuæ de hoc homine jam antea diximus quod nugator sit et stolidus? Accedens autem Amphilochius, Salve, inquit, o rex; deinde ad ejus filium a dextra sedentem conversus ait: Salve tu quoque, mi fili, ita tamen ut obiter tantum et cum neglectu quodam salutationem pronuntiaret. Cum autem rex hanc salutationem filii contemptim prolatam audiisset, animo excanduit et parum abfuit quin sancto manum inferret. Jam

vero haud amplius sibi temperavit, exsiliensque in sanctum his invectus est verbis: Cur hoc fecisti ut me quidem salutaveris, filium autem meum, tanquam unum e plebe, nihili feceris? Nonne et hic rex est? Nonne corona et purpura et cæteris imperii insignibus ornatus? Jam dignus es qui capite plectaris. Amphilochius contra regessit: Si tu, o rex, qui hodie exsistis et cras communi fato subjaces et in cineres resolveris, de filio tuo non uti decet honorato indignaris atque hanc contumeliam quasi tibi factam reputas, nonne rex immortalis, quando Filius ejus ab impiis contumelia afficitur, multo potius indignabitur? Aut quomodo putas eum Filii sui neglectionem supportaturum esse? Ad hæc rex, adhuc ira commotus, Cur tu, inquit, senex impudens, canum instar quod non decet profers? Cui reponens Amphilochius, Optime, inquit, o rex, locutus es: senex enim sum quoad annos, impudens autem propter inverecundos, et canum morem sequor propter lupos qui Dei Ecclesiam contaminant et discerpunt. Quandiu enim istos video Christi mei gregem adorientes, latrare adversus eos non cessabo.

VIII. Tum rex, utpote cujus animum divina gratia ad bonum revocaret, iram repressit et verborum sancti conscius factus, surgens eum amplexatus osculatusque est, dixitque: Optime et digno modo Amphilochius divino judicio electus verba fecit. Etenim si ego qui homo sum, contumeliam filio meo illatam non mansuete tuli, quomodo Deus honorem unigeniti ipsius Filii imminui patietur? Jubet itaque illico Eunomium ejusque asseclas thronis deturbatos exsilio multari, ita quidem ut prius verberibus gravibus cæsi et camelis impositi per mediam urbem traducerentur. Amphilochium autem apud se retinuit ac verbis doctrinæque ejus faciles aures præbuit. Multis jam præterlapsis diebus sanctus regi dixit: Tempus requirit, ut pastores ad oves suas revertantur. Attamen rex, dimissis cæteris, diutius eum apud se retinere cupiit. Cum autem vehementi redeundi desiderio eum teneri animadvertisset, ut aliquid a se petat, quidquid demum sit, jubet. Sanctus respondet: Quod ego desideravi, Deus jam per te præstitit, atque hoc usque ad finem permanebit. Cæterum nihil terrenum ita mihi in votis est ut a majestate tua petere tale quid possim. Cum autem magis magisque a rege urgeretur ad aliquid expetendum, se velle dixit ut in urbe Iconiensi duo templa exstruerentur, unum quidem in honorem Dei sapientiæ, alterum Joannis Baptistæ: quod rex se facturum magna cum animi propensione spopondit. Denique, accepta aurea cruce, in qua particula venerandi ligni erat crucis vivificæ, rege salutato discedit. Itinere rursus per inediam confecto, antrum suum intravit, ibique munus regium deposuit. Et cum noctem sine somno peregisset, mane clero convocato divinum administrat mysterium, quo facto Iconium ingreditur. Missis deinde quæ ab Amphi-

A τὸν ἅγιον οὐδὲ καθεκτὸς ὢν, ἀλλ' ἐξαλλόμενος, Τί δὲ καὶ τοῦτο ἐποίησας, πρὸς τὸν ἅγιον ἔφη, ἐμὲ μὲν ἤ προσηγόρευσας, ἐξουθενώσας δὲ τὸν υἱὸν τὸν ἐμὸν καὶ ὡς τῷ τυχόντι προσενεχθείς; Οὐχὶ βασιλεὺς καὶ αὐτός; Οὐχὶ στέφος καὶ ἁλουργίδα περίκειται καὶ τἄλλα ὅσα τῆς βασιλείας παράσημα; Νῦν οὐ στήσεται ἡ κεφαλή σου ἐπὶ τῶν ὤμων σου. Ὁ δὲ Ἀμφιλόχιος, Εἰ σύ, ἔφη, βασιλεῦ, ὁ σήμερον ὢν καὶ αὔριον τῇ κοινῇ φύσει λειτουργῶν καὶ διαλυόμενος τοῦ υἱοῦ σου μὴ ὡς προσῆκόν ἐστι τιμηθέντος ἠγανάκτησάς τε καὶ ὕβριν οἰκείαν τὸ πρᾶγμα νενόμικας, ὁ ἀθάνατος βασιλεὺς οὐ πολλῷ μᾶλλον ἀγανακτῶν ἔσται τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ καθυβριζομένου παρὰ τῶν ἀσεβῶν; Ἢ πῶς οἴει φέρειν αὐτὸν τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐλάττωσιν; Καὶ ὁ βασιλεὺς ἔτι τῷ θυμῷ νικώμενος, Διὰ τί, B φησίν, ἀναίσχυντος εἶ γέρων κατὰ τοὺς κύνας τὸ ἀναιδὲς προβαλλόμενος; Ὁ δὲ Ἀμφιλόχιος, Εὐστόχως, ἔφη, βασιλεῦ, εἴρηκας· γέρων γάρ εἰμι τῷ χρόνῳ, ἀναιδὴς δὲ διὰ τοὺς ἀτάκτους· τὰ δὲ τῶν κυνῶν ἐπιδείκνυμαι διὰ τοὺς λύκους οἳ τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν λυμαίνονται καὶ σπαράττουσιν. Ἕως γὰρ τούτους ὁρῶ τῇ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ ποίμνῃ ἐπιόντας, καθυλακτῶν αὐτοὺς οὐκ ἀφέξομαι.

Η'. Ὁ δὲ βασιλεὺς, τῆς θείας χάριτος πάντως εἰς τὴν αὐτοῦ καρδίαν ἀγαθὰ λαλησάσης, τοῦ θυμοῦ κατέπαυέ τε, καὶ τῶν τοῦ μακαρίου ῥημάτων ἐν συναισθήσει γίνεται, καὶ ἀναστὰς περιέβαλέ τε αὐτὸν, καὶ ἡδέως κατεφίλει, Καλῶς καὶ εὐεπιβόλως, λέγων, ὁ ὑπὸ θείας ψήφου προχειρισθεὶς Ἀμφιλόχιος εἴρηκεν. Εἰ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπος ὢν τὴν περὶ τὸν υἱὸν C ὕβριν πράως οὐκ ἤνεγκα, ὁ Θεὸς πῶς οἴσει τὴν τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Παιδὸς ὕφεσιν; Κελεύει τοίνυν εὐθὺς τοὺς μὲν περὶ Εὐνόμιον καθαιρεθῆναί τε τῶν θρόνων καὶ ὑπερορίους παραπεμφθῆναι, πρότερον τυφθέντας σφοδρῶς καὶ καμήλοις ἐποχηθέντας, εἶτα διὰ μέσης θριαμβευθέντας τῆς πόλεως· τὸν δὲ Ἀμφιλόχιον παρ' ἑαυτῷ κατασχὼν ἡδέως τῶν τε λόγων καὶ διδασκαλίας τῆς αὐτοῦ ἤκουεν. Ἡμερῶν δὲ ἱκανῶν διαγενομένων, τῷ βασιλεῖ ὁ μακάριος, Καιρὸς, ἔφη, λοιπὸν τοὺς ποιμένας ἐπὶ τὰ ἴδια πρόβατα ἐπανέρχεσθαι. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς ἄλλους ἐκπέμπων αὐτὸν καὶ ἔτι παρακατέχειν ἠβούλετο. Ἐπειδὴ ἰσχυρῶς ἑώρα τῆς ἐπανόδου ἐχόμενον, αἴτησιν προτεῖναι ἣν βούλεται λέγει. Ὁ δὲ, Τὸ ἐμὸν, φησὶ, θέλημα Θεὸς D ἤδη διὰ σοῦ τετελείωκεν, ὃ καὶ μέχρι τέλους διαμενεῖ. Ἐρῶ δὲ οὐδενὸς τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα σου τοῦ κράτους ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθείην. Ὡς δὲ ἐπὶ πολὺ παρὰ τοῦ βασιλέως αἰτήσασθαί τι κατηναγκάζετο, δύο οἰκοδομηθῆναι ναοὺς ἀξιοῖ ἐν τῇ πόλει τοῦ Ἰκονίου, ἕνα μὲν ἐπ' ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας, ἕτερον δὲ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου· ὃ καὶ σὺν πολλῇ τῇ προθέσει ποιεῖν ὁ βασιλεὺς ἐπαγγέλλεται. Καὶ δὴ καὶ προπέμπεται παρ' αὐτοῦ σταυρὸν χρυσοῦν εἰληφὼς ἐν ᾧ καί τι μέρος ἦν τοῦ τιμίου ξύλου τοῦ ζωηφόρου σταυροῦ. Ἄσιτος δὲ πάλιν τὴν ἐπάνοδον διανύσας τὸ αὐτοῦ κατέλαβε σπήλαιον, ἔνθα καὶ τὸ βασιλικὸν ἀπέθετο δώρημα. Ὕπνου δὲ τὴν νύκτα μὴ μετασχὼν, ἕωθεν τοῦ κλήρου συναθροισθέντος ἐκτελεῖ τὴν θείαν μυσταγωγίαν, καὶ οὕτω τὴν τοῦ Ἰκονίου πόλιν εἰσ-

ἔρχεται. Μετὰ ταῦτα δὲ πέμψας κατὰ τὰ αἰτηθέντα ὁ βασιλεὺς τρεῖς ναοὺς ᾠκοδόμησε, δύο μὲν οὓς αὐτὸς ὁ μέγας εἴρηκεν Ἀμφιλόχιος, ἕτερον δὲ κατὰ θέλησιν Θεοδούλου τοῦ ἀρχιδιακόνου, καὶ αὐτὸν δὲ ἐπ' ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τετελεσμένον. Ἐπεὶ δὲ ἤδη οἱ ναοὶ ᾠκοδόμηντο, μετακαλεῖται τὸν μέγαν Βασίλειον ὁ ἱερὸς Ἀμφιλόχιος ἐφ' ᾧ τοὺς νεουργηθέντας τούτους ἐγκαινίσαι ναούς. Ὁ δὲ, καίτοι νόσῳ κατάσχετος ὤν, ἀλλ' οὖν ἐκείνης κρείττων γενόμενος ἀφικνεῖται, καὶ καθιεροῖ τοὺς ναοὺς, καὶ γίνεται εὐφροσύνη πνευματικὴ, καὶ Πνεύματος ἁγίου ἐπισκόπησις. Δύο δὲ μετὰ ταῦτα παρελθόντων ἐνιαυτῶν τὸν μέγαν ἡ Τριὰς Βασίλειον εἰς τὸν ἀχειροποίητον μετακαλεῖται ναὸν, οὗ τὸ ἱερὸν θάψας σῶμα ὁ ἱερὸς Ἀμφιλόχιος οἴκαδε πάλιν ἐπάνεισι, καὶ τῆς προτέρας ἅπτεται διδασκαλίας. Τρισὶ δὲ χρόνοις ὕστερον τῆς τοῦ μεγάλου τελευτῆς Βασιλείου καὶ αὐτὸς πρὸς Κύριον ἐκδημεῖ, τῶν μακρῶν πόνων τὰς ἀμοιβὰς κομιούμενος.

Θ'. Ἡ μέντοι πόλις ὥσπερ ἐπὶ κοινῇ τινι συντρέχουσα συμφορᾷ οὐκ εἶχε πράως τὴν τοῦ ποιμένος στέρησιν ἐνεγκεῖν, ἀλλὰ ἀθυμίᾳ συνείχετο, καὶ θρήνοις ἐκόπτετο, καὶ συναποθέσθαι τὰς ψυχὰς πάντες τῷ ποιμένι προῄρηντο. Θάψαντες οὖν ἐντίμως τὸ τίμιον ἐκεῖνο ἀληθῶς σῶμα καὶ πολλὰ δάκρυα καταχέαντες μόλις ποτὲ πείθονται τὸν τάφον ἀπολιπεῖν. Πολλαὶ δὲ θεοσημεῖαι παρὰ τοῦ εἰδότος τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν δοξάζειν Θεοῦ ἐκεῖθεν γεγόνασιν· ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ μονογενεῖ Υἱῷ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A lochio petita erant, tria templa rex construi jussit, duo nimirum quæ sanctus desideraverat, tertium autem secundum voluntatem Theoduli archidiaconi, pariter Dei sapientiæ consecratum. His ædibus exstructis, sanctus Amphilochius accersit Basilium Magnum ad ista templa inauguranda. Qui cum e morbo quo tum correptus erat, reconvaluisset, advenit, consecratisque ecclesiis, fit gaudium spirituale et Spiritus sancti custodia. Duobus abhinc elapsis annis Trinitas magnum Basilium ad templum non manibus factum evocavit. Cujus sanctum corpus ubi sanctus Amphilochius terræ commisit, domum redit et uti prius consueverat, docendi munere fungitur. Tandem tribus annis a morte magni Basilii præterlapsis, ipse quoque ad B Dominum transmigrat, longorum certaminum præmium reportaturus.

IX. Civitas autem, ut in publica fieri solet calamitate, congregata non facile tulit pastoris obitum, sed mœrore correpta, in planctus et lacrimas effusa est, ita quidem ut cuncti cum pastore animam exhalasse optarent. Cum itaque illud revera venerabile corpus honorifice sepelivissent et multas fudissent lacrymas, vix a sepulcro discedere sustinuerunt. Multa autem a Deo qui glorificantes ipsum novit glorificare, facta ibi sunt miracula, eique debetur omnis gloria, honor et adoratio cum unigenito Filio et sanctissimo Spiritu in sæcula. C Amen.

MENSIS DECEMBER.

—

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΔΑΝΙΗΛ ΤΟΥ ΣΤΥΛΙΤΟΥ.

—

VITA ET CONVERSATIO

S. PATRIS NOSTRI

DANIELIS STYLITÆ.

(Latine apud Surium ad diem 11 Decembris, Græce ex cod. ms. 1559, sæc. XIV.)

—

Α'. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀριστέων ὁπόταν περὶ πολέμων καὶ ἀγώνων καὶ τροπαίων τις διαλέγηται, αὐ-

D I. Quemadmodum viris fortibus usuvenit, ut quando quis de bellis et certaminibus et tropæis,

eis statim excitetur animus, et quærat instructas acies, et manus conserere cupiant cum hostibus, et quo plura de his verba fieri audiverint, eo magis eis crescit desiderium, et talia facinora statim aggredi cupiunt : ita etiam virtutis amatoribus, ut si quis eis narret vitas, quæ in monastica versantur exercitatione, et per omnem pervadunt virtutem, quæ Deo conciliat, simul inflammantur, et ea cupiunt, quæ sunt sibi convenientia, et ad summam, iis quæ dicuntur, ut quæ sint sibi propria, afficiuntur, et se parant ad imitationem. Admirabilis itaque vita hujus Danielis, quemadmodum vel non sola maxime sufficit ad animum, qui captus est amore virtutis, majore zelo accendendum, et ipsum omnino movendum et demulcendum, et suavissimorum laborum exercitationis afferendam voluptatem, quæ non habet satietatem ? Quo est enim admirabilior, eo est etiam utilior : et si quis eum voluerit æmulari, in modico multam, et quæ cum paucis conferri potest, inveniet virtutem

τίκα τε αὐτοῖς ἡ ψυχὴ διανίσταται, καί που καὶ παρατάξεις ἐπιζητεῖ, καὶ πρὸς συμπλοκὴν πολεμίων ὁρμᾷ, καὶ ὅσῳπερ ἂν μᾶλλον τοὺς περὶ τούτων ἀκούωσι λόγους, ἐπὶ πλέον τε αὐτῶν ἡ ὁρμὴ αὔξεται, καὶ τοιούτων ἔργων εὐθὺς ὀρέγονται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ἀρετῆς ἐραστῶν· ἂν ἀσκητικούς τις αὐτοῖς διέρχηται βίους καὶ διὰ πάσης ἀρετῆς ἥκοντας ὁπόσαι Θεῷ οἰκειοῦσιν, ἅμα τε διαθερμαίνονται, καὶ τῶν ὁμοίων ἐφίενται, καὶ ὅλως οἰκείως διατίθενται τοῖς λεγομένοις, καὶ παρασκευάζονται πρὸς τὴν μίμησιν. Ὁ γοῦν τοῦ θαυμασίου τούτου Δανιὴλ βίος πῶς οὐχὶ καὶ μόνος ἱκανώτατός ἐστιν ἀρετῆς ἐρῶσαν ψυχὴν εἰς πλείονα ζῆλον ἐκκαῦσαι, καὶ ὅλως αὐτὴν κινῆσαι καὶ καταθέλξαι;

II. Huic ergo beato patria quidem erat, quæ inter Euphratem et Tigrim sita, et est, et nominatur Mesopotamia. Natus est autem in quodam vico, vicino urbi Samosatorum: eorum, qui illic habitant, lingua eum vocat Maratha. Ei pater quidem erat Eliu, mater vero Martha ; fuit autem hic modus conceptionis. Matris ejus uterus erat admodum mancus ac mutilus ; erat enim sterilis ad liberorum procreationem. Cum itaque mille probris eam in dies insectarentur maritus, noti, cognati, et omnes alii, et liberorum egestatem ei acerbe objicerent, illa ab eis male affecta et corde cruciata, quid facit? Confugit ad eum, qui hæc potest curare ; et clam domo media nocte egressa, manus in cœlum tollens, et terram lacrymis irrigans : Domine Rex, inquit, qui ab initio masculum et feminam fecisti, qui dixisti, « Crescite et multiplicamini[1] ; » qui dedisti in sterilitate Saræ quidem Isaac, Annæ autem Samuelem, Elisabethæ vero Joannem ; tu quoque meæ similis miserere calamitatis, et me misericorditer intuere, et solve sterilitatem, et aufer opprobrium, et sterilis uteri da mihi fructum, ut eum quoque tibi offeram, qui dederis, quomodo prisca Anna Samuelem. Cum tam acerbe flevisset in contritione spiritus, domum rursus ingreditur, et cum parum dormitasset, videt in somnis duo luminaria, præclara pulchritudine, ingentia magnitudine, figura autem disco similia. Ea videbatur videre cœlo relicto sensim descendentia, desuper ejus imminere capiti. Cum mane autem surrexisset, et marito visionem et suis cognatis communicasset, alius quidem aliquid aliud dicebat eventurum ; illud vero erat significatio ejus, quod ex ea erat processurum vel ipsis stellis lucidius.

Β'. Τούτῳ τοίνυν τῷ μακαρίῳ πατρὶς μὲν ἡ τῆς Εὐφράτου καὶ Τίγρητος μεταξὺ κειμένη Μεσοποταμία ἐστί τε καὶ οἰκείως κατονομάζεται· ἐν κώμῃ δὲ τίκτεται πόλει γείτονι Σαμοσάτων· Μαραθᾶ ταύτην ἡ ἐγχώριος γλῶττα καλεῖ. Τούτῳ πατὴρ μὲν Ἠλιοὺ, μήτηρ δὲ Μάρθα· τρόπος δὲ τῆς συλλήψεως οὗτος. Πεπήρωτο γὰρ τὴν γαστέρα δεινῶς ἡ μήτηρ, καὶ στεῖρα ἦν πρὸς παίδων γονήν. Μυρίοις οὖν ὀνείδεσι καθεκάστην ὑποβαλλόντων αὐτὴν ἀνδρὸς, γνωστῶν, συγγενῶν, τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἐκείνη κακῶς ὑπὸ τούτων πάσχουσα καὶ τὴν καρδίαν ὀδυνωμένη, τί ποιεῖ; Πρὸς τὸν δυνάμενον ταῦτα θεραπεύειν καταφεύγει Θεὸν, καὶ λάθρα τῆς οἰκίας ἐκ μέσων νυκτὸς ἐξελθοῦσα καὶ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἄρασα, δάκρυσί τε τὴν γῆν βρέχουσα, Κύριε βασιλεῦ, ἔλεγεν, ὁ τὴν ἀρχὴν ἄρσεν καὶ θῆλυ ποιήσας, ὁ εἰπὼν, « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε· » ὁ δοὺς Σάῤῥᾳ μὲν τὸν Ἰσαὰκ, Ἄννῃ δὲ τὸν Σαμουὴλ, Ἐλισάβετ δὲ Ἰωάννην· αὐτὸς οὗτος τῆς ὁμοίας ἐλέησον κἀμὲ συμφορᾶς, καὶ πρὸς οἶκτον ἴδε, καὶ τὴν στείρωσιν λῦσον, καὶ τὸν ὀνειδισμὸν ἄφελε, καὶ δός μοι τῆς ἀτέκνου κοιλίας καρπὸν, ἵνα καὶ τοῦτόν σοι τῷ δεδωκότι προσάξω, καθάπερ ἡ πρὶν Ἄννα τὸν Σαμουήλ. Οὕτω πικρῶς ἐν συντριβῇ πνεύματος κλαύσασα, εἴσω πάλιν τῆς οἰκίας χωρεῖ, καὶ μικρὸν ἀφυπνώσασα φωστῆρας δύο λαμπροὺς τὸ κάλλος ὄναρ ὁρᾷ, τὸ μέγεθος μεγίστους, τὸ σχῆμα δίσκῳ προσεοικότας. Τούτους ἐδόκει τὸν οὐρανὸν λιπόντας, ἠρέμα τε ὑποκατιόντας ἄνωθεν αὐτῆς ὑπὲρ κεφαλῆς γενέσθαι. Ἕωθεν οὖν ἀναστάσης καὶ τῷ ἀνδρὶ τὴν ὄψιν καὶ τοῖς συγγενέσι κοινωσαμένης, ἄλλος μὲν ἄλλο τι τὸ ἀποβησόμενον ἔλεγε· τὸ δὲ ἄρα τοῦ ἐξ αὐτῆς ὑπὲρ ἀστέρα λάμψοντος προδήλωσις ἦν.

III. Non multum temporis intercessit, ut cum concepisset, peperit beatum Danielem, et partu utrisque mox liberatur, nempe et sterilitate, et animi ægritudine. Hæc beato Danieli vitæ fuere

Γ'. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ συλλαβοῦσα τέτοκε τὸν μακάριον Δανιὴλ, καὶ τῶν ὠδίνων ἀμφοῖν στειρώσεώς τε καὶ ἀθυμίας εὐθὺς ἀπολύεται. Τοιαῦτα τῷ μακαρίῳ τὰ τοῦ βίου προοίμια· οὕτω προῆλθεν

[1] Gen. I, 28.

εἰς φῶς τὸ τοῦ φωτὸς ὄντως γέννημα. Πέμπτου μὲν οὖν ὁ παῖς ἐπέβαινε χρόνου· οὔπω δέ τινος πρὸς τῶν γεννητόρων ὀνόματος ἠξίωτο, ἅτε δὴ παρὰ Θεοῦ καὶ τοῦτο βουλομένων τῷ παιδὶ γενέσθαι, ὥσπερ ἄρα καὶ τὴν εἰς τὸν βίον παραγωγήν. Ἀπῆγον μὲν οὖν οἱ γονεῖς εἴς τι σεμνεῖον τὸν παῖδα· συναπῆγον δὲ καὶ ὅσα προσφέρειν εὐσεβεῖς χεῖρες φιλοῦσι Θεῷ, ἵν' ὁ ἱερὸς ὄντως καὶ ἐν ἱερῷ τόπῳ τὴν κλῆσιν δέξηται. Παραγενομένων οὖν καὶ λεγόντων τῷ τῆς πνευματικῆς μάνδρας προηγουμένῳ ἄλλο τι ὄνομα τῷ παιδὶ θεῖναι, ἔνθους ὥσπερ ὁ θεῖος ἀνὴρ ἐκεῖνος γενόμενος, τοῦτο ἔφη τεθήσεσθαι ὃ ἂν ὁ Κύριος πάντως ἀποκαλύψῃ· καὶ ἅμα πρὸς τὸν παῖδα βλέψας αὐτὸν δὴ τοῦτον, τὸν Δανιὴλ φημί, ἐν ἐκέλευε τῶν τῇ τραπέζῃ κειμένων ἀγαγεῖν βιβλίων (ἔθος γὰρ αὐτοῖς τοῦ ἱεροῦ θυσιαστηρίου προκεῖσθαι τὰς βίβλους κοινῆς ἕνεκα τῶν μοναχῶν ὠφελείας). Αὐτίκα τοίνυν ὁ παῖς ἐποίει τὸ κελευσθὲν, καὶ κομίζει βιβλίον οὐχ ὡς ἂν τις εἴποι τύχῃ τινί, ἀλλὰ θείᾳ γνώμῃ καὶ ὁδηγίᾳ βίβλον ἐκείνην ἣ τὰ τοῦ προφήτου Δανιὴλ εἶχε λόγια. Κρίνας οὖν ὁ ἀνὴρ ὡς ἐξ οὐρανοῦ τοῦτο σύμβολον, ὁμωνύμως εὐθὺς τῷ προφήτῃ τὸν ὁμότροπον ὀνομάζει, καὶ Δανιὴλ τὸν παῖδα θεαρέστως καλεῖ.

Δ'. Εἰ μὲν οὖν εἶξε τοῖς λόγοις τῶν γεννητόρων ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ, τότε ἂν εὐθὺς ἀνετέθη Δανιὴλ τῷ Θεῷ, καὶ ἐκ πρώτης τριχὸς κατελέχθη τοῖς μοναχοῖς. Αὐτοῦ δὲ μὴ πεισθέντος, ἀλλὰ προβαλλομένου τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ κομιδῇ νήπιον, τότε μὲν ἅμα τῷ Δανιὴλ οἴκαδε ἐπανῆεσαν, δόξαν οὕτω τῷ κρείττονι ἵνα μὴ τῇ ἑτέρων, τῇ ἑαυτοῦ δὲ γνώμῃ τὸ ἀγαθὸν ὁ παῖς ἕληται. Εὐθὺς μὲν οὖν πρώτη βλάστη ὁποῖον ἔσται τὸ φυτὸν παρεδήλου καὶ τῶν ἀρετῶν αἱ σκιαὶ ἤδη τῷ διὰ φωτὸς ὁδεύοντι ἠκολούθουν. Μετὰ μικρὸν δὲ τῆς ἡλικίας αὐτῷ προϊούσης καὶ φανερῶς ἔδειξεν ὅσην καὶ παρ' ἡλικίαν αὔξην ηὔξησε τὴν τοῦ πνεύματος. Ἄρτι μὲν γὰρ τοῦ δεκάτου ἔτους ὁ Δανιὴλ ἐπὶ τοῖς δυσὶν ἥπτετο, καὶ μηδενὶ μηδὲν εἰρηκὼς μηδ' ἐξαγαγὼν τὸ τῆς ψυχῆς βούλημα, ὑπερφρονεῖ μὲν γεννητόρων διὰ Χριστὸν, ὑπερφρονεῖ δὲ συγγενῶν, παρορᾷ δὲ καὶ βίον καὶ τὰ ἐν βίῳ, καὶ κώμην ἐκείνην ἥτις αὐτὸν ἤνεγκε. Πόῤῥω ταύτης ὡσεὶ σταδίους γενόμενος δώδεκα ἀφικνεῖται μὲν εἴς τι κοινόβιον μοναχῶν· προσπεσὼν δὲ τοῖς ποσὶ τοῦ ἀφηγουμένου ἠξίου καὶ αὐτὸν ἐκείνοις καταλεγῆναι, καὶ τῶν μοναχῶν σχῆμα περιβαλέσθαι. Ὡς δὲ τὸ ἁπαλὸν ἐκεῖνος αὐτῷ τοῦ σώματος καὶ νέον προφέρων οὐκ ἔλεγε δυνατὸν εἶναι τὰ τῶν μοναχῶν ὑπελθεῖν, ἐν βραχεῖ γὰρ ἔσται πρὸς τοὺς πόνους ἀπαγορεύων, οἳ πολλοί τέ εἰσι καὶ ἀνδράσιν αὐτοῖς χαλεποί, Ἐγὼ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Δανιὴλ, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο παρεγενόμην, ἵν' οὕτω ζήσω μὲν τῷ Χριστῷ, ἀποθάνω δὲ τῇ σαρκί. Εἰ δὲ καὶ μετιόντι μοι τοὺς καλοὺς τούτους πόνους ἕψεται τὸ θανεῖν, βέλτιον ἐμοὶ τοῦτο παθεῖν ἢ τὴν χεῖρα βαλόντα ἐπ' ἄροτρον εὐαγγελικῶς στραφῆναι εἰς τὰ ὀπίσω.

A procemia: sic prodiit in lucem is qui erat revera fetus luminis. Atque puer quidem quintum annum jam attigerat, nondum autem ei ullum nomen fuerat impositum a parentibus ut qui hoc quoque ei vellent dari a Deo, quomodo ejus quoque in vitam productio ab eo processerat. Duxerunt ergo parentes puerum in quoddam monasterium. Simul autem tulerunt quoque quæcunque piæ manus Deo solent offerre, ut hic vere sacer etiam in sacro loco susciperet appellationem. Cum vero accessissent, et dicerent præfecto mandræ spiritalis: Quodnam nomen est imponendum puero? ille vir divinus, divino veluti instinctu afflatus, dicit id esse imponendum quod Dominus omnino revelaverit; et simul ad puerum intuens, B ad hunc, inquam, ipsum Danielem, jussit afferri unum ex iis libris, qui erant supra mensam (mos enim erat eis ponere libros super aram sacram, propter communem monachorum utilitatem). Protinus ergo facit puer id quod ei fuerat imperatum; et affert librum, non forte fortuna, sed divina voluntate et dictu Dei, librum illum, qui prophetæ Danielis habebat eloquia. Cum ille ergo vir judicasset e cœlo datum esse hoc signum, eodem statim nomine, quo propnetam, vocat eum, qui erat ei moribus similis, et ut Deo placuit, puerum vocat Danielem.

IV. Atque si parentum quidem verbis acquievisset, hic vir divinus, tunc fuisset Deo Daniel continuo dedicatus, et ab infantia fuisset cooptatus in numerum monachorum. Cum is autem non posset persuaderi, sed teneram causaretur ætatem et nimiam infantiam, tunc quidem reversi sunt domum C cum Daniele, cum ita visum esset ei, qui est superior, ut non aliorum, sed sua sententia puer bonum eligeret. Atque protinus quidem primum germen significabat, qualis futura esset arbor; et virtutum umbræ jam sequebantur eum, qui per lucem ambulabat. Paulatim autem ei procedente ætate, aperte ostendit, quantum incrementum spiritus accepisset præter ætatem. Nam jam quidem attigerat Daniel annum duodecimum, et cum nemini quidquam dixisset, neque voluntatem animi protulisset, despicit quidem parentes propter Christum, despicit et cognatos, mundumque et quæ sunt in mundo, omnibusque relictis, amicis æqualibus, vico illo, qui eum tulit, cum procul ab eo D abfuisset circiter duodecim stadia, venit quidem in quoddam cœnobium monachorum. Procidens autem ad pedes præfecti sacri gregis, rogabat ut ipse quoque cooptaretur in numerum illorum, et eum monastico amictu indueret. Cum autem ille et corporis imbecillitatem, et teneram ætatem objiciens, dixisset non posse eum ea subire quæ subeunt monachi; fore enim, ut brevi defatigetur laboribus, qui sunt multi et vel ipsis viris difficiles: vigiliæ, humicubationes, jejunia, corporis et ejus voluntatum perfecta mortificatio, et ideo suaderet, ut aliquantum temporis maneret apud parentes, et non tantos susciperet labores in ætate tam immatura, et corpore non satis robusto et adulto: Ego quidem, inquit Daniel, ideo accessi, ut sic quidem Christo vivam, moriar autem carni

Quod si dum hos pulchros suscipiam labores, mors sequetur, melius erit mihi mori, quam abire vacuum, et mittentem manum ad aratrum, ut cum Evangelio dicam, retro converti.

V. Cum ergo multa quidem dixisset, multa autem etiam audivisset præfectus sacræ mandræ, nec potuisset ejus vehementem retardare impetum, et acrem hunc amorem, fratres adhibet in consilium, an oporteat eum in ipsorum admitti monasterium. Illis vero pueri magnam mirantibus constantiam, alacreque et intensum ejus animi studium, et existimantibus esse Deum, qui eum moveret, et ut admitteretur, libenter assentientibus, de cætero est cum eis quoque Daniel, imo vero supra ipsos, quod ad vitam ex Deo agendam attinet, et ardorem ad virtutem. Intercessit parum temporis, et cum cognovissent parentes, ubinam sit, et apud quos, illi quidem ad eum accedunt cum admiratione. Cum vidissent autem puerum seipsum dedicasse, et Deo consecrasse, nequaquam eis accidit, quod solet hominibus et parentibus, neque petierunt charissimum filium ut eum acciperent, et domum reducerent, idque cum nondum esset monastico habitu consummatus; sed revera volentes ostendere se esse illius parentes, valde lætati sunt de eo quod factum fuerat, et multis precibus a monasterii præfecto contenderunt, ut ante suos oculos monastico eum amictu indueret. Ille vero hanc rem rursus communicat monachis, et postquam illos quoque vidit assentiri, cum jussisset omnes congregari in Dominico, et Danieli sacram recitasset regulam, tondet ei capillos, et monastico eum induit habitu, qui jam sicut monachi vivebat, et vivere statuerat. Cum ejus autem præcepisset parentibus, ne ad filium frequenter accederent, lætos emittit, quod quidem est valde novum, parentes privatos filio.

A Ε'. Ὡς οὖν πολλὰ μὲν εἰπὼν, πολλὰ δὲ καὶ ἀκούσας ὁ τῆς ἱερᾶς ἡγούμενος μάνδρας, οὐκ ἔσχεν αὐτῷ τὴν ὁρμὴν ἀμβλῦναι, συμβούλους λαμβάνει τοὺς ἀδελφοὺς, εἰ δέον αὐτὸν ἐν τῇ κατ' αὐτοὺς εἰσδεχθῆναι μονῇ. Τῶν δὲ τὴν πολλὴν ἔνστασιν τοῦ παιδὸς καὶ τὸ τῆς προθυμίας σύντονον ἐκπλαγέντων καὶ θεῖον εἶναι τὸ κινοῦν τοῦτο ὑπειληφότων, καὶ πρὸς τὴν παραδοχὴν ἀσμένως καταθεμένων, γίνεται λοιπὸν καὶ Δανιὴλ μετ' αὐτῶν· ὑπὲρ αὐτοὺς δὲ μᾶλλον τῷ κατὰ Θεὸν βίῳ καὶ τῇ πρὸς ἀρετὴν θερμότητι. Βραχὺς ὁ ἐν μέσῳ χρόνος, καὶ τοῖς γονεῦσι γνωσθὲν οὗ τέ ἐστι καὶ παρ' οἷς, οἱ μὲν σὺν θαύμασι παραγίνονται πρὸς αὐτόν. Τὸν παῖδα δὲ θεασάμενοι ἑαυτὸν ἀναθέντα καὶ καθιερώσαντα τῷ Θεῷ, οὐδὲν ἀνθρώπινον πεπόνθασιν, οὐδὲν πατρικόν· οὐδ' ᾐτήσαντο τὸν φίλτατον B αὖθις ἀναλαβεῖν καὶ πρὸς τὰ οἴκοι χωρεῖν, καὶ ταῦτα μήπω τελειωθέντα τῷ μοναχικῷ σχήματι, ἀλλ' ἔργῳ δεῖξαι βουλόμενοι πατέρες ὄντες ἐκείνου, καὶ ἥσθησαν μᾶλλον τῷ γενομένῳ, καὶ πολλὰς δεήσεις τῷ προεστῶτι τῆς μονῆς προσῆγον παρὰ τοῖς αὐτῶν ὀφθαλμοῖς περιβαλεῖν τῷ υἱῷ τὸ τῶν μοναχῶν ἔνδυμα. Ὁ δὲ περὶ τούτου πάλιν κοινολογεῖται τοῖς μοναχοῖς, καὶ ἐπεὶ κἀκείνους εἶχε συντιθεμένους, κελεύσας ἅπαντας ἐν τῷ κυριακῷ συναχθῆναι, καὶ τὸν ἱερὸν ἐπᾴσας κανόνα τῷ Δανιὴλ κείρει τε αὐτῷ τὰς τρίχας καὶ τὰ τῶν μοναχῶν ἐνδύει τὸν κατὰ μοναχοὺς ἤδη καὶ βιοῦντα καὶ ζῆν ἑλόμενον. Ἐντειλάμενος δὲ τοῖς αὐτοῦ πατράσι τῆς μονῆς προεστὼς μὴ πυκνὰς ποιεῖσθαι πρὸς τὸν παῖδα τὰς προσελεύσεις, χαίροντας ἐκπέμπει.

VI. Erat ergo illic beatus Daniel proficiens, et invalescens spiritu, et ei crescenti simul quoque crescebant omnia semina virtutis, et alia quoque haud ita multo post accesserunt. Quod autem excellentioris ei fuit vitæ principium, et radix fructuum, qui postea provenerunt, hoc jam sum dicturus. Cor ejus accendit amor divinus, et in eo vehemens excitat desiderium videndi loca illa in quibus Christus pro nobis est passus, et ubi est sepultus, et unde, cum surrexisset, ascendit in cœlos. Simul autem divina quoque quædam cupiditas ejus inflammabat animum, videndi virum illum magnum in exercitatione, Simeonem, inquam, qui erat in columna; et accedens ad præfectum monasterii, id quod volebat, ei communicavit, et rogavit ne quod petebat, sibi denegaretur. Ille vero tunc quidem sua sponte non concessit; paulo post autem vel invitus dimisit. Nam cum ei necesse esset venire Antiochiam, propter curas ecclesiasticas, tunc cum secum assumpsisset Danielem, et quosdam alios fratres, incipit iter ingredi. Et postquam fuissent in illo vico, qui nominatur Telada, ubi magnus ille in sanctitate Simeon magnos illos peragebat labores exercitationis, cum ad ipsam jam venissent columnam, contemplabantur et co-

C Ϛ'. Ἦν οὖν ὁ μακάριος ἐκεῖ Δανιὴλ πνεύματι προκόπτων καὶ κραταιούμενος. Ὃ δὲ τῆς μείζονος αὐτῷ πολιτείας ἀρχὴ καὶ τῶν μετὰ ταῦτα καρπῶν ἡ ῥίζα, τοῦτο δὲ καὶ λέξων ἄρχομαι. Ἔρως αὐτοῦ θεῖος τὴν καρδίαν διαθερμαίνει, καὶ σφοδρὸν ἀνάπτει πυρσὸν ἰδεῖν τόπους ἐκείνους ἐν οἷς ὁ Χριστὸς τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο πάθος, καὶ οὗ τέθαπται, καὶ ὅθεν ἐξαναστὰς πρὸς οὐρανοὺς ἀνελήλυθεν. Ἅμα δὲ καὶ θεία τις ἐπιθυμία διέφλεγε τὴν ψυχὴν τὸν ἐν ἀσκήσει μέγαν, τὸν ἐπὶ τοῦ στύλου, φημὶ, θεάσασθαι Συμεών. Καὶ δὴ τῷ προεστῶτι τῆς μονῆς προσελθὼν ἐκοινοῦτό τε τὸ βούλημα, καὶ μὴ ἀποτυχεῖν τῆς αἰτήσεως ἠντιβόλει. Ὁ δὲ τότε μὲν ἑκὼν οὐκ ἐπέτρεψε· μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ἄκων ἐφῆκεν. Ὡς γὰρ ἦν αὐτῷ ἀναγκαῖον ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου φοιτᾷν ἐκκλησια- D στικῶν ἕνεκα φροντίδων, τότε δὴ καὶ τὸν Δανιὴλ μεθ' ἑαυτοῦ καί τινας ἄλλους τῶν ἀδελφῶν συμπαραλαβὼν, τῆς πορείας ἄρχεται. Καὶ ἐπειδὴ κατὰ τήνδε τὴν κώμην ἐγένοντο ἣ δὴ καὶ Τελαδὰν ὀνομάζεται, οὗ καὶ ὁ μέγας ἐν ὁσιότητι Συμεὼν τοὺς μακροὺς ἐκείνους τῆς ἀσκήσεως ἀγῶνας διήνυεν. Ἐπεὶ δὲ πρὸς αὐτῷ ἤδη τῷ στύλῳ γένοιντο, ἐθεῶντό τε τὸ τοῦ κίονος ὕψος καὶ τὴν τοῦ τόπου τραχύτητα, καὶ ὅπως ὁ γεννάδας ἐκεῖνος ἔφερε καὶ κρυμὸν χειμῶνος καὶ θέρους φλογμὸν καὶ ἀπειλὴν ὄμβρων καὶ πνευμάτων

βίαν καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν τοῦ σώματος κακοπάθειαν. ὡς ταῦτα εἶδον, οἱ μὲν ἄλλοι τῶν ἀνοητοτέρων δόξης ᾤοντο ματαίας τοὺς τηλικούτους τὸν ὅσιον ὑπομένειν ἀγῶνας. Ὁ δὲ μακάριος Δανιὴλ οὐ μόνον ἐξεπλήττετο καὶ ἐθαύμαζεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν μίμησιν ἠρεθίζετο, καὶ κέντρον ἀγαθοῦ ζήλου τῇ ψυχῇ παρεδέχετο. Ὡς δὲ καὶ κάτωθεν βοησάντων ὁ μέγας ἐκεῖνος προκύψας ἄνωθεν ἔφησε θεῖναι κλίμακα, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνελθεῖν, ἦν τότε καλῶς ἰδεῖν ἀκριβὲς τῶν ψυχῶν δοκίμιον· ὁ μὲν γὰρ ποδῶν ἀσθένειαν, ὁ δὲ νεφρῶν, ὁ δὲ γήρως, ὁ δὲ ἄλλο τι αἰτιασάμενος παρῃτεῖτο τὴν ἄνοδον· ὁ Δανιὴλ δὲ δραμὼν καὶ τοῦ καθηγητοῦ δεηθεὶς καὶ παρ' αὐτοῦ προτραπεὶς, ἄνεισί τε προθύμως καὶ τὸν μέγαν ἀνασπάζεται Συμεὼν σὺν ἡδονῇ καὶ θαύματι.

A lumnæ altitudinem, et loci asperitatem, et quemadmodum vir ille generosus et hiemis ferebat algorem, et ætatis calorem, et minas imbrium, et vim ventorum, et omnem aliam corporis tolerantiam. Cum hæc viderunt alii quidem insipientiores, existimabant sanctum vana gloria adductum, tanta sustinere certamina. Beatus autem Daniel non solum ea stupebat et mirabatur, sed etiam incitabatur ad imitationem, et boni zeli stimulum accepit animo. Cum vero, ubi inferne clamassent, magnus ille desuper prospiciens, dixisset oportere admovere scalas, et ad ipsum ascendere, tunc pulchre licuit videre animorum probationem: alius quidem causatus pedum imbecillitatem, alius renum, alius senectutem, alius aliquid aliud, recusabat ascendere. Daniel vero cum cucurrisset, et magistrum rogasset, et ab eo jussus esset, ascendit prompto et alacri animo, et magnum salutat Simeonem cum gaudio et admiratione.

Ζ'. Ἀμέλει καὶ εὐλογίας, ὥσπερ ἔδει, παρ' αὐτοῦ ἀξιωθεὶς τῇ τῆς χειρὸς ἐπιθέσει καὶ τὴν τοῦ μέλλοντος προαγόρευσιν δέχεται. Ἤκουε γάρ· Ἀνδρίζου, τέκνον, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου. Πόνους γὰρ πολλούς τε καὶ χαλεποὺς ὑπομένειν μέλλεις διὰ Χριστὸν, ὃς καὶ πρὸς τὸ γενναίως φέρειν ἐπιῤῥώσει σου τὴν ψυχήν. Κάτεισιν οὖν ὁ Δανιὴλ μετὰ τὴν γλυκεῖαν ταύτην τοῦ ἀνδρὸς ὁμιλίαν, καὶ πρὸς τὴν ἱερὰν μονὴν ταύτην ἐπάνεισιν. Ἐπεὶ δὲ τὸν τῆς μονῆς προεστῶτα ἐκάλει πρὸς ἑαυτὸν ὁ Θεὸς, ὁ δὲ καλὸς οὗτος Δανιὴλ καλῶς ποιμαίνεσθαι διδαχθεὶς ἄρτι καὶ καλῶς ποιμαίνειν ἐπενοεῖτο, καὶ βίᾳ πρὸς τοῦτο παρὰ τῶν συμφοιτητῶν εἵλκετο· αὐτὸς τῆς φίλης ἡσυχίας μεταποιούμενος, τοῖς μὲν ἐκείνων λόγοις οὐδαμῶς εἴκειν ἔγνω, ἀλλ' ἕτερον αὐτοῖς εἰσηγεῖτο τὸν λυσιτελῶς προστησόμενον· ἑαυτῷ δὲ τὰ βέλτιστα συμβουλεύων ἦν, Ἰδοὺ, λέγων, ἐλεύθερος γέγονας, Δανιὴλ, οὐδενὸς κάτοχος. Ἰδοὺ καιρὸς οὗ πρόπαλαι ἤρας· ἔχου τοίνυν καὶ σκοποῦ καὶ ὁδοῦ, καὶ ὃ προέθου καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν ἐπείχθητι. Πάντα τοίνυν οὕτω καταλιπὼν, καὶ μηδενὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀπόῤῥητον ἐξειπὼν, λαθὼν ἔξεισι τῆς μονῆς, καὶ καταλαμβάνει μάνδραν ἐκείνην ᾗ καὶ ὁ τοῦ μακαρίου Συμεὼν ἥδραστο στῦλος· ἦν γάρ τι κάτω περὶ αὐτὸν καὶ κοινόβιον ἔνθα καὶ τέσσαρας ὅλας ἡμέρας ἐπὶ ταῖς δέκα διενεγκόντα, Συμεὼν καὶ ἔτι παρ' αὐτῷ μένειν τὸν Δανιὴλ ἤθελεν. Ἐπεὶ δὲ φίλον τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, ἐκεῖνος δὲ οὐχ ἠνείχετο ἑτέρῳ πόθῳ κατάσχετος ὤν, τῶν γὰρ ἱερῶν ἐγλίχετο τόπων, καὶ τὴν ἐνδοτέραν ἔρημον ἐπεζήτει· ἀλλὰ τὴν πρὸς τὴν Παλαιστίνην ἀκούων χαλεπὴν εἶναι καὶ ἀδιόδευτον, ἅτε Σαμαρειτῶν πολέμου νόμῳ Χριστιανοῖς ἐπιτιθεμένων· αὐτὸς τῆς προθυμίας ταύτης ὑφεῖναι μὴ ἀνεχόμενος, ἑαυτὸν ἐπιῤῥώσας καὶ πείσας θανάτου καταφρονεῖν πρόθυμος ἦν ἀνῦσαι τὸ σπουδαζόμενον.

B VII. Neque vero fuit hic labor Danieli inutilis, et ad eum ascensio, sed primum quidem ad virtutem excitatur et instruitur, et redditur vehementius ejus desiderium. Deinde autem ab eo quoque, ut oportebat, consequitur benedictionem manus impositione, et futuri suscepit prædictionem; eum enim audivit dicentem vel maxime prophetice: Esto fortis, fili, et confirmetur cor tuum. Multos enim et difficiles labores propter Christum es suscepturus, qui et sufficiens erit tibi consolatio, et ad eos fortiter ferendos tuum roborabit animum. Descendit ergo Daniel post hanc suavem cum eo congressionem, et rursus ad sacrum redit monasterium. Postquam autem monasterii præfectum ad se vocavit Deus; egregius C vero hic Daniel, qui pasci pulchre didicerat, modo recte posse pascere putabatur, et vi ad hoc trahebatur a suis condiscipulis; ipse qui gratam consectabatur quietem et silentium, et hoc ambibat, ut esset remotus ab omnibus negotiis, et sciens, quantum ea possit conferre ad virtutem, minime statuit cedere, sed alium addixit, qui esset eis utiliter præfuturus; sibi autem optime consuluit: Ecce, dicens, liber factus es, Daniel, nemini obnoxius. Ecce tempus, quod ante desiderasti. Tuum ergo persequere scopum, et viæ institutum, et quod proposuisti, perge exsequi. Cum sic ergo omnia reliquisset, et nulli animi sui arcanum aperuisset, egreditur clam e monasterio, et venit ad D mandram illam, in qua erat sita columna beati Simeonis. Infra enim circa eam erat quoddam monasterium: in quo cum totos quatuordecim dies transegisset, volebat Simeon Danielem adhuc apud se manere (simile enim simili delectatur), ille autem non sustinuit, cum alio teneretur desiderio. Desiderabat enim videre sacra loca, et interiorem quærebat solitudinem: sed viam, quæ vergit ad Palæstinam, audiens esse difficilem, et prope inviam, utpote quod Samaritani bello invaderent Christianos, ipse non ferens de hoc suo prompto et alacri animi studio aliquid remittere, cum se confirmasset et sibi mortem contemnere persuasisset, paratus erat exsequi id, cujus studio tenebatur:

Η'. Καὶ ἐπειδὴ τῆς ἀποδημίας ἥψατο συναντᾷ τι; αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν ἀνὴρ, ᾧπερ ἡλικία πρεσβύτου,

VIII. Cum vero iter esset ingressus, ei in via occurrit vir quidam, cui erat ætas senis, monachi

vestitus, cana autem coma, et qui erat in omnibus similis Simeoni qui erat in columna. Syra vero lingua allocutus Danielem, et eum complexus, rogavit, quonam iter suum dirigeret. Ille autem : Si Deo, inquit, videtur, vado ad loca sancta. Is vero excipiens : Recte dixisti, inquit, si Deo videtur. Nunc autem certo scias, id quod est tibi propositum, non esse ex Dei sententia. Non enim audivisti seditionem et tumultum, qui est in Palæstina ? Ille vero, Audivi, inquit, sed in Deo confido eum mihi futurum adjutorem; et maxime quidem spero omnino fore, ut ne mali aliquid nobis omnino accidat. Sin autem aliquid tale acciderit, « seu vivamus, seu moriamur, sumus Domini[1]. » Illo autem hoc propheticum proferente responsum : «Ne dederis in commotionem pedem tuum, et non dormitabit, qui te custodit, angelus[2], » cum ad hoc prompto et alacri animo respondisset Daniel, dicens, omnino bonum esse mori propter Christum, id ægre ferens canus, avertit faciem, et : Non fero, dixit. Non enim permisit Deus, ut nos intempestive in mortem conjiciamus, et ut per vim interficiamur, procuremus. Ille est enim, qui dixit : « Si persequantur vos ex hac civitate, fugite in aliam[3]. » Cum autem concessisset sanctus objectioni, et dixisset : Si tibi ita videtur, nihil moror reditum : Non consulo, inquit ille, tibi, ut ab hoc cœpto omnino desistas, stultus enim essem; sed si mihi credas, jubens multum valere regiones Orientales, conversus, vade Byzantium, quæ, quod attinet ad sanctificationem, est secunda Jerusalem, imo vero est prima. Illius enim privilegia ei nunc a Deo data sunt, in qua multis quidem tibi licebit frui templis, multis vero sacris spectaculis; et si tibi corde fuerit vivere in quiete et silentio, aut in superiore Thracia, aut in ipso ore Ponti ejus rei tibi erit magna facultas, et Deus hac in re tuum implebit desiderium. Præterea non oportet existimare te Deum quidem esse conventurum Hierosolymis, Byzantii autem minime. Deus enim nequaquam loco circumscribitur, o dilecte.

A ἡ στολὴ μοναχοῦ, ἡ θρὶξ πολιοῦ, πάντα ὁμοίως ἔχων τῷ ἐπὶ τοῦ κίονος Συμεών. Προσειπὼν οὖν τῷ Δανιὴλ τῇ Σύρων γλώττῃ, καὶ ἀσπασάμενος ἠρώτα τίς τε αὐτῷ ἡ πορεία καὶ ποῦ φέρουσα. Ὁ δὲ, Εἰ δοκεῖ τῷ Θεῷ, φησὶν, ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἄπειμι τόπους. Κἀκεῖνος ὑπολαβὼν, Καλῶς εἴρηκας, εἶπεν, Εἰ δοκεῖ τῷ Θεῷ. Νῦν δὲ ἴσθι σαφῶς ὡς οὐ κατὰ γνώμην Θεῷ τὸ προκείμενον· οὐ γὰρ ἀκήκοας τὴν ἐν Παλαιστίνῃ στάσιν καὶ ταραχήν. Καὶ ὃς, Ἀκήκοα, ἔφη· πλὴν ἀλλ' ἐπὶ Θεῷ τεθάῤῥηκα βοηθὸν ἕξειν αὐτὸν, μάλιστα μὲν οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐλπίζω πονηρόν μοί τι προσπεσεῖν· εἰ δέ τι καὶ τοιοῦτον συμβῇ, « εἴτε ζῶμεν, εἴτε ἀποθνήσκομεν, τοῦ Κυρίου ἐσμέν. » Δυσχεράνας οὖν ὁ πολιὸς ἐπὶ τούτῳ, ἀπέστρεψέ τε τὴν ὄψιν, καὶ, Οὐκ ἀνέχομαι, ἔλεγε, μὴ γὰρ ἐπιτρέψαι τὸν Θεὸν ἐπιῤῥι- B πτεῖν ἑαυτοὺς παρὰ καιρὸν τῷ θανάτῳ καὶ βιάζεσθαι τὴν ἀναίρεσιν. Ἐκεῖνός ἐστιν ὁ εἰπών· « Ἐὰν διώκωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην. » Τοῦ δὲ μακαρίου εἴξαντος πρὸς τὴν ἔνστασιν, καὶ, Εἰ ἔστιν αὐτῷ δοκοῦν, εἰπόντος, οὐκ ἀναβάλλομαι τὴν ὑποστροφὴν, Οὐ συμβουλεύω δή σοι, φησὶν ἐκεῖνος, πάντῃ τῆς ἀγαθῆς ταύτης ἐπιχειρήσεως ἀποστῆναι, μάταιος γὰρ ἂν εἴην· ἀλλ' εἴ μοι πείθῃ, τὰ ἑῷα χαίρειν πολλὰ φράσας, τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἐπιστρέψας πορεύου δευτέραν εἰς ἁγιασμοῦ λόγον ὑπάρχουσαν Ἱερουσαλὴμ, μᾶλλον δὲ καὶ πρώτην. Ἐπεὶ δὲ τὰ ἐκείνης πρεσβεῖα ταύτῃ νῦν παρὰ Θεοῦ δέδοται, ἐν ᾗ πολλῶν μὲν ἀπολαύσεις νεῶν, πολλῶν δὲ θεαμάτων ἱερῶν· καὶ εἴ σοι καὶ καταθύμιον ἡσυ- C χάσαι εἴτε ἐν τῇ ἀνωτέρω Θρᾴκῃ, εἴτε πρὸς αὐτῷ τοῦ Πόντου τῷ στόματι, εὐπορία πολλὴ, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν σου Θεὸς ἐκπληροῖ. Πρὸς τούτοις οὐ χρὴ νομίζειν ἐν Ἱεροσολύμοις μὲν ἐντυχεῖν τῷ Θεῷ, ἐν δὲ τῇ Βύζαντος οὐδαμῶς· οὐ γὰρ περιγράφεται τὸ θεῖον, ἀγαπητέ.

IX. Hos sermones cano illo conferente cum Daniele, sol erat in occasu; et accidit, ut diverterent ad quoddam monasterium. Cum audivisset autem Daniel hic esse diversandum : Tu quidem, inquit senex, prior ingredere; ego autem te sequar e vestigio. Existimans itaque sanctus eum urgere aliquam corporis necessitatem, portam ingressus, exspectabat. Postquam vero ille non amplius aderat, ratus Daniel eum in aliquo alio loco diversari, solus accedens ad præfectum monasterii, et ad eos qui erant sub ipso fratres, honestum dedit osculum, signum dilectionis. Deinde etiam sumpsit cibum sibi appositum. Postquam autem somni tempus esse cognovit, ei rursus assistens senex, suadebat illa facere, quæ prius dicebat, et quamprimum proficisci Byzantium. Atque ille quidem excitatus, cogitabat quisnam is esset, et an esset homo aliquis, an unus angelus. Is vero erat magnus ille

Θ'. Ταῦτα τοῦ πολιοῦ τῷ Δανιὴλ κοινολογουμένου ὁ ἥλιός τε ἤδη πρὸς δυσμὰς ἦν, καὶ αὐτοῖς συνήντα πρός τι μοναστήριον ἡ κατάλυσις. Πυθομένου τοίνυν τοῦ Δανιὴλ εἰ ἐνταῦθα δεῖ καταλῦσαι, Σὺ μὲν, εἶπεν ὁ γηραιὸς, προλαβὼν εἴσελθε· ἐγὼ δέ σοι κατὰ πόδας D ἕψομαι. Ὑπολαβὼν οὖν ὁ μακάριος τῶν ἀναγκαίων τι τοῦ σώματος ἐπείγειν αὐτὸν, τῆς πύλης εἴσω γενόμενος, περιέμενεν. Ὡς δὲ μηκέτι ἐκεῖνος παρῆν, δόξας ὁ Δανιὴλ ἀλλαχοῦ που καταλύειν αὐτὸν, προσελθὼν μόνος τῷ προεστῶτι τῆς μονῆς καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν μοναχοῖς σεμνὸν φίλημα τὸ τῆς ἀγάπης ἐδίδου σύμβολον. Εἶτα καὶ τροφῆς αὐτῷ παρατεθείσης μετελάμβανεν. Ὡς δὲ καὶ ὕπνου καιρὸν ἔγνω, παραστὰς αὐτῷ πάλιν ὁ γεραιὸς ἐκεῖνα παρῄνει πράττειν ἃ καὶ πρόσθεν ἐδίδασκε, καὶ τὸ τάχος καταλαμβάνειν τὴν Βύζαντος. Ἐκεῖνος μὲν οὖν διυπνισθεὶς ἐλογίζετο τίς ἂν εἴη οὗτος, καὶ εἰ ἄνθρωπός τις ἢ τῶν ἀγγέλων εἷς. Ὁ δὲ ὁ μέγας ἦν Συμεὼν τὴν πολυανθρωποτά-

[1] Rom. XIV, 8 [2] Psal. CXX, 3. [3] Matth. X, 23.

την κελεύων αὐτὸν καὶ βασιλίδα καταλαβεῖν τῶν πόλεων, ἵνα καὶ πολλοῖς ὁδὸς οὗτος πρὸς σωτηρίαν γένηται. Δόξαν οὖν οὕτω ποιεῖν μηδενὶ μηδὲν ὁ Δανιὴλ εἰρηκώς· ἐπεὶ δὲ τὰς νυκτερινὰς ᾖσεν ᾠδὰς συνταξάμενος πᾶσι καὶ ἐξελθὼν ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν σπουδαίως ἐχώρει, καὶ κατὰ τὸν τοῦ Πόντου εἴσπλουν γενόμενον ὁ τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ ναὸς αὐτὸν ὑποδέχεται, ὃς ἐκεῖ καλῶς ἵδρυται, καὶ εἰς ἡμέρας εἶχεν ἑπτά. Ἀκούσας δὲ τινῶν καὶ περὶ ναοῦ ἑτέρου λεγόντων ὃς κατωτέρω μὲν τοῦ Ἱεροῦ καλουμένου διέκειτο, ὁ δὲ τόπος οὕτω παρὰ τῶν ἐγχωρίων φιλέμπορος ὠνομάζετο, καὶ μαθὼν ὅτι τε ἐν αὐτῷ κατοικοῦσι πνεύματα πονηρὰ, καὶ ὅτι καὶ πλέοντας ἔστιν ὅτε βυθίζουσι, καὶ τοῖς παροδεύουσιν ἐπιτίθενται, καὶ τοῖς προσοικοῦσιν εἰσὶ πονηροὶ γείτονες, καὶ οὐκ ἔστιν ἐκεῖθέν τινα ἐλθεῖν ἀβλαβῆ οὐχ ἕωθεν, οὐχ ἑσπέρας, οὐ μεσημβρίας, ἐν νῷ λαβὼν Ἀντώνιόν τε τὸν μέγαν καὶ τὰ ἐκείνου, καὶ ὅσους κἀκεῖνος ἐκ τῶν δαιμόνων ὑπέμεινε πειρασμοὺς, καὶ ὡς εἰς ἅπαν αὐτῶν ἐν τέλει τῇ τοῦ Κυρίου δυνάμει περιεγένετο, καὶ ὅσων περιγενόμενος ἠξιώθη τε τιμῶν, ἐπὶ τὸν ἆθλον καὶ αὐτὸς ἀπέδυ· καὶ δεῖξαι τὸν ναὸν αὐτῷ τοὺς παρόντας εἰπὼν καὶ καταλαβὼν τὰ προαύλια, μέσος τοῦ ναοῦ γίνεται τὸν τοῦ Χριστοῦ σταυρὸν ὥσπερ ὅπλον ἄμαχον ἐπαγόμενος, καὶ ψάλλων ἅμα· « Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου· τίνα φοβηθήσομαι; » Διὸ δὴ καὶ πρὸ τῆς συμβολῆς αὐτὴν τὴν τῶν δαιμόνων φάλαγγα πτοήσας, ἑκάστην περιῄει γωνίαν δραπετεύοντας τοὺς πολεμίους ἐπιζητῶν, καὶ ἐφ' ἑκάστῃ τούτων γονυκλισίας ἐπιτελῶν.

I'. Ἑσπέρα μὲν οὖν ἤδη ἦν, καὶ ὁ τοῦ σκότους ἄρχων παρῆν, καὶ λίθοι κατὰ τοῦ Δανιὴλ ἐῤῥιπτοῦντο, καὶ ἦχος ἠκούετο, καὶ βοὴ συμμιγὴς, καὶ θόρυβος διηγείρετο. Ὁ δὲ τῇ προσευχῇ καὶ αὖθις προσκαρτερῶν ἀτρέμας ἦν. Εἶτα καὶ πρὸς αὐτοὺς, « Ἐὰν παρατάξητε ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴν, ἔλεγεν, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου. » Νύκτα μὲν οὖν ἐκείνην τὴν πρώτην καὶ τὴν μετὰ ταῦτα δευτέραν οὕτω. Τὴν δὲ τρίτην ἀνθρώπους ἑώρα τῷ μεγέθει μεγίστους, τῇ μορφῇ ἀλλοκότους, τῇ ὠμότητι, ὡς εἰκάζειν ἦν, σαρκοβόρους, πάνυ δεινὸν τετριγότας καὶ ἀπειλοῦντας τῷ Δανιὴλ, καὶ τῷ φόβῳ τὰς διχολογίας ἀναμιγνύντας, καὶ, Τίς σε, λέγοντας, ἄθλιε, τὰ ἐνταῦθα καταλαβεῖν ἔπεισεν; ὅτε καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, ὅ γε χρόνος ὃν ἐσμὲν ἐνταῦθα κυρίους ἡμᾶς ἤδη τοῦ τόπου δείκνυσι. Καὶ ταύτων οἱ μὲν εἰς θάλατταν αὐτὸν ἐμβαλεῖν ἠπείλουν, οἱ δὲ καὶ αὖθις λίθους ἠφίεσαν εὐμεγέθεις· οὐδεὶς μέντοι αὐτῷ ἐγγίζειν ἐθάῤῥει. Τί οὖν ποιεῖ; Πείθεται τῷ Δεσπότῃ, τοῦτο τὸ γένος εἰπόντι νηστείᾳ μόνῃ καὶ προσευχῇ φυγαδεύεσθαι. Καὶ πρῶτα μὲν αὐτὸς ἀντηπείλει, τοσοῦτον γὰρ ἐθάῤῥει τῇ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει· ἔπειτα ὡς ἔτι μᾶλλον ἀναισχυντοῦντας ἑώρα καὶ θορυβοῦντας, πάντη καταφρονήσας αὐτῶν ἀναφράττει πᾶσαν τὴν εἴσοδον τοῦ ναοῦ δεικνύων ὅτι μόνος βούλεται πρὸς μόνους

A Simeon, qui jubebat eum frequentissimam et civitatum reginam adire civitatem, ut hæc esset multis via ad salutem. Cum ergo sic ei visum esset facere, neque ulli quidquam dixisset, postquam nocturna cecinit cantica, omnibus valere jussis egressus, propere contendebat Constantinopolim, et cum in ostium Ponti esset ingressus, eum excipit templum Michaelis militiæ principis, quod illic pulchre est positum; et septem illic dies est versatus. Cum autem audivisset aliquos dicentes de alio templo, quod situm quidem erat supra id quod dicitur Hieron, locus vero ab iis qui incolebant, nominabatur Philemporus; et cum accepisset in eo malos habitare spiritus, et nonnunquam submergere navigantes, et invadere eos qui trans- B eunt, et malos esse vicinos accolis, et non posse aliquem eum transmittere illæsum, non mane, non meridie, non vespere, revocans in memoriam magnum Antonium et res illius, et quam multas ille quoque a dæmonibus sustinuerit tentationes, et quod eos tandem virtute Domini omnino superaverit, et quam multos illis superatis honores sit assecutus, ipse quoque se ad aggredienda exuit certamina, et cum jussisset eos qui aderant ei, templum ostendere, et venisset in atrium, medium templum ingreditur, Christi crucem tanquam arma inferens inexpugnabilia, et simul psallens: « Dominus illuminatio mea et salus mea; quem timebo [a]? » Quamobrem vel ante conflictum per- C territa ipsa phalange dæmonum, obibat omnes angulos, quærens fugientes dæmones et in unoquoque eorum flectens genua.

X. Atque jam quidem erat vespera, et aderat princeps tenebrarum et jaciebantur lapides in Danielem, et sonus audiebatur, et confusa vociferatio et strepitus excitabatur. Ille autem rursus perseverans in oratione, stabat quietus. Deinde ad eos: « Si adversus me, dicebat, structa constiterit acies, non timebit cor meum [b]. » Primam ergo illam noctem, et secundam, quæ postea est consecuta, sic transmisit. Tertia autem vidit homines magnitudine maximos, forma alienos, crudelitate, quantum licebat conjicere, carnivoros, horribiliter stridentes, et minantes Danieli, et metui admi- D scentes suæ causæ defensionem, dicentes: Quis tibi, o infelix, ut huc venires, persuasit, quando etsi nihil aliud, tempus quidem certe, quo hic fuimus, nos loci dominos utique effecit? Et ex iis alii quidem minabantur se eum in mare esse jacturos; alii autem rursus maximos lapides immittebant; nemo vero audebat ad eum accedere propius. Quid ergo facit? Credit Domino, qui dixit hoc genus expelli solo jejunio et precatione. Et sic quidem facit, et eos minantes, atque etiam jacientes parum aut nihil curans, primum quidem ipse quoque contra minabatur; tantum enim in Christi virtute confidebat. Deinde cum eos adhuc

[a] Psal. xxvi, 1. [b] ibid. 3.

videret se magis impudenter gerere et tumultuari, ipsis omnino despectis, obstruit omnem templi aditum, ostendens se solum velle cum eis luctari, et nec fuga quidem egere, si ipsi irruperint, solam autem aperit fenestram, ut videret accedentes, et ut corpori exiguum acciperet nutrimentum. Non multum intercessit temporis, et Christi quidem virtute deleta est omnis illa mala dæmonum operatio; redditus est autem universus locus liber ab illorum insultibus, et deinceps libere, et sine nilis insidiis ambulabant et mare navigabant.

A αὐτοὺς παλαίειν, καὶ ὅτι οὐδὲ φυγῆς δεῖται προσβαλλόντων αὐτῶν, μικρὰν δὲ μόνην διανοίγει θυρίδα θέας τῶν προσιόντων ἕνεκα, καὶ τοῦ τὴν βραχεῖαν τροφὴν τῷ σώματι δέχεσθαι. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ κατήργηται μὲν πᾶσα τῶν δαιμόνων ἡ πονηρὰ ἐνέργεια δυνάμει Χριστοῦ, ἐλεύθερος δὲ πᾶς ὁ χῶρος τῆς ἐξ αὐτῶν ἐπηρείας δείκνυται, καὶ λοιπὸν πάντες ἀνεπιβούλως καὶ ἐλευθέρως ὥδευόν τε καὶ τὴν θάλατταν ἔπλεον.

XI. Hujus vero rei fama manavit in omnes partes, et licebat videre viros simul et mulieres, juvenes et senes, pauperes et divites, qui habitabant circumcirca in locis finitimis, tanquam fluentum aliquod, continuo tractu ad eum ferri, et admirari, quonam modo, ubi nuper quidem erat exitium, illic sit salus; ubi autem dæmonum vociferationes, illic noctu et diu canantur ad Deum cantica. Invidus vero Satan, et hominum inimicus, neque de se partam victoriam, neque sancti patientiam, neque piorum videre sustinens utilitatem, ad secundum aggreditur callidum commentum; et quibusdam ex iis qui in templo cooptati erant in clerum, tales immittit cogitationes, quales olim Judæis adversus Christum, non bonum esse permittere homini hic habitare, quem ignoretis, unde sit. Ille autem et fama omnes ad se attrahit, et illius honor est omnino diminutio vestrorum vectigalium. Sed significate, dicebat, hæc episcopo, et eum cito expellit. Et sator quidem hic est: tale autem semen. Qui vero acceperant, non ex alio noti, quam quod hæc continuo produxerint. Cum primum semen acceperunt, fructum produxerunt: et accedunt ad episcopum, et de sancto renuntiant. Episcopus autem Constantinopolitanus (is erat Anatolius), Et quomodo, inquit, de homine maledicitis, et expellere aggredimini, quem, unde sit, nescitis, neque quænam sit ejus vitæ ratio; cum contra oporteat quidem eum illic sinere, ut, si sit quidem bonus, nos quoque faciat participes utilitatis; sin autem contra, ipse quidem hinc jure expelletur, vos vero et ego hac in re vacabimus reprehensione. Sic illi a seipsis capti (res enim est ejusmodi vitium, ipsum quidem in seipsum cadit, et a rebus suis capitur) præ pudore vultus tegentes cessarunt ab improbitate

IA'. Φήμη δὲ περὶ αὐτοῦ πανταχῇ διέῤῥει, καὶ ἦν ἰδεῖν ἄνδρας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας, νέους καὶ γέροντας, πένητας καὶ πλουσίους, καὶ πᾶν ὅσον τοὺς B πέριξ τόπους κατῴκει, ὥσπερ τι ῥεῦμα συνεχεῖ ὁλκῷ πρὸς αὐτὸν φερομένους καὶ διὰ θαύματος ποιουμένους πῶς ὅπου μὲν πρώην ὄλεθρος, ἐκεῖ σωτηρία, ὅπου δὲ δαιμόνων βοαί, ἐκεῖ καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ᾠδαὶ πρὸς Θεόν. Ὁ δὲ φθονερὸς Σατᾶν καὶ μισάνθρωπος, μήτε τὴν ἑαυτοῦ ἧτταν μήτε τὴν ὑπομονὴν τοῦ ὁσίου μήτε τὴν τῶν εὐσεβούντων ὠφέλειαν ὁρᾷν ἀνεχόμενος, ἐπὶ τὸ δεύτερον μετῄει σόφισμα, καί τισι τῶν ἐν τῷ ναῷ κεκληρωμένων τοιούτους ἐνίησι λογισμοὺς οἵους πάλαι τοῖς Ἰουδαίοις κατὰ Χριστοῦ, ὡς Οὐ καλὸν συγχωρεῖν ἄνθρωπον ἐνταῦθα οἰκεῖν ὃν οὐκ οἴδατε πόθεν ἐστίν. Ὁ δὲ καὶ πάντας τῇ φήμῃ πρὸς ἑαυτὸν ἑλκύει, καὶ ἡ ἐκείνου τιμὴ ὕφεσις πάντως ὑμῖν τῶν προσ- C όδων γίνεται. Ἀλλὰ δῆλα ταῦτα τῷ ἐπισκόπῳ ποιήσαντες ἐξελαύνετε θᾶττον αὐτόν. Καὶ ὁ μὲν σπορεὺς οὗτος· ὁ δὲ σπόρος τοιοῦτος· οἱ δεξάμενοι δὲ οὐκ ἄλλοθεν ἢ τοῦ εὐθὺς ταῦτα βλαστῆσαι γνώριμοι. Ἅμα γοῦν ἔλαβον τὴν σποράν, ἤνεγκαν τὸν καρπόν· καὶ προσίασι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ ὡς ἡ βουλὴ τὰ κατὰ τὸν ὅσιον ἀπαγγέλλουσιν. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως (Ἀνατόλιος ἦν), Καὶ πῶς, φησίν, ἄνθρωπον κακῶς λέγετε, καὶ ἐξελαύνειν ἐπιχειρεῖτε ὃν οὔτε πόθεν ἐστὶν οἴδατε οὐδὲ οἷος ὁ τρόπος αὐτῷ τῆς διαγωγῆς; Τοὐναντίον μὲν οὖν δέον ἐᾷν αὐτὸν ἐνταυθοῖ, ἵν' εἰ μὲν ἀγαθὸς ᾖ, καὶ ἡμῖν κοινωνήσει τῆς ὠφελείας· εἰ δὲ τοὐναντίον αὐτὸς μὲν δικαίως ἐντεῦθεν ἀπελαθῇ, ὑμεῖς δὲ κἀγὼ ὦμεν τά γε τοιαῦτα ἀνέγκλητοι. Οὕτως ἐκεῖνοι D ἁλόντες ὑφ' ἑαυτῶν (τοιοῦτον γὰρ ἡ κακία· ἑαυτῇ πανταχοῦ περιπίπτει, καὶ τοῖς οἰκείοις ἁλίσκεται), αἰσχύνῃ τὰ πρόσωπα καλυφθέντες τοῦ κακουργεῖν ἐπαύσαντο.

XII. Postquam autem eorum insidias sic vidit malignus esse irritas, longum esset dicere, quam multas quidem rursus visiones prioribus graviores beato intulerit, quam multas autem molestias et vexationes, nunc quidem minas se eum interempturum, nunc vero in mari submersurum, nunc autem aliquid aliud facturum eorum quæ nollet, etiamsi maxime et ipse et malus ejus exercitus ab ipso hæc erant passuri. Nam postquam ille surgens oravit, et audacter est locutus, dicens: Dominus

IB'. Ὡς δὲ καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν οὕτω εἶδεν διαλυθεῖσαν ὁ πονηρὸς, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν ὅσας μὲν πάλιν φαντασίας τῶν πρὶν δεινοτέρας ἐπῆγε τῷ μακαρίῳ, ὅσας δὲ τὰς ὀχλήσεις νῦν μὲν ἀπειλῶν αὐτὸν ἀνελεῖν, νῦν δὲ καταποντῶσαι, νῦν δὲ ἄλλο τι δρᾶσαι τῶν ἀβουλήτων, κἂν ὅτι μάλιστα ταῦτα παθεῖν ὑπ' ἐκείνου αὐτός τε καὶ τὸ ὑπ' αὐτὸν στράτευμα πονηρὸν ἔμελλον. Ὡς γὰρ δὴ κἀκεῖνος διαναστὰς προσηύξατό τε καὶ θαῤῥούντως ἐφθέγξατο, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὃν ἐπίστευσά τε καὶ πιστεύω, αὐτὸς

ὑμᾶς εἰς τὴν ἄβυσσον καταποντώσειε τὴν ἐσχάτην· A ἐκεῖνοι τότε πικρὸν ὀλολύξαντες καὶ γοερὸν ἀνακράξαντες, καὶ τῷ δοκεῖν τὰ πρόσωπα τύπτοντες νυκτερίσιν ὁμοιωθέντες, αὐτοῦ ἐκείνου ταῦτα βλέποντος τοῦ ὁσίου ἐξῆλθόν τε, καὶ ἀπιόντες ᾤχοντο. Ὁ δὲ μηδέποτε τοῦ ἐπηρεάζειν παυόμενος, νομίζων, εἰ πυκνῶς αὐτῷ, καθάπερ ἐν πολιορκίᾳ, προσβάλοι, ὀψὲ γοῦν χαλάσαι τοῦ μακαρίου τὸ φρόνημα δυνατὸς ἔσται, καὶ ἐπὶ τρίτην πεῖραν καὶ κακουργίαν χωρεῖ, καὶ τοὺς προτέρους αὐτῷ συκοφάντας ἐπισείει καὶ αὖθις μετὰ τοῦ αὐτοῦ μηχανήματος. Οἳ δὴ καὶ προσελθόντες τῷ ἐπισκόπῳ, ὥσπερ ἤδη τὰ μέγιστα ἀδικούμενοι, κακοῦργον τὸν ὅσιον εἴρωνά τε καὶ ἀπατεῶνα ἐκάλουν, καὶ ὅτι Δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι φορτικός τε καὶ μόνον βλεπόμενος. Κἀκεῖνος ἥττων ἤδη B γενόμενος τῶν ὀχλήσεων, πέμψας εὐθὺς ἄγει τὸν Δανιὴλ παρ' αὐτὸν, καὶ πυνθάνεται τίς τε ὢν καὶ πόθεν καὶ τίνων δεόμενος, καὶ ἐπὶ πᾶσι ποίας ἄρα περὶ τὸ θεῖον δόξης ἐχόμενος τούτοις τοῖς μέρεσιν ἐπεδήμησεν. Ὁ δὲ τοῦ μεγίστου καὶ πρώτου τῆς εἰς Χριστὸν ὀρθοδόξου πίστεως πρῶτα μνησθεὶς, οὕτω δὴ καὶ τἄλλα συνεῖρε, πατρίδα καὶ γένος, καὶ τέλος ὅτι θεία τοῦτον ἐκίνησεν ἀποκάλυψις τὸ Βυζάντιόν τε ἰδεῖν καὶ τὰ ἐνταῦθα καταλαβεῖν. Ταῦτα ὡς ἤκουσεν ὁ ἐπίσκοπος, ὑπανέστη καὶ περιεπτύξατο, καὶ ὡς θεῖον ἀτεχνῶς ἄνδρα ἐτίμησε, καὶ τοῖς κατ' αὐτοῦ λέγουσιν ἐπετίμησε. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἐστρατήγηται καλῶς τῷ μεγάλῳ· οὐκ ἦν δὲ πάντως τὸν τὴν Χριστοῦ πολιτείαν ἐπανελόμενον μὴ καὶ τὴν τάξιν τῆς πολιτείας εἰς δυνατὸν φανῆναι μιμούμε- C νον. Ὥσπερ οὖν ὁ τούτου Δεσπότης μετὰ τὸν πειρασμὸν φαίνεται τῶν σημείων ἀρχόμενος, οὕτω δὴ καὶ οὗτος, πλὴν ὅσον καὶ τοῦτον ἐκείνου κινοῦντος καὶ τούτου τῇ ἐκείνου δυνάμει κατορθοῦντος τὰ θαύματα.

ΙΓ'. Ἡμέραι παρῆλθον οὐχὶ συχναὶ, καὶ νόσος ἐπισκήπτει τῷ πατριάρχῃ δεινὴ, ἣ καὶ ἱκέτην αὐτὸν γενέσθαι τοῦ ὁσίου ποιεῖ, καὶ μεταστέλλεται τοῦτον εὐθὺς, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθῆναι δεῖται Χριστὸν βοηθῆσαι κάμνοντι. Τοῦ δὲ τὰ γόνατα μόνον εἰς εὐχὴν κλίναντος παρῆν ἐπήκοος ὁ Χριστὸς φθάνων μικροῦ καὶ τὴν αἴτησιν· καὶ ἡ νόσος ῥάων ἦν, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἀπαθής. Καὶ οὕτω μὲν τὰ τοῦ θαύ- D ματος· οὐ μᾶλλον δὲ ἄν τις αὐτὸν ἐκπλαγείη τῆς θεραπείας ἢ τῆς ἐπὶ τῇ θεραπείᾳ χρηστότητος. Ὡς γὰρ ἰάσατο τοῦτον, ᾔτει μισθὸν τῆς ἰάσεως· ὁ δὲ ἦν ἀφεθῆναι τοῖς διαβεβληκόσι τὸ ὄφλημα. Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἀσμένως τε πρὸς τὴν αἴτησιν διετέθη, καὶ, Πῶς γὰρ μὴ ἀφήσω, ἔφη, οἷς μικροῦ δέον καὶ χάριν ὁμολογεῖν ὅτι σὲ τὸν ἐμὸν σωτῆρα παρέσχον ἰδεῖν, καὶ πρὸς ἡμᾶς φοιτῆσαι κατέστησαν αἴτιοι; Ἐπεὶ δὲ πρὸς αὐτὸν καὶ μοναστηρίου καὶ δώρων καὶ τοῦ συνεῖναι τούτῳ διαπαντὸς ἐμέμνητο, Εἴ με θέλεις, φησὶν ὁ μέγας, τὰ μέγιστα θεραπεύειν, ἔα τὰ τῷ Θεῷ καὶ ἐμοὶ δοκοῦντα ποιεῖν. Καὶ οὕτω δὴ πρὸς τὸν ναὸν σὺν πολλῇ καὶ λαμπρᾷ τῇ δορυφορίᾳ

A Jesus Christus, in quem credidistis (1) et credo, ipse vos in ultimum abyssum demerserit : illi tunc acerbe ululantes et flebiliter clamantes, et suas facies, ut videbantur, pulsantes, assimilati vespertilionibus, illo ipso hæc adspiciente sancto, egressi sunt et abierunt. Ille autem nunquam cessans injuriam facere, existimans quod si eum sæpe tanquam in urbis obsidione invaderet, tandem poterit beati spiritus et generosum animum deprimere ac frangere, accedit ad maleficii tertiam probationem, et adversus eum rursus commovet priores calumniatores. Qui cum accessissent ad episcopum, perinde ac jam maximis affecti injuriis, sanctum vocabant maleficum, simulatoremque et deceptorem; dicebantque ejus consuetudinem B esse eis intolerabilem, ut qui vel solo aspectu sit molestus et importunus. Ille vero jam victus a tot vexationibus, ad se accersit Danielem, et rogat quisnam sit, et unde, et quibusnam rebus opus habens, et postremo, quamnam in Deum tenens opinionem, in has partes venerit. Ille autem cum ejus, quod est maximum et primum, nempe orthodoxæ in Christum fidei, primum meminisset, alia deinde contexuit, patriam, et genus, et finem : nempe quod eum divina moverit revelatio, ut videret Byzantium, et in hæc loca veniret. Hæc cum audivisset episcopus, assurrexit, et eum est amplexus, et eum tanquam virum revera divinum honoravit. Atque hæc quidem sic recte gesta C fuerant a magno Daniele. Fieri autem omnino non poterat, ut qui Christi vitæ institutum susceperat, non etiam ejus vitæ agendæ ordinem pro viribus videretur imitari. Quomodo ergo ejus Dominus cum tentationibus signa videtur inchoasse, ita hic quoque, nisi quatenus ille hunc movebat, et hic illius virtute faciebat miracula.

XIII. Non multi dies præterierunt, et vehemens morbus invadit patriarcham : qui etiam efficit, ut is fieret sancto supplex, et cum continuo accerseret, ut pro ipso Christum rogaret, ut laboranti opem ferret. Cum is autem solum genua flexisset ad orationem, adfuit Christus exaudiens propemodum antevertens petitionem : convaluitque et sanus evasit patriarcha. Et sic quidem miracu- D lum ; non magis autem est admirandus propter curationem, quam propter benignitatem in curatione. Nam postquam eum sanavit, petiit mercedem sanationis ; ea vero erat, ut iis qui calumniati fuerant, remitteretur debitum. Pontifex autem ei libenter concessit petitionem, et : Quomodo enim, inquit, non remittam, quibus parum abest quin etiam agam gratias, quod effecerint, ut te viderem, qui mihi dedisti salutem, et fuerunt causa, ut tu ad nos venires? Cum autem apud eum et monasterii, et donorum, et ut cum eo perpetuo esset, meminisset : Si vis me, inquit ille magnus, magno studio prosequi, sine me

(1) *Credidi*, legendum videtur, aut intelligendum, ut Jacobus ait : *Dæmones credunt, et contremiscunt.*

ea facere, quæ Deo et mihi videntur. Et sic ad templum missus cum magno et præclaro comitatu, cum eadem fecisset quæ prius, et aditum obstruxisset, per parvum quoddam foramen colloquebatur cum iis qui accedebant. Novem interim anni præterierant, et eum ad vitam perfectiorem vocans Providentia aperte ostendit futura. Cum enim fuisset in exstasi, videt columnam nubis, et ea admodum sublime erat sublata, et ex adverso ejus pendebat in aere; et admirabilis Simeon stabat super caput columnæ. Simul autem cum eo duo astabant adolescentes; eratque eis vestis clara et refulgens. Desuper vero ex capite columnæ audit vocem dicentem: Huc ad me ascende, Daniel. Cum is autem respondisset, Et quomodo potero ego, domine, in tantam extolli altitudinem? jussit Simeon iis qui cum ipso erant, adolescentibus, ut descenderent, et assumptum ad se deducerent. Qui cum imperata fecissent, eum tollunt et prope ipsum statuunt. Ille autem eum statim amplexus, simul in cœlum eum tollebat, et magna voce clamabat: Esto fortis, Daniel; te strenuum ac robustum præbe, et sta pulchre ac generose. Postquam vero vox admodum clara eum circumsonabat (visa est enim terribilis, et tonitrui similis), Daniel cui percussæ et conturbatæ erant aures, ex somno quodammodo ad se rediit.

A παραπεμφθεὶς, καὶ πάλιν τὰ αὐτὰ τοῖς προτέροις ποιήσας, καὶ διαφράξας τὴν εἴσοδον διά τινος μικρᾶς ὀπῆς ὡμίλει τοῖς προσιοῦσιν. Ἐννέα τὰ μεταξὺ διῆλθον ἔτη, καὶ ἐπὶ τὴν τελεωτέραν αὐτὸν πολιτείαν ἡ πρόνοια καλοῦσα φανερῶς τὰ μέλλοντα προεδήλου· ὁρᾷ γὰρ ἐν ἐκστάσει γενόμενος στῦλον νεφέλης, καὶ οὗτος ὑψοῦ λίαν ἐπῆρτο, καὶ καταντικρὺ αὐτοῦ ἀπηώρητο· καὶ ὁ θαυμαστὸς Συμεὼν ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ στύλου ἐφίστατο. Δύο δὲ αὐτῷ συμπαρίσταντο νεανίσκοι· καὶ ἡ ἐσθὴς αὐτοῖς λαμπρὰ καὶ ἀστράπτουσα. Ἄνωθεν οὖν ἀπὸ τῆς τοῦ στύλου κεφαλῆς ἀκούει φωνῆς, Δεῦρο πρός με, λεγούσης, Δανιὴλ, ἄνελθε. Τοῦ δὲ, Καὶ πῶς ἐγὼ, κύριε, πρὸς τοσοῦτον ὕψος ἀρθῆναι δυνήσομαι; ἀποκριναμένου, ἐπιτρέψαι τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ νεανίσκοις τὸν Συμεὼν
B κατελθεῖν, καὶ ἀναλαβόντας πρὸς αὐτὸν ἀγαγεῖν· οἳ καὶ καταχεκελευσμένα πεποιηκότες, αἴρουσί τε καὶ ἱστῶσι πλησίον αὐτοῦ. Κἀκεῖνος εὐθὺς τοῦτον περιπτυξάμενος εἰς οὐρανὸν ἀνεφέρετο, καὶ ἅμα μέγα ἐφώνει, Ἀνδρίζου, Δανιὴλ, ἴσχυε, καὶ στῆθι γενναίως. Καὶ ἐπειδὴ πάνυ λαμπρὸν περιήχησεν ἡ φωνὴ, φοβερὰ γὰρ ἐῴκει εἶναι καὶ ὁμοία βροντῇ, ὁ Δανιὴλ πληγεὶς τὴν ἀκοὴν καὶ συνταραχθεὶς ἐξ ὀνειράτων ὥσπερ ἀνήνεγκε.

XIV. Hoc futurum ejus vitæ institutum, Simeonis instituto conveniens, prius significavit, et quod oportebat eum et columnam ascendere, et transire ad locum, columna longe excelsiorem. Sic sententia et voluntate Omnipotentis, ab eo effecta sunt omnia, et ad eum paulo post missa est pellis ovilla ab Elia, ad eum, inquam, qui moribus erat Elisæo similis. Sic autem missa est. A Simeone ad imperatorem (2) missus quidem erat Sergius, ejus discipulus, ad eum deferens donum, omnia mala depellens, nempe tegmen quod habebat in capite; solent autem id vocare cucullam. Cum autem imperator haberet animum aliis intentum, et esset in curis publicis occupatus, Deo hæc omnia providente et dispensante, hic, quem diximus, Sergius statuit navigare et redire; et contendebat pervenire ad monasterium, quod nominant Acœmetorum, id est, non dormientium. Cum ergo ipse revertens cum quibusdam aliis accessisset prope locum Danielis, statim tanquam signo dato, beatus erat in ore omnium. Et alii quidem meminerant ejus tolerantiæ; alii autem precum, alii vero curationum, alii vero, quod mansuefecit locum, qui possidebatur a dæmonibus: et nunc quidem qui sunt in mari, sine periculo navigant; illæsi autem iter obeunt ii qui sunt in via pedites. Hæc intelligit Sergius, cui commissum fuerat donum pretiosissimum; et cum ejus desiderio motus fuisset animus, rogat quisnam hic sit, et ubi, et an liceat eum convenire. Illi vero et locum alacriter ostenderunt, et cum in terram appulisset, ipsi

ΙΔ'. Τοῦτο τὴν μέλλουσαν αὐτῷ κατὰ τὸν Συμεὼν πολιτείαν προανεφώνει, καὶ ὅτι δεῖ αὐτὸν καὶ στύλου ἐπιβῆναι καὶ τόπον παραπολὺ τοῦ στύλου μετελ-
C θεῖν ὑψηλότερον. Οὕτως αὐτῷ πάντα γνώμῃ τοῦ Κρείττονος ἐπεραίνετο, καὶ μετὰ μικρὸν καὶ ἡ μηλωτὴ Ἠλιοῦ τῷ κατὰ τρόπον Ἐλισσαίῳ ἐπέμπετο. Ἐπέμπετο δὲ οὕτως. Ἐστέλλετο μὲν παρὰ τοῦ Συμεὼν τῷ βασιλεῖ Σέργιος ὁ τούτου μαθητὴς δῶρον αὐτῷ παντὸς κακοῦ ἀποτρόπαιον τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κάλυμμα (κουκοῦλλαν τόδε καλεῖν σύνηθες) κομίζον αὐτῷ· τοῦ δὲ βασιλέως πρὸς ἄλλοις τὴν ψυχὴν ἔχοντος καὶ φροντίσι δημοσίαις ἀσχολουμένου, Θεοῦ ταῦτα πάντως οἰκονομοῦντος, ὁ ῥηθεὶς οὗτος Σέργιος ἀναπλεῦσαι διέγνω, καὶ τὴν μονὴν ἣν Ἀκοιμήτων ἐπονομάζουσι καταλαβεῖν ἔσπευδεν. Ἐπεὶ γοῦν ἀναπλέων σύναμα τισὶ τοῦ Δανιὴλ προσήγγιζε τόπῳ, καθάπερ ἐκ συνθήματος εὐθὺς ἐν τοῖς ἁπάντων στό-
D μασιν ὁ μακάριος ἦν. Καὶ οἱ μὲν αὐτοῦ τῆς ὑπομονῆς ἐμέμνηντο, οἱ δὲ τῶν εὐχῶν, οἱ δὲ τῶν ἰάσεων, οἱ δὲ ὅτι τὸν τόπον δαίμοσιν ὄντα κάτοχον ἐξημέρωσε· καὶ νῦν ἀκινδύνως μὲν οἱ ἐν θαλάσσῃ πλέουσιν, ἀβλαβῶς δὲ οἱ ἐν γῇ πεζεύουσι. Μανθάνει ταῦτα καὶ Σέργιος ὁ τὸ πολύτιμον δώρημα πιστευθεὶς, καὶ τὴν ψυχὴν πρὸς ἔρωτα κινηθεὶς πυνθάνεται τίς οὗτος καὶ ὅπου, καὶ εἰ δυνατὸν αὐτῷ ἐντυχεῖν. Οἱ δὲ τόν τε τόπον προθύμως ὑπέδειξαν, καὶ τῇ γῇ προσοκείλαντες, αὐτοί τε πρὸς τὸν ὅσιον σύναμα Σεργίῳ ἀφικνοῦνται. Ὃς καὶ σφόδρα φιλοφρόνως τὸν μακάριον ἀσπασάμενος, τὰ μὲν αὐτὸς ἐξηγεῖται, τήν τε τοῦ Συμεὼν φημὶ τῶν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν, καὶ ὃ παρ' αὐτοῦ κομίζει τῷ βασιλεῖ δῶρον. Πρὸς σὲ μᾶλλον

(2) Vide Baron. anno 400. Leonem intellige.

εἰπὼν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπεστάλθαι. Τὰ δὲ πάλιν παρὰ τοῦ Δανιὴλ ἀκούει ἃ ὁ Θεὸς αὐτῷ περί τε τοῦ Συμεὼν καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἐγνώρισε πολιτείας. Ἅπερ ἀκούσας ὁ Σέργιος καὶ τὸ ἱερὸν αὐτίκα δώρημα ἐκβαλὼν τῷ Δανιὴλ δίδωσι, καὶ ἑαυτὸν ἐκείνῳ προσπαραδίδωσιν ἀπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ Συμεὼν πρὸς πατέρα μετοικίζεσθαι λέγων τὸν Δανιήλ. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπράττετο τῇδε.

A accedunt ad sanctum, et una cum eis Sergius. Qui cum benigne admodum beatum salutasset, alia quidem ipse exponit, Simeonis, inquam, hinc decessum, et quod ab ipso donum ferret ad imperatorem, dicens Danieli, id ad eum potius esse missum, quam ad illum, ad quem ipse id mitti opinaretur. Alia autem rursus audit a Daniele, quæ ei Deus significavit de Simeone, et de vita ejus vitæ instituto congruenter agenda. Quæ quidem cum audiisset Sergius, sacrum statim donum ejiciens, id donat Danieli, a patre Simeone dicens migrare ad patrem Danielem. Et hæc quidem sic fiebant.

ΙΕ'. Τὸ θεῖον δὲ πάλιν τὰ συνήθη ποιοῦν ἠρέθιζε τὸν Δανιὴλ ὄψει τινὶ θειοτέρᾳ βίου παντὸς ὑψηλοτέρου καὶ μείζονος ἅψασθαι πολιτείας, ἐκλογῆς αὐτὸν σκεῦος κατὰ Παῦλον προειδὼς ἐσόμενον. Καὶ ἡ ὄψις οὐ τῷ Δανιήλ, ἀλλὰ τῷ Σεργίῳ μᾶλλον παρίστατο. Ἐδόκει γὰρ τρεῖς αὐτῷ νεανίσκους ἐλθόντας εἰπεῖν· Ἀναστάς, Σέργιε, λέγε τῷ ἀββᾷ Δανιήλ· Ὁ τῆς ἐν τῷ ναῷ κατοικίας χρόνος ἤδη πεπλήρωται· δεῦρο λοιπόν, καὶ πρὸς μείζονας ἀγῶνας παρασκευάζου. Δήλην οὖν αὐτῷ τοῦ Σεργίου τὴν θείαν ὄψιν πεποιηκότος, ἐπείπερ ἔγνωστο τῷ ἀνδρὶ τοῖς τοῦ Κρείττονος νεύμασι τὸ παράπαν μὴ ἀντιλέγειν· ἄλλως τε δὲ καὶ τῇ προτέρᾳ τῆς ὀπτασίας ὄψει καὶ ἡ δευτέρα συνέβαινε, καὶ πρὸς τούτοις καὶ τὸ τοῦ Συμεὼν ἔνδυμα τῆς τοιαύτης πολιτείας ὁ ἀῤῥαβὼν ἦν, πέμπεται Σέργιος τούς τε λόφους καὶ τοὺς μᾶλλον ἐρημικοὺς τόπους ὅσοι ἐκεῖσε καταμαθεῖν οὗ κίονα προσῆκον ἱδρῦσαι καὶ βίον ζῆσαι τὸν φιλήσυχον ἐπιτήδειον· ὃς καὶ μέρη τινὰ τοῦ λόφου καλῶς διερευνησάμενος, ἐπειδὴ κατ' ἐκεῖνο τόπου ἔνθα ἔδει στῆναι τὸν κίονα παραγένοιτο, σὺ, Θεὲ πάντων, καὶ τοῦτο δεικνύεις. Ὁρᾷ γοῦν ὁ ῥηθεὶς Σέργιος περιστερὰν αὐτίκα λευκήν· καὶ αὕτη πτερυσσομένη πυκνὰ καὶ μικρὸν αὖθις ἀνιπταμένη πάλιν κατέπιπτε. Δόξας οὖν θήραμα ταύτην εἶναι καὶ βρόχοις ἠμμένην σπεύδει τε ἐπ' αὐτήν, καὶ ὑπὸ χεῖρα λαβεῖν ἐπείγεται. Ἡ δὲ εὐθὺς ἀποπτᾶσα καὶ ὀφθαλμοῖς ἄληπτος ἦν. Οὕτω δῆλον τὸ σύμβολον δεξάμενος τῆς ἱδρύσεως, καταμαθὼν δὲ καὶ αὐτὸς ὅπως εἶχεν ὁ τόπος ἐπιτηδείως, κάτεισι πρὸς τὸν ἅγιον, καὶ πάντα κατὰ μέρος μεθ' ἧς εἶδεν ὁράσεως ἀπαγγέλλει. Ὁ δὲ ἥσθη τε ἀκούσας, καὶ τὸν τόπον καταλαβεῖν ἔσπευδε. Δωρεῖται δὴ Μάρκος μὲν φίλος αὐτῷ καὶ τἄλλα συνήθης τὸν κίονα· γενομένου δὲ καὶ τοῦ συνήθως καλουμένου μοδίου καὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ στύλου προσαρμοσθέντος, κελεύει περὶ μέσας αὐτῷ νύκτας τὸν τοῦ ναοῦ τοῖχον διατρηθῆναι, καὶ οὕτω πάντας λαθὼν ἄνεισι. Εἶτα καὶ προσευχὴν ἐπιλέγει μεθ' ἡδονῆς οὕτως ἔχουσαν· Δόξα σοι, Χριστὲ ὁ Θεός, ὅτι τοιούτων κἀμὲ ἀγαθῶν καὶ πολιτείας τοιαύτης ἠξίωσας. Ἀλλ' αὐτὸς οἶδας, Δέσποτα, ὅτι σοὶ μόνῳ θαῤῥῶν τὸν κίονα ἀναβαίνω καὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον ὑπέρχομαι. Δέξαι μου τὴν πρόθεσιν, ἐνίσχυσον πρὸς τὸν δρόμον, τελείωσον τὸ ἐγχείρημα. Οὕτως ὁ μακάριος οὐ κατὰ πνεῦμα μόνον τελεῖν οὐράνιος, ἀλλὰ καὶ ὡς οἷόν τε κατὰ σῶμα ἐξεβιάζετο, καὶ τοῦ λοιποῦ

XV. Deus autem rursus consueta faciens, incitabat Danielem visione quadam diviniore, ut B aggrederetur vivendi rationem majorem et sublimiorem, vas eum electionis, quomodo Paulum [7], præsciens futurum. Apparuit vero visio non Danieli, sed potius Sergio. Videbantur enim tres ad eum venisse adolescentes, et dixisse : Surge, Sergi, dic abbati Danieli : Expletum est tempus tuæ in templo habitationis. Adesto deinceps, et ad majora parare certamina. Cum ergo ei Sergius divinam aperuisset visionem, quoniam is statuerat non repugnare omnibus nutibus Omnipotentis, et alioqui priori quoque visioni secunda consentiebat ; et præterea Simeonis etiam indumentum erat arrha talis vitæ degendæ, mittitur Sergius, ut disceret loca magis solitaria, quæ illic sunt, ut oporteat ponere columnam, et aptum ad agendam vitam in C quiete et silentio. Qui cum partes quasdam fastigii montis pulchre esset perscrutatus, postquam venisset in illum locum, in quo oportebat stare columnam, tu, Deus omnium, hoc quoque ostendis. Videt ergo protinus dictus Sergius albam columbam, quæ alas frequenter expandens, et parum rursus subvolans, iterum decidebat. Arbitratus ergo eam esse captam et vinctam laqueis, ad eam festinat, et contendit eam capere manibus. Illa vero cum statim evolasset, ne oculis quidem poterat apprehendi. Cum tamen evidens accepisset signum statuendæ columnæ, et ipse quoque satis intellexisset, quam esset aptus locus, descendit ad sanctum, et omnia sigillatim renuntiat cum ea, D quam viderat, visione. Ille autem et lætatus est, cum audivisset, et ad locum venire cupiebat. Dat vero Marcus quidem ei amicus et alio qui familiaris columnam. Cum autem factus esset is quoque, qui solet vocari modius, et capiti columnæ fuisset adaptatus, jubet circa mediam noctem perforari sibi templi parietem ; et ita, omnes latens, ascendit. Deinde etiam cum gaudio concipit preces, quæ ita habebant : Gloria tibi, Christe Deus, quod me talibus bonis et tali vitæ instituto es dignatus. Sed tu scis, o Domine, quod te solo fretus hanc ascendo columnam, et hoc certamen subeo. Suscipe meum propositum ; confirma me ad cursum ; cœptum meum absolve. Sic beatus ille non spiritu solum esse cœlestis, sed etiam, quoad

[7] Act. IV, 15.

ejus fieri poterat, corpore esse contendebat; et de cætero solus erat in columna, seipsum collocans in cœli et terræ confinio; ab hac quidem recedens carne et spiritu, ad illud autem contendens.

A μόνος ἦν ἐν τῷ κίονι, μεθόριον ἑαυτὸν θέμενος οὐρανοῦ τε καὶ τῆς γῆς, σαρκὶ μὲν καὶ πνεύματι ἀφιστάμενος, πρὸς δὲ τὸν ἐπειγόμενος.

XVI. Hæc autem non poterat invidus ferre oculus, neque patri invidiæ erant illa tolerabilia. Sed cum loci dominus ad horum venisset cognitionem (erat autem illi nomen Gelasius), inconsiderate ira animo perturbatus, aut potius dæmonis importunitate commotus, et adversus sanctum virum furore percitus (causa autem prætexebatur, quod non eam posuisset voluntate illius) imperatori quidem renuntiat id quod factum fuerat. Renuntiat autem etiam Gennadio (is enim constitutus fuerat episcopus Constantinopolitanus post decessum Anatolii). Atque ab imperatore quidem dicens non fuit exauditus; episcopus vero invidia motus, seu ei qui rogarat concedens, non solum censebat sanctum e columna dejiciendum, sed etiam pœnæ subjiciendum. Redit ergo Gelasius totus ira percitus, alios quoque multos secum assumens, et e columna sanctum volens detrahere. Sed qui semper in sanctis suis est admirabilis Dominus, qualia nunc quoque fecit, illum audacter insultantem reprimens, et ejus servum, qui erat occultus, gloriosum efficiens. Nam cum esset maxima serenitas essetque aer purus et limpidus, nubes repente concurrerunt, et orta est caligo, et vehemens pluvia et grando deorsum ferebatur. Tantusque erat ejus impetus, et tam ingentes minæ iræ supernæ, ut etiam vitium caderent folia et pampini, non solum fructus: erat enim tunc tempus vindemiæ. Sed nec hæc quidem reprimebant amentis stultitiam. Sed cum non multum abfuisset, quin ille periret, ne sic quidem discebat sapere, et se moderate gerere; neque volebat scire, quanta superna gratia locupletatus esset Daniel. Sed anhelans, et madefactus, cum iis qui circa eum erant, aggressus, indignabatur, minabatur, clamabat, et dejicere sanctum aggrediebatur.

IϚ'. Ταῦτα δὲ τὸν βάσκανον ὀφθαλμὸν οὐκ ἦν ἐνεγκεῖν, οὐδ' αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ τοῦ φθόνου πατρὶ φορητά. Ἀλλ' ὁ τοῦ τόπου Κύριος εἰς γνῶσιν τούτων ἐλθὼν, Γελάσιος ἐκείνῳ τοὔνομα, ἀλογίστῳ θυμῷ τὴν ψυχὴν διαταραχθεὶς, ἢ μᾶλλον δαιμονίως σκαιότητι κινηθεὶς, καὶ κατὰ τοῦ ὁσίου ἀνδρὸς ἐκμανεὶς, καὶ ἡ αἰτία τὸ μὴ γνώμῃ ἐκείνου τὸν στῦλον ἐν τοῖς ἐκείνου ἱδρύσασθαι, ἀγγέλλει μὲν βασιλεῖ τὸ πραχθὲν, ἀγγέλλει δὲ τοῦτο καὶ Γενναδίῳ, οὗτος γὰρ ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως μετὰ τὴν Ἀνατολίου καθίστατο τελευτήν. Βασι- B λεῖ μὲν οὖν λέγων ἀνήκοος ἦν· ὁ δὲ ἐπίσκοπος εἴτε φθόνῳ εἴκων ἢ καὶ τῷ δεηθέντι χαριζόμενος, οὐ τοῦ στύλου κατενεχθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιτιμίῳ ὑποβληθῆναι τὸν ἅγιον ἐδικαίου. Ἄνεισιν οὖν ὁ Γελάσιος ὅλος ὀργῆς ὢν συχνοὺς καὶ ἄλλους μεθ' ἑαυτοῦ συμπαραλαβὼν, καὶ τοῦ στύλου τὸν ἅγιον ἐθέλων κατενεγκεῖν. Ἀλλ' ὁ ἀεὶ θαυμαστὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ Κύριος οἷα καὶ νῦν ἐποίει, ἐκεῖνόν τε θρασυνόμενον ἀναστέλλων, καὶ τὸν αὐτοῦ θεράποντα δοξάζων κρυπτόμενον· εὐδίας γὰρ ἀκριβοῦς οὔσης καὶ τοῦ ἀέρος ἀλαμπὲς οὐδὲν ἔχοντος νέφη τε συνέδραμε παραυτίκα καὶ ὁμίχλη προσέπιπτε, καὶ ὑετὸς ῥαγδαῖος καὶ χάλαζα συγκατεφέροντο. Καὶ τοσοῦτον ταύτης ἡ ἐμβολὴ καὶ ἡ τῆς ἄνωθεν ὀργῆς ἀπειλὴ ὡς καὶ τὰ τῶν ἀμπέλων ἀποῤῥεῦσαι φύλλα, μὴ ὅτι γε C τὸν καρπὸν, τρυγητὸς γὰρ ἦν. Οὐδὲ ταῦτα ἐπεῖχε τὴν τοῦ παραφρονοῦντος ἀσυνεσίαν· ἀλλὰ καὶ ἐγγὺς ἐκεῖνος τοῦ ἀπολέσθαι γενόμενος, οὐδὲ οὕτως ἐμάνθανε σωφρονεῖν, οὐδ' ὅσον ἐπλούτει Δανιὴλ τὴν ἄνωθεν χάριν ἠξίου μαθεῖν· ἀλλὰ πνευστιῶν καὶ διάβροχος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐπελθὼν ἠγανάκτει, διηπείλει, ἐβόα, κατενεγκεῖν τὸν ὅσιον ἐπεχείρει.

XVIII. Sed postquam qui cum eo erant, ei quæ erant optima, suggesserunt, dicentes nec esse columnam agro propinquam, et hinc ei nullam futuram molestiam; imo vero eum percepturum fructum multarum orationum, et ei futurum valde utilem, cum sit bonus vicinus; postquam hæc dixerunt, persuaserunt. Et tunc quidem jussit descendere, pudore, ut arbitror, motus propter eos qui aderant, ne videretur frustra venisse; postea autem ei rursus pollicebatur ascensum, et cum rursus ascendisset, quantum voluisset, mansurum. Cum autem, columnæ admotis scalis, sanctus descenderet, et jam in sexto gradu pedem figeret, eum qui erat inflexibilis, cœpit misericordia, dum illos videret pedes tanquam alias columnas, quos per totas noctes et dies stationes reddiderant tumidos et ulceratos, et vulneribus plenos. Quæ ille cum stupore contemplatus, et sanctum adjuravit, ut rursus rediret, et audacis sui cœpti petiit veniam.

IZ'. Ἐπεὶ δὲ οἱ συνόντες τὰ βέλτιστα εἰσηγοῦντο, ὡς οὔτε ὁ κίων ἔγγιστα τοῦ ἀγροῦ, λέγοντες, ἐντεῦθέν τε οὐδὲ μίαν ὄχλησιν ἕξει, ὅτι μὴ καὶ εὐχῶν μᾶλλον ἀπολαύσει πολλῶν, καὶ λυσιτελήσει αὐτῷ τὰ D μέγιστα γείτων ἀγαθὸς ὤν· ἐπεὶ ταῦτα ἔλεγον, ἔπειθον. Καὶ τότε μὲν ἐκέλευε κατελθεῖν δι' αἰδοῦς, οἶμαι, τοὺς παρόντας ποιούμενος, ἵνα μὴ μάτην ἀφικέσθαι δοκῇ, ὕστερον δὲ αὐτῷ καὶ τὴν ἄνοδον ὑπισχνεῖτο, καὶ ἀνελθόντα μένειν ἐφ' ὅσον βούλοιτο. Ἐπεὶ γοῦν κλίμακος προσερεισθείσης τῷ κίονι κατῄει ὁ ὅσιος, καὶ δὴ πρὸς τὴν ἕκτην ἔτι βαθμίδα τὸν πόδα ἤρειδεν, οἶκτος ἔλαβε τὸν ἀμείλικτον, ὁρῶντα πόδας ἐκείνους ὡς ἑτέρους κίονας οὓς αἱ πάννυχοι στάσεις καὶ πανημέριοι οἰδοῦντας καὶ ἡλκωμένους καὶ τραυμάτων πλήρεις ἐδείκνυον· ἃ καὶ πρὸς ἔκπληξιν θεασάμενος ὥρκωσέ τε πάλιν τὸν ὅσιον ἀνελθεῖν, καὶ συγγνώμην ᾔτει τοῦ ἐγχειρήματος. Ὕστερον δὲ αὐτῷ καὶ τὸν κίονα ἵστησιν ὑψηλότερον, καὶ τὸ πάχος στεῤῥότερον, καὶ τὴν βάσιν,

καὶ τἄλλα πολυτελέστερον, γνώριμα καὶ αὐτῷ βασιλεῖ τὰ τῆς ὑπομονῆς ἐκείνου καὶ τῆς καρτερίας θέμενος. Ἤρκει μὲν οὖν καὶ ταῦτα πλεῖστά τε καὶ μεγάλα τυγχάνοντα δεῖξαι τὸν τοῦ ὁσίου βίον καὶ ἧς αὐτὸς ἠξίωτο παρὰ Θεοῦ χάριτος. Ὁ δὲ λόγος μικρὰ ταῦτα καὶ οἱονεὶ στοιχεῖα καὶ ἀρχὰς λογιζόμενος τὰ πολλῷ μείζονα τούτων δηλοῦν ἐπείγεται.

Postea vero ei quoque columnam posuit excelsiorem, et crassitudine validiorem, basique et cæteris magnificentiorem, et de illius patientia et tolerantia imperatorem reddidit certiorem. Atque hæc quidem sufficerent, quæ sunt plurima, et maxima, ad sancti vitam ostendendam, et gratiam, quam ipse a Deo erat assecutus. Oratio autem hæc parva esse considerans, et tanquam elementa ac principia, quæ sunt his longe majora, properat declarare,

ΙΗ'. Ἧκέ τις μετὰ μικρὸν πρὸς τὸν ὅσιον τὸ γένος Θρᾷξ, τὴν ἡλικίαν γεγηρακὼς, τὰς τοῦ βίου ἀφορμὰς ἔχων ἀπὸ τοῦ τὰ συμβόλαια γράφειν, νομικὸν τοῦτον εἴποι Ἕλλην ἀνήρ. Οὗτος παῖδα φέρων μονογενῆ πνεύματι πονηρῷ κάτοχον, θεὶς αὐτὸν πρὸ τοῦ κίονος δάκρυά τε ἔῤῥει τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ῥήματα προσετίθει τῶν δακρύων ἐλεεινότερα. Ὅρα γὰρ πόσας εἶχε πρὸς ὀδυρμὸν ἀφορμὰς, τὴν φύσιν, τὴν πολιὰν, τὴν τοῦ παιδὸς νεότητα, τὸ ἐπὶ μόνῳ τούτῳ σαλεύειν, τὸ μακρὰν ἐστάλθαι καὶ πολλὴν ταλαιπωρῆσαι πορείαν, καὶ ταῦτα δαιμονῶντι καὶ οὕτως ἀτάκτως καὶ μανικῶς ἔχοντι. Καὶ τέλος προσθεὶς ὅτι Τριακοστὴ αὕτη ἡμέρα ἐξότου τὸ σὸν ὄνομα τὸ πονηρὸν ἀνακράζει πνεῦμα, τὴν εὐκίνητον ψυχὴν πρὸς ἔλεον εὐθὺς εἶχεν αὐτῷ συμπαθοῦσαν. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλε συμπαθεῖν ὁ τοῦ Χριστοῦ μιμητής; Εἰ σὺ οὖν, ἔφη, δι' ἐμοῦ πιστεύεις ἰαθῆναι τὸν παῖδα, δοθήσεταί σοι κατὰ τὴν πίστιν σου. Καὶ ἅμα τοῦ ἐλαίου αὐτὸν ἐκέλευε ποτισθῆναι τῶν ἐκεῖσε ἁγίων, οὗ γενομένου βάλλει μὲν αὐτὸν εὐθὺς ἐπ' ἐδάφους τὸ χαλεπὸν δαιμόνιον, καὶ πολλοῖς αἰκίζει σπαράγμασιν, εἶτα μέγα βοήσαν ἐν οἰμωγῇ, Ἐξέρχομαι, φεῦ! ἐξέρχομαι. Ὀγδόης ἤδη παρούσης ἡμέρας μέλαν ὁ δαιμονῶν ἐξεμέσας αἷμα καὶ πεπηγὸς εὐχαῖς ἴατο τοῦ ἀοιδίμου Πατρὸς, καὶ ὑγιῶς ἔχων τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ παραδίδοται. Ὁ δὲ τὸν παῖδα λαβὼν τῇ μὲν γλώττῃ πρὸς εὐχαριστίαν ἐχρῆτο, τοῖς δάκρυσι δὲ πρὸς χαράν. Ἔστι γὰρ καὶ ἡδονῆς δάκρυα, ὅταν ἐξ ἄκρας ἀθυμίας χαρᾶς ἀκρότητες τὴν ψυχὴν λαβοῦσαι τὸ πιεζόμενον νέφος εὐθὺς λύσωσι, καὶ τῇ τῶν δακρύων φυσικῇ λιβάδι σὺν ἡδονῇ χρήσωνται. Οὕτως ὁ παῖς οὐκ ἴαται μόνον τοῦ πονηροῦ δαίμονος, ἀλλὰ καὶ κατὰ δαιμόνων εὐθὺς ὁπλίζεται τῷ Θεῷ αὐτὸν τοῦ Πατρὸς μετὰ τὴν θεραπείαν καθιερώσαντος, καὶ τὸ τῶν μοναχῶν ἐνδῦναι σχῆμα καὶ τὸν βίον παρασκευάσαντος, τῷ ἰατρῷ τε τοῦ σώματος παραδόντος καὶ ἰατρὸν γενέσθαι καὶ τῆς ψυχῆς καταξιώσαντος· ὃς καὶ καθαρῶς τῷ καθαρῷ προσῆλθε τὴν τοῦ βίου πᾶσαν ἀπολιπὼν ματαιότητα. Ἓν μὲν δὴ τοῦτο καὶ οὕτως ἔχον· ὕστερον δὲ τούτου οὐδαμῶς ἔλαττον.

XVIII. Venit paulo post quidam ad sanctum, Thrax quidem genere, ætate autem senex, qui ex scribendis contractibus sibi victum parabat: νομικὸν, id est, legis peritum, vocant Græci. Is filium ferens unigenam, qui a maligno detinebatur spiritu, cum eum posuisset ad columnam, et ei lacrymæ fluebant ex oculis, et adjunxit verba lacrymis magis miserabilia. Vide enim, quam multas fletus habebat occasiones: naturam, canitiem, filii adolescentiam, quod propter eum solum laboraret, quod longe esset profectus, et magni itineris labores esset perpessus, idque cum esset puer dæmoniacus, et tanta esset ejus vexatio et immoderatio. Et cum postremo addidisset, esse jam tricesimum diem, ex quo nomen illius malignus clamaret spiritus, ejus animus, qui facile movebatur misericordia, ipsius statim est misertus. Quidni enim misericordia movendus erat Christi discipulus? Si tu ergo, inquit, credis fore, ut persanetur tuus filius, dabitur tibi secundum fidem tuam; et simul eum jussit potari oleo a sanctis, qui illic erant. Quod cum factum esset, statim quidem eum humi jacit sævum dæmonium, eumque valde laniat ac lacerat. Deinde magna voce cum luctu clamat, Egredior heu, inquit, egredior. Cum dies jam adesset octavus, ubi dæmoniacus nigrum et concretum evomuisset sanguinem, gloriosi Patris sanatus est precibus, et sanus et recte se habens suo patri est traditus. Ille autem eum accepisset filium, lingua quidem utebatur ad agendas gratias, lacrymis vero ad lætitiam. Sunt enim etiam lætitiæ lacrymæ, quando summam animi ægritudinem summæ excipientes lætitiæ, nubem quæ premebat, protinus depulerint, et naturali fluxione lacrymarum usæ fuerint cum voluptate. Sic puer non solum curatur a malo dæmone, sed etiam continuo armatur adversus dæmones, cum pater post curationem eum Deo consecrasset, et ut monasticum amictum et vitam susciperet, effecisset, et medico corporis eum tradidisset, et rogasset ut esset etiam medicus animæ; qui etiam purus ad purum accessit, omni mundanæ vitæ relicta vanitate. Hoc quidem fuit unum ejusmodi; alterum autem eo non inferius.

ΙΘ'. Κύρῳ τινὶ ὑπάρχῳ μὲν γεγονότι τὸ πρότερον, ὕστερον δὲ καὶ θρόνου ἐπισκοπῆς ἐπιβάντι, τὸ ἐν τῇ Φρυγίᾳ Κοτυάειον αὕτη ἦν, καὶ ταύτης ἐκστάντι διά τινα κατ' αὐτοῦ κινηθεῖσαν διαβολὴν, θυγάτριον ἦν, Ἀλεξανδρία ταύτῃ τὸ ὄνομα. Αὕτη τῷ προτέρῳ τὰ ὅμοια ἐπεπόνθει, καὶ ὑπὸ δαίμονος ὠχλεῖτο δεινῶς. Ὁ οὖν ταύτης πατὴρ τὸν ὅσιον ἐπὶ νοῦν λαβὼν ἄγει πρὸς αὐτὸν τὴν παῖδα τῇ φυσικῇ στοργῇ θέρμην

XIX. Cuidam Cyro, qui prius quidem fuit præses, postea autem ascendit etiam ad sedem episcopalem civitatis in Phrygia, cui nomen erat Cotyaium, et ab illo postea discesserat propter quamdam motam adversus eum calumniam, erat filia nomine Alexandria. Ea eodem modo erat affecta, quo ille quem prius diximus, et graviter vexabatur a dæmone. Ejus ergo pater, cum sanctus ei venisset in

mentem, ad ipsum ducit filiam, naturali benevolentiæ alium commiscens ardorem, nempe fidei. Simul atque ergo sancti manus ejus capiti fuerunt impositæ, fugatus est spiritus, et quæ laborabat, statim conspecta est sana. Porro autem huic quoque miraculo fuit alterum conjunctum. Jam enim Cyrus sancto valde confidens, ejus utebatur gratia. Unde etiam uxorem ejus, cui suorum agrorum fuerat mandata cura, quæ ipsa quoque erat dæmoniaca, duxit ad ipsum. Neque eum sua fefellit fiducia, sed ea quoque cum filia mundata fuit a rabie dæmonis. Pro quibus iis utique magnas ei habens et agens gratias (erat enim vir doctus, et humanis litteris eruditus), in posita illic columna epigramma postea insculpsit, quod sic habet : Hic stat vir, undique impetitur, et ventos non timet. Ambrosio autem utitur alimento, et siti experte sanguinis ; actis vero radicibus, fundavit ædificium columna duplici. Est autem radix Simeon, filium prædicans matris, quæ non est experta nuptias. Sed hæc quidem sic.

XX. Deinceps vero erat quidem dies, omnium dierum præcipuus. Vir autem quidam ex iis, qui prope Euxinum pontum habitabant, venit afferens filium, qui ipse quoque possidebatur quidem a dæmone, sed erat alioqui et surdus et mutus, et qualem curasse Christum docent Evangelia. Cum autem columnæ jam appropinquarent filius cum patre, excutiens puerum dæmon, et avellens eum ab ipsis, qui ipsum tenebant, impulit eum ad scalas, quæ tunc quidem fuerant admotæ columnæ; et ille quidem protinus ascendebat scalas; sanctus vero desuper aspiciens, Deum rogabat. Quomodo enim non a dæmone e scalis projectus, fuisset confractus, nisi is retinuisset dæmonem precatione? Non ergo ei manus imposuit, neque fecit, quæ aliis facere consueverat, sed ille quidem precabatur superius. Puer autem cum esset adhuc inferius, et ad medias scalas nondum pervenisset, sanitatem est assecutus. Cum unius tantum fecero mentionem, aliorum suo tempore meminero.

XXI. Magnus Leo, qui Romanum quidem imperium, naturam autem regere non poterat, sed proles ei deerat mascula, quid facit? Confugit ad Deum omnium Dominum, apud ipsum Daniele usus intercessore. Ille vero paruit, et anno sequenti parituram esse uxorem protinus significavit. Res ergo, ut dixerat, successit, et natura cessit precibus : non solum ad hoc, ut daret filium, sed ad hoc etiam, ut daret illo tempore, quo sancti os divinum prædixerat. Sic ille non solum erat filius precationis, sed etiam per preces dabat aliis ut haberent filios. Idcirco eum remunerans imperator, tertiæ columnæ ei jecit fundamentum.

XXII. Cum fama ergo sanctum ubique prædicaret, ad eum venit imperatrix Eudocia (3) quæ nuper servata ex Africa; et magnam quidem ei reverentiam, multum autem tribuens honorem, et

A ἄλλην κεράσας καὶ τὴν ἐκ πίστεως. Ἅμα οὖν αἱ τοῦ ἁγίου χεῖρες τῇ κεφαλῇ αὐτῆς ἐπετίθεντο, τὸ πνεῦμα ἐφυγαδεύετο, καὶ ὑγιὴς εὐθὺς ἡ πάσχουσα καθεωρᾶτο. Ἀμέλει καὶ τῷ τοιούτῳ θαύματι θαῦμα συνέπτετο ἕτερον. Ἤδη γὰρ ὁ Κῦρος τὰ μεγάλα θαῤῥῶν πρὸς τὸν ἅγιον τῇ αὐτοῦ χάριτι καταχρώμενος ἦν. Ὅθεν καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ τῶν ἀγρῶν αὐτοῦ τὴν φροντίδα πεπιστευμένου δαιμονῶσαν καὶ ταύτην οὖσαν πρὸς αὐτὸν ἤγαγε, καὶ θαῤῥῶν οὐχ ἡμάρτανεν, ἀλλὰ καὶ ταύτην μετὰ τῆς θυγατρὸς εἶχε δαιμονίας λύσσης κεκαθαρμένην· ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ μεγάλας ὁμολογῶν χάριτας (καὶ γὰρ περὶ λόγους εἶχε καὶ τὴν Ἑλληνικὴν σοφίαν πεπαίδευτο) ἐπίγραμμα τῷ ὕστερον αὐτῷ ἱδρυθέντι κίονι ἐνεκόλαψεν ἔχον οὕτως· Ἵσταται ἀνὴρ πάντοθεν ἀρνύμενος καὶ οὐ B τρομέων ἀνέμους· τροφῇ δ' ἀμβροσίῃ τρέφεται καὶ ἀναίμονι δίψῃ, τεύχεα ῥιζώσας κίονι διχθαδίῳ. Συμεὼν δὲ ῥίζα υἱέα κηρύττων μητρὸς ἀπειρογάμου.

K'. Τὰ δὲ ἑξῆς ἡμέρα ἦν ἡ κυρία τῶν ἡμερῶν. Ἀνὴρ δέ τις τῶν παρὰ τὸν Εὔξεινον πόντον οἰκούντων ἧκε παῖδα κομίζων δαίμονι μὲν καὶ αὐτὸν κατάσχετον ὄντα, πλὴν τἄλλα κωφόν τε καὶ ἄλαλον καὶ ὁποῖον δὴ τὸν Χριστὸν θεραπεῦσαι τὰ Εὐαγγέλια. Ὡς οὖν ἤδη τῷ στύλῳ προσήγγιζον ὁ παῖς μετὰ τοῦ πατρός, ἐκτινάξας ὁ δαίμων τὸν παῖδα καὶ τῶν κρατούντων αὐτὸν ἀποσπάσας ἤλασε πρὸς τὴν κλίμακα ἥτις ἐρηρεισμένη τότε τῷ στύλῳ ἐτύγχανε. C Καὶ ὁ μὲν εὐθὺς τῆς κλίμακος ἐπιβὰς ἀνῄει, ὁ δὲ ὅσιος ἄνωθεν ὁρῶν ἐδέετο τοῦ Θεοῦ. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἂν ὑπὸ τοῦ δαίμονος ῥιφεὶς τῆς κλίμακος κατεάγη, εἰ μὴ προκατέσχεν οὗτος τὸν δαίμονα τῇ εὐχῇ; Οὔκουν αὐτῷ τὰς χεῖρας ἐπέθηκεν, οὐδὲ ἅπερ ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν εἰώθει ποιεῖν ἔδρασεν, ἀλλ' ἄνω μὲν ἐκεῖνος ηὔχετο, κάτω δὲ ὢν ὁ παῖς ἔτι καὶ μήπω τὰ μέσα τῆς κλίμακος ἐφθακὼς τῆς θεραπείας ἀπέλαυεν. Ἑνὸς ἔτι μόνου μνησθεὶς τῶν ἄλλων ἐν καιρῷ πάλιν ἰδίῳ μνησθήσομαι.

KA'. Λέων ὁ μέγας ἐκράτει μὲν τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, ἥκιστα δὲ καὶ φύσεως εἶχε κρατεῖν, ἀλλ' ἄῤῥενος ἠμοίρει γονῆς. Τί οὖν ποιεῖ; Ἐπὶ τὸν πάντων D κρατοῦντα καταφεύγει Θεόν, μεσίτῃ πρὸς αὐτὸν τῷ Δανιὴλ χρησάμενος. Καὶ ὃς ὑπήκουε, καὶ ὅτι τέξεται ἡ γυνὴ τὸ ἐπιὸν ἔτος εὐθὺς ἐμήνυε. Γέγονεν οὖν αὐτὸ πρᾶγμα τὸ ῥῆμα, καὶ ταῖς εὐχαῖς εἶξεν ἡ φύσις οὐ δοῦναι μόνον υἱόν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἐκεῖνον δεῖ τὸν καιρὸν δοῦναι καθ' ὃν τὸ θεοφόρον στόμα τοῦ ἁγίου προέλεξεν. Οὕτως ἐκεῖνος οὐ μόνον εὐχῆς υἱὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐδίδου ἔχειν δι' εὐχῆς υἱούς. Ταῦτα καὶ βασιλεὺς αὐτῷ ἀμειβόμενος, τρίτου θεμέλιον κίονος αὐτὸν κατεβάλετο.

KB'. Τῆς φήμης οὖν τὸν ἅγιον ἁπανταχοῦ διακηρυττούσης ἀφικνεῖται πρὸς αὐτὸν καὶ ἡ βασιλὶς Εὐδοκία ἐκ τῆς Ἄφρων ἄρτι χώρας ἀνασωθεῖσα, καὶ πολλὴν μὲν αἰδῶ, πολλὴν δὲ τιμὴν νέμουσα ἀξιοῦσά

(3) Eudocia servata ex Africa dicitur, quod a Genserico Wandalorum rege captiva in Africam deducta, post dimissa est.

τε αὐτὸν τοῦ μὲν κίονος κατελθεῖν, φοιτῆσαι δὲ πρὸς τοὺς αὐτῆς τόπους, καὶ τούτους οἰκῆσαι. Πολλοὶ δέ μοι, ἔλεγεν, οὗτοι, καὶ ἅμα μὲν ἡσυχίας φίλοι, ἅμα δὲ καὶ παραμυθίαν ἄλλην ὀρέγειν δυνάμενοι. Ὁ δὲ τῆς ἀγαθῆς αὐτὴν γνώμης ἀποδεχόμενος οὐκ ἔκρινε μεταβαίνειν, ἀλλ' ἐνταῦθα δὴ διακαρτερεῖν, ἔνθα καὶ παρὰ Χριστοῦ πεφύτευτο τῇ ἀρετῇ ῥιζοῦσθαι, καὶ τὸν καρπὸν διδόναι κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα. Ταῦτα καὶ τοιαῦθ' ἕτερα λέξας καὶ εὐλογίας αὐτὴν ἀξιώσας ἐκπέμπει. Καὶ τότε δὴ πρὸς τὸν τοῦ Γελασίου κίονα μεταβαίνει, καὶ ἅμα τῷ στύλῳ, ὑψηλότερος γὰρ ἦν, καὶ αὐτῷ τὰ τῆς ἀρετῆς ἐπεδίδου, καὶ πολιτείας ὑψηλοτέρας ἐπελαμβάνετο. Οὐκ ἔμελλε δὲ ἄρα οὔτε τῷ διαβόλῳ οὔτε τοῖς ἐκείνου ἀνεκτὰ ταῦτα εἶναι. Διά τοι ταῦτα αὐτὸς μὲν ὑπῆρχεν ὁ κάμινον αὐτῷ πάλιν τῶν πειρασμῶν ἀνάπτων, ἐκέχρητο δὲ τοῖς ἐν Βυζαντίῳ τῶν αἱρετικῶν παισὶν ὑπηρέταις. Οὗτοι γύναιόν τι τῶν ἑταιριζομένων παραλαβόντες ᾗ τὸ μὲν γένος Ἀσία, πλεύσασα δὲ εἰς Βυζάντιον, πορισμὸν ἑαυτῇ φεῦ! ἀπὸ τοῦ οἰκείου σώματος πονηρὸν ἐποιεῖτο. Ταύτην λόγοις ἐξαπατήσαντες καὶ ὅρκοις πείσαντες καὶ χρημάτων ἐπαγγελίᾳ ὅλην πρὸς ὅπερ ἠβούλοντο παρορμήσαντες, παρασκευάζουσι πρὸς τὸν ἅγιον ἀπελθεῖν, καὶ ἢ ἐκείνῳ ἢ ἑνί γε τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἔρωτα ἐναπεῖραι καὶ πρὸς ἐπιθυμίαν ἄτοπον ἐκκαλέσασθαι. Ἄνεισι τοιγαροῦν ἡ ἀκόλαστος πρὸς τὸν σώφρονα, πρὸς τὴν καθαρὰν ψυχὴν ἡ ἀκάθαρτος ἀκολούθων πλῆθος ἐπαγομένη, φαντάσμασί τε καὶ σχήμασι βδελυροῖς χρωμένη καὶ χρυσίων περιβολῇ, καὶ κοσμίων ἄλλων ἐπιπλοκῇ, κλέπτειν οἰηθεῖσα καὶ δελεάζειν ὀφθαλμοὺς ἐκείνους, οὐδὲν πρόσγειον, οὐδὲν τῶν ὑλικῶν ἀγαπήσαντας. Παραμείνασα δέ τινι τῶν ἀγρῶν ὃς τοῦ τε κίονος ἦν ἀντικρὺ καὶ τῆς μάνδρας τῶν λογικῶν θρεμμάτων τῶν τοῦ καλοῦ τοῦδε ποιμένος Δανιήλ, καὶ προσεποιεῖτο νοσεῖν, ἵν' εἰ δυνατὸν καὶ αὐτῷ μὲν τῷ ἁγίῳ ψυχικῆς ἀῤῥωστίας αἰτία γένοιτο· εἰ δ' οὖν, τοῖς γε μαθηταῖς ἐκείνου τὴν λύμην ἐνθείη.

ΚΓ'. Ὡς δὲ ἐπὶ πολὺν χρόνον παραμεινάσῃ ἅπαν αὐτῇ τὸ σόφισμα μάταιον ἦν, κατέρχεται μὲν πρὸς τοὺς ἀποστείλαντας, λέγει δὲ ἡ κατάπτυστος, καὶ καταψεύδεται τοῦ ἁγίου, ἃ μὲν μήτι γε τῷ μεγάλῳ ἐκείνῳ ἐπὶ νοῦν ἦλθε (τοῦτο γὰρ ὁ σφόδρα τῶν λογισμῶν ἐκκρουσθεὶς ἐπίστευσεν), ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐκείνου φοιτητῶν οὐδενί, πολλοῦ γε δεῖ. Τὰ δὲ ἦν ὡς Ἑάλω μὲν κατ' ἄκρας ἐμοῦ Δανιήλ, ἐδέξατο δὲ τῇ ψυχῇ τὸ βέλος, καὶ τέλος ὡς ἐπέτρεψε τοῖς μαθηταῖς ἀγαγεῖν με διὰ τῆς κλίμακος πρὸς αὐτόν· ἐμοῦ δέ, φησί, μὴ ἀνασχομένης ἐβουλεύσαντο ἀνελεῖν τοῦ τὴν ἀκολασίαν ταύτην λαθεῖν· καὶ ἰδοὺ μόλις τὰς χεῖρας αὐτῶν διαδράσασα τῇ φυγῇ σέσωσμαι. Οὕτω τῆς μαινάδος εὐέλεγκτα διαψευδομένης ἥρπαζον ἐκεῖνοι τοὺς λόγους ὡς ἀληθεστάτοις προσέχοντες· ἃ γὰρ ἐβούλοντο, ταῦτα καὶ ἀληθῆ εἶναι ᾤοντο, καὶ τοῖς ἄλλοις παρέπεμπον. Ἀλλὰ γὰρ ὁ αὐτὸς ἦν κἀνταῦθα Θεὸς καὶ τὸ τῆς δίκης ἄφυκτον καὶ ἀλάθητον. Τί οὖν γίνεται, καὶ πῶς ταῦτα οἰκονομεῖται; Πνεῦμα πονηρὸν ἐπὶ τὴν φαύλην καὶ ψευδολόγον εὐθὺς πέμπεται,

A rogans ipsum, ut de columna quidem descenderet, ad sua vero loca veniret, et ea habitaret. Sunt autem, dicebat ea, mihi multa, et simul quidem amica silentio, et quæ possint aliam præbere consolationem. Ille vero bonam ejus mentem accipiens et laudans, statuit non transmigrare, sed in eo loco perseverare, in quo fuerat a Christo plantatus, et virtutis radices in eo agere, et fructum convenientem dare suo tempore. Cum hæc et alia dixisset ejusmodi, et benedictione eam impertiisset, emittit. Tunc autem transit ad columnam Gelasii, et simul cum columna (erat enim excelsior) ei quoque aucta est virtus; et vitæ institutum aggressus est excelsius. Non erant autem futura hæc tolerabilia, neque diabolo, neque illius asseclis. Propterea ipse qui-
B dem ei rursus accendit fornacem tentationum; usus est vero ministris hæreticis, qui erant Byzantii. Isti cum quamdam sumpsissent mulierem ex meretricibus, quæ erat quidem genere Asiana, ei autem erat nomen Basiana; cum navigasset vero Byzantium, improbum, proh dolor! quæstum faciebat suo corpore. Eam cum verbis decepissent, et promissa pecunia, totam ad id quod volebant, incitassent, efficiunt ut vadat ad sanctum, et vel illum, vel unum ex suis discipulis, ad amorem illiciat, et ad fœdam provocet libidinem. Proficiscitur ergo impudica ad pudicum, impura anima ad mundam, comitum secum ducens multitudinem, splendida externa utens specie, et libidinosis gestibus, aureoque amictu et alio intertexto ornatu, arbitrata se
C allecturam et inescaturam illos oculos, qui nihil terrenum, nihil ex materia concretum dilexerunt. Manens autem in quodam agro, qui erat ex adverso columnæ, et mandræ rationis compotum pecorum hujus egregii pastoris Danielis, simulabat se ægrotare; ut, si fieri posset, vel ipsi quidem sancto ægrotationis animi causa esset; sin minus, illius saltem discipulis afferret perniciem.

XXIII. Cum autem postquam longo tempore mansisset, inane et irritum erat callidum ejus cœptum, descendit quidem ad eos, qui miserant; dicit vero exsecranda, et ea mentitur de sancto, quæ non solum magno illi nunquam in mentem vene-
D runt (hoc enim ne qui valde quidem a mente discessit, crediderit), sed nec ulli ex illius discipulis, multum quidem abest. Hæc autem erant: Mei amore, dicebat, valde quidem captus erat Daniel; animo vero telum acceperat, et tandem cum jussisset suos discipulos, ut me sursum ad ipsum per scalas deducerent, ego autem, inquit, passa non essem, me occidendi consilium ceperunt, ut hæc lateret intemperantia. Et ecce vix manus eorum effugiens, mihi fuga consului. Sic mentiente mænade, et ea dicente, hæc verba illi arripuerunt perinde ac verissima (quæ enim volebant, ea etiam vera putabantur), et ea ad alios transmittebant. Verum enimvero hic quoque erat idem Deus, et justitia, quæ neque potest vitari

nec oblivioni mandari. Quid ergo accidit, et quomodo hæc dispensantur? Malus spiritus statim mittitur ad malam et mendacem feminam, et invitus invitam cogit effari fraudem hæreticorum in illam, et suum rursus mendacium et machinationem. Cum eam ergo accepissent cives, et ad sanctum duxissent, rogabant sanctum ut curaret. Ille autem verus Christi discipulus, qui dixit septuagesies septies oportere fratribus remittere debita, et diligere inimicos, ambo simul præcepta una exsecutus est actione, illud quidem, condonando injuriam, hoc vero, miserendo calamitatis, imo vero eam splendide erigendo, et sanitati restituendo. Nam cum oratione usus, eam oleo sanctorum tanquam salutari aliquo potasset medicamento, malum quidem spiritum, tanquam aliquid venenatum, statim expellit; eam autem, quæ laborabat, suis sanam reddit. Quæ etiam illius complexa columnam, magnas quidem agens gratias, et deinde multa Deo promittens, ut quæ duplicem morbum effugisset, non solum eum qui apparebat et damnum afferebat rei quæ videbatur, sed multo magis eum qui latebat, eratque voluntarius, et sua sponte susceptus, et animam immortalem punire poterat immortaliter.

καὶ ἄκον ἄκουσαν ἐξειπεῖν ἀναγκάζει τήν τε πρὸς ἐκείνην τῶν αἱρετικῶν ἀπάτην, καὶ τὴν αὐτῆς πάλιν ψευδολογίαν καὶ τὸ μηχάνημα. Λαβόντες οὖν αὐτὴν οἱ τῆς πόλεως καὶ πρὸς τὸν ὅσιον ἀγαγόντες θεραπεύειν ἠξίουν. Ὁ δὲ ἀληθὴς Χριστοῦ μαθητὴς τοῦ φήσαντος ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ δεῖν τοῖς ἀδελφοῖς ἀφιέναι τὰ ὀφειλήματα, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾷν, ἀμφοτέρας ἅμα τὰς ἐντολὰς πράξει μιᾷ συνεπέρανε, τὴν μὲν τῷ τὸ ἀδίκημα συγχωρῆσαι, τῇ δὲ τῷ καὶ τῇ συμφορᾷ συναλγῆσαι, μᾶλλον δὲ τὸ καὶ τέλεον αὐτὴν ἀνορθώσασθαι εὐχῇ τε χρησάμενος, καὶ ἔλαιον αὐτὴν τῶν ἁγίων οἷόν τι ποτίσας ἀλεξίκακον φάρμακον, τὸ μὲν πονηρὸν πνεῦμα ὥς τι τῶν ἰοβόλων εὐθὺς ἀπελαύνει, ὑγιᾶ δὲ τὴν πάσχουσαν παραδίδωσι τοῖς οἰκείοις. Ἡ καὶ τῷ ἐκείνου περιπλακεῖσα κίονι πολλὰς μὲν τὰς εὐχαριστίας, πολλὰς δὲ καὶ τὰς πρὸς Θεὸν ἐπαγγελίας τὸ λοιπὸν ἐποιεῖτο, ἅτε διπλῆν ἐκφυγοῦσα νόσον, οὐ τὴν φαινομένην μόνον καὶ φαινομένου πράγματος βλάβην ἔχουσαν, ἀλλὰ πολλῷ πλέον τὴν ἀφανῆ καὶ αὐθαίρετον καὶ ψυχὴν ἀθάνατον κολάζειν ἀθάνατα δυναμένην.

XXVI. Non solum autem morbum, qui modo inciderat, poterat curare sanctus, sed etiam ritu bonorum medicorum, et futurum nosse, et quod erat eventurum, prophetice et videre et dicere certissima poterat conjectura. Magnam quidem certe urbem magnas adorturas esse minas, cum a superis accepisset revelationem, eam episcopo significat Gennadio, jubens contentiore uti precatione. Quin etiam imperatori Leoni prædicit similia, et bis in hebdomada jubet communes fieri supplicationes. Sic enim eis pollicetur iram Dei futuram mitiorem. Atque ii quidem sancti præceptis contemptui habitis, erant ipsa intellecturi experientia, ea quæ multitudo peccatorum effecit, ut ad effectum deducerentur. Procedens autem id declarabit oratio. Quoniam autem divini quoque Agni sacrificatorem oportebat esse Danielem, qui jam ei prius sacrificaverat et corpus et animam, e superis quidem movet imperatorem Spiritus, movet autem Gennadium quoque imperator, et ad eum scribit, ut acceptis multis ex Ecclesia, veniat ad magnum Danielem, et eum consummet ordine sacerdotali. Cum is vero hæc fecisset, qui prævidendi quidem futura magnam habebat potestatem, primum quidem spiritu præcognoscit futurum ad se adventum; deinde cum ille jam venisset ad columnam, dixit se jampridem desiderasse ad eum ascendere, sed curas prohibuisse ecclesiasticas, ne finem imponeret suo desiderio, nunc autem venire, ut et ipsum videret, ejusque precibus frueretur et sermonibus. Rogabat vero, ut scalæ quoque adhiberentur. Frustra, inquit ei prædicendi magna vi præditus Daniel, hunc laborem ut susciperes, procuravit, qui te ad nos movit. Hoc simul et stuporem et metum affert sacerdoti; stuporem quidem, quonam modo sic ejus cognovit adventum, timorem autem, quod mens

ΚΔ'. Οὐ μόνον δὲ τὴν ἄρτι προσπεσοῦσαν ὁ μακάριος νόσον ἰάσασθαι δυνατὸς, ἀλλὰ κατὰ τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἰατρῶν καὶ τὴν ἐσομένην γνῶναι, καὶ τὸ μέλλον προφητικῶς καὶ ἰδεῖν καὶ εἰπεῖν εὐστοχώτατος. Μέλλουσαν γοῦν τῇ μεγάλῃ πόλει μεγάλην ἐπελθεῖν καὶ τὴν ἀπειλὴν, ἄνωθεν δεξάμενος οὗτος τὴν ἀποκάλυψιν τῷ τε ἐπισκόπῳ Γενναδίῳ μηνύει συντονωτέρᾳ χρῆσθαι τῇ εὐχῇ κελεύσας. Ἀλλὰ δὴ καὶ τῷ βασιλεῖ Λέοντι προλέγει τὰ ὅμοια, καὶ δὶς τῆς ἑβδομάδος κοινὰς ἐπιτρέπει τὰς λιτανείας γίνεσθαι· οὕτω γὰρ αὐτοῖς ἐγγυᾶται καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ὁρμὴν ἔσεσθαι πραοτέραν. Οὗτοι μὲν οὖν τῶν τοῦ ἁγίου παραγγελμάτων ὀλιγωρήσαντες πείρᾳ μαθεῖν ἔμελλον, ἅπερ ἁμαρτιῶν πλῆθος εἰς ἔργον ἐλθεῖν παρεσκεύαζε. Δηλώσει δὲ προϊὼν ὁ λόγος. Ἐπεὶ δὲ καὶ θύτην ἄξιον τοῦ θείου ἀμνοῦ τὸν Δανιὴλ ἔδει γενέσθαι, ἤδη τούτῳ προτεθυκότα καὶ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, κινεῖ μὲν ἄνωθεν τὸν κρατοῦντα τὸ πνεῦμα, κινεῖ δὲ καὶ Γεννάδιον ὁ κρατῶν, καὶ ἐπιστέλλει συχνοὺς τῆς ἐκκλησίας λαβόντα πρὸς τὸν μέγαν ἀνελθεῖν καὶ τῇ τοῦ ἱερέως αὐτὸν τελειῶσαι χειροτονίᾳ. Τοῦ δὲ ὡς εἶχε ταῦτα πεποιηκότος, ὁ πολὺς τὰ μέλλοντα προορᾷν πρῶτον μὲν τὴν πρὸς αὐτὸν ἄφιξιν τῷ πνεύματι προγινώσκει· ἔπειτα ὡς ἐκεῖνος ἤδη κατὰ τὸν στῦλον γενόμενος ἔκπαλαι μὲν ἐρᾷν ἔφη τῆς πρὸς αὐτὸν ἀνόδου, ἐκκλησιαστικαῖς δὲ φροντίσιν εἴργεσθαι πέρας παρασχεῖν τῇ ἐπιθυμίᾳ, νυνὶ δὲ ἥκειν, αὐτόν τε ἰδεῖν καὶ εὐχῶν αὐτοῦ καὶ λόγων καταπολαῦσαι, ἠξίου δὲ καὶ τὴν κλίμακα στῆναι, Μάτην, φησὶν ὁ προφητικώτατος Δανιὴλ πρὸς αὐτὸν, κόπου σοι κατέστη πρόξενος ὁ κινήσας σε πρὸς ἡμᾶς. Τοῦτο ἔκπληξιν ἅμα καὶ δέος ἐμβάλλει τῷ ἱερεῖ, ἔκπληξιν μὲν ὅπως οὕτω τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ τὸν τρόπον διέγνω, δέος δὲ ὅτι καὶ τὰ τῆς γνώμης αὐτοῦ τῷ μεγάλῳ φανερὰ ἦν· οὐδὲ γάρ, εἰ μὴ παρὰ τοῦ κρατοῦντος ἠνάγκαστο, ἐπένευσεν ἄν ποτε ἀνιέναι.

ejus magno erat Danieli manifesta. Neque enim, nisi coactus fuisset ab imperatore, ad eum unquam venire annuisset.

ΚΕ'. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ μὲν τοῦ ἐπισκόπου, πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἑπομένων τῷ ἐπισκόπῳ τεθῆναι τὴν κλίμακα δεηθέντων καὶ ἀνελθεῖν ἀπηγόρευσεν ὁ ἀήττητος, ἤδη δὲ καὶ ὁ ἥλιος κατὰ μέσας εἱστήκει τὰς κεφαλὰς θερμαῖς αὐτὰς βάλλων ταῖς ἀκτῖσι, καὶ τὸ πλῆθος δίψει καὶ καύσωνι ὁ ἐπίσκοπος φλεγομένους ἑώρα, τί ποιεῖ; Κάτωθεν μὲν ἐπιτρέπει τῷ ἀρχιδιακόνῳ τὰς συνήθεις εὐχὰς ὑπαγορεῦσαι· αὐτὸς δὲ προσευξάμενος χειροτονεῖ τὸν μέγαν καὶ μὴ παρόντα πρεσβύτερον, καὶ ἅμα τὸ πλῆθος, Καὶ ἄξιος, ἐπεβόων ἐπὶ τὸν ἀληθῶς ἄξιον. Οὕτω τοῦ πατριάρχου Γενναδίου ἱερέα τε τὸν Δανιὴλ ὀνομάσαντος καί, Ἰδού, εἰρηκότος, καὶ ὁ λαός σοι τὴν νενομισμένην ἀφῆκε φωνὴν ἐπὶ τούτῳ, καὶ Θεὸς ἄνωθεν δι' ἐμοῦ σοι τὴν χεῖρα ἐπέθηκε, καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ τῆς ἱερωσύνης ἐδέξω σύμβολα· λείπεται γοῦν τὴν κλίμακα τῷ κίονι ἐρεισθῆναι, ἵνα καὶ τῆς ἱερᾶς μετάσχῃς θυσίας, καὶ πάντα ὑπείξῃς τῷ καλοῦντι Θεῷ. Τὸ γνοὺς ὁ μακάριος μὴ ἂν ἀθεεὶ ταῦτα γενέσθαι, ἀλλὰ κἀκεῖνον συνευδοκῆσαι τοῖς γενομένοις, τήν τε κλίμακα τεθῆναι κελεύει, καὶ τὸν οὐράνιον μαργαρίτην, τὴν θείαν φημὶ κοινωνίαν, καὶ δίδωσι καὶ λαμβάνει. Εἶτα καὶ τἄλλα πάντα τοῖς ἱερεῦσιν εἰωθότα ποιήσας καὶ τοῦ πλήθους ὑπερευξάμενος, ἀφῆκε χαίροντας ὁμοῦ καὶ θαυμάζοντας· τὸ μὲν διὰ τὴν πρόγνωσιν καὶ τὴν ἐπαινετὴν ὄντως δειλίαν, τὸ δὲ ὅτι μόγις μέν, πείθεται δὲ ὅμως αὐτὸς μὲν τὴν ἱερωσύνην λαβεῖν, ἐκείνοις δὲ τὰ τῆς εὐχῆς παρασχεῖν καὶ τῆς εὐλογίας. Ταῦτα δῆλα καὶ τῷ βασιλεῖ γίνεται, καὶ τῆς ὁμοίας αὐτὸν ἐμπίπλησιν ἡδονῆς καὶ ἐκπλήξεως.

ΚϚ'. Οὐδὲν οὖν μέγα οὐδὲ τῆς ἀρχῆς φρονήσας οἰκεῖον, ἀλλὰ μαθὼν ὅσον ἐστὶ βασιλείας ἀρετὴ τιμιώτερον, ἄνεισι καὶ αὐτὸς πρὸς αὐτόν, καὶ ὥσπερ τὸν τῦφον καὶ τὴν βασίλειον ὀφρὺν κάτω λιπὼν καὶ ἀπολυσάμενος, βάλλει μὲν ἑαυτὸν εἰς γῆν, ἅπτεται δὲ τῶν ἱερῶν ἐκείνου ποδῶν, καθαπερεὶ τῷ ταῦτα ποιεῖν μεῖζον ἢ κατὰ βασιλέα τιμώμενος. Ἁψάμενος δὲ πληροῦται θαύματος ἢ πρότερον ὁ Γελάσιος· πόδες γὰρ ἐκεῖνοι λίαν ἐξῳδηκότες ἦσαν καὶ ὅλως βρύοντες ἕλκεσι, καὶ ἦν φρικτὸν ὁμοῦ καὶ οἰκτρὸν ἰδεῖν καὶ ἅψασθαι. Τότε γοῦν ὁ βασιλεὺς αὐτὸν καὶ διττῶν βάσιν κιόνων δωρεῖται οὓς αὐτὸς ἵδρυσε, διχθάδιον τὸν στῦλον ἐπονομάσας· οὗ καὶ Δανιὴλ ἐπιβαίνων ἔχαιρεν. Ἐκεῖνός τε γὰρ τῷ ὕψει μᾶλλον ἐπῆρτο, καὶ οὕτως ἅμα πρὸς ἄσκησιν ἐπετείνετο, θέρους μὲν φλογοδέστερον αὐτὸν βάλλοντος τοῦ ἡλίου, χειμῶνος δὲ ψυχρότερον τοῦ ἀέρος. Ὡς δὲ καὶ τῆς τῶν ἀνέμων βίας, χιόνος τε καὶ χαλάζης ἰσχυρῶς ἐπιτεταμένων καὶ ἥκιστα φορητὴν ἐπιδεικνύντων τὴν καρτερίαν, ἀμέλει καὶ πολλὰ τὰ θαύματα ἠκολούθει· ὅπερ ἐμοὶ τὸ μῆκος φεύγοντι τοῦ λόγου οὐ πάντα ῥᾴδιον ἐξειπεῖν, ἀλλὰ τὰ καιριώτατα μόνον ὡς ἡ ὑπόσχεσις. Ὃ δὲ μηδὲ βουλομένῳ δυνατὸν παρελθεῖν, τοῦτο νῦν ὡς ἔχω λόγου πειράσομαι διηγήσασθαι.

A XXV. Cum autem et episcopus, et qui sequebantur episcopum, multum rogavissent, ut admoverentur scalæ, et ad eum ascenderet, prohibebat vero invictus Daniel; imminebat autem jam sol mediis eorum capitibus, calidis eos feriens radiis, et videbat episcopus multitudinem siti et æstu torreri, jubet inferius quidem archidiacono preces dicere consuetas. Ipse autem cum esset precatus, ordinat magnum Danielem etiam non præsentem, presbyterum, et simul multitudo de eo qui erat vere dignus, clamabat, Dignus. Cum sic patriarcha Gennadius Danielem nominasset sacerdotem, et, Ecce, dixisset, et tibi populus justam de more propterea emisit vocem; et Deus desuper tibi per me manum B imposuit, et omnia, ut semel dicam, suscepisti signa sacerdotii. Restat ergo, ut scalæ admoveantur columnæ, ut sis etiam sacri particeps sacrificii, et Deo vocanti omnino cedas. Tunc cum beatus cognovisset Daniel hæc non fieri sine Dei numine, sed ei quoque grata esse et accepta, quæ facta sunt, jubet poni scalas, et cœlestem margaritam, divinam, inquam, communionem, et dat et accipit. Deinde cum etiam fecisset alia omnia, quæ solent fieri a sacerdotibus, et precatus esset pro multitudine, eos dimisit lætantes simul et admirantes, partim quidem propter præscientiam et vere laudabilem timiditatem, partim autem quod vix quidem, persuadetur tamen ipse quidem accipere sacerdotium, illis vero præbere preces et benedic- C tionem. Hæc imperatori quoque significantur, et simili eum replent lætitia et admiratione.

XXVI. Cum non ergo ingentes, qui sunt imperii proprii, sumpsisset spiritus, sed didicisset quantum sit virtus imperio præstantior, ipse quoque ad eum ascendit, et perinde ac si regium fastum et supercilium reliquisset inferius, et se exuisset, se quidem humi prosternit, tangit autem sacros illius pedes, quasi hæc faciendo magis honoraretur, quam quod esset imperator. Quos cum tetigisset, impletur admiratione, sicut prius Gelasius; erant enim illi pedes valde tumentes, et omnino scatentes ulceribus, eratque simul horribile et miserabile illos videre et tangere. Tunc ergo imperator donat eum basi geminarum columnarum, quas ipse posuit, dupli- D cem eam columnam nominans. Quam ascendens lætabatur Daniel. Nam et illa erat sublimior altitudine, et hæc etiam extendebatur ad exercitationem, æstate quidem, ardentius eum sole feriente; hieme autem aere frigidius. Cum vero et vis ventorum, nivisque et grandinis vehementer impeteret, et violentiam ostenderent minime tolerabilem, certe multa consequebantur miracula: quæ quidem mihi, vitanti prolixitatem orationis, non sunt omnia dictu facilia: sed solum, quæ sunt præcipua, ut sum pollicitus. Quod autem nec si velim quidem, possum præterire, hoc nunc, quantum potero assequi oratione, conabor narrare.

aptissime ad movendam misericordiam, et maxime A miserabiliter ad proponendam accederent petitionem; illis autem imperata facientibus, et inferne supplicum ritu cum lacrymis clamantibus, primum quidem ea quæ fiebant, ægre ferebat sanctus, et angebatur animo. Deinde cum videret magis perseverantes, et vehementius precantes, et cum miserabili clamore calidas lacrymas emittentes, nesciebat quid ageret illa misericors anima, ad utrasque distracta cogitationes. Quando enim ad sacerdotes, et ad sacerdotum intuebatur lacrymas, movebatur; quando autem ad columnam et eos qui sunt in ea labores, et optabilissimam quietem, erat inflexibilis. Sic ergo inter se contendentibus cogitationibus, et in æquilibrio quodammodo positis, quærit momentum superni judicii; et eo stante ad orationem, vox statim e B cœlo exsistit, quæ jubet ei ut et descendat, et rursus revertatur ad columnam. Sic eum cum gaudio excipientes episcopi, deduxerunt ad pontificem: qui, dici non potest, quanta rursus fuerit plenus lætitia, et quanto eum honore exceperit. Atque statim quidem Christi miles vertit adversarium, etsi ei in conspectum non venerit, verbis autem solum, tanquam eminus emissis jaculis, usus sit, sicut etiam per eam quam prius miserat epistolam, novum appellans Diocletianum, et cum per utraque eum terruisset, nempe et præsentis sæculi, et futuri supplicia, tanquam improbum mancipium, persuasit ut fugeret. Minarum enim C timore affectus cum respondisset: Ecce tibi concedo civitatem, et omnes qui sunt in ea, ipse prætextu exercitationis processit extra terminos civitatis.

XLIV. Sed nec sic quidem eum dimisit vir fortissimus, sed fugientem, tanquam qui clypeum abjecisset, persequebatur militem, et contendebat eum apprehendere, ut argueret, et cum eo singulari certaret certamine. Iniit ergo viam, quæ illuc ferebat. Vide autem mihi zelum athletæ. Nam cum ei pedes laborassent exercitatione, et non possent ingredi, commodato accipit alios pedes, et ducebatur portatus ab aliis. Fuitne vero ejus iter inane et absque miraculis? Nequaquam; et libentissime quidem omnium meminissem; sed cum tria prohibeant, nempe et prolixitas narrationis, di- D cendi facultatis imbecillitas, et ne, si velim omnia dicere, cum vos exsatiavero, sitis socordiores in iis quæ sunt præcipua, multis prætermissis, paucorum meminero. Quidam leprosus ad eum in via accedens, emisit vocem, quam olim etiam ad Christum, nisi quod ille quidem Filium, hic autem servum Dei vocabat, et rogabat ut ab eo assequeretur curationem. Ille vero: Quid tibi vis, inquit, quod eo relicto qui hæc potest curare, accessisti ad hominem, qui est similibus obnoxius affectionibus, ea postulans, quæ ejus vires superant? Verum enimvero si quidem credis, non illum solum, sed etiam ejus ministros posse hæc curare, erit tibi per nos quoque, ut credidisti, sanatio. Cum autem ille hæc

A θέαστα τὴν αἴτησιν ὑπελθεῖν προγυμνάσας, ἐκπέμπει. Τῶν δὲ τὰ ἐπιτεταγμένα ποιούντων καὶ κάτωθεν ἐν ἱκετῶν σχήματι σὺν δάκρυσιν ἐκβοώντων, τὸ μὲν πρῶτον ὁ ὅσιος ἠγανάκτει τοῖς δρωμένοις, καὶ ἠνιᾶτο. Ἔπειτα, ὡς ἔτι μᾶλλον προσκαρτεροῦντας ἑώρα, καὶ πληθύνοντας δέησιν, δάκρυά τε θερμὰ μετὰ κραυγῆς οἰκτρᾶς ἀφιέντας, οὐκ εἶχεν ὅ τι καὶ δράσειεν ἡ συμπαθὴς ἐκείνη ψυχὴ πρὸς ἑκατέρας μεριζομένη τὰς διανοίας. Ὅταν μὲν γὰρ εἰς τοὺς ἱερέας καὶ τὰ τῶν ἱερέων ἀπεῖδε δάκρυα πρὸς τὴν δέησιν ἐπεκλᾶτο· ὅταν δὲ πρὸς τὸν στῦλον καὶ τοὺς ἐν τῷ στύλῳ πόνους καὶ τὴν περιπόθητον ἡσυχίαν, ἄτεγκτος ἦν. Οὕτως οὖν τῶν λογισμῶν αὐτῷ μαχομένων καὶ ὥσπερ ἰσοστατούντων τὴν ἐκ τῆς ἄνωθεν κρίσεως ἐζήτει ῥώμην· καὶ εἰς προσευχὴν αὐτοῦ στάντος, εὐθὺς ἐξ B οὐρανοῦ φωνὴ τήν τε κάθοδον αὐτῷ παρακελευομένη καὶ τὴν πρὸς τὸν στῦλον πάλιν ὑποστροφήν. Οὕτως οὖν αὐτὸν οἱ ἐπίσκοποι σὺν ἡδονῇ λαβόντες εἰς τὸν ἱεράρχην ἀπῆγον, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν οἵας ἐκείνου πάλιν πληρωθέντος τῆς εὐφροσύνης καὶ μεθ' ὅσης τοῦτον τῆς τιμῆς ὑποδεξαμένου. Εὐθὺς μὲν οὖν ὁ τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης τρέπει τὸν ἀντιτεταγμένον, καὶ μὴ φανείς· τοῖς λόγοις δὲ μόνον ὥσπερ ἀκροβολισμοῖς χρησάμενος, οἷα καὶ δι' ἐπιστολῆς πρότερον νέον προσαγορεύσας Διοκλητιανὸν καὶ δι' ἀμφοῖν φοβήσας, ταῖς τε τοῦ παρόντος αἰῶνος τιμωρίαις, οἷόν τι πονηρὸν ἀνδράποδον φεύγειν ἔπεισε. Τὴν γὰρ ἀπειλὴν δείσας, καὶ ἀπόκρισιν δοὺς ὡς Ἰδού σοι καὶ τὴν πόλιν χαρίζομαι, καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει πάντας, αὐτὸς C γυμνασίας πρόφασιν ἔξω τῶν τῆς πόλεως ὁρίων ἐχώρει.

ΜΔ'. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἀνῆκεν ὁ ἀριστεὺς, ἀλλὰ τὸν δραπέτην ὡς ῥίψασπιν ἐδίωκε στρατιώτην, καὶ λαβεῖν εἰς ἔλεγχον ἐπεζήτει, καὶ πρὸς αὐτὸν διαμιλληθῆναι τὰ μονομάχια. Ἅπτεται γοῦν τῆς ἐκεῖσε φερούσης. Καὶ ὅρα μοι ζῆλον ἀγωνιστοῦ. Τῶν γὰρ ποδῶν αὐτῷ τῇ ἀσκήσει πεπονηκότων καὶ ὁδεύειν οὐ δυναμένων, ἀλλοτρίους δανείζεται πόδας, καὶ ὑφ' ἑτέρων ἤγετο βασταζόμενος. Ἆρ' οὖν ἡ πορεία τούτῳ κενὴ καὶ θαυμάτων ἐκτός; Οὐμενοῦν· καὶ ἥδιστα μὲν ἂν καὶ πάντων ἐμνήσθην· ἀλλὰ τριῶν ἐξειργόντων, τοῦ τῆς διηγήσεως μήκους, τῆς ἀσθενείας D τοῦ λόγου, καὶ ἵνα μὴ τῷ πάντα ἐθέλειν εἰπεῖν διακορεῖς ὑμᾶς θέμενος ῥαθύμους ἔχω ἐν τοῖς καιριωτέροις, τὰ πολλὰ παρεὶς, ὀλίγων μνήμην ποιήσομαι. Λεπρός τις αὐτῷ καθ' ὁδὸν προσελθὼν ἀφῆκε φωνὴν, ἣν καὶ ὁ πάλαι λεπρὸς τῷ Χριστῷ· πλὴν ὅσον ὁ μὲν Υἱὸν, ὁ δὲ δοῦλον ἐκάλει Θεοῦ, καὶ θεραπείας ἐδεῖτο τυχεῖν· καὶ τὸν ταῦτα δυνάμενον θεραπεύειν ἀπολιπὼν ὁμοιοπαθεῖ προσῆλθες ἀνθρώπῳ τῶν ὑπὲρ δύναμιν ἀπαιτῶν; Πλὴν ἀλλ' εἴ τι πιστεύεις οὐκ ἐκεῖνον μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς αὐτοῦ θεράποντας δυνατοὺς εἶναι ταυτὸ θεραπεύειν, ἔσται σοι καὶ δι' ἡμῶν ἴασις, ὡς πεπίστευκας. Ὡς δὲ ἐκεῖνος ταῦτά τε ὡμολόγει, καὶ ἔτι μᾶλλον ἠξίου τὴν ἴασιν, οἶκτος ἅμα καὶ θαῦμα τὸν μέγαν εἰσῄει, τὸ μὲν πρὸς τὴν νόσον, τὸ δὲ πρὸς τὸ ζέον τῆς πίστεως· καὶ στραφεὶς σημαι-

νει τοῖς ἑπομένοις, χεῖράς τε αἴρειν εἰς οὐρανὸν, καὶ δάκρυσι τὸ θεῖον ἐξιλεοῦσθαι. Εἶτα κατ' ἐκείνου πρόσταγμα τῇ θαλάσσῃ τὸ σῶμα λουσάμενος καὶ καθαρισθεὶς (οὐ μακρὰν γὰρ ἦν), ὑγιὴς ὅλος τοῖς παροῦσι ἐδείκνυτο. Οἱ καὶ τὸ πραχθὲν θεασάμενοι καὶ λαβόντες ὡς εἶχε τὸν ἰαθέντα γυμνὸν, τί μὲν οὐκ ἐποίουν, τί δὲ οὐκ ἔλεγον, τί δὲ οὐκ ἔπασχον; Ἐθαύμαζον, ἐβόων, ἐδόξαζον, ἐξεπλήττοντο. Ἐκίνει μὲν αὐτοῖς ἡ πίστις πρὸς εὐχαριστίαν τὴν γλῶτταν, ἐπεῖχε δὲ τοὺς λόγους τὸ θαῦμα, καὶ πρὸς τὴν ἔκπληξιν ἀφώνους ἐδείκνυε. Καὶ μὴν καὶ λέγοντες οὐκ εἶχον ὅ τι καὶ λέξουσι, τὴν τούτου πίστιν ἢ τὴν ἐκείνου χάριν ἢ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν. Ὀφθαλμοὶ δὲ πάντων πρὸς μόνον ἐκεῖνον, καὶ μία φωνὴ καὶ διήγησις, ὁ λεπρός τε καὶ ἡ ἐκείνου κάθαρσις. Ἵνα καὶ B πλείονες ὦσι τοῦ παραδόξου μάρτυρες, καὶ εἰς τὸν μέγιστον τοῦ Θεοῦ ναὸν ἀφικνοῦνται καὶ ἐπὶ ὀκρίβαντος ἱστῶσι τὸν ἄνδρα παρόμοια τῷ Ζακχαίῳ ποιοῦντες. Καὶ γὰρ κἀκεῖνον ἡ πίστις ἐπὶ συκομορέαν ἀνελθεῖν ἔπεισε· καὶ τούτοις αὖθις ἐφ' ὑψηλοῦ στῆναι τὸν ἰαθέντα ἡ ὁμοία ζέσις τοῦ Πνεύματος. Τίς τὰ ἐπὶ τῷ μακαρίῳ τότε γενόμενα διηγήσαιτο;

A confitetatur, et adhuc magis rogabat ut sanaretur, misericordia simul et admiratio magnum subiit Danielem: misericordia quidem, propter morbum, admiratio autem, propter fervorem fidei; et conversus, significat iis qui sequebantur, ut et manus tollant in cœlum, et Deum placent lacrymis. Deinde cum illius jussu is mari corpus lavisset, et fuisset mundatus (non procul enim aberat), ostensus est totus sanus iis qui aderant. Qui cum aspexissent id quod factum fuerat, et nudum accepissent eum, qui fuerat curatus, quid non faciebant? quid non dicebant? quo non animi motu afficiebantur? Admirabantur, clamabant, glorificabant, obstupescebant. Movebat quidem fides eis linguam ad gratiarum actionem; verba autem sustinebat admiratio, et efficiebat, ut præ stupore obmutescerent. Quin etiam dicentes, nesciebant quidnam dicturi essent, hujusne fidem, an illius gratiam, an Dei potentiam. Oculi autem omnium in illum solum erant conjecti, voxque una erat et narratio, leprosus et illius mundatio. Ut ergo essent plures testes hujus rei admirabilis, veniunt ad maximum Dei templum, et virum illum in suggesto statuunt, facientes sicut Zachæus. Nam illi quoque persuasit fides, ut ascenderet sycomorum, et his rursus, ut in alto statuerent eum qui curatus fuerat, persuasit similis fervor spiritus. Quis, quæ tunc propter magnum Danielem fiebant, narraverit?

ΜΕ'. Συῤῥέουσιν ἐπ' αὐτὸν ὀλίγου δεῖν πᾶσα ἡ πόλις, οἱ μὲν νοσοῦντες ἐφέσει τῆς θεραπείας, ἐγγύθεν ἔχοντες τὸ παράδειγμα, τὸν ἰαθέντα λεπρὸν, οἱ δὲ ὑγιαίνοντες ἰδεῖν τε τοὺς θεραπευομένους καὶ τῆς τῶν θαυμάτων θέας μὴ ἀμοιρῆσαι. Ἃ δὲ ἠκολούθει C τῇ πίστει τῶν προσιόντων θαύματα καὶ λόγου κρείττω καὶ ἀκοῆς. Ἐπεὶ δὲ καὶ λαμπρῶς οὕτω προπεμπόμενος ὁ μέγας ἔνθα δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς ἦν ἔγγιστα τῶν τοῦ Ἑβδόμου ἀνακτόρων ἐγένετο, ἀνήρ τις Γότθος τὸ γένος διὰ θυρίδος προκύψας ἄνωθεν, καὶ οὕτω τὸν ὅσιον ἰδὼν προπεμπόμενόν τε καὶ βασταζόμενον εἰς μαλακίαν αὐτὸν ἀποσκώπτει καὶ εἰρωνικῶς ἀποφθέγγεται· Ἰδοὺ, φησὶ, καὶ ὁ νέος ὕπατος. Ταῦτα ἔφη, καὶ εὐθὺς ἀπώνατο τοῦ ληρήματος. Κατενεχθεὶς γὰρ ἐκεῖθεν νεκρὸς ἐπὶ γῆς ἔκειτο. Ὁρῶσι τὸ γεγονὸς οἱ σωματοφύλακες, καὶ λύπης ἅμα καὶ ὀργῆς πληρωθέντες, ἄλλως τε δὲ καὶ δέει περιληφθέντες μήτι καὶ ἕτερος τῶν περὶ αὐτοὺς ἢ αὐτὸς βασιλεὺς ὅμοιόν τι πρὸς τὸν μέγαν παραφθεγξάμενος τοῖς αὐτοῖς περιπέσοι, οὐκ εἴων εἴσω τὸν D ὅσιον χωρῆσαι τῶν βασιλείων. Ὡς δὲ καὶ πολλὰ πειρωμένων τῶν σὺν αὐτῷ παρεισδῦναι, ἄλλως ἡ ὄχλησις ἦν, τότε καὶ τὸν κονιορτὸν εὐαγγελικῶς ἀποτινάξασθαι τῶν ποδῶν τοὺς περὶ αὐτὸν ὁ ὅσιος παραινέσας, καὶ αὐτὸς πρῶτος τοῦτο ποιήσας ἀνέστρεψεν. Οὐ μὴν οὐδὲ τότε κενός· συχνοὶ γὰρ τῶν στρατιωτῶν καὶ μόνον ἐπὶ βραχὺ φανέντα τοῦ ἀγγελικοῦ τρόπου καὶ σχήματος ἐκπλαγέντες αὐτὸν εὐθὺς ὡς εἶχον συνείποντο. Ἀπῄει μὲν οὕτω τὴν ἐπὶ Βύζαντος ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος.

XLV. Confluit ad eum universa fere civitas, ægrotantes quidem desiderio sanationis, prope habentes exemplar, leprosum qui fuerat curatus; sani autem, ut viderent eos qui curabantur, et spectaculo miraculorum minime privarentur. Quæ vero eorum qui accedebant, fidem sequebantur miracula, sunt majora, quam ut verbis exprimi possint, et auribus percipi. Cum autem sic splendide comitatus magnus ille Daniel ad locum, in quo erat imperator, fuit prope palatia Septimi, vir quidam Gotthus genere, desuper prospiciens per fenestram, cum sanctum vidisset sic deduci et portari, ejus irridet mollitiem, et ironice eloquitur: Ecce, inquit, novus consul. Hæc dixit, et statim accepit fructum suarum nugarum; illinc enim deturbatus, humi jacebat mortuus. Vident quod factum fuerat satellites, et dolore simul et ira repleti, et alioqui timore correpti, ne vel alius ex suis, vel ipse imperator simile quid adversus magnum illum locutus, in eadem incideret, non sinebant sanctum ingredi regiam. Cum vero iis qui cum eo erant, conantibus ingredi, alioqui magna erat perturbatio, tunc cum evangelice pedum suorum excutere pulverem, eos qui cum ipso erant, hortatus esset sanctus, et ipse hoc fecisset, reversus est; sed neque tunc vacuus. Multi enim milites, qui cum eum parum solum vidissent, mores et habitum stupuissent evangelicum, eum statim sunt consecuti. Et sic quidem vadit Byzantium homo Dei.

ΜϚ'. Ὁ δὲ κρατῶν δυσωπηθεὶς ὥσπερ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν, καὶ δείσας μή τι καὶ αὐτῷ χαλεπὸν ἐπέλθοι διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὑπεροψίαν, πέμψας ἐν τάχος ὑποστρέψαι παρακαλεῖ. Ὁ δὲ οὐχ ὅπως

XLVI. Imperator autem viri reveritus virtutem, et veritus ne quid ei grave accideret propter illius contemptionem, mittit ad eum quamprimum, et rogat ut revertatur. Ille vero non modo flexus, sed

etiam magis irritatus, cum dixisset, quod qui cœlestem Regem conatur exacerbare, ipse multo magis malorum thesaurum sibi recondit; et deinde adjecisset etiam fore, ut hic brevi excidat ab imperio, et eas quæ illic sunt, minas non effugiat. Hæc cum dixisset, et si quis in tunica remiserat pulvis, eum excussisset, processit fidenti animo. Cum hæc annuntiarentur imperatori, simul etiam sua sponte cecidit turris palatii, perinde ac si per res inanimas arrogantem et insolentem hominem Deus vellet erudire. Quænam autem ab accedente sancto facta sunt miracula (quomodo enim ex urbe cum eis est egressus, ita etiam ingredientem ipsam rursus sequebantur, quodammodo ipsa, ut ita dicam, Dei virtute famulum deducente) cum ex his pauca, eaque propter satietatem, veluti cursim adduxero, transibo ad ea quæ supersunt.

XLVII. Duo quidem ab ipso adolescentes primum sanantur, quæ vexabantur a dæmonibus. Deinde mulier quædam alia fide Chananæa, quæ habebat filiam, et veluti æstuantis animi testes lacrymas profundebat ex oculis, et per eas quærebat curationem, sanam quidem accipit filiam; lætitiam autem referens pro mœrore, domum rediit. Deinde cum sanctus per mediam procederet civitatem, patricius quidam ex senatu, qui ipse quoque Zachæum est imitatus, cum eum ferventi fide domo sua accepisset, Zachæo quoque similem consecutus fuit benedictionem. Postquam autem fuit in ipso maximo Dei templo, et simul versatus fuit cum patriarcha, qui ipsum cum magna simul lætitia accepit et honore, hic quoque aliis quidem nova, sibi vero solita facit miracula. Serpens, qui alicunde prorepserat, et se magni Danielis pedibus per spiras involverat, erat terribile spectaculum; et cum ad eum defendendum, qui aderant, accurrissent, illos quidem insimulat timiditatis; ipse autem serpenti audacter ac fidenter minatus, cum ei tanquam ministro magna imperasset auctoritate : Vade, inquit, et tuas latebras repete, et specus subterraneos. Ille vero perinde ut qui non posset contradicere, statim repit ad parietem, et in conspectu omnium disrumpitur.

XLVIII. Hæc cum de magno Daniele didicisset mulier Rais, fide quidem ferventissima et maxime pia, gloria autem valde insignis, prompto et alacri animo ad eum accurrens, et similiter atque illa meretrix, illius pedes rigans lacrymis, precibus ab eo contendit ut sibi nasceretur filius. Cum autem humi dejecta vidisset ejus pedis soleam, exercitatione a tendine discissam, stupet tolerantiam, et emittit voces Chananeæ similes. Dans enim funiculum, rogat ut cum circa illius pedem involverit, ei rursus reddat : Hæc est, inquiens, summa meæ petitionis. Ille vero primum quidem non sustinebat. Deinde motus etiam illius lacrymis, et præterea episcopi et cæterorum verbis flexus, non solum cum funem circumvolvisset, ei reddidit, sed etiam significavit fore, ut ipsa pareret filium, et prædixit

A χαμφθεὶς, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον παροξυνθεὶς καὶ φήσας ὡς τὸν οὐράνιον βασιλέα παραπικραίνειν ἐπιχειρῶν, αὐτὸς πολὺ μᾶλλον ἑαυτῷ θησαυρίζει κακὰ, εἶτα καὶ προσθεὶς ὡς καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἐκπεσεῖται μετ' ὀλίγον ἀρχῆς, καὶ τὴν ἐκεῖθεν οὐκ ἐκφεύξεται ἀπειλήν· ταῦτα εἰπὼν κἂν εἴ τις ἐνῆν ἀπολειφθεὶς κονιορτὸς τῷ χιτῶνι καὶ αὐτὸν ἀποτιναξάμενος, ἐχώρει θαῤῥῶν. Ἅμα ταῦτα τῷ βασιλεῖ διηγγέλλετο, καὶ ὁ τῶν ἀνακτόρων αὐτομάτως κατέπιπτε πύργος, καθαπερεὶ διὰ τῶν ἀψύχων τὸν ἀλαζόνα τοῦ Θεοῦ παιδεύειν ἐθέλοντος. Τίνα δὲ καὶ προσιόντι τῷ ὁσίῳ τὰ θαύματα (ὥσπερ γὰρ τῆς πόλεως μετὰ τούτων ἐξῄει, οὕτω καὶ εἰσιόντι πάλιν αὐτὰ συνείπετο οἷα καὶ αὐτῆς φάναι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως τὸν θεραπεύοντα προπεμπούσης), ἐκ τούτων ὀλίγα διὰ τὸν κόρον ὡς
B ἐν παραδρομῇ θεὶς ἐπὶ τὰ λειπόμενα μετελεύσομαι.

ΜΖ'. Δύο μὲν αὐτῷ νεανίσκοι τὸ πρῶτον ἰῶνται δαίμοσιν ἐνοχλούμενοι· ἔπειτα γυνή τις ἄλλη Χαναναία τὴν πίστιν, θυγάτριον ἔχουσα καὶ οἷα μάρτυρας τῆς φλεγμαινούσης ψυχῆς τὰ τῶν ὀφθαλμῶν προχέουσα δάκρυα, καὶ δι' αὐτῶν ζητοῦσα τὴν θεραπείαν, ὑγιᾶ μὲν τὴν παῖδα λαμβάνει, χαρὰν δὲ ἀντὶ λύπης κομισαμένη οἴκαδε ἐπανῄει. Εἶτα καὶ διὰ τῆς πόλεως μέσης τῷ ὁσίῳ χωροῦντι τῶν τῆς βουλῆς τις πατρικίων τὰ Ζακχαίου καὶ αὐτὸς μιμησάμενος καὶ τῷ ἰδίῳ οἴκῳ κατὰ θερμὴν τὴν πίστιν εἰσοικισάμενος, τῆς ὁμοίας ἔτυχεν εὐλογίας. Ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς αὐτῷ ἤδη τῷ μεγίστῳ τοῦ Θεοῦ ναῷ ἦν, καὶ τῷ πατριάρχῃ
C συνῆν μετὰ πολλῆς αὐτὸν δεξαμένῳ τῆς ἡδονῆς ὁμοῦ καὶ τιμῆς, κἀνταῦθα τοῖς μὲν ἄλλοις καινὰ, ἑαυτῷ δὲ συνήθη θαυματουργεῖ. Ὄφις ποθὲν ἑρπύσας καὶ τοῖς τοῦ μεγάλου ποσὶ συσπειραθεὶς φοβερὸν θέαμα ἦν· καὶ πρὸς ἄμυναν τῶν παρόντων ἐπιδραμόντων ἐκείνοις μὲν τὴν δειλίαν κατονειδίζει, αὐτὸς δὲ τῷ ὄφει θαῤῥούντως ἀπειλησάμενος καὶ ὡς ὑπηρέτῃ κατὰ πολλὴν αὐθεντίαν ἐγκελευσάμενος, Πορεύου, φησὶ, καὶ φωλεοῦ τοῦ συνήθους ἔχου καὶ τῶν ὑπὸ γῆν καταδύσεων. Ὁ δὲ ὥσπερ μὴ ἀντιλέγειν δυνάμενος ἕρπει τε πρὸς τὸν τοῖχον αὐτίκα καὶ ὑπὸ τοῖς πάντων ὀφθαλμοῖς διαῤῥήγνυται.

ΜΗ'. Ταῦτα καὶ Ῥαῖς περὶ τοῦ μεγάλου μαθοῦσα,
D γυνὴ τὴν μὲν πίστιν τῶν πάνυ θερμοτάτων καὶ εὐσεβῶν, τὴν δὲ δόξαν τῶν ἄγαν ἐπιφανῶν, προθύμως τε συνδραμοῦσα καὶ παραπλησίως τῇ πόρνῃ τοὺς ἐκείνου πόδας δάκρυσι βρέχουσα, παρεκάλει δι' εὐχῆς αὐτῇ γενέσθαι υἱόν. Ὡς δὲ κάτω κειμένη τοῦ ποδὸς αὐτῷ τὸν ταρσὸν ἐκκεκομμένον τῇ ἀσκήσει τοῦ τένοντος ἐθεάσατο, καταπλήττεται τὴν ὑπομονὴν, καὶ φωνὰς τῇ Χαναναίᾳ παραπλησίας ἀφίησι. Διδοῦσα γὰρ σπαρτίον ἠξίου τῷ ποδὶ ἐκείνῳ περιελίξαντα πάλιν αὐτῇ δοῦναι τοῦτο βοῶσα πλήρωμα τῆς αἰτήσεως. Ὁ δὲ πρῶτον μὲν οὐχ ἠνείχετο· ἔπειτα καὶ τοῖς ἐκείνης δυσωπηθεὶς δάκρυσι, πρὸς δὲ καὶ τοῖς τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν λοιπῶν χαμφθεὶς ῥήμασιν, οὐ μόνον αὐτῷ σπαρτίον περιελίξας δέδωκεν, ἀλλὰ καὶ παιδίον αὐτὴν τεκεῖν προεσήμανε, καὶ τὴν τοῦ

παιδὸς κλῆσιν προανεφώνησε, Ζήνωνα, φάσκων, ὦ γύναι, τὸν παῖδα καλέσεις. Καὶ οὕτω μὲν ὁ ἅγιος. Ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄρτι πλέον ἐρῶ· δῆλον γὰρ ὅτι γέγονεν· ἐπεὶ μηδὲν διέπιπτε τῶν ὑπ' ἐκείνου προλεγομένων. Διὰ ταῦτα καὶ τὸν ὅσιον ὁ βασιλεὺς δεδοικὼς, καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν ἀντιπνέειν ὅλως ἐκκλίνων τέχνῃ καὶ κολακείᾳ τοῦτον μετελθεῖν ἐπεχείρει· καὶ ἐπειδὴ πολλάκις αὐτὸν παραγενέσθαι καὶ διὰ πολλῶν δεηθεὶς οὐκ ἔπειθεν, αὐτὸς πρὸς αὐτὸν ἦλθε, καὶ ἐν οἰκέτου σχήματι προσκυνεῖ, καὶ ποδῶν ἅπτεται τῶν ἐκείνου, συγγνώμης δῆθεν ἀξιωθῆναι δεόμενος. Ὁ δὲ (καὶ τίς γὰρ ἐκείνου διορᾷν ταῦτα ὀξυωπέστερος;) ἐκεῖνον μὲν τότε πολλοῖς τοῖς ὀνείδεσι πλύνει· ὕστερον δὲ καὶ τὸ τοὺς πολλοὺς λανθάνον ἀνακαλύπτει, Τὸ ταπεινὸν ἐκεῖνο καὶ συντετριμμένον, εἰπὼν, ὑπόκρισις καὶ μηχάνημα ἦν, ὑπὸ δασεῖ κῳδίῳ τὸ χαλεπὸν αὐτοῦ καὶ ἄγριον συγκαλύπτων. Ἀλλὰ διὰ τάχους ὄψεται τὸν πάντα διορῶντα τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸν καὶ τὴν κραταιὰν χεῖρα καὶ τοὺς δυνατοὺς καταβάλλουσαν. Ὁ μακάριος τοσαῦτα θαυματουργήσας καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ πολέμιον τρέψας, καὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας εὖ καταστήσας, ἀλλὰ δὴ καὶ προφητεύσας τὰ μέλλοντα, πάλιν ἐπὶ τὸν στῦλον γίνεται, καὶ τῶν ἀγώνων τε καὶ πόνων εὐψύχως ἀντιλαμβάνεται.

ΜΘ'. Οὐ πολὺς ἐν μέσῳ χρόνος, καὶ Βασιλίσκος μὲν, ὡς ἡ τοῦ Δανιὴλ πρόῤῥησις, τῶν βασιλείων ἐκβάλλεται, Ζήνων δὲ πάλιν τῶν σκήπτρων τε περιέχεται, καὶ αὐτῷ τὰ τῶν προῤῥήσεων πέρας ἐλάμβανε, πρὸς τὸν μέγαν τε καὶ μετὰ τῆς γυναικὸς ἄνεισι καταλλήλους μὲν τῶν προῤῥήσεων τὰς ἐκβάσεις ἰδὼν, ἀξίας δὲ τῶν ἐκβάσεων ἀποδώσων εὐχαριστίας. Ἤδη δὲ τοῦ λόγου τὸ τέλος ζητοῦντος καὶ τῷ τοῦ μεγάλου βίῳ συναναπαυθῆναι προθυμουμένου, μικρὸν ἔτι τοῖς ἐκείνου θαύμασιν ἐντρυφήσωμεν. Ἀνήρ τις χρυσοχόος τὴν τέχνην παιδίον ἔσχεν ἑβδόμου μὲν ἤδη τοῦ ἔτους ἁπτόμενον, οὔπω δὲ καὶ βαδίζειν δυνάμενον, ἀλλὰ κατὰ τὰ ἑρπυστικὰ τῶν ζώων ἐν τῷ κινεῖσθαι τῇ κοιλίᾳ χρώμενον. Τοῦτον οἱ τοκεῖς λαβόντες προτιθοῦσι τοῦ στύλου, καὶ αὐτοὶ κάτωθεν οἰκτρόν τι καὶ δακρυῶδες ἐπικωκύοντες καὶ αὐτοὺς τοὺς ὁρῶντας ἐξεκαλοῦντο πρὸς δάκρυα. Ὁ δὲ ὅσιος ἄνωθεν διακύψας, καὶ τοῦτο μὲν ἐπιτιμήσει, τοῦτο δὲ καὶ παραινέσει τὸ πένθος αὐτοῖς στήσας, τῷ ἱερῷ προσκαρτερεῖν κελεύει τῷ Συμεὼν οἴκῳ, καὶ τοῖς σεπτοῖς χρῆσθαι λειψάνοις, καὶ οἷόν τι λυτήριον ταῦτα τοῖς ποσὶ τοῖς νόσῳ πεδεδημένοις ἐπιτιθέναι. Εἶπε, καὶ γέγονε. Καὶ κατὰ τὴν ἑβδόμην εὐχῆς ὡς ἔθος ὑπὸ τοῦ μάκαρος τελουμένης (ὦ θαυμασίων ἔργων!) δημιουργὲ Κύριε, ἀλλόμενον εὐθὺς τὸ παιδίον ὁρῶσι τῶν κιόνων τε τοὺς βαθμοὺς ἀναβαῖνον καὶ τῷ στύλῳ περιπλεκόμενον.

Ν'. Ἕτερός τις ἐκ τῆς ἀνατολῆς τὴν πορείαν ποιούμενος περιπίπτει λῃσταῖς. Οἱ δὲ πληγὰς αὐτῷ, κατὰ τοὺς ἱεροὺς λόγους εἰπεῖν, ἐπιθέντες καὶ λαβόντες ἃ ἐπεφέρετο, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν γονάτων αὐτῷ νεῦρα συγκόψαντες, ἡμιθανῆ καταλείπουσι. Τοῦτον ὁδοιπόροι τινὲς οὑτωσὶ κείμενον θεασάμενοι καὶ φιλανθρώπως διαβαστάσαντες εἰς τὴν πόλιν Ἄγκυραν ἀποφέρουσιν, ἐκ γειτόνων οὖσαν, καὶ τῷ

A etiam nomen filii, Zenonem, dicens, o mulier, vocabis filium. Et sic quidem sanctus. Ego autem nihil dicam amplius. Clarum est enim ita evenisse; nihil enim excidebat ex iis quæ ab illo prædicebantur. Propter sanctum quoque timens imperator, et ei omnino repugnare declinans, eum aggreditur arte et blanditiis, et cum ipse sæpe eum, et per multos, ut ad ipsum veniret precatus, non persuadebat, ipse ad eum venit, et ritu supplicis adorat, et illius pedes prehensat, rogans ut sibi detur venia. Ille autem (quis enim ad ea videnda erat ipso perspicacior?) illum quidem multis tunc probris insequitur. Deinde etiam aperit id quod multos latebat: Humilitas illa, dicens, et contritio est artificiosa simulatio, densa pelle tegens importunitatem

B ejus et immanitatem, sed cito videbitis, qui omnia perspicit Dei oculum, et validam manum, quæ etiam potentes dejicit. Atque cum sic quidem sanctus tam multa fecisset miracula, Deique vertisset et profligasset hostem, et res Ecclesiæ bene constituisset, quin etiam futura prædixisset, revertitur ad columnam, et certamina ac labores magno et forti animo suscipit.

XLIX. Non multum interfluxit temporis, et Basiliscus quidem ut a magno prædictum fuerat Daniele, a regia expellitur, et Zeno rursus sceptra tenet, et finem acceperunt ejus prædictiones, et ad magnum Danielem venit Zeno cum uxore, videns

C quidem convenientes exitus prædictionum, eventu autem dignas redditurus gratias. Jam vero finem quærente oratione, et cum magni Danielis vita volente simul requiescere, in illius miraculis adhuc parum perjucunde immorabimur. Vir quidam artificio aurifex habebat puerum, qui septimum quidem jam annum attingebat, nondum autem poterat ingredi, sed serpentium ritu ventre utens, se movendo reptabat. Sumpserunt eum parentes, et posuerunt ante columnam; ipsi autem infra miserabiliter et flebiliter ejulantes, ipsos quoque qui videbant, provocabant ad lacrymas. Sanctus vero ex alto despiciens, cum partim quidem increpando, partim autem admonendo eorum luctum sedasset, jubet ut perseverent in sacra æde Simeonis, et ve-

D nerandis utantur reliquiis, et ea tanquam aliquod solvens medicamentum, morbo vinctis imponant pedibus. Dixit, et facta sunt. Et septimo die cum de more precatio fieret a beato (o admirabilium operum opifex Domine!), vident statim puerum salientem, et gradus ascendentem, et columnam amplectentem.

L. Quidam alius iter faciens ab Oriente, incidit in latrones, qui cum ei plagas, ut cum sacra dicam Scriptura, imposuissent, quæ secum habebat, auferunt; quin etiam cum ejus genuum nervos exsecuissent, relinquunt semimortuum. Eum quidam viatores cum vidissent sic jacentem, et benigne sustulissent, ferunt in propinquam civitatem Ancyram, et id civitatis episcopo significant, a quo mul-

ἄφωνος ἦν, πολλὰ βοῶν τῷ τῆς καρδίας πρὸς τὸν Θεὸν στόματι. Ἧκεν ἡ πρώτη κυρία τῶν ἡμερῶν, καὶ τοῦ διακόνου τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον συνήθως μέλλοντος ὑπαναγινώσκειν, ὡς πρότερον, τὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ ὄνομα τοῖς λαοῖς ἐξεφώνησε, προφθάσας πάντας ὁ παῖς, τὸ, Δόξα σοι, Κύριε, καθαρᾷ, ἔφη, καὶ μεγίστῃ φωνῇ· καὶ τὸ λοιπὸν οὕτω τῆς ἱερᾶς λειτουργίας συμψάλλων τῷ πλήθει καὶ συναποκρινόμενος διετέλεσε. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα τῷ μεγάλῳ κατώρθωται μήτε λόγῳ ῥητὰ, μήτε διὰ τὸν κόρον ἀκοῇ χωρητά.

ΝΒ'. Πλὴν ἀρκέσει καὶ ταῦτα δεῖξαι ὅσην ἐκεῖνος ἐπλούτει τὴν πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν, καὶ ὅσην κἀντεῦθεν εἶχε τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἐγγύτητα. Τοῦτο δὲ μόνον ἐρῶ καὶ ὡσπερεὶ τὰ ῥηθέντα ἐπισφραγίσομαι, ὅτι τοσοῦτον ἦν αὐτῷ μετὰ πολλῶν καὶ μεγίστων θαυμάτων τὸ ἐπιεικές τε καὶ μέτριον, καὶ οὐχ ἁπλῶς μέτριον, ἀλλὰ καὶ συντετριμμένον, κατὰ τὸν θεῖον φάναι Δαυῒδ, καὶ εἰς ἄκρον ἧκον τῆς ταπεινώσεως, ὥστε οὐ μᾶλλον ἄν τις ἐθαύμασεν αὐτὸν τῆς ἐνεργείας τῶν παραδόξων ὅσον τοῦ τοιαῦτα διενεργοῦντα μηδὲν πλέον ἔχειν τῶν πολλῶν οἴεσθαι. Ἀμέλει καὶ τοσοῦτον εἰς ἀρετὴν προσέχων σφόδρα περὶ τοῦ κρίνειν τὰ τῶν ἄλλων εὐλαβῶς εἶχε καὶ πεφεισμένως. Καὶ τὸ ἐν παντὶ δὲ περὶ Θεοῦ καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς τι διδάσκειν οὕτως ἐπίφοβον ἦν αὐτῷ καὶ πεφυλαγμένον, ὡς καί ποτέ τινων περὶ θεολογίας φιλοπευστούντων, καὶ ἄτοπά τινα δῆθεν ὑπὸ ἱερέων τολμώμενα προτεινόντων καὶ διενοχλούντων αὐτῷ, Εἰ μὲν περὶ Θεοῦ, φησὶν, ἐστὶν ὁ ἀγὼν, αὐτάρκης ἡμῖν ὁ τῶν ἀποστόλων χορὸς καὶ αἱ θεολόγοι τῶν Πατέρων φωναὶ, καὶ οὐδὲν δέον περαιτέρω περιεργάζεσθαι· εἰ δὲ καὶ περὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων καὶ ἱερέων ὑμῖν τὸ ἀμφίβολον, ταῦτα πάντα τῇ τοῦ Θεοῦ κρίσει συγχωρητέον καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνου τὴν τοιαύτην παραλαβοῦσιν ἀρχήν. Ἡμῖν δὲ ἀγαπητὸν καὶ ὑφ' ἑτέρων ποιμαίνεσθαι καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς σκοπεῖν, ἀλλὰ μὴ τῶν περιττῶν τούτων καὶ βλαβερῶν ἔχεσθαι ζητημάτων. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

ΝΓ'. Ὁ δὲ λόγος ἤδη πρὸς τὸ τέλος ἥκοντος τοῦ ἁγίου, καὶ αὐτὸς μέλλει καταλήγειν εἰς σιωπήν. Πλὴν ἀλλὰ μικρά τινα κἀνταῦθα πρὸ τοῦ τέλους εἰπόντες οὕτω τὸν λόγον διαναπαύσομαι. Ἔγνω μὲν ὁ προφητικὸς ἐκεῖνος σὺν ἅπασι τοῖς λοιποῖς καὶ τὴν ἑαυτοῦ πρὸς Κύριον ἐκδημίαν καὶ τοῖς μαθηταῖς τοῦτο φανερῶς προηγόρευσεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ κυρία ἤδη ἐγγίζουσα ἦν ἐγγράφως αὐτοῖς τὰ τῆς εὐλογίας ὥσπερ τινὲς ἄλλοι τὰ τῆς οὐσίας χαρίζονται, καὶ ὑπογραφεὺς αὐτῷ διηκόνει, καὶ οὕτως ἔχουσα ἡ διάταξις· Ἐγὼ, φησὶ, τέκνα καὶ ἀδελφοὶ (ἀμφότερα γὰρ ὑμεῖς), τὸ μὲν ὅτι πνευματικῶς ὑμᾶς ὤδινα, τὸ δὲ ὅτι κοινῶς ἁπάντων ὁ Θεός· πρὸς τοῦτον ἤδη τὸν κοινὸν Πατέρα πορεύομαι. Πλὴν οὐκ ὀρφανοὺς ἐάσω τοὺς ἐμοὶ ποθεινοὺς, πατρὸς ἐρημίαν ὀδυρομένους, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνῳ πατρὶ τὴν ὑμῶν πρόνοιαν καταλείπω, ὃς δὴ τὰ πάντα ὑμῶν ἐμὲ πεποίηκεν. Αὐτὸς οὖν ὁ

A peditam, erat mutus, ore cordis multa loquens ad Deum. Venit dierum primus et præcipuus; et cum diaconus Christi Evangelium esset de more lecturus, cum primum nomen evangelistæ effatus est populis, omnes puer præveniens, dixit pura et maxima voce, « Gloria tibi, Domine; » et sic deinceps per totum sacrum ministerium perseveravit simul cum populo canere et respondere. Atque multa quidem alia a magno Daniele gesta sunt, quæ neque verbis explicari possunt, neque propter satietatem capi auribus.

LII. Verum enim vero sufficient hæc ad ostendendum, quanta ille fiducia esset dives apud Deum, et quanta ei cum illo intercederet conjunctio. Hoc autem solum dicam, et ea quæ dicta sunt, veluti
B obsignabo, quod cum multis et maximis miraculis, tanta erat ei lenitas et moderatio; et non solum moderatio, sed ut cum divino David dicam [10], contritio et summa humilitas, ut non magis eum quis admiretur propter operationem miraculorum, quam quod cum talia operaretur, nihil existimaret se plus habere aliis. Quin etiam cum virtute tantum præstaret, in judicio de aliis ferendo erat admodum cautus et parcus. Quam vero esset in omni re a fastu et superbia alienus, quis dixerit? Eorum autem, quæ supra nos sunt, adeo timebat et cavebat docere aliquid, ut cum quidam, qui de theologia libenter sciscitabantur, quædam etiam absurda proponerent, quæ audebant facere sacerdotes, et ei
C exhiberent molestiam : Si a vobis quidem, diceret de Deo disceptatio, vobis sufficit chorus apostolorum, et quæ de Deo disserunt Patrum voces, neque opus est curiose ulterius inquirere. Quod si de rebus humanis et sacerdotibus vobis est controversia, sunt hæc omnia Dei judicio relinquenda, et iis qui ab illo talem acceperunt administrationem : nobis vero satis esse debet, si ab aliis pascamur, et ea consideremus et inquiramus, quæ ad nos pertinent, non autem has supervacaneas et noxias persequamur quæstiones. Et hæc quidem sic habent.

LIII. Oratio autem, cum jam veniat sanctus ad finem, desitura est ipsa quoque in silentium. Verum enimvero cum hic quoque pauca quædam ante finem dixerimus, sic sistemus orationem. Cognovit
D quidem vir ille propheticus cum reliquis omnibus, suam quoque ad Dominum migrationem, idque aperte suis prædixit discipulis. Cum autem præstitutus dies jam appropinquaret, benedictionem eis reliquit in scriptis, sicut quidam alii facultates, eique deservit scriba, et tale fuit ejus testamentum : Ego, inquit, o filii et fratres (ambo enim vos estis, tum quod vos genui spiritualiter, tum vero, quod Deus est communis pater omnium), ad hunc communem Patrem jam vado, sed non orbos relinquam mihi dilectos, deflentes patris solitudinem, sed illi Patri vestri relinquo curam, qui cum vobis omnibus me creavit. Ipse ergo, qui omnia fabrica-

[10] Psal. L, 19.

tus est ratione et sapientia, et deinde cœlos quoque inclinavit, et descendit in terram [11], et mortuus est, et resurrexit pro nobis, ipse erit vobiscum: ut sapiens quidem, vos servans a maligno; ut Dominus autem, ad suam conservans voluntatem; ut pater vero, si forte aberretis, benigne revocans, et spiritualiter ulnas nobis extendens; ut autem qui se pro nobis ad mortem tradiderit, vos etiam inter vos invicem conjunget concordia, et efficiet, ut sitis unum spiritu. Sectemini humilitatem, servite obedientiæ, amate hospitalitatem, jejunium, vigiliam, paupertatem, et quod est primum et maximum præceptum, charitatem; quæ ad pietatem pertinent, recte tenete. Hæreticorum zizania cavete; a matre vestra Ecclesia minime separemini. Si hæc omnia feceritis, eritis virtute perfecti.

LIV. Hæc piis labris dictavit, et jussit legi ab omnibus monachis, stantibus ad scalarum gradus, et deflentibus illius separationem. Dicitur autem hoc visum esse circa eum; nempe tribus diebus ante mortem, jam media nocte concurrisse et ad eum convenisse sanctos, qui fuerunt a sæculo, prophetas, apostolos, martyres, et omnes denique sanctos, qui et magnum benigne salutarunt, et jusserunt eum divinum celebrare mysterium. Quod quidem celebravit, et intemerata ipsa sumpsit sacramenta, et iis quibus par erat impertiit. Atque jam quidem magnus extremum agebat spiritum, et ipse antistes episcoporum (is erat Euphemius), jam enim mortuus erat Acacius, cum aliis veniebat ad emigrationem. Aderat autem Rais quoque fidelissima, et vir quidam, qui possidebatur a dæmone, pergebat ad columnam; qui et sanctorum ad sanctum adventum clamando aperte significabat, et eos suis appellabat nominibus, et ipsorum, ut qui convenissent, meminerat angelorum. Deinde etiam adjiciebat fore ut tertia hora hujus diei ipse Daniel excedat ad Dominum, et a diuturna habitatione immundus expellatur spiritus. Quæ utraque suo tempore evenerunt. Quæ prius dicta est autem Rais, magnifice parabat ea quæ pertinebant ad sepulturam; et cum multos adduxisset artifices, et jussisset fieri tumulum in inferiore parte basis columnæ, et usque ad fastigium, statuit ex utraque parte tumuli homines, qui faces ferrent, et lampades tenerent manibus, et ea canerent, quæ cani solent in decessu. Cumque illa corpus infra detulisset, in plumbeo id ponit loculo, in hoc quoque servans magni Danielis testamentum. Ille enim mandavit discipulis, seu imperatores, seu reges, aut ulli alii, se invicem superare contendant in loculi sumptu et magnificentia, nolite suscipere: sed illic et sic corpus deponi sinite, ubi et quomodo voluerit Rais fidelissima. Hæc ergo peracta sunt, et expulsus est immundus dæmon, cum multum hominem discerpsisset.

LV. Porro autem quædam quoque alia effecta sunt

[11] Psal. XVII, 10.

A πάντα λόγῳ καὶ σοφίᾳ δημιουργήσας, εἶτα καὶ οὐρανοὺς κλίνας, καὶ κατελθὼν ἐπὶ γῆς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν θανών τε καὶ ἀναστὰς, αὐτὸς ἔσται μεθ' ὑμῶν· ὡς μὲν σοφὸς, φυλάττων ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, ὡς δὲ δεσπότης εἰς τὸ αὐτοῦ θέλημα συντηρῶν, ὡς δὲ καὶ πατὴρ, κἂν εἴ τι σφαλῆτε, φιλανθρώπως ἀνακαλούμενος καὶ πνευματικῶς ὑμῖν τὰς ἀγκάλας ἁπλῶν· ὡς δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν εἰς θάνατον προέμενος ἑαυτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀλλήλοις ὁμονοίᾳ συνάψει, καὶ ἓν εἶναι παρασκευάσει τῷ πνεύματι. Ταπεινοφροσύνης ἔχεσθε, ὑπακοῇ δουλεύετε, φιλοξενίας ἐρᾶτε, νηστείας, ἀγρυπνίας, ἀκτημοσύνης, τῆς πρώτης καὶ μεγίστης τῶν ἐντολῶν ἀγάπης, τὰ πρὸς εὐσέβειαν ὀρθῶς ἔχοιτε, τὰ ζιζάνια τῶν αἱρετικῶν φυλάττεσθε, τῆς μητρὸς ὑμῶν τῆς Ἐκκλησίας κομιδῇ μὴ χωρίζεσθε. Ἂν B ταῦτα πάντα ποιῆτε, τέλειοι τὴν ἀρετὴν ἔσεσθε.

ΝΔ'. Ταῦτα φιλοθέοις χείλεσιν ὑπηγόρευσε, καὶ ὑπαναγνωσθῆναι πᾶσι τοῖς μοναχοῖς ἐκέλευσε, περὶ τοὺς βαθμοὺς τῆς κλίμακος ἱσταμένοις, καὶ τὸν ἐκείνου χωρισμὸν ὀλοφυρομένοις. Λέγεται δὲ καὶ τοῦτο περὶ αὐτὸν θεαθῆναι τρισὶ πρότερον τῆς τελευτῆς ἡμέραις· νυκτὸς ἤδη μεσούσης συνδραμεῖν πάντας καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπαντῆσαι τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἁγίους, προφήτας, ἀποστόλους, μάρτυρας καὶ πάντας ὁσίους, ἀλλὰ καὶ δυνάμεις τινὰς οὐρανίους, οἳ φιλοφρόνως τὸν μέγαν ἠσπάζοντο, καὶ τὴν θείαν ἐπιτελέσαι μυσταγωγίαν ἐπέτρεπον, ἣν καὶ ὤφθη τελέσας αὐτός τε τῶν ἀχράντων μυστηρίων μεταλαβὼν καὶ μεταδεδωκὼς οἷς ἦν ἄξιον. Ἄρτι μὲν οὖν ὁ C μέγας περὶ τὰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς ἦν, καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ἱερέων πρόεδρος, Εὐφήμιος οὗτος ἦν (ἤδη γὰρ Ἀκάκιος ἐτεθνήκει), μετὰ τῶν εἰς τὴν ἐκδημίαν παρῆν, παρῆν δὲ καὶ ἡ πιστοτάτη Ῥαΐς, καί τις ἀνὴρ δαίμονι κάτοχος πρὸς τὸν στῦλον ἐχώρει, ὃς τήν τε τῶν ἁγίων ἐπιδημίαν τὴν πρὸς τὸν ὅσιον φανερῶς ἐβόα, ὀνομαστί τε τούτους ἐκάλει, καὶ τῶν ἀγγέλων ὡς δραμόντων ἐμέμνητο, εἶτα καὶ προσετίθει ὅτι τρίτην ὥραν τῆς ἡμέρας ἐχούσης αὐτός τε πρὸς Κύριον ὁ Δανιὴλ ἐπελεύσεται, καὶ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα τῆς χρονίας οἰκήσεως θεοκινήτως ἀπελαθήσεται, ἃ δὴ καὶ ἀμφότερα κατὰ τὸν καιρὸν ἀπήντα. Ἡ μέντοι προῤῥηθεῖσα Ῥαΐς φιλοτίμως τὰ πρὸς ταφὴν ἐνήργει, καὶ συχνοὺς τῶν τεχνιτῶν ἀγαγοῦσα στύρακά τε γενέσθαι προστάξασα κάτωθεν τοῦ στύ- D λου βάσεως καὶ μέχρι τῆς κορυφῆς δᾳδούχους ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ στύρακος περιέστησε, ταῖς χερσὶ λαμπάδας κατέχοντας καὶ ᾄδοντας τὰ ἐξόδια, καὶ οὕτω τὸν νεκρὸν ἐκείνη κατενεγκοῦσα ἐν σορῷ τίθησι μολυβδίνῃ, σώζουσα κἀν τούτῳ τὴν τοῦ μεγάλου διάταξιν. Ἐπέσκηψε γὰρ ἐκεῖνος τοῖς μαθηταῖς ὅτι κἂν βασιλεῖς κἂν ἄλλοι τινὲς εἶεν πολυτελείᾳ περὶ τὴν σορὸν ὑπερβαλεῖν ἀλλήλους φιλονεικοῦντες μὴ παραδέξασθαι, ἀλλ' ἐκεῖσε δὴ καὶ οὕτως τὸ σῶμα κατατεθῆναι, ἔνθα δηλαδὴ καὶ ὅπως ἡ πιστοτάτη Ῥαΐς βούλοιτο. Καὶ ὁ ἀκάθαρτος δαίμων πολλὰ σπαράξας τὸν ἄνθρωπον ἀπηλαύνετο.

ΝΕ'. Καὶ ἄλλα δέ τινα θαύματα κατεπράχθη. Τρεῖς

γὰρ δι' ἀστέρων σταυροὺς ἡμέρας οὔσης τοῦ ἡλίου λαμπρότατον ἀπολάμποντος σὺν πολλῷ τῷ κάλλει καὶ ἀνθηρᾷ τῇ αὐγῇ φανῆναι λέγεται, καὶ τούτοις ἐπάνω τῆς τιμίας ἐκείνης στῆναι σοροῦ· ἀλλὰ δὴ καὶ περιστερὰς ἵπτασθαι λευκοτάτας, τὴν ἀεὶ συνοῦσαν αὐτῷ χάριν δηλούσας τοῦ Πνεύματος. Οὕτω μὲν οὖν τὸ ἱερὸν τοῦ Δανιὴλ σῶμα χερσὶ τοῦ πρώτου κατετέθη ἀρχιερέως, κἀκείνῳ πάλιν τὰ λείψανα τῶν ἐν Βαβυλῶνι τριῶν παίδων ἄνωθεν ἐπετέθη, τοῦ ὁσίου καὶ τοῦτο ἐντειλαμένου ὅπως μὴ τῷ ἐκείνου λειψάνῳ μᾶλλον, ἀλλὰ τοῖς ἐπικειμένοις αὐτῷ προσκυνῶσιν οἱ προσιόντες. Οὕτω τῆς ἀνθρωπίνης δόξης ἔσπευδε καὶ μετὰ τελευτὴν ὁ μακάριος ξένος δείκνυσθαι. Τοιοῦτος ὁ ἐκ γενετῆς τῷ μεγάλῳ βίος μέχρι καὶ τελευτῆς· τοιαῦτα τὰ κατορθώματα. Ὅς, διὰ πάσης ἀσκήσεως καὶ παντοδαπῆς ἀγώνων ἰδέας ἐλθὼν καὶ τοσούτοις διαλάμψας ἔργοις πλήρης τε ἡμερῶν γεγονὼς τῶν τε ἀνθρωπίνων καὶ τῶν τοῦ Πνεύματος, ἐν γήρᾳ καλῷ καταλύει τὸν βίον εἰς ὀγδοήκοντα παρατείνας ἔτη καὶ μῆνας τρεῖς.

NϚ'. Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς τοσοῦτον γενέσθαι τῷ χρόνῳ κατάκομον, ὡς τέσσαρσι μὲν διαιρεῖσθαι βοστρύχοις, τὸ δὲ μῆκος καὶ εἰς πήχεις τέσσαρας παρατείνεσθαι· βαθὺς δὲ καὶ τὸν πώγωνα ἦν εἰς δύο καὶ τοῦτον βοστρύχους ἔχων διῃρημένον. Ἐκεῖνος μὲν οὕτω ζήσας ἐπανεπαύσατο· ἡμῖν δὲ ἀρχέτυπον ἀγαθὸν τὸν ἑαυτοῦ καταλέλοιπε βίον, οὐχ ἵνα μόνον ἐπαινῶμεν ἢ καὶ θαυμάζωμεν, ἀλλὰ καὶ ὡς δυνατὸν μιμώμεθα. Ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος πρὸς αὐτὸν φέρεται μόνον· ἡ δὲ μίμησις τῶν ὀφειλομένων αὐτῷ ἀγαθῶν καὶ ἡμᾶς μετέχειν παρασκευάζει χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A miracula. Tres enim per stellas cruces, cum dies esset et sol luceret clarissimus, cum summa pulchritudine et splendore dicuntur apparuisse, et stetisse super pretiosum illum loculum. Quin etiam volasse columbæ candidissimæ, quæ cum eo semper est, gratiam Spiritus significantes. Sic ergo sacrum illud corpus Danielis depositum fuit manibus primi pontificis. Rursus illi quoque fuerunt impositæ reliquiæ trium puerorum, qui erant Babylone, cum sic jussisset sanctus, ne tam illius reliquias, quam eos qui erant ei impositi, adorarent accedentes. Sic sanctus ab humana gloria studuit ostendi alienus etiam post decessum. Talis fuit vita magni Danielis ab ortu usque ad decessum; talia ejus sunt benefacta. Qui cum obiisset omnem exer-B citationem, et omne genus certaminis, et tam multis clarus fuisset operibus, effectus plenus dierum, tam humanorum, quam spiritus, in senectute bona excedit e vita, cum ad octogesimum annum pervenisset et menses tres.

LVI. Aiunt autem eum quoque capillis capitis processu temporis adeo evasisse comatum, ut quadruplici quidem coma discriminarentur, longitudo autem eorum ad quatuor cubitos produceretur. Barba quoque erat ei densa, quæ ipsa quoque bifariam discriminabatur. Atque ille quidem cum sic vixisset, requievit; nobis autem pulchrum exemplar suam reliquit vitam, non solum ut laudemus, aut etiam ut admiremur, sed ut pro viribus C quoque imitemur. Laus enim ad eum fertur solum, imitatio autem non facit, ut simus etiam participes bonorum, quæ ei debentur; gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et potentia cum Patre ejus, qui caret principio, et sanctissimo et bono et vivifico ejus Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ
ΙΝΔΟΥ ΚΑΙ ΔΟΜΝΑΣ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΔΙΣΜΥΡΙΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΝΙΚΟΜΗΔΕΙᾼ ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΝΤΩΝ.

MARTYRIUM SANCTORUM MARTYRUM
INDÆ ET DOMNÆ
ET SANCTORUM VIGINTI MILLIUM QUI NICOMEDIÆ PASSI SUNT (1).

(Latine apud Surium ad diem 26 Decembris; Græce ex cod. ms. Reg. 1555, sæc. XIV.)

Α'. Ἄρτι Μαξιμιανοῦ δεύτερον ἔτος ἄγοντος ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ καὶ τοῦ τῆς ἀσεβείας χειμῶνος χα-

D I. Maximiano jam secundum annum agente in imperio Romanorum, et minitante gravem tem-

(1) Horum festum ait Metaphrastes celebrari uno die post natalem Christi; Martyrologium Romanum 28 Decembris.

τὴν ψυχὴν ἐπληροῦτο· Ἥδετο μὲν ἐφ' οἷς τοιούτῳ ἐτύχε θησαυρῷ· ἐξεπλήττετο δὲ τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν κατανοοῦσα καὶ τὸ φιλάληθες αὐτῆς καὶ οἰκεῖον πρὸς ἀρετὴν ἀποδεχομένη· ἠνιᾶτο δὲ τὴν ζημίαν τὴν μέχρι τούτου λογιζομένη καὶ νύκτα βαθεῖαν τὰ προλαβόντα νομίζουσα.

Γ'. Ἀμέλει καὶ τῆς εὐσεβοῦς ταύτης πίστεως γλιχομένη μηδὲν ὅλως μελλήσασα μεταστέλλεταί τινα κρυφίως ἑνὸς τῶν τῆς βουλῆς θυγατέρα, τὴν μὲν δόξαν Χριστιανὴν, παρθένον δὲ καὶ αὐτὴν εἰς ἀκρίβειαν τὰ τῆς ἀληθοῦς λατρείας ἐρῶσα μαθεῖν καὶ ὁδηγῷ ταύτῃ χρήσασθαι πρὸς τὴν θεοσέβειαν, παρ' ἧς καὶ τὰ κάλλιστα μυσταγωγηθεῖσα, ἐπὶ τὸ βάπτισμα σπεύδει· καὶ τὸν ἀρχιερέα Κύριλλον μέσων νυκτῶν κλέψασα τὴν αἴσθησιν πάντων, καταλαμβάνει. Κἀκεῖνος ἐμμελῶς τὰς θείας ἀπάσας αὐτῇ Γραφὰς, εἶτα καὶ τῷ τιμίῳ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ σφραγίσας, τότε μὲν κατηχουμένην αὐτὴν ποιεῖ, καὶ προτελεῖσθαι τὰ εἰθισμένα παρά του τῶν εὐλαβῶν διακόνων ἐπιτάττει. Ἡ δὲ τούτοις τε ἅμα καὶ νηστείᾳ καὶ προσευχῇ προσέχουσα οὐχ ἔλαττον τοῦ ταῦτα ποιεῖν τὸ λανθάνειν ποιοῦσαν εἶχε διὰ σπουδῆς. Οὐκ ἔστιν οὖν ὅστις αὐτῇ ταῦτα συνῄδει ὅτι μὴ μόνος ὁ καὶ τὴν ἀρετὴν παραπλήσιος εὐνοῦχός τις ὄνομα μὲν Ἴνδης, τὸ δὲ γένος βάρβαρος, εἰ καὶ τὸ ἦθος αὐτῷ μὴ κατὰ βάρβαρον ἦν, ἀλλ' ἥμερόν τε καὶ προσηνὲς καὶ πολλὴν διαγγέλλων τὴν ἔνδον ἠρεμίαν καὶ γαληνότητα. Οὗτος οὐ μόνον ὁμοίως αὐτῇ τῇ πίστει προσέδραμεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ μαρτύριον τοῦ καιροῦ καλοῦντος πρῶτον ἑαυτὸν φέρων ἐπέδωκεν. Ἄμφω μὲν οὖν, ὡς ἡ προθεσμία παρῆν τοῦ βαπτίσματος, ἀξιοῦνται, καὶ τὸν οὐράνιον δέχονται μαργαρίτην, καὶ οὕτως ἐπὶ τῇ πρώτῃ γεννήσει ταχεῖαν ἡ παῖς ἀναγεννᾶται καὶ τὴν δευτέραν, οὔπω πλεῖον ἢ δέκατον μόνον ἐπὶ δυσὶν ἔτος γενομένη.

Δ'. Ἐπεὶ δὲ τὸν θεμέλιον ἰσχυρῶς κατεβάλετο καὶ ἐν τῇ πέτρᾳ ἤδη τῇ ἀρραγεῖ ἐῤῥίζωτο τῷ Χριστῷ, τότε καὶ τἄλλα ἐποικοδομεῖ, τροφῆς μὲν αἰσθητῆς καὶ πομάτων ἀμελῶς ἔχουσα, ἄρτου δὲ νοητοῦ μᾶλλον καὶ θείων ῥημάτων ἐξεχομένη, πρὸς δὲ καὶ ζητοῦσα οὐχ ὅπως αὐτῇ τὸ ῥηθὲν μόνον εἰς νοῦν ἐμπαγῇ, ἀλλὰ καὶ ὅπως ἂν εἰς ἔργον ἐκβαίη· μᾶλλον δὲ οὐδὲ χρόνου πρὸς ταῦτα ἐδεῖτο· ἅμα γὰρ ἤκουέ τι τῆς θείας Γραφῆς, καὶ τὸ ἀκουσθὲν εὐθὺς εἰς ἔργον προῆγε. Τὴν θείαν γοῦν ποτε βίβλον τῶν ἀποστολικῶν ἐπιοῦσα πράξεων, ἐπεὶ κατ' ἐκεῖνο τοῦ λόγου ἐγένετο ἔνθα οἱ τὰ κτήματα πωλοῦντες τὰς τιμὰς ἔφερον, καὶ παρὰ τοὺς πόδας ἐτίθουν τῶν ἀποστόλων, εἰς νοῦν τοῦτο καὶ ἐκείνη βάλλεται, καὶ ὅσος ἦν αὐτῇ χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐσθής τε πολυτελὴς ἀθροίσασα, εἶτα τοῖς ἰδίοις οἰκέταις ἐπιθεῖσα νυκτὸς ἄπεισι, καὶ τὸν ἅγιον ἀξιοῖ Κύριλλον δέξασθαι ταῦτα, ἐπεὶ καὶ αὐτῇ τὴν ἀποστολικὴν πρὸς ἐκεῖνον αἰδῶ διασώζει, καὶ ἰδίαις χερσὶ πένησι διανεῖμαι. Ἃ δὴ καὶ ὡς αὐτῇ βούλημα διαπραξαμένη οὐδενὸς εἰδότος

[1] Act. IV, 34.

A mæ utilia, varie afficiebatur, lætabatur, admirabatur, dolore animi implebatur. Lætabatur quidem quod in talem thesaurum incidisset: admirabatur autem, considerans fidem Christianorum; ejusque veri studium et conjunctionem cum virtute suscipiens: angebatur vero, damnum quod eousque acceperat, reputans, et noctem profundam ea, quæ præcesserant, existimans.

III. Hanc certe piam fidem desiderans, nihil omnino cunctata, accersit quamdam filiam unius ex senatoribus, (quæ opinione quidem erat Christiana, erat autem ipsa quoque virgo perfecta) verum cultum scire desiderans, et uti ea duce ad religionem. A qua in mysteriis pulcherrime instituta, properat ad baptismum: et media nocte, inscien-
B tibus omnibus, venit ad Cyrillum pontificem. Ille autem cum modulate divinas ei cecinisset Scripturas, et veneranda Christi cruce eam obsignasset, tunc quidem eam facit catechumenam: et jubet ea, quæ de more prius fiunt, fieri a pio quodam diacono; erat autem ei nomen Agapius. Illa vero cum et his, et jejunio et orationi simul vacaret, non minus hæc agens studio latere, quam hæc facere. Non erat itaque aliquis, qui horum esset conscius, nisi solus quidam eunuchus, qui erat ei virtute similis, Indes quidem nomine, genere autem barbarus, etiamsi ejus mores non essent barbaris similes, sed mites et mansueti, et qui significabant magnam internam quietem et tranquillitatem. Is non
C solum, æque atque ipsa, ad fidem accessit: sed etiam, vocante occasione, se primum tradidit martyrio. Ambo ergo, quando venit tempus præstitutum, assequuntur baptismum, et sic post primam generationem, cito puella secundo quoque regeneratur, cum non nata esset plures quam quatuordecim annos.

IV. Postquam autem valide jactum fuit fundamentum, et in firma petra, nempe Christo, jam radices egerat, tunc alia quoque superædificavit, alimentum quidem sensile et potum negligens, pani autem, qui intelligentia percipitur, et divinis verbis adhærens: et præterea quærens non solum,
D quomodo, quod dictum fuerat, in animo imprimeretur, sed etiam, quomodo exiret in opus, atque adeo ad ea non opus fuit ei tempore. Simulatque enim divinam audiebat Scripturam, statim, quod audiebat, producebat ad effectum. Cum itaque aliquando legeret librum Actionum Apostolicarum, ubi pervenit ad illum locum, in quo, qui vendebant possessiones, afferebant pretia ad pedes apostolorum, [1] illa hoc quoque facere constituit, et cum collegisset, quidquid auri habebat et argenti et vestis pretiosæ, et ea suis imposuisset famulis, noctu abit, et sanctum rogat Cyrillum, ut ea accipiat, quoniam in illum apostolicam servat reverentiam; et ut suis manibus ea distribuat pauperibus. Quæ quidem

cum, ut volebat, nemine sciente effecisset reversa est, et solitus eam rursus habebat thalamus.

V. Atque Cyrillus quidem ejus pater secundum spiritum paulo post excedit ad omnium Patrem et Deum; beata autem puella ejus monita non leviter audiit, sed etiam in animi profundo ea celavit. Tote itaque die illa, et qui virtuti erat similis Indes, animam jejunio expurgantes, orationique et sacris eloquiis vacantes, noctu cibum sumebant. Alimentum autem erat panis siccus, et aqua potus. Quæ vero constitutum fuerat ut ab imperatore acciperent, iis ventres pauperum fruebantur, ut benignitatem simul recte exercerent et abstinentiam. Sic facientes, conabantur quidem multos latere; sed fieri non poterat, ut mons absconderetur, et lucerna poneretur sub modio, et thesaurus lateret in terra abditus. Sed cum eo, quem dicam, modo apparuissent, orthodoxis quidem fiunt exemplum salutare, impiis autem et improbis validum ad eos convincendos argumentum. Qui tantum aberant, ut ex illorum virtute fructum perciperent, ut etiam pœnas ab eis expeterent, et eis crimen intenderent abstinentiam; eorum enim adhuc latebat pietas, nec ab ipsis adhuc deprehensi fuerant.

VI. Postquam autem manifestum evasit eorum jejunium ei qui gerebat curam sumptus aulæ imperatoris, cum oporteret admirari benignitatem, et stupere abstinentiam, ille potius processit ad flagra, et eos diu cædens, vim afferebat ut dicerent, quonam proficiscantur ea quæ eis dantur. Cum illi autem, qui didicerant celare recte facta, ea forti et generoso animo sustinerent, mori malentes, quam dicere, ne quod in egentes manabat, rescinderetur fluentum benignitatis, quidam eunuchus accedens ad præfectum, Persa genere et impietate, ac initio eorum virtutem defert et accusat tamquam vitium: quod scilicet se caste gerant, et a cibis abstineant: et quæ accipiunt ad alimentum, ea pauperibus Christianis præbeant: et quod, quæ ab imperatore proficiscuntur, dantur ad alimentum iis qui sunt contrarii imperatori. Quod si velis id scire apertius, licet tibi aperto penario ex iis quæ apparebunt. intelligere ea quæ sunt obscura. Audiit præfectus, et cum libenter evidentem admisisset probationem, ab eis aufert claves; et cum aperuisset, invenit protinus, sed non ut ipse sperabat, sed ea, quæ vere erant veneranda, nempe et divinæ crucis figuram, et librum sacrosanctum, nempe apostolorum Deo gratas Actiones; et præterea possessionum vacuitatem eorum qui in cœlis magnum thesaurum recondebant, cujus præclaræ opes erant duæ storeæ, in nudo solo stratæ vere generosorum et beatorum Domnæ et Indæ magnifica supellex; fictile præterea thuribulum et lucerna, et lignea arcula, in qua reposuerant sacram oblationem (2), cujus

(2) Illustre exemplum communionis sub una specie. Olim autem persecutionis tempore fideles eucharistiam domum secum asportabant, et diu asservabant, et clam sumebant; quod de vini specie fieri non poterat.

A ὑπέστρεφε, καὶ ὁ συνήθης αὐτὴν θάλαμος αὖθις εἶχεν.

Ε'. Κύριλλος μὲν οὖν μετὰ μικρὸν ὁ ταύτης κατὰ πνεῦμα πατὴρ πρὸς τὸν πάντων Πατέρα καὶ Θεὸν ἐκδημεῖ πολλῶν παραδόξων ἐν τῷ τέλει τῷ αὐτοῦ συνδεδραμηκότων· ἡ δὲ μακαρία παῖς τὰς αὐτοῦ παραινέσεις οὐχ ἁπλῶς ἤκουσεν, ἀλλὰ καὶ τῷ τῆς διανοίας ἐνέκρυψε βάθει. Τοιγαροῦν ἡμέρας μὲν ὅλης ἐκείνη τε καὶ ὁ τὴν ἀρετὴν αὐτῇ ἐοικὼς Ἴνδης νηστείᾳ καθαιρόμενοι τὰς ψυχὰς, προσευχῇ τε καὶ τοῖς ἱεροῖς λόγοις προσκείμενοι ἑσπέρας τροφῆς ἐμέμνηντο. Καὶ ἡ τροφὴ ἄρτος ἦν ξηρὸς, καὶ ἡ πόσις ὕδωρ· ἃ δὲ λαμβάνειν ἐκ βασιλέως ἐτάχθησαν, πενήτων ἐτρύφων γαστέρες, ἵν' ὁμοῦ καὶ φιλανθρωπίαν κατορθοῦντες ὦσι. Καὶ τὴν ἐγκράτειαν οὕτω B ποιοῦντες, μανθάνειν μὲν ἔσπευδον τοὺς πολλούς· δυνατὸν δὲ οὐκ ἦν τὸ ὄρος κρυβῆναι καὶ τὸν λύχνον ὑπὸ τὸν μόδιον κεῖσθαι, καὶ τὸν θησαυρὸν ἀφανῆ κατὰ γῆς κρύπτεσθαι, ἀλλὰ καθ' ὃν ἐρῶ τρόπον φανέντες τοῖς μὲν ὀρθοδόξοις σωτήριον ὑπόδειγμα γίνονται, τοῖς ἀσεβέσι δὲ καὶ μοχθηροῖς ἔλεγχος, οἱ τοσοῦτον ἀπέσχον ἀπολαῦσαι τῆς ἀρετῆς ἐκείνων, ὅσον καὶ δίκας ἀπῄτουν καὶ ἔγκλημα αὐτοῖς προέτεινον τὴν ἐγκράτειαν· τὸ γὰρ τῆς εὐσεβείας ἐλάνθανον ἔτι, καὶ οὔπω φωραθέντες αὐτοῖς ἐτύγχανον.

Ϛ'. Ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς νηστείας δῆλα τῷ τῆς βασιλικῆς θεραπείας κατέστησαν φροντιστῇ, δέον τῆς φιλανθρωπίας θαυμάσαι, δέον ἐκπλαγῆναι τῆς ἐγκρατείας. Ὁ δὲ καὶ μᾶλλον ἐπὶ μάστιγας ἦγε, C καὶ ξαίνων πολλὰς ἠνάγκαζε λέγειν οὗ αὐτοῖς τὰ διδόμενα προχωρεῖ. Ὡς δὲ ἐκεῖνοι μαθόντες τὰ κατορθώματα, καὶ μάλα γενναίως διεκαρτέρουν θανεῖν μᾶλλον ἢ εἰπεῖν προαιρούμενοι, καὶ ἵνα μὴ καὶ τὸ τῆς φιλανθρωπίας ῥεῦμα τὸ εἰς τοὺς δεομένους ἀνακοπῇ, εἷς τις τῶν εὐνούχων τῷ ἄρχοντι παραστὰς καὶ τὸ γένος Πέρσης καὶ τὴν ἀσέβειαν, ἄνωθεν αὐτῶν τὴν ἀρετὴν ὡς κακίαν διέξεισι, καὶ κατηγορεῖ ὅτι τε ἁγνεύουσι, καὶ βρωμάτων ἀπέχονται, καὶ ἃ λαμβάνουσι πρὸς τροφὴν νυκτὸς ἐνδεέσι Χριστιανοῖς παρέχουσι, καὶ ὅτι δὴ τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς κατὰ τοῦ βασιλέως τροφὴ γίνεται. Εἰ βούλει δὲ καὶ σαφέστερον γνῶναι, πάρεστί σοι καὶ τὸ ταμιεῖον ἀνοίξαντι ὄψιν ἀδήλων ποιήσασθαι τὰ φαινόμενα. Ἤκουσεν ὁ ἄρχων, καὶ ἄσμενος τὸν ἐναργῆ δεξάμε- D νος ἔλεγχον τὰς κλεῖς ἀπ' αὐτῶν ἀφαιρεῖται, καὶ διανοίξας εὗρεν εὐθὺς, οὐ μὴν ὥσπερ αὐτὸς ἤλπιζεν, ἀλλὰ τὰ ἀληθῶς τίμια, τόν τε τοῦ θείου Σωτῆρος τύπον καὶ βίβλον ἱεράν, τὰς τῶν ἀποστόλων θεοφιλεῖς Πράξεις, καὶ πρὸς αὐτοῖς τὴν ἀκτημοσύνην τὸν μέγαν τῶν εἰς οὐρανοὺς θησαυριζόντων πλοῦτον, ἧς τὰ κείμενα ψίαθοι δύο κατὰ ψιλοῦ τοῦ ἐδάφους κείμεναι, ἡ φιλότιμος στρωμνὴ Δόμνης καὶ Ἴνδου τῶν εὐγενῶν τῷ ὄντι καὶ μακαρίων, πρὸς δὲ καὶ κεραμοῦν τι θυμιατήριον καὶ λύχνον ξύλινόν τε λαρνακίδιον ἐν ᾧ τὴν ἱερὰν προσφορὰν ἧς μετελάμβανον ἀπετίθεσαν. Ταύτην οὖν τὴν βίβλον καὶ τὸ λαρνακί-

A ..χος λαβὼν, ἠρώτα ποῦ τε αὐτοῖς ..υτελὴς ἐσθὴς καὶ ἡ κομψὴ ἄλλη ..βλεπτος. Ὡς δὲ καὶ αὖθις ἐκεῖνοι ἐρωτήσεων ποιούμενοι λόγον σκώπτον- ..σήκεσαν, βασάνοις αὐτοῖς ἐξεδίδου. Ἀλλὰ καὶ ..τως ἠλέγχετο παίων εἰς κενὸν τοὺς ἀδάμαντας· ἤκουε γὰρ παρ' αὐτῶν τὸ παράπαν οὐδέν. Τὸ μέντοι ἱερὸν ἐκεῖνο βιβλίον, πρὸς δὲ καὶ τὸ λαρναχίδιον, ὡς οὐδὲν αὐτῷ χρήσιμα, αὐτοῦ καταλείπει παρὰ τῷ ταμιείῳ. Τούτους δὲ ἀλλαχοῦ κατακλεισθῆναι κελεύει ἕως ἀνενέγκῃ τῷ βασιλεῖ. Ἡ μὲν οὖν παρθένος, ὡς ἐξήγετο ἤδη τοῦ ταμιείου διαλαθοῦσα πάντας καὶ τὸ βιβλίον εὐφυῶς ἄρασα (μικρὸν γὰρ ἦν καὶ οἷον εὐχερῶς κρύπτεσθαι), τῷ ἱματίῳ αὐτῆς περιέστειλε· κατ' αὐτὴν δὲ καὶ ὁ θαυμαστὸς Ἰνδης τὸ ξύλινον B σκεῦος ἦρε· καὶ οὕτως ἔχοντες ἀπήχθησάν τε καὶ ἐνεκλείσθησαν. Τούτοις οὕτω καθειργμένοις χρόνον συχνὸν μόνος ὁ ζῶν ἄρτος τροφὴ ἦν, καὶ τὸ τῆς θείας χάριτος πόμα ποτόν. Ὧν δὲ καὶ τὸ σῶμα κοινωνεῖν ἀναγκαῖον, τοσοῦτον ἐστέρηντο ὅσον οὐδὲν ὕδατος ἀπολαῦσαι παρῆν· τοῦτο γὰρ ἡ τοῦ ἀπηνοῦς ἄρχοντος ἐντολὴ, ὅπως αὐτοὶ γαστέρας δεομένων ἐπλήρουν, λιμῷ τοιούτῳ κατεργασθέντες διαφθαρεῖεν, καὶ δίκην φιλανθρωπίας ὑπόσχωσι τὴν ὠμότητα.

A tem eam etiam lacrymis quotidie dealbabat, quod non eam sanguine martyrii redderet purpuream, et totam sponsam efficeret dignam ejus pulchritudine, etsi præsens ejus vita nihil abesset a dignitate martyrii, ut quæ tam et diuturnitate exercitationis et aspera vivendi ratione eam premeret, cum ipsa et in antro lateret subterraneo, eoque ejusmodi, ut terrestre dici posset sepulcrum, et potus ejus esset fons, qui in eo erat, et cibus similiter herbæ, qui erant in margine speluncæ.

XXXIII. Cum ea sic se gereret in exercitatione, tunc descendit de monte, et veniens in civitatem adhuc in veste virili (ea enim ipsam indutam
B Agape, ejus mater secundum spiritum, suffurata est ab illis impudicis et intemperantibus manibus), beatam hanc quærebat Agapen. Postquam autem intellexit eam quoque cursum confecisse martyrii, effectam holocaustum Domino cum multis aliis virginibus in templo, quod fuerat exustum, magnum animo dolorem accipit, non ægre ferens quod mortua esset Agape, sed potius quod non cum ipsa Agape esset mortua, et paris fuisset mortis socia; stansque ad templum exustum, fletu miscebat cinerem. Diu vero jam divina gratia eam vocante ad viam martyrii, illuminata et ad id omni ex parte ducta, descendit ad mare. Ecce autem piscatores in littore stantes, jam parantes retia, et habentes remos paratos. Quam cum illi tunc vidissent veste
C virili sic indutam, non ex eo quod erat, sed ex eo potius, quod videbatur, eam vocarunt: Veni, dicentes, adolescens, nobis opem laturus, ut te etiam prædæ faciamus participem. Illa autem alacri animo eis obtemperavit. Ingressa vero, piscatorum statim conturbavit oculos et animos, cum viderent eam videri quidem virum, mores autem et virginalem pulchritudinem et pudorem in ejus oculis insidere. Verum enimvero cum ad piscandum retia demisissent, cum magno labore ad terram avellerunt, perinde ac si magnum aliquod pondus in eis sentirent. Jam vero cum prope littus venissent, noctu vident, luna depellente caliginem, et comprehensam piscium multitudinem, et corpora
D mortua in ventre retis.

XXXIV. Atque illi quidem visione conturbati, cum præ dolore et metu corpora excussissent, et in terra deposuissent, retibus collectis, contendebant transmittere in regionem, quæ erat ex adverso, volentes in navi secum vehere virginem. Cum autem non persuaderent, dato ei pro mercede pane et piscibus, abierunt. Illa vero cum Indæ et illius sociorum et mortem et genus mortis, ut prius diximus, jam accepisset, accessit quidem ad corpora: diligenter autem ea consideravit et versavit, et deinde etiam singula accurate didicit. Postquam vero figuræ et totius corporis signa illos esse sanctos aperte significabant, ea manibus accipiens, et eis labra magno admovens de-

siderio, ardenter amplectebatur, tota ejus anima simul quoque amplectente. Cum hæc faceret, videt navem jam ferri ad ipsum littus, velo jam demisso, et solis remis sensim ad terram appellere. Accedens igitur virgo, cum nautas, ut decebat, appellasset, ostendit etiam pisces. Nauclerus autem eam illos vendere existimans, statim rogavit quanti venderet. Illa vero dixit se eos dare gratis. Cum autem ille quidem non credens, rursus meminisset pretii, illa vero staret tacens, et manum porrigeret, quæ videbatur velle gratificari: Per ipsum Christum, inquit nauclerus, quanti vendis? Tunc ex jurejurando intelligens generosa virgo eum esse pium, nihil voluit eum celare, sed cum eum foras evocasset ad littus, ostendit ei corpora sanctorum, et adhibuit eum in societatem pulcherrimi ministerii, aperiens quorumnam essent, et narrans quemadmodum pro Christo mortui essent martyres

XXXV. Nauclerus autem cum hæc audiisset, novas sindonas, et vestes candidas, unguentaque et suffitus e navi statim attulit, et in eis deponendis laboravit. Domna vero cum iis quas habebat, aquis mundis, et lacrymis prius lavasset corpora et cum nauclero honorifice et cum omni reverentia ea composuisset, et ea deinde communiter portassent ad murum civitatis, qui est proximus torrenti, ad portam civitatis, ubi etiam Dorotheus cum suis finem vitæ acceperat, illic ea in fossa posuerunt. Atque nauclerus quidem virginem, ut qui judicasset eam esse fratrem ejusdem, cujus ipse in Christo sententiæ (eam enim adhuc virum esse putabat), rogavit ut secum esset, et toto vitæ tempore nunquam ab eo discederet. Illa vero non admisit, sed eum quidem rogavit ut cœptum iter persequeretur, se autem dixit mansuram: Quoniam, inquit, prope est vitæ finis. Quare nec meum corpus ab his corporibus, nec animam omnino decet ab his animis sejungi. Cum illic ergo remansisset, indivulsa adhærebat reliquiis, aromatibus et suffitibus eis honorem exhibens, nauclero satis pecuniæ suppeditante ad ea comparanda.

XXXVI. Fieri autem non poterat, ut eos qui erant in tenebris, lateret opus lucis; neque martyrii, quo Domna tenebatur, desiderium videretur imperfectum. Quamobrem deferuntur hæc ad Maximianum, qui cum intellexisset, quod illa sanctorum tanto amore capta esset, magnum edens cachinnum, qui multo risu, vel plurimis potius lacrymis erat dignus, Par est, inquit, ut ea quoque parem illis mortem subeat, et sic reipsa discat, quod hominibus nihil post mortem amplius habentibus illa frustra tantos honores exhibet. Dixit, et statim misit, qui eam interficerent. Quam cum etiam comprehendissent in loco orantem, caput ense amputant, idque igni tradunt. Et paulo post adjungitur sapiens quoque Anthimus, qui doctri-

A ποθεινῶς αὐτοῖς περιθεῖσα, θερμῶς ἠσπάζετο καὶ αὐτὴν ὅλην ἔχουσα τὴν ψυχὴν συνασπαζομένην, εἶθ' οὕτω καὶ δάκρυον ἡδὺ κατασπείσασα τῶν σωμάτων. Ἐν ᾧ ταῦτα ἐποίει, ὁρᾷ πλοῖον πρὸς αὐτὸν ἤδη φερόμενον τὸν αἰγιαλὸν τὴν ὀθόνην ἄρτι χαλάσαν καὶ κώπαις ἠρέμα μόναις σαλεῦον εἰς γῆν. Προσελθοῦσα γοῦν ἡ παρθένος καὶ τὸ τῶν ναυτῶν πλήρωμα προσαγορεύσασα ὡς ἐχρῆν ὑπεδείκνυ καὶ τοὺς ἰχθῦς. Ὁ δὲ ναύκληρος πωλεῖν αὐτὴν οἰηθεὶς ἐπυνθάνετο παραχρῆμα πόσου ἂν πρίαιτο. Ἡ δὲ προῖκα ἔλεγε καὶ πρὸς χάριν διδόναι. Ὡς δὲ ἐκεῖνος μὲν ἀπιστῶν ἐμέμνητο καὶ αὖθις τιμῆς, ἡ δὲ σιωπῶσα εἱστήκει, καὶ χεῖρα προέτεινε χαρίζεσθαι ἐοικυῖαν, Πρὸς αὐτοῦ, ὁ ναύκληρος, τοῦ Χριστοῦ, πόσον, ἔφη, πωλεῖς; Τότε τῷ ὅρκῳ ἡ γενναία εὐσεβῆ εἶναι τὸν ἄνδρα
B μαθοῦσα, οὐδὲν ἠβούλετο κρύπτειν, ἀλλ' ἔξω παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐκκαλεσαμένη ἐδείκνυ τε τὰ σώματα τῶν ἁγίων, καὶ κοινωνὸν ἐποιεῖτο τῆς περὶ αὐτὰ καλλίστης ὑπηρεσίας, ὧν τε εἴη διασαφήσασα, καὶ ὅπως ὑπὲρ Χριστοῦ θάνοιεν οἱ μάρτυρες ἐξηγησαμένη.

ΛΕ'. Ὁ ναύκληρος οὖν ἀκούσας σινδόνας καινὰς καὶ στολὰς λευκὰς μύρα τε αὖθις καὶ θυμιάματα τοῦ πλοίου εὐθὺς ἐξῆγε, καὶ διεπονεῖτο πρὸς τὴν κατάθεσιν. Δόμνα δὲ οἷς εἶχεν ὕδασι καθαροῖς τὰ σώματα καὶ πολλῷ πρότερον τοῖς δάκρυσι πλύνασα, καὶ σὺν τῷ ναυκλήρῳ αἰδοῖ πάσῃ τιμίως αὐτὰ περιστείλασα, εἶτα καὶ κοινῇ ταῦτα διαβαστάσαντες παρὰ τῷ τῆς πόλεως τείχει ἐχόμενα τοῦ χειμάῤῥου πρὸς τῇ πύλῃ
C τῇ παρὰ θάλασσαν, οὗ δὴ οἱ περὶ τὸν Δωρόθεον τὸ τέλος ἐδέξαντο, ἐκεῖσε ταῦτα κατορύξαντες ἔθηκαν. Ὁ μέντοι ναύκληρος τὴν παρθένον, ἅτε ὁμόδοξον ἀδελφὸν εἶναι κρίνας κατὰ Χριστὸν (ἄνδρα γὰρ αὐτὴν ἔτι ᾤετο), ἐδεῖτο συνεῖναι, καὶ μηδαμῶς ἀποστῆναι τούτου παρ' ὅλην αὐτοῦ τὴν ζωήν. Ἡ δὲ οὐχ ἠνείχετο, ἀλλ' ἠξίου αὐτὸν μὲν ὁδοῦ ἔχεσθαι, ἐκείνην δὲ παραμένειν εἰποῦσα, ὅτι Τό γε τῆς ἐμῆς ζωῆς τέλος ἐγγύς. Ὅθεν οὔτε σῶμα τὸ ἐμὸν τῶν σωμάτων τούτων οὔτε τῶν ψυχῶν ὅλως ἀποστῆναι δεῖ τὴν ψυχήν. Ἐκεῖσε τοιγαροῦν ὑπομείνασα ἀδιασπάστως εἴχετο τῶν λειψάνων, ἀσπαζομένη, προσευχομένη, ἀρώμασί τε καὶ θυμιάμασι τὴν πρὸς αὐτὰ δεικνῦσα τιμήν, προσκαταβαλομένου καὶ τοῦ ναυκλήρου πρὸς τὴν χορηγίαν τούτων ἱκανὰ χρήματα.

D ΛϚ'. Οὐκ ἦν δὲ πάντως τοὺς ἐν σκότει καθεζομένους τὸ τοῦ φωτὸς ἔργον διαλαθεῖν, μηδὲ τὴν περὶ τὸ μαρτύριον Δόμνας ἐπιθυμίαν ἀτελῆ ὀφθῆναι. Ὅθεν καὶ δῆλα ταῦτα Μαξιμιανῷ γίνεται, καὶ μαθὼν ὡς οὕτως ἐκείνη τῶν ἁγίων ἐρωτικῶς περιέχεται, μέγα ἀνακαγχάσας, ὁ πολλοῦ γέλωτος ἢ μυρίων μᾶλλον δακρύων ἄξιος, Προσῆκόν ἐστιν, εἶπε, καὶ ταύτην τὸν ἴσον ἐκείνοις θάνατον ὑποσχεῖν καὶ οὕτως ἔργῳ μαθεῖν ὅτι μάτην ἀνθρώποις οὐδὲν πλέον μετὰ θάνατον ἔχουσι τοσαύτας ἐκείνη προσφέρει τιμάς. Εἶπε, καὶ τοὺς ἀποκτενοῦντας ἐξ αὐτῆς ἔπεμπεν. Ἣν καὶ προσευχομένην ἐκεῖνοι παρ' αὐτῷ δὴ τῷ τόπῳ καταλαβόντες, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνουσι, καὶ τὸ σῶμα παραδιδοῦσι πυρί. Προστίθεται ταύτῃ μετὰ βραχὺ καὶ Ἄνθιμος ὁ σοφὸς, πολλοὺς πρότερον

ἐκεῖνος διδαχαῖς τε καὶ παραινέσεσι μάρτυρας προσενεγκὼν τῷ Χριστῷ. Διὰ γὰρ τὸν πολὺν ἐκείνου περὶ τὴν εὐσέβειαν ζῆλον οὐχ ἥκιστα Μαξιμιανὸς διαπονηθεὶς, ὀργῆς τε καὶ μανίας πληρωθεὶς, τὴν ψυχὴν βασάνοις μὲν πολλαῖς αὐτοῦ πρότερον ἀποπειρᾶται ἀποστῆσαι πάντως τῆς ὁμολογίας οἰόμενος· ὡς δὲ ἀπεῖπε μᾶλλον κολάζων αὐτὸς τὸν διὰ ξίφους ἐπάγει τῷ ἀθλητῇ θάνατον. Ἔξεστι δὲ καὶ τὴν κατ' αὐτὸν ἱστορίαν μεταχειρίσαντας πρὸς λέξιν ἅπαντα διελθεῖν.

ΛΖ'. Τούτοις ἡ Νικομήδους ὥσπερ τισὶν ἄστρασι μέγα τι καὶ χάριεν καὶ ἡδὺ λάμπουσιν ἐλλαμπρύνεται, καὶ αὐτοῖς μᾶλλον ἐγκαλλωπίζεται ἢ χρυσῷ καὶ λίθοις καὶ μαργάρων διαυγείαις τε καὶ κομψότησιν, εἰς χιλιάδας μὲν εἴκοσι τελοῦσι τὸν ἀριθμὸν, ἐπιφανῶς δὲ καὶ πλήθει καὶ κάλλει τῷ μαρτυρικῷ χορῷ διαπρέπουσι, ὧν ἡ μνήμη μετὰ μίαν τελεῖται τῶν τοῦ Χριστοῦ γενεθλίων ἄλλη πρὸ τῶν νηπίων ἑορτὴ, ὥσπερ ἐκείνων διὰ ξίφους, οὕτως αὐτῶν διὰ πυρὸς Θεῷ τῷ σαρκωθέντι προσενεχθέντων, οἷς καὶ ὁ θαυμαστὸς προσετέθη Γλυκέριος, Ζήνων τε ὁ ἱερὸς καὶ Θεόφιλος, ἔτι δὲ σὺν Μαρδονίῳ Δωρόθεος οἱ μακάριοι, Ἴνδης τε καὶ Πέτρος σύναμα τῷ Μυγδονίῳ, καὶ αἱ τρεῖς παρθένοι Ἀγάπη, φημὶ, καὶ Θεοφίλα καὶ Δόμνα ἡ πάντα περικαλλὴς καὶ ἀοίδιμος εἰς δόξαν Χριστοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

nis et monitis multos prius Christo martyres obtulerat. Nam propter illius zelum ad pietatem, valde vexatus Maximianus, iraque et furore animo plenus, multis quidem tormentis eum prius conatur omnino abducere a confessione. Cum autem ille puniens esset defessus, ense mortem affert athletæ. Licet vero in manus sumendo ejus historiam, omnia ad verbum percurrere.

XXXVII. His veluti quibusdam astris Nicomedia magnum jucundumque et gratum emittit splendorem, et majus ex eis ornamentum accipit, quam ex auro, et gemmis, et ex margaritarum nitoribus ac splendoribus; qui sunt quidem numero viginti millia; sunt autem in choro martyrum multitudine et pulchritudine insignes. Quorum peragitur memoria uno die post Christi Natalem, ante festum Infantium, ut qui, quomodo illi ense, ita etiam ipsi igne Deo, qui carnem induit, sunt oblati. Quibus etiam accessit admirabilis Glycerius, et sacrosanctus Zeno, et Theophilus: prælerea autem cum Mardonio Dorotheus, et beati Indes et Petrus simul cum Mygdonio, et tres virgines, Agape, inquam, et Theophila, et Domna, quæ erat longe pulcherrima, et maxime veneranda, ad gloriam Christi veri Dei nostri, quem decet omnis gloria, honor et adoratio, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

SUPPLEMENTUM.

Ut fidem liberemus quam tomo superiori, col. 1031, dedimus, corodinis vice subnectimus Acta celeberrimi apud Græcos martyris Demetrii, Cornelii Byei, socii Bollandiani, commentariis illustrata. EDIT.

DE S. DEMETRIO MARTYRE

THESSALONICÆ IN MACEDONIA

(ANNO CIRCITER CCCVI)

CORNELII BYEI COMMENTARIUS PRÆVIUS.

(Acta SS. Bolland. ad diem 8 Octobris, tom. IV.)

§ I. *Multiplicia, quæ de S. Demetrio reperiuntur, scripta, præcipue Græca, recensentur.*

1. Sanctum hunc martyrem, quem μεγαλομάρτυρα, id est, *magnum martyrem*, vocant, pluribusque honorificentissimis titulis, infra suo loco memorandis, Græci passim condecorant, fuisse apud hosce insigni plane tum veneratione, tum nominis celebritate gavisum, vel sola multiplicia, quæ in bibliothecarum forulis hodieque reperiuntur, partimque etiam ad manus nostras pervenere, antiqua diversi generis scripta Græca, sermones videlicet seu homiliæ, orationes panegyricæ seu encomia, aliaque opuscula, quibus vel ipsemet S. Demetrius celebratur, vel martyrium, quod subiit, exponitur, vel denique miracula, quæ magno numero patravit, narrantur, satis superque ostendunt. Ut id palam fiat, utque simul, quæ ac qualia hodieque de Sancto monumenta litteraria supersint, ab ipso statim commentarii, in quo non pauca ex his aut expendenda aut usui saltem utcunque erunt, initio studiosum lectorem edoceam, scripta illa omnia ac singula, quorum acquirere qualemcunque notitiam quivi, § præsenti recenseo, sequenti deinde, quænam ex his edenda sint, expositurus, additurusque etiam, quæ vel aperte prodant, aut saltem collectu pronum efficiant, quanta quæque ac maxime ea quæ typis subjicienda dicam, polleant seu fide seu auctoritate. Ab opusculis seu lucubrati-

nibus, quibus vel Sanctus ipse vel miracula quæ A patravit, celebrantur, duco initium.

2. Leo Allatius *De Simeonum scriptis* tales decem diversas, quarum prima Philotheum patriarcham Constantinopolitanum, secunda Demetrium Chrysoloram, tertia, quarta et septima Leonem imperatorem, cognomento Sapientem, quinta anonymum, sexta Joannem Stauracium chartophylacem Thessalonicensem, octava Joannem Thessalonicensem episcopum, nona Gregorium diaconum, ac decima denique Nicolaum Cabasilam habeat auctorem, pagg. 85, 94, 96, 97, 102, 103, 105 et 107 recenset. Fabricius in *Bibliotheca Græca* hisce præterea, ibidem etiam a sese tom. VI, pag. 521 et seq., et tom. IX, pag. 71 et seq. enumeratis, alias quatuor generis ejusdem lucubrationes, quarum prima a Gregorio Palama, archiepiscopo Thessalonicensi, secunda a Niceta, archiepiscopo itidem Thessalonicensi, tertiaque et quarta ab anonymis fuerit concinnata, posteriori e binis proxime dictis tomis pag. itidem proxime cit. et seq. adjungit. Ac apprime quidem Leonem Allatium inter et Fabricium in lucubrationum, quas ambo recensent, auctoribus assignandis convenit; verum tum quæ incipit Μαριανός τις ἀνὴρ τῶν ἐν γένει, postremarum quatuor, quas solus Fabricius recenset, lucubrationum tertia, tum quæ incipit, Καιρὸς δὲ λοιπόν, decem priorum, quas et hic et Allatius commemorant, lucubrationum quinta auctori anonymo perperam ascribitur: inceptæ enim hisce verbis, Παντὸς ἔργου τε καὶ λό- C γου, earumdem decem lucubrationum octavæ, quæ Joannem Thessalonicensem habet auctorem, partem duntaxat utraque constituit.

3. Adhæc erit fortassis, cui, an inchoata hisce verbis, Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος, earumdem etiam decem priorum lucubrationum tertia, quam ambo scriptores laudati Leoni Sapienti imperatori attribuunt, vere etiam hunc habeat auctorem, dubium efficiet ms. 1517, qui in bibliothecæ Regiæ Parisiensis codicum mss. tomo II, anno 1740 typis vulgato, occurrit, totusque de sancto Demetrio est, membranaceus sæculi, ut apparet, XII codex, seu potius lucubrationum, quæ in hoc, olim Mazarinæo, continentur, elenchus ibidem suppeditatus; hic enim sic habet: « Quo (codice nempe membra- D naceo Græco, olim Mazarinæo,) continentur 1 Demetrii martyrium. Incipit: Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ Ἑρκούλιος. 2. Ejusdem Vita et miracula, auctore Joanne archiepiscopo Thessalonicensi. 3. Ejusdem Joannis Homilia, cum ædes in regia sancto Demetrio fuit sacrata. Incipit: Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος. 4. Miraculorum a sancto Demetrio patratorum historia. Incipit: Ἄλλοι μὲν ἄλλα τῶν τοῦ μεγαλομάρτυρος. 5. Joannis, Thessalonicensis episcopi, Homilia in laudem sancti Demetrii. Incipit: Μνήμην δικαίου (imo δικαίων) μετ' ἐγκωμίων. 6. Josephi, Thessalonicensis archiepiscopi, Homilia in laudem Demetrii inedita. Incipit Φαιδρὰ μὲν οὖν ἡ πανήγυρις. Finis desideratur; » ista autem dicta, quæ ab hisce verbis, Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος, incipit, atque ab Allatio et Fabricio Leoni imperatori ascribitur, lucubratio Joanni Thessalonicensi archiepiscopo diserte hic attribuitur.

4. Verum in allato elencho non unum duntaxat erratum cubat; ac primo quidem lucubratio, quæ in hoc Sancti martyrium proxime excipit, secundoque loco memorata, alia non est, quam e decem supra recensitis lucubrationibus prioribus octava, vitam sancti Demetrii una cum ejusdem miraculis, uti in elencho indicatur, non complectitur, sed una cum hisce, quemadmodum præfatum codicem, olim Mazarinæum, nunc regium, evolvendo didici, panegyricam duntaxat, quæ præfationis quodammodo, miraculis præmissæ, locum tenet, orationem, in Dei et sancti Demetrii, nullis prorsus, quæ ad hujus vitam martyriumve spectent, particularibus seu factis seu adjunctis in medium adductis, elogium contextam; deinde autem eadem lucubratio, quæ sequentem hunc titulum, Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης ὕμνος εἰς Θεὸν καὶ τὸν πανένδοξον ἀθλοφόρον Δημήτριον ἐν μερικῇ διηγήσει τῶν θαυμάτων, « Sancti Joannis, Thessalonicensis archiepiscopi, in Deum et gloriosissimum victorem Demetrium cum particulari miraculorum narratione laudatio, » in capite præfert, totum prorsus spatium, in laudato codice olim Mazarinæo, e quo subinde folium unum alterumve, paginarum tamen, quod has non prius, quam factum id esset, notari contigerit, serie non interrupta, est excisum, inter inceptum abs hisce verbis, Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ Ἑρκούλιος, sancti Demetrii martyrium et homiliam, tertio loco in adducto elencho memoratam, intercedens, atque a pag. 12 usque ad pag. 26 excurrens, certissime, contra ac dictus elenchus exigit, non occupat, seu, quod eodem recidit, sese usque ad homiliam illam non extendit.

5. Etenim, uti ipsum, de quo hic, codicem inspicienti patescet, a pag. 135, qua terminatur, usque ad pag. 206 sibi adhuc duo alia, quorum alterum, titulo simul et nomine auctoris in capite destitutum, sex diversa sancti Demetrii miracula a pag. 135 usque ad 205 exponit, alterum, titulo non tantum et nomine auctoris destitutum, sed et, quod post pag. 205 folium sit excisum, initio mutilum, quampiam ad sancti Demetrii festum cum spirituali potius, quam corporali gaudio celebrandum hortationem a pag. 205 usque ad pag. 206 complectitur, opuscula habet subjecta, ac tum demum sequitur, de cujus auctore hic disputamus, homilia. Jam vero, cum id ita habeat, hæcque titulum sequentem, Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία, ὅτε τῷ ἀοιδίμῳ τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστῇ, καὶ τὰ οὐράνια περιπολοῦντι ἀνάκτορα Δημητρίῳ ὁ οἶκος ἐν τοῖς βασιλείοις ἀνιερώθη, « Ejusdem homilia, quando celebri, cœlestemque aulam tenenti pietatis pugili Demetrio ædes in regia fuit consecrata, » sibi habeat præfixum, non fuit sane, cur, qui opusculorum, in me-

morato codice ms. de sancto Demetrio contento- A rum, elenchum digessit, lucubratiunculam istam, quæ a pag. 206 usque ad pag. 208 duntaxat excurrit, Joanni Thessalonicensi archiepiscopo ascriberet. Imo vero, cum eadem lucubratiuncula, uti ex jam dato, quem præfert, titulo liquet, ab eodem auctore, a quo, quod proxime ei præmittitur, opusculum, indubie sit contexta, nihilque omnino obstet, quominus hoc, utpote auctoris nomine ex dictis in codice præfato destitutum, Leoni Sapienti attribuatur, mihi sane, ab illustri hoc scriptore, cui ab Allatio et Fabricio ascribitur, fuisse etiam illam adornatam, verosimillimum, ne dicam, indubium apparet, ut adeo in elencho, sæpius jam memorato, Joannis, archiepiscopi Thessalonicensis, nomine perperam sit signata.

6. Verum etsi id ita sit, in eodem equidem elencho, quæ alteram, ab his verbis, Ἄλλοι μὲν ἄλλα, inceptam atque a pag. 208 usque ad pag. 226 protensam, auctoris anonymi de sancti Demetrii miraculis lucubrationem proxime excipit, homilia seu potius, prout in titulo, quem præfert, inscribitur, contextum in sancti Demetrii laudem, quod a pag. 226 usque ad pag. 247 versam excurrit, encomium Joanni, Thessalonicensi archiepiscopo, recte ascribitur, uti et Josepho, Thessalonicensi itidem archiepiscopo, aliud Sancti encomium, quod encomio mox dicto proxime subjungitur, quodque, fine exsistens mutilum, a pag. 247 versa usque ad pag. versam 253, codicis sæpissime jam laudati, e quo aliquot hic folia excisa sunt, ultimam duntaxat extenditur. Atque ita simul ex eodem hoc codice tres præterea alias, quæ vel ipsummet Sanctum vel patrata ab eo miracula celebrant, atque hic recensendæ adhuc restabant, lucubrationes supra enumeratis addendas habemus. Proximum est, ut opuscula, quibus sancti Demetrii seu vita seu martyrium exponitur, modo etiam recenseamus. Allatius *De Simeonum scriptis* duo diversa, quorum tam unum, quam aliud, sancti Demetrii inscribit martyrium, pag. 123 et pag. 126 recenset. Primum, quod inter sanctorum Vitas, a Metaphraste non conscriptas, refert, hæc verba, Ὅτε Μαξιμῖνος ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ Θεσσαλονικέων διῆγε πόλει, secundum autem, quod Actis seu Vitis, a Metaphraste contextis, accenset, sequentia isthæc, Εἶχε μὲν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος, pro initio habet.

7. Atque hanc quidem posteriorem lucubrationem, quæ, a Lipomano in linguam Latinam primum conversa, sexto Vitarum, Latinitate ab eo donatarum, tomo ad 26 Octobris diem, sancto Demetrio apud Græcos sacrum, fuit inserta, Surius deinde in Vitarum, quam compilavit, collectionem, nulla omnino in Lipomani interpretationem mutatione invecta, ad 8 Octobris diem, eidem Sancto apud Latinos dicatum, intulit, denuoque ad Medicæum bibliothecæ Christianissimi regis Græcum exemplar recensitam Græce simul et Latine opusculo separato, cujus unum penes me exstat exemplar, Bollandus noster, Laurentio Coccho rogante sumptusque subministrante, anno 1635 typis Meursianis excudendam curavit; quod autem ad priorem spectat, hanc esse puto illam ipsam, quæ latinitate ab Anastasio Bibliothecario donata pluribusque libris mss. aliisque deinde inserta hisce inchoatur verbis: « Cum imperator Maximianus in Thessalonicensium degeret civitate. » Ea sedet sententia, quod sic unum idemque utriusque sit initium. Nec refert, quod Græce apud Allatium Μαξιμῖνος, Latine apud Anastasium *Maximianus* scribatur. Præterquam enim quod Græce Μαξιμῖνος pro Μαξιμιανὸς, vel contra, non raro scriptum inveniatur, Fabricius *Bibliothecæ Græcæ* tom. IX, pag. B 72, laudat in bibliotheca Coisliniana exstans ms. Vitæ seu Passionis sancti Demetrii, Latine per Anastasium Bibliothecarium redditæ, Græcum exemplar, in quo non Μαξιμῖνος, sed Μαξιμιανὸς effertur. Nec aliter hoc nomen exaratur in Græco, quæ et in substantia et in adjunctis fere omnibus cum lucubratione Anastasiana, verbis licet ab hac multum diversa, apprime congruit, Demetrii Passione alia, a Photio in bibliotheca codice 255 exhibita. Adhæc in omnibus prorsus Latinis, quæ quidem videre mihi licuit, Vitæ per Anastasium versæ exemplaribus Maximianus, non Maximinus, scribitur.

8. Sed de re hac jam satis. Præter duas seu potius tres, ea scilicet, quam a Photio exhiberi mox monui, annumerata, Græcas Sancti Vitas seu Pas- C siones altera adhuc Græca itidem inchoata hisce verbis, Μαξιμιανὸς ὁ καὶ Ἑρκούλιος ὑποτάξας Γότθους, bibliothecæ Græcæ tom. IX a Fabricio, qui ibidem duas priores ex Allatio jam memoratas etiam recenset, pag. 72 laudatur, integraque eadem in codice olim Mazarinæo, sæpius supra citato, a pag. 1 usque ad pag. 10 versam exhibetur, uti et in codice nostro signato ✠ ms. 193 a pag. 38 usque ad pag 42. Cæterum ut contractiora Sancti elogia, in commentarii duntaxat decursu, si quid notatu dignum contineant, vel transcribenda vel saltem commemoranda, brevitatis ergo prætercam, Græcis Demetrii Vitis jam enumeratis addenda adhuc est prolixior Vita Latina seu potius Vitæ Græcæ, quam D priori, alteriusque, quam posteriori loco recensui, paraphrasis, in sanctorum Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Moraviæ, Prussiæ et Silesiæ patronorum Legendam, a Joanne Longino, alias Duglossio, anno circiter 1470, uti ms. adnotatio ei præfixa docet, concinnatam, Cracoviæque anno demum 1511 excusam, illata, atque a Pelbarto Temeswariensi, qui sæculo quinto decimo senescente in ordine Minorum floruit, in Sermonum de sanctis Pomerio part. II, sermone 79 compendio exhibita. Atque ita scripta, quæ de sancto Demetrio tractant, hicque recensere statueram, jam recensui; quam autem quæque fidem mereantur, simulque, quæ ex iisdem edenda sint, § sequenti, a Vitis seu Passionibus ducto initio, exponam.

§ II. *Quænam e scriptis, § præcedenti recensitis, edenda sint, et qua fide auctoritateve quæque valeant.*

9. Lucubratio, § præcedenti postremo recensita, est sane, quod ab auctore duntaxat recentiore, sive is interim Duglossius ipsemet sit, sive, quod verosimilius reor, alius ab hoc distinctus, primitus conscripta sit, variisque, quæ alibi non reperias, adjunctis, seu potius, quæ in nullo prorsus monumento satis antiquo fundantur, commentis ornata, sublestæ admodum fidei, propterea que, etsi quidem subinde, maxime cum confutanda subministrabit, in hoc commentario citanda partimque etiam describenda erit, typis tamen integra recudi non meretur, reque etiam ipsa non recudetur. Quod autem ad Vitas seu Passiones Græcas jam spectat, quæ Metaphrasti ab Allatio loco supra cit. ascribitur, reque etiam ipsa scriptoris illius fetus est, ab omnibus prorsus artis criticæ peritis exiguo in pretio modo habetur, eique tum illa, quæ e lingua Græca in Latinam ab Anastasio Bibliothecario fuit conversa, tum altera, quæ a Photio in Bibliotheca cod. cit. suppeditatur, longissime præfertur, et sane non immerito: præterquam enim quod, quæ fidei Christianæ sanctitati, uti infra de hoc argumento disputanda luculenter evincent, omnino adversantur, sancto Demetrio et juveni cuidam, nomine Nestori, quem etiam velut martyrem proponit, attribuat, prodigia etiam complectitur, quæ, quamvis quidem eo solo ex capite, quod prodigia sint, haud merito rejicias, fidem tamen, nisi ex auctoribus monumentisve aut æqualibus aut subæqualibus, quod quantum ad narrata in Metaphrastica, de qua hic, Sancti Vita seu Passione certe locum non habet, memoriæ prodita haustave esse noscantur, apud criticos, minus etiam severos, haud facile inveniunt; ut enimvero Metaphrasticæ Sancti Passioni seu Actis facta improbabilia esse immista, Tillemontius, tom. V *Monumentorum*, pag. 149 recte pronuntiat. Verum anne hæc pro commentis, quæ sæculo decimo primum vel ab ipso Metaphraste vel a scriptore altero, hunc prægresso, fuerint conficta, recte etiam idem auctor habet?

10. Res enimvero secus habere mihi videtur. Quod enim nominatim ad Metaphrastem pertinet, nova hic prodigia, adjunctave vero absimilia, ut majores nostri experientia jam dudum didicere, nosque ipsi eadem magistra quotidie discimus, in sanctorum Acta, quæ stylo suo expolivit, non intulit, sed tantum, quæ ab aliis in litteras jam missa invenit, transcripsit ac adoptavit; ut autem, unde etiam, a nullo alio sæculi decimi scriptore improbabilia illa, quæ in Metaphrastica Sancti Vita occurrunt, facta fuisse conficta, apparet, jam afferam, Joannes, archiepiscopus Thessalonicensis, qui, quemadmodum infra docebo, sæculo septimo floruit, in supra memorata panegyrica, quam scriptis a se sancti Demetrii miraculis præfationis in mo-A dum præmittit, oratione pag. 17 (codicis scilicet olim Mazarinæi sæpius jam laudati) ita loquitur: Ἀλλὰ τὸ μὲν μνησθῆναι πάντων τῶν θαυμασίων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησεν, οὐχ εὔκολον, ὅτι καὶ ἀδύνατον. Ἴστε γὰρ τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ ὕμνῳ τῆς παμμακαρίστου αὐτοῦ ἀθλήσεως, ὡς ἐκ τῶν λόγων, οὐ μικρῶν δυνάμεων, συνθημάτων, ἰάσεών τε καὶ χαρισμάτων περιβοήτου γεγενημένης τῆς ἐνεργείας τοῦ μάρτυρος. Οὐκ ἐκεῖνα γοῦν τὰ παμπληθῆ καὶ παλαιότερα διηγεῖσθαι προῄρημαι· quæ verba Latine sic sonant: « Sed miraculorum omnium, quæ ipse (sanctus scilicet Demetrius) fecit, meminisse, haud facile, quia et impossibile. Scitis enim, utpote virtutum haud mediocrium, signorum, sanationumque et gratiarum martyris efficacia celebri e sermoni-B bus effecta, in beatissimi ejusdem Passionis laudatione scriptum quid sit. Non illa itaque permulta ac antiquiora narrare proposui.

11. Fuit ergo, uti ex hoc textu apparet, jam inde a Joannis, Thessalonicensis archiepiscopi, ætate seu sæculo septimo lucubratio, qua non pauca sancti Demetrii patrocinio patrata miracula recensebantur. Quid si autem hæc fuerit illa ipsa, cujus initium est Μαξιμιανὸς ὁ καὶ Ἑρκούλιος ὑποτάξας Γότθους, Græca sancti Demetrii Vita seu Passio, supra memorata atque ab anonymo conscripta? Id sane mihi vero haud apparet prorsus absimile. Isthæc enim seu Vita seu Passio non pauca etiam miracula complectitur. Adhæc quibus verbis in textu, jam nunc dato, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, de C miraculorum a sancto Demetrio patratorum celebritate loquitur, fere etiam iisdem de hac sermo et in illa fit, ut Joanni, Thessalonicensi archiepiscopo, præluxisse videatur. Ipsa, quæ huc faciunt, Vitæ ejusdem seu Passionis verba, ut, facta horum cum recitatis Joannis Thessalonicensis verbis collatione, de re judicare studiosus lector queat, huc etiam, Latina interpretatione adjuncta, transcribo. Sic habent: Σημείων τε πολλῶν καὶ ἰάσεων γενομένων ἐν τῷ τόπῳ, καὶ θείων χαρισμάτων φοιτώντων τοῖς πίστει προσερχομένοις ἐν αὐτῷ, . . . περιβοήτου διὰ πάσης Μακεδονίας καὶ Θετταλίας γενομένης τῆς τοῦ μάρτυρος θαυματουργοῦ ἐνεργείας . . . Λεόντιος. . . τις ἀνὴρ . . . νόσῳ ἀνιάτῳ ληφθεὶς . . . εὐθέως τῆς D ὑγιείας ἐπέτυχεν. « Postquam multis in loco (quo scilicet Sanctus terræ fuerat mandatus) signisque et sanationibus factis, iisque, qui cum fide ad illum accedebant, gratiis divinis frequentissime collatis,..... martyris, miracula facientis, efficacia per omnem Macedoniam, ac Thessaliam celebris esset effecta,... Leontius... vir quidam.... morbo immedicabili correptus... sanitatem statim (positus nimirum supra Sancti tumulum) obtinuit. » Ubi Græca hæc verba, περιβοήτου . . . . γενομένης τῆς τοῦ μάρτυρος θαυματουργοῦ ἐνεργείας, notanda præcipue sunt, conferendaque cum supra recitatis, quibus respondent, Græcis itidem Joannis Thessalonicensis verbis.

12. Quod si autem, collatione hac facta, antistiti

huic præfatam, de qua hic, anonymi lucubrationem præluxisse nondum existimes, erit equidem adhuc, cur ex hac Metaphrasticam Sancti Vitam promanasse appareat. Cum enim omnia, si unum tamen, de quo mox, exceperis, tum prodigia, tum facta, utcunque notatu digna, quæ in Metaphrastis Opusculo, pariter in anonymi lucubratione occurrant, quin vel hæc ex illo, vel illud ex hac promanarit, ambigendum vix est; postremum autem astruendum videtur, uti jam nunc dicenda ostendent. Leontius quidam, Illyrici præfectus, cum ab apparente sancto Demetrio ad fiduciam animatus fuisset, commotum procellosa tempestate, alveoque suo egressum Danubium, « fluento tacite recedente, et cedente nutibus, qui non cadunt sub aspectum, » curru innoxius trajecisse in Metaphrastica Sancti Vita sub finem narratur; in altera autem, ab anonymo contexta, etsi quidem oblata Leontio sancti Demetrii apparitio in fine memoretur, nulla tamen omnino fluenti, quod tacite recesserit, nutibusque, qui sub aspectum non cadunt, cesserit, mentio fit a scriptionis istius auctore, qui tamen, utpote narrandis prodigiis admodum addictus, nullumque prorsus ex aliis, a Metaphraste relatis, omittens, insigne illud maximeque memorandum prodigium, si scriptoris hujus lucubrationem præ oculis habuisset, suamque ex ea contexuisset, commemorare haud prætermisisset. Nec est, quod reponas, miraculum saltem in Istri per Leontium trajectu factum fuisse, ab anonymo indicari: etsi enim id ita sit, nec hinc tamen quidquam habetur, unde utcunque, quod tamen foret necessum, anonymo Metaphrastem, non huic illum, lucubratione sua præluxisse, concludas.

13. Ut res manifesta evadat, quidquid, quod huc facit, anonymus suppeditat, Latine hic exhibeo. Postquam itaque, Danubium, dum ad hunc Leontius accessit, alveo suo ita, ut nec navibus trajici posset, fuisse egressum, Leontioque nihilominus, ut eum citra hæsitationem trajiceret, sanctum Demetrium, in somnis ei apparentem, imperasse, narravit, mox de Leontio subjungit: «Mane itaque, conscenso curru, venerandam (qua scilicet sacræ sancti Demetrii reliquiæ continebantur) lipsanothecam manibus tenens flumen innoxius transivit; » quibus sane verbis, determinatum, quod Metaphrastes refert, miraculum, etsi interim hoc ex illis verosimillime is scriptor eruerit, in Istri per Leontium trajectu factum fuisse, neutiquam indicatur. Quid si enim Leontius, aquis quidem non, ut Israelitis, mare Rubrum transeuntibus, evenit, a dextra lævaque recedentibus, sed tantum, ut Christo et Petro apud Matthæum, cap. XIV, factum, non subsidentibus, Danubium innoxius trajecerit? Enimvero etiam vel sic factum fuerit miraculum plane insigne, nec aliud forte indicatum voluerit anonymus. Verum demus etiam tantisper, illud ipsum, quod Metaphrastes narrat, miraculum verbis recitatis indicari ab anonymo, illud equidem hic scri-

A ptor, utpote reliqua omnia a Metaphraste relata miracula dilucide exponens, non subobscure duntaxat, si hunc sibi prælucentem habuisset, indicasset, sed dilucide pariter, non secus ac ille, exposuisset; cum autem id certe haud faciat, non utique anonymus Metaphrastem, sed hic illum, ut jam dixi, prælucentem habuerit, ex eoque liberiori interpretatione intellecto determinatum, quo Leontium trajecisse Istrum refert, miraculum astruxerit.

14. Atque ita etiam ex jam dictis consequitur, ut sane Metaphrastes, quæ in concinnata a se Sancti Vita refert, tum prodigia, tum facta improbabilia ipsemet haud confinxerit, sed ex præfato anonymo, qui eadem omnia, si unum tamen jam memoratum

B exceperis, in contextis a se Demetrii Actis recenset, verosimillime acceperit. Verum cum id ita sit, num ergo a posteriore hoc scriptore prodigia illa omnia factaque improbabilia primum fuere conficta? Antequam quid de re hac censeam edicam, nonnulla de Sancti supra memorata Græca seu Vita seu Passione, in linguam Latinam ab Anastasio Bibliothecario conversa, præmittenda adhuc sunt. Hanc, quæ paululum contracta apud Vincentium Bellovacensem *Speculi historialis* lib. XII, cap. 150, et apud Mombritium tom. I *Vitarum* jam exstabat, integram tandem cum Prologo ab Anastasio ei præmisso, miraculisque ad calcem adjectis, in *Veterum Analectorum* tom. I Mabillonius intulit,

C eamdemque etiam ms., qui ad Cornelium Duyn olim spectavit, ac ✠ ms. 84 signatur, codex noster exhibet, uti et duo, quorum alterum e Rubeæ-Vallis, alterum e Trevirensi sancti Maximini codice notatur desumptum, in collectaneis nostris exstantia mss., ita tamen ut horum postremum careat simul et miraculis, et Anastasii Prologo seu dedicatione, Carolo imperatori facta, quibus etiam, si miraculum, quod de Mariano est, exceperis, suppeditata a Bellovacensi et Mombritio compendia destituuntur.

15. Porro Anastasius Bibliothecarius, de quo Mabillonius *Veterum Analectorum* tomo I præfato, pag. 96, videri etiam potest, dictam Sancti Vitam seu Passionem, latinitate a se donatam, ad Carolum imperatorem, uti Prologus eidem Vitæ præ-

D fixus fidem facit, transmisit; quare, cum hic alius, quam ille ipse, cui idem Anastasius (adi ad annum 876, num. 12, Pagium in *Criticis*) Latine a se red ditam sancti Dionysii Areopagitæ Vitam anno 876 misit, imperator Carolus Calvus, anno 875 diademate imperiali Romæ primum coronatus annoque 877 e vivis sublatus, fuisse non videatur, lucubratio ista verosimillime non serius, quam hoc ipso anno ab Anastasio fuerit in linguam Latinam conversa, certeque, cum hic scriptor ante annum 882, ut Muratorius in Præfatione, tom. tertio *Scriptorum rerum Italicarum* præmissa, docet, e vivis abierit, contextam a Metaphraste, sæculi duntaxat decimi scriptore, Vitam antiquitate exsuperat. Nec, quia

etiam supra memoratam, quæ, ut docui, Metaphrasti præluxisse videtur, alteram Demetrii Vitam vetustate vincat, dubitandum apparet. Etenim non tantum Vita ista, quæ Metaphrasti præluxit, multo est brevior, verumetiam, quæ in hac occurrunt, tum prodigia, tum facta improbabilia haud complectitur; solet autem illa, quæ e duabus unius ejusdemque Sancti Vitis binis illis characteribus distinguitur, ab omnibus modo antiquitatis studiosis artisque criticæ peritis altera haberi non tantum sincerior, sed etiam antiquior.

16. Porro cum id ita sit, idemque præterea ordo, ac phrases etiam fere omnes eædem, quibus Demetrii martyrium hujusque series in breviori illa seu Vita seu Passione, ab anonymo conscripta, exponitur, pariter in Vita, ab anonymo altero contexta, quæ Metaphrasti præluxit, serventur, hæc ex illa verosimillime, ne dicam indubie, fuerit adornata, atque id ita quidem, ut auctor anonymus, a quo illud factum, inventa a sese in dicta breviori seu Vita seu Passione facta, intersertis subinde, quæ in illa narrat, prodigiis factisque improbabilibus, paraphrastice, uti ex utriusque lucubrationis collatione patescet, explanarit. Atque illa quidem, ut, quid de scriptore illo sentiam, tandem edicam, si non ipsemet confinxit, ex infida (verosimillime vulgi fama popularive traditione acceperit: modo adhuc, quantæ quidem antiquitatis brevior illa Sancti nostri Vita videatur, expono. Quod si vere, uti forte ex dictis factum, prolixior anonymi lucubratio, quæ Metaphrasti præluxit, Joanni, Thessalonicensi sæculo septimo antistiti, pariter præluxerit, brevior, de qua hic, Sancti Vita seu Passio, utpote hac, ut jam docui, antiquior, jam inde etiam ab eodem sæculo septimo, imo forte jam inde a sæculo sexto aut forte adhuc citius fuerit conscripta. Et vero, cum Anastasius Bibliothecarius, sæculi noni scriptor, sese illam non tunc primum concinnasse, sed tantum jam concinnatam e lingua Græca in Latinam transtulisse, in Prologo dicat, nihil sane, quominus tam cito exarata statuatur, impedire videtur, vixque etiam, quin saltem ante sæculum nonum litteris fuerit commendata, dubitandum apparet.

17. Hanc itaque breviorem anonymi lucubrationem, quæ præterea, quamvis quidem, quod e scriptoribus monumentisve æqualibus aut subæqualibus hausta non sciatur, fidem indubitatam haud mereatur, nihil tamen omnino a veritate certo abhorrens verove etiam absimile complectitur, ad commentarii calcem primo loco, quod et Vita, a Metaphraste contexta, et altera, quæ huic præluxit, si antiquior, recudam e Mabillonii editione, cum Rubeæ-Vallis ms. aliisque supra memoratis, quæ ad manum sunt, tum excusis, tum. mss. lucubrationis ejusdem exemplaribus collata, uti et cum Photiana Sancti Vita, quæ cum hac non tantum, ut supra dictum, in substantia adjunctisque fere omnibus apprime congruit, verum etiam, cum

A Photius, qui sæculo IX floruit, sese eam non contexuisse, sed jam ab alio contextam in bibliothecam suam intulisse, initio innuat, paris forte antiquitatis est. Huic porro breviori per anonymum scriptæ Sancti Vitæ duas adhuc supra jam memoratas, quarum altera etiam ab anonymo, altera a Metaphraste fuit concinnata, Passiones seu Vitas Demetrii alias, tum quod prolixæ admodum non sint, typisque hactenus, quam anonymus contexuit, vulgata haud fuerit, tum quod id studioso lectori, qui sic quæ de ambarum, ut ita dicam, genesi supra docuimus, examinare commode poterit, futurum putem non ingratum, Græce simul et Latine subjungam, priorem quidem e codicis nostri ✠ ms. 193 ms. Græco, quod e bibliothecæ Vaticanæ codice
B 821 desumptum notatur, quodque ipsemet e lingua Græca in Latinam converti; posteriorem vero e supra memorata Bollandi nostri editione seu potius e Christianissimi regis bibliothecæ Medicæo, e quo adornata hæc fuit, codice, cum Lipomani et Surii editionibus collato. Atque ita modo, quanti quæque, quæ inveniuntur, Sancti Vitæ valeant, et quænam ex hisce commentario huic subdendæ sint, jam exposui; etsi autem, ut monui, Passionem seu Vitam Sancti breviorem, ab Anastasio Bibliothecario Latine redditam, e Mabillonii editione recusurus sim, miracula tamen, utut Vitæ illi in hac proxime subnexa, non nisi ad duarum aliarum, pariter, ut jam dixi, edendarum, calcem adjiciam, idque
C non ex eorum editore Mabillonio Anastasiove interprete, sed ex ipsis, e quibus primitus manarunt, fontibus Græcis.

18. Quinam hi sint, expono. In codice olim Mazarinæo supra sæpissime memorato tres diversæ supra pariter memoratæ exstant de patratis a sancto Demetrio miraculis lucubrationes, quarum primam elaboravit Joannes, archiepiscopus Thessalonicensis, secundam anonymus, qui hujus lucubrationem continuavit, ac tertiam denique anonymus alter, qui, quemadmodum in ipso, quem hæc præfert, titulo indicatur, diversa diversis temporibus ac locis facta a sancto Demetrio miracula in litteras misit. Quin e miraculis, vel in Joannis Thessalonicensis, vel in anonymi prioris lucubratione occur-
D rentibus, miracula singula, quæ Anastasius bibliothecarius Latine reddidit, Mabilloniusque vulgavit, primitus hausta sint, dubitandum vix apparet, cum hæc illorum, quibus respondent, compendia duntaxat sint, Anastasioque Joannes Thessalonicensis ac hujus continuator anonymus antiquitate, uti ex infra dicendis intelliges, præcellant. Suppeditata itaque apud Mabillonium ab Anastasio Bibliothecario miracula e binis illis scriptoribus ad Vitarum trium seu Passionum edendarum calcem adjungam, ita modo eorum lucubrationes seu potius, quæ hisce continentur, miracula omnia, una cum anonymi, qui, ut jam dixi, facta a sancto Demetrio diversa diversis temporibus ac locis miracula litteris mandavit, lucubratione typis

primum (neque enim hactenus, quod sciam, editæ fuerunt) Græce simul et Latine subjecturus. Quod ut ad morem nostrum faciam, opus totum in tot, quot lucubrationes sunt, libros diversos, qui et ipsi in capita ac numeros divisi sint, distinguam, annotationibusque etiam, ubi id congruum necessariumque judicavero, ad singulorum capitum finem adjectis, illustrabo.

19. Verum cum per breve tempus, quo codex olim Mazarinæus supra sæpissime laudatus ad manum fuit, e miraculis, quæ tribus illis lucubrationibus comprehenduntur, quædam duntaxat integra una cum aliquot aliorum fragmentis, narratione reliqua in compendium contracta, describere ex hoc licuerit, qua ratione editionem illam adornaturus sim, exponendum adhuc est. Miracula, quæ e codice Mazarinæo integra habemus, integra etiam ex hoc dabimus. Idem etiam quantum ad fragmenta, quæ penes nos ex eodem codice descripta exstant, sumus facturi; ita tamen, ut, quod ab hisce, punctorum interpositione, quæ hiatum signet, propterea subinde distinguendis, e reliqua narratione abest, nosque, ut jam innui, compendio habemus, in Adnotationibus lectorem sim edocturus. Quod autem ad alia, quæ tribus supra dictis lucubrationibus continentur, miracula spectat, unum ex his e Combefisio, qui id in *Historiæ Byzantinæ* post Theophanem scriptoribus, pag. 314 et binis seqq. e codice Mazarinæo supra sæpissime laudato recenset, vulgabo, reliqua vero e codice nostro signato ✠ ms. 193, in quo, suppresso auctoris, qui Joannes Thessalonicensis est, nomine, habentur partim integra descripta desumptaque, ut notatur, e codice bibliothecæ Vaticanæ 821, partim in compendium a Joanne Stauracio per orationem infra laudandam contracta, atque, uti in margine signatur, e Leonis Allatii mss. accepta.

20. Ut porro, quæ non parum, ut miracula illa ederem, contulerint, lectorem modo edoceam, Combefisius operis mox citati pag. 314, in Præfatione, quam Joannis Cameniatæ de Thessalonicæ per Agarenos anno 904 excidio Narrationi præmitti, sequentem in modum, aliis ante nonnullis adductis, loquitur: « Erat aliud, quod succurrebat in Thessalonica, imperii per hæc tempora, ipsaque anteriora ocello, secundæque dignitatis civitate ab ipsa imperante; ut nimirum tanta illa sancti Joannis, Thessalonicensis archiepiscopi, Justiniano Magno Mauricioque imperatoribus, in suo Demetrio proferrem, deincepsque alia secutis temporibus alio auctore producta, quibus non semel tentata civitas, ipso quandoque Chagano, ipsi Mauricio formidolosissimo hoste, omni conatu auxiliorumque copia obsidente, divina potius, quam humana ope liberata est, apertis Magni Demetrii miraculis ejus generis; ut nec pervicacissimi maximeque increduli fidem facile abnuere possint; quam in rem laudati viri sanctissimi Joannis archiepiscopi industria egregie incumbit, etsi non desunt utrinque stratagemata, bellique facinora præclare edita, quæ forte omnia alia a me occasione erunt producenda, ut et ultima ejusdem urbis expugnatio, a Joanne Anagnosta egregie descripta. »

21. « Hic vero parcendum moli libri, per quam, ne extra metas quidquam excurrerem, mihi ipse legem imposui, et ut unum duntaxat ex spisso illo opere (Mazarinæo nempe supra laudato, qui totus de sancto Demetrio est, codice ms.) caput prælibarem, quod hanc ipsam excisæ urbis Thessalonicæ Historiam extremo limite attingit. Cur vero Demetrius, tot modis tantisque hostibus olim servata sua civitate, semel et iterum a Christi hostibus diripi siverit, eorumque postremo firma possessione juris fieri, alta Dei judicia sunt, a quibus et nobis merito timendum sit. » Ita est, eximia plane, uti hic Combefisius innuit, narrata a Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo, scriptoreque anonymo priore, antea jam a nobis laudato, qui hujus lucubrationem continuavit, sancti Demetrii, majori saltem ex parte, sunt miracula, nonnullaque etiam ea inter occurrunt, quæ, cum sanctum Demetrium Avarum, Sclavorum aliorumque barbarorum obsidione Thessalonicam urbem suam natalem liberasse perhibeant, ad gentium harum historiam, seu res Græcos inter et illas gestas illustrandas, utcunque conducunt; quæ sane sola, etsi reliquæ, quæ a Sancti gloria petuntur, rationes deessent, ad miracula illa luce publica, qua hactenus caruerunt, donanda vix non me movissent, etsi interim nonnulla etiam minus illustria sibi habeant admista. At vero quod spectat ad sancti sanctissimique viri titulos, quibus Joannem, Thessalonicensem archiepiscopum, Combefisius loco transcripto condecorat, hunc ego præsulem nullis prorsus fastis sacris inscriptum, cultuve ecclesiastico sive a Græcis sive a Latinis honoratum invenio. Quare ego, etsi etiam more olim recepto episcopos omnes, tum defunctos, tum in vivis adhuc superstites, honoris causa seu per tituli honorarii modum sanctos fuisse appellatos, compertum habeam, ipseque etiam, de quo hic, Joannes Thessalonicensis in titulis, qui lucubrationibus ejus in codice olim Mazarinæo præmittuntur, *sancti* titulo plus semel afficiatur, ad Combefisii tamen, qui morem illum ibidem spectasse non videtur, exemplum Joanni Thessalonicensi attribuere sancti sanctissimive viri titulum non ausim.

22. Verum, etsi res ita habeat, a virtute tamen vitæque probitate plurimum hic scriptor commendatur, ut sane in narrandis iis quæ ætate sua gesta sunt, quæque vel ipsemet vidit, vel e viris fide dignis, quibus apprime comperta erant, didicit, fidem integram mereatur, ita autem, etsi non omnia, pleraque tamen, quæ sancti Demetrii virtute patrata refert, miracula explorata habuit. Audi, qui ipsemet in supra plus semel memorata, quam miraculis, a se narratis, præmisit, oratione panegyrica oppor-

tunc ad institutum præsens in codice olim Mazarinæo pag. 17, proxime post verba num. 10 recitata de miraculis, quæ litteris commendaturus est, loquatur. Ἀλλὰ καθὼς ὁ παρθένος ἀπόστολος ἔφησεν, *Ἃ ἀκηκόαμεν*, δῆλον δὲ ὅτι παρὰ τῶν πείρᾳ παρειληφότων, ἢ ἀκριβείᾳ μεμαθηκότων, καὶ ἃ αὐτοὶ *ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ἃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν*, ταῦτα διὰ τῆς αὐτοῦ συνάρσεως ἀπαγγελοῦμεν ὑμῖν. « Sed, ut virgo apostolus dixit : *Quæ audivimus*, nimirum ex iis, qui experientia compererant, vel diligenti inquisitione didicerant, et quæ ipsimet *vidimus oculis nostris, quæ perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt*, ea ejusdem auxilio annuntiabimus vobis. »

23. Ut porro non tantum, quam Joannes Thessalonicensis fidem mereatur, sed etiam, qua circiter ætate floruerit, edicam, miraculorum edendorum lib. I, cap. 5 Eusebii, archiepiscopi Thessalonicensis, qui sub Mauritio imperatore cathedram hanc occuparit, mentionem facit, sequentique deinde cap., sese, quod ibidem narrat, miraculum ex ante memorato archiepiscopo ac proin dicto Eusebio audivisse, affirmat; quare, cum Eusebius, Thessalonicensis sub Mauritio imperatore archiepiscopus, alius, quam qui ordine decimus octavus sedem illam occupavit, certoque ante annum 649, utpote quo jam ejus successor, Paulus hæreticus, uti ad hunc annum apud Pagium in *Criticis* et Lequienum in *Oriente sacro*, tom. II, col. 40 videre licet, ecclesiam Thessalonicensem administrarit, diem extremum clausit, non noscatur, necesse omnino est, ut Joannes, Thessalonicensis postea et ipse archiepiscopus, Eusebio isti ex dictis locutus, litterisque sancti Demetrii miracula complexus, sæculo septimo floruerit, aliusque proinde (neque enim eodem illo sæculo duos diversos, quibus nomen Joannis fuerit, archiepiscopos Thessalonicenses invenio) esse non possit, quam Joannes Thessalonicensis archiepiscopus concilio generali sexto, Constantinopoli anno 681 celebrato, in conciliorum collectionibus apud Labbeum et Harduinum subscriptus.

24. Nunc de anonymi, qui Joannis Thessalonicensis lucubrationem, ut dictum, continuavit, alteriusque item anonymi, qui diversa diversis temporibus gesta sancti Demetrii miracula litteris commendavit, ætate simul ac fide nonnulla sunt proferenda. Prior, cujus lucubratio, ut jam monui, secundum miraculorum edendorum librum constituet, cap. 4 narrat miraculum, quod, quemadmodum in Adnotatis ei subdendis, docebo, sub sæculi octavi finem evenit, ut certe non citius, quam sæculo hoc senescente floruerit. Nec ultra sæculum nonum ætas ejus differenda videtur : ultimum enim e miraculis, quæ Anastasius Bibliothecarius, ante annum 882 e vivis, ut supra docui, ereptus, apud Mabillonium tom. I *Veterum Analectorum* narrat, primus omnium aut saltem ante Anastasium in litteras misisse videtur, idque, quod lucubrationis suæ, in codice olim Mazarinæo hic mutilæ, loco ultimo recenset, temporibus suis gestum innuit. Jam vero, cum hæc ita habeant, eaque, quæ tribus prioribus capp. refert, sæculo septimo, ipsaque etiam Joannis, Thessalonicensis archiepiscopi sæpissime jam laudati potissimum ætate, uti ipsemet docet, gesta sint, fidem sane in narrandis iis, utpote a tempore quo floruit nimium remotis, omnino indubitatam non mereatur, maxime quod præterea quibusnam e fontibus sua illa narrata hauserit, nec ipsemet uspiam edicat, nec aliunde habeatur compertum.

25. Quod modo ad alterum, cujus lucubratio, ut ante dixi, miraculorum edendorum librum tertium constituet, scriptorem anonymum spectat, certo hic, cum editum a Combefisio loco supra citato miraculum, quod cap. 3 refert, anno 904, ut in Adnotatis ei subjungendis docebo, evenerit, non citius, quam sæculo nono, imo vero, cum civitatis Thessalonicensis per Agarenos dicto anno 904 sub Leone imperatore excidium pluribus jam annis fuisse, cum scriberet, præteritum, non obscure innuat, ne quidem ante sæculum decimum fortassis floruerit. Aliud, quo ætatem ejus propius definiam, non succurrit; verum, cum diversa diversis temporibus, ut titulus lucubrationi illius præfixus docet, patrata a sancto Demetrio miracula referat, dubitari equidem non immerito potest, an ab aliquot, quæ narrat, miraculis remotius haud vixerit, quam ut certam atque omnino indubitatam narratis suis fidem conciliare queat. Utut sit, nullum equidem ex iis quæ refert, indubitanter, velut certo falsum ac fictitium, ausim rejicere. Atque ita, quanto singulæ tres de sancti Demetrii miraculis edendæ lucubrationes in pretio habendæ sint, modo etiam exposui.

26. Harum porro editioni subnectam varia etiam tum de prodigioso, quod e Sancti tumulo, aut, ut alii scribunt, corpore Thessalonicæ stillat, olimve certe stillavit, unguento seu oleo, tum aliis nonnullis, quæ a tribus dictis lucubrationibus absunt, sancti Demetrii miraculis analecta, partim e scriptoribus, typorum beneficio jam vulgatis, partim e Joannis Stauracii ac Demetrii Chrysoloræ lucubrationibus nondum editis accepta. Et quidem, si quæ de scriptoribus, typorum beneficio nondum vulgatis, quo, quam fidem mereantur, edoceam, adnotanda judicaro, id tum, cum eorum verba testimoniumve adduci oportebit, præstabo. Quod autem ad Joannem Stauracium et Demetrium Chrysoloram spectat, quo in pretio, quæ bini hi scriptores nondum editi in litteras miserunt, habenda sint, hoc loco lubet exponere. Joannes Stauracius prolixam admodum, quæ in codice nostro ✠ ms. 193 a pag. 66 usque ad pag. 99 versam e Leonis Allatii, uti in margine ascribitur, ms. deprompta exstat, orationem de sancti Demetrii miraculis contexuit. Guilielmus Caveus in *Scriptorum ecclesiasticorum Historia*, part. II dissertatio-

num, ad hujus calcem adjectarum prima pag. 10, sese dubitare, an lucubratio illa edita non sit, declarat, eo verosimillime adductus, quod ejus partem a Leone Allatio in Notis ad Acropolitæ Historiam editam legisset, confuseque duntaxat rei hujus meminisset. Certe ego istud opusculum typis integrum editum fuisse, nondum comperi; quod hic notasse sufficiat. Ejus auctor sæculo tertio decimo verosimillime floruit. Etenim non tantum fere omnia, quæ Joannes Thessalonicensis archiepiscopus, duoque scriptores anonymi, typis, ut dictum, edendi, memoriæ produnt, miracula refert, verum etiam alia nonnulla, ut litteris commendare, quidquid miraculorum ad suam usque ætatem a sancto Demetrio gestum fuisset, scopus ejus exstitisse videatur. Quapropter, cum miracula prorsus nulla, sæculo tertio decimo posteriora, commemoret, vix est, quin hoc eodem sæculo floruerit, eaque, quæ narrat, in litteras miserit, ambigendum.

27. Licet porro, ut de scriptoris fide jam dicam, in narrandis iis quæ procul admodum ab ætate sua gesta sunt, fidem certam atque indubitatam, maxime cum a Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo, aliisque scriptoribus antiquioribus, uti subinde fit, dissonat, sola sua auctoritate non mereatur, non est tamen, cur in iis quæ vel ipsa ejus ætate vel minus ab hac remote evenere, fides ei, nisi ratio aliunde petita id suadeat, denegetur, præsertim si ea quæ memorat sint hujusmodi, ut apprime ei, qualia sane sunt, quæ de unguento e sancti Demetrii seu tumulo seu corpore scaturiente tradit, potuerint esse perspecta. Ad Demetrium Chrysoloram jam venio. Hic scriptor, qui, quemadmodum in adjecta ad *Scriptorum ecclesiasticorum Historiæ* partem I Appendice pag. 71 Guilielmus Caveus docet, circa annum 1430 claruit, præter opuscula, ibidem a Caveo partim recensita, scripsit etiam idiomate Græco de sancto Demetrio orationem. Lucubratiuncula hæc, quæ bibliothecæ Mediceæ sancti Laurentii pluteo decimo, codice 13 a fol. 41 integra exhibetur, duas partes complectitur, quarum altera encomiastice Sancti martyrium ejusque adjuncta exponuntur, altera de prodigioso, quod e tumulo ejus stillat, seu unguento seu oleo tractatur. Posteriorem, quæ non alia, quam quæ auctor optime explorata verosimillime habuit, suppeditat, locumque proinde inter Analecta, a nobis, ut dictum, edenda, merentur, e dicto bibliothecæ Medicææ codice descriptam habemus. Priorem autem non item; neque vero, cum, spectata qua auctor floruit ætate, nullum prorsus rebus, quas de Demetrio commemorat, pondus queat adjungere, vehementer illam desideramus.

28. Atque ita modo, non tantum quæ integræ, verum etiam quæ ex parte tantum, tractantes de sancto Demetrio ejusve miraculis lucubrationes ad Commentarii hujus calcem edendæ sint, jam exposui. Superest, ut de lucubrationibus aliquot

A aliis, quæ vel in ipso hujus Commentarii decursu usui utcunque erunt, vel certe inter supra enumeratas de sancto Demetrio variis e bibliothecis auctoribusve lucubrationes recensentur, nonnulla adhuc proferam. Orationis, Leoni Sapienti, ut supra docui, attribuendæ, cujus initium est, Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος, pars quæpiam, e codice olim Mazarinæo descripta, penes nos exstat, hæcque una cum titulo, quem lucubratiuncula ista præfert, usui qualicunque in Commentarii decursu erit, uti et inchoatum hisce verbis, Μνήμην δικαίων, quod etiam Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus sæpissime laudatus, contexuit, sancti Demetrii elogium, cujus aliquot penes nos etiam exstant fragmenta, ex eodem codice olim Mazarinæo pariter descripta.
B Adhæc in codice nostro † ms. 193 diffusum, quod Gregorio diacono ac referendario ascribitur, Sancti Encomium, non tantum ex parte, sed integrum a pag. 100 usque ad pag. 106 versam exhibetur. Verum lucubratio isthæc nulli prorsus usui esse potest, edique proinde non meretur. Præter enim quod Metaphrasticam Sancti Vitam seu Passionem encomiastice duntaxat exponat, auctor sanctum Demetrium adversus Agarenos, qui captam a se Thessalonicam vastarant, fusoque civium sanguine fœdarant, in fine invocat. Quare cum ab Agarenis non citius quam anno 904 Thessalonica capta fuerit, is verosimillime sæculo decimo, certeque non citius floruit; ut, quidquid de sancto Demetrio
C commemoret, nullum omnino Metaphrasticis de hoc assertis pondus adjungat.

29. Quod porro ad duas supra etiam memoratas, quarum altera (adi Fabricium in *Bibliotheca Græca*, tom. IX, pag. 71 et seq.) sequentibus hisce, Θαυμαστὸς ὁ Θεός, altera istis, Οὐδὲν οὕτω, inchoatur verbis, Leonis imperatoris de Demetrio orationes, aliasque, de quibus pauca adhuc hic dicere proposui, scriptorum aliorum, videlicet Philothei patriarchæ Constantinopolitani, sequentiumque quatuor archiepiscoporum Thessalonicensium, Josephi, Gregorii Palamæ, Nicolai Cabasilæ et Nicetæ, lucubrationes spectat, opuscula isthæc, vel idcirco adeo non edenda, ne ex parte quidem habemus, nec scio, an multum expetenda sint. Etenim nisi
D forte, quod facile interim secus habere potest, quidpiam vel de Sancti cultu, vel de prodigioso, quod ex ejus seu tumulo seu corpore Thessalonicæ stillat, unguento seu oleo subministrent, auctores eorum spectata qua floruerunt ætate, illustrandis, quæ ad Sanctum nostrum spectant, rebus parum admodum videntur idonei. Ut res manifesta evadat, quo quique circiter tempore floruerint, subjungo. Leo Sapiens ab anno 870 ad annum usque 951 imperii orientalis habenas fuit moderatus, Philotheus ad sedem Constantinopolitanam (adi chronologicam patriarcharum Constantinopolitanorum *Historiam*, operis nostri tom. I Augusti præfixam) anno 1354 fuit evectus, annoque circiter 1376 excessit e vivis. Gregorius Palamas, hujusque

successor Nicolaus Cabasilas sæculo xiv, uti apud Lequienum in *Oriente sacro*, tom. II, et Caveum in *Scriptorum ecclesiasticorum Historia* videre licet, Thessalonicensem cathedram occupavit. Quod autem ad Nicetam pertinet, duo fuerunt Thessalonicenses archiepiscopi, nomine Nicetæ distincti, quorum alter, uti Lequienus loco cit. docet, sæculo duodecimo, alter adhuc serius floruit.

§ III. *Sancti imperterrita in prædicanda Christi fide fortitudo, et quid de iis quæ de ejus genere, patria, conditioneque narrantur, censendum.*

30. Illustri senatorioque genere ortum esse Sanctum nostrum Vita ejus seu Passio secundo loco edenda, quæ anonymum habet auctorem, memoriæ prodit, nec multum ab ea in præclaro astruendo ejus genere abludit, quæ tertio loco edetur, a Metaphraste contexta, utpote initio sic habens : « Quod.... ad parentes attinet, erat insignis et genere clarissimus, ipsum referens ad antiquos Macedones. » Illustri porro senatorioque genere oriundum esse Demetrium, Latina ejus Vita, num. 8 laudata atque a Duglossio contexta, non tantum affirmat, verum etiam parentum, a quibus fuerit progenitus, nomen prodit. Verba, quibus id facit, hæc sunt : « Cujus (Demetrii nimirum) parentes erant non solum Christiana dignitate adornati, verum etiam ex inclyta progenie senatorum nobiliter orti, pater ejus Antonius, mater vero Theogona beatissimis nominibus vocabantur. » Verum omnes prorsus, quos eatenus mihi videre hactenus licuit, scriptores tum Græci, tum Latini, si unum, qui quæ scribit e Vita Duglossiana hausit, Pelbartum Temeswariensem in suo, quod num. 8 laudavi, sanctorum Pomœrio excipias, altissimo silentio involvunt nomina, quibus Demetrii parentes vocati fuerint. Quod cum ita sit, quis isthæc primum prodenti Duglossio, scriptori a rebus quas narrat multis sæculis remoto, nec unde quæ tradit, atque ab antiquioribus monumentis absunt, hauserit, nescitur, fidem adhibeat? Mihi sane aut is aut certe scriptor alter, quem sibi prælucentem habuerit, nomina ista pro arbitrio suo fuisse commentus videtur.

31. Nec modo multo faventiori de illustri Sancti genere, quod non tantum in Duglossiana ejus Vita, sed etiam Metaphrastica, alteraque quæ Metaphrastæ præluxit ab anonymo concinnata astruitur, sentiendum arbitror. Etenim ne verbum quidem usquam vel in Anastasiana vel in Photiana Demetrii seu Vita seu Passione aliove etiam monumento sacro antiquo occurrit, quod illustri nobilive genere eum esse prognatum vel obscure innuat. Quare, cum non modo Duglossius, sed et Metaphrastes, atque ipse qui huic præluxit biographus anonymus, remota sola, qua floruerunt, ætate, fidem inveniendam suis de Sancto assertis conciliare nati sint, sane non immerito, an vere Sanctus noster, uti ab hisce absque ullo seu scriptoris seu monumenti satis antiqui testimonio astruitur, genere illustri sit oriundus, dubitari potest, imo vero timeri, ne quidquid, quod de illustri Sancti genere apud laudatos hujus biographos memoriæ proditum invenitur, suam unice originem debeat fingendi licentiæ, cui etiam omni dubio procul debent attribui, quæ in Duglossiana Sancti Vita seu Passione sequentibus hisce memorantur verbis : « Erat autem (Demetrius nempe).... sceptriger imperatoris et dux Bellademensis (nescio, an auctor Belgradensis, prout apud Pelbartum est, non voluerit expressum) et Lacedæmonensis et consul aulæ imperialis. »

32. Nec tantum hæc, quæ omni prorsus antiquitatis testimonio destituuntur, ex comminiscendi libidine licentiave nata existimo, verum etiam, quæ de loco Sancti natali in eadem Duglossiana ejus Vita seu Passione leguntur. Ita enim habent : « Natus est infra Pannoniam beatissimus puer Demetrius... in civitate Syrmio. » Quis vero hic Duglossio, qui Demetrium natione Pannonem, patria Sirmiensem facit, absque scriptoris antiquioris auctoritate testimoniove tuto credendum putet? Sane ego quidquid abs illo de Sancti nostri natione patriave asseritur, ab auctore, qui præpostero in natale solum amore abreptus, alienum huic Sanctum affingere haud timuerit, primitus confictum reor, idque non tantum quod in nullo prorsus monumento scriptoreve antiquo sit fundatum, sed vel maxime, quod et cum Sancti Vita cum Metaphrastica, tum altera ab anonymo conscripta, quæ ambæ Demetrium Thessalonicensem apertissime faciunt, manifeste pugnet. Nec est, quod reponas, Metaphrastem anonymumque qui huic præluxit Sancti biographum tanti ex dictis faciendos non esse, ut Sanctum nec in Pannonia, nec Sirmii natum esse sola sua auctoritate certum possint efficere. Etsi enim id ita sit, nec Sancti patriam solumve natale Vitæ ejus, a Photio Anastasioque Bibliothecario exhibitæ, notent, Sanctum tamen patria Thessalonicensem fuisse lib. II *Miraculorum*, cap. 1, 2 et 4, scriptor anonymus qui hæc in litteras misit non obscure prodit.

33. Priori enim loco, quo Thessalonicam Barbarorum obsidione, agente sancto Demetrio, prodigiose liberatam narrat, Sanctum φιλόπατριν, id est, *patriæ*, Thessalonicam hac designans, *amantem*, secundæ autem ac tertio, quo Thessalonicæ opem a Demetrio pariter fuisse allatam prodit, Sanctum hunc σωσίπατριν, id est, *patriæ*, Thessalonicam utique hac iterum designans, *servatorem*, appellat. Adhæc Joannes, archiepiscopus Thessalonicensis, qui sæculo septimo floruit, Photioque proinde et Anastasio Bibliothecario multo est antiquior in inchoato hisce verbis, Μνήμην δικαίων, encomio, ejus supra plus semel memini, Thessalonicæ natum esse sanctum Demetrium non obscure docet. Etenim in lucubratione ista de beneficiis, a Sancto urbi Thessalonicensi exhibitis, sermonem faciens, codicis olim Mazarinæi pag. 227 versa ita loquitur : Ποῦ τοίνυν ὁ λόγος βαδίσει; Ἐπὶ τὴν εὐφημίαν καὶ

μόνην τοῦ μάρτυρος. Καὶ πῶς ἂν μᾶλλον ἐγκωμιάσαι τις τοῦτον, ἢ τὰς περὶ τὴν πατρίδα βοηθείας αὐτοῦ καὶ προνοίας ἀπαριθμούμενος, εἰ καὶ τῶν ἀκαταλήπτων τὸ ἐπιχείρημα; Αὗται γὰρ τῷ μὲν ἀριθμῷ τὰς οὐρανίους νιφάδας, τῇ δὲ λαμπρότητι καὶ τοὺς ἀστέρας ὑπερηκόντισαν. Τί γὰρ ἂν τις εἴποι καὶ πρῶτον, ποῖον δὲ καὶ παροφθὲν, οὐ ζημιώσει τὰ μέγιστα; Εἴπω τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης καὶ τῆς ὁμονοίας τῆς πόλεως αὐτοῦ καὶ μόνου πεφοιτηκότα κατόρθωμα; quæ Græca verba hunc in modum reddo Latine: « Quo igitur sese vertet oratio? Ad laudem eamque solam martyris: et qua ratione illum potius quis laudet, quam ejus in patriam suam auxilia ac curas, etiamsi rem incomprehensibilem sit moliri, enumerando? Ea enim numero quidem cœli imbres, splendore vero astra exsuperant. Quid enim et primum quis dicat, quale leve etiam neglectum maximis haud derogabit? Charitatis continuum concordiæque civitatis vinculum ipsius dixero et quidem solius beneficium? » Accedit, inter scriptores tum Latinos tum Græcos nullum prorsus, a Duglossio Pelbartoque distinctum, inveniri, quin Sanctum, si de solo ejus natali loquatur, Thessalonicensem faciat; quibus omnibus expensis, vere in civitate Thessalonicensi natum esse Demetrium in animum induco.

34. Nec hoc tantum verbis, quæ jam dedi, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, docet, verum etiam ibidem educatum fuisse Sanctum verbis aliis quæ subdo in codice olim Mazarinæo pag. 227 versa tradit. Ἐτράφη, inquit, τοίνυν ὁ μάρτυς παρ' ἡμῖν τοῖς λειπομένοις τούτου κατὰ τὸ ἄπειρον. Τόπῳ γὰρ συνετράφημεν αὐτῷ, οὐ κατ' ἐνέργειαν ὁμοιότητος. Quæ verba ita reddo Latine: « Martyr ergo (Demetrius scilicet) apud nos (Thessalonicenses nimirum) toto cœlo ab eo diversos, educatus fuit. Secundum locum enim educati cum ipso sumus, non secundum similitudinis effectum. » Tres quidem Vitæ seu Passiones edendæ, aliaque, quam in *Bibliothecam* Photius intulit, Thessalonicæ educatum fuisse Sanctum haud edicunt; verum nec loci, quo educari eum contigerit, meminere. Imo vero Vitæ duæ antiquiores, Photiana nimirum ac Anastasiana, ne obscuram quidem vel ipsiusmet educationis, quam Sanctus acceperit, mentionem faciunt. Nec id, cum binarum illarum lucubratiuncularum auctores anonymi, occasione, qua Demetrius subierit martyrium, narrata, statim ad hoc ipsum, aliis etiam, quæ de Sancto commemorare potuissent, omissis, narrandum prosiliant, mirum cuiquam debet videri. Demetrium itaque Thessalonicæ educatum fuisse Joanni Thessalonicensi (adi ejus verba proxime data) asserenti credo, maxime quod et id scriptorem hunc e monumento antiquiori didicisse, et Sanctum eo loco, qui ei natalis obtigit, quique ut jam docui Thessalonica fuit, educatum fuisse, verosimillimum appareat.

35. Duglossius seu quiscunque alter, e quo hic, A quæ de Sancto memoriæ prodit, deprompsit, in ea, quæ Demetrium, Sirmii, ut vult natum, Sirmii etiam educatum fuisse, statuit, opinione fuisse videtur, ita tamen ut eum deinde dialecticæ rhetoricæque operam in urbe Thessalonicensi dedisse crediderit. Etenim postquam Sanctum Sirmii natum esse per verba supra recitata asseruit, paucis duntaxat, quibus, quæ fuerint ejus parentibus nomina, pro arbitrio astruit, interpositis, subjungit: « Gloriosissimus... Demetrius liberalibus studiis traditus est, et, cum esset Spiritu sancto plenus, humanæ divinæque Paginæ scientia præditus urbem subiit Thessalonicensem, ubi dialecticus acutus rhetorque facundissimus effectus est. » Ita ille. Verum quæ hisce verbis tradit, præterquam quod partim B Joanni Thessalonicensi adversari videantur, nullo prorsus antiquitatis testimonio nituntur, hincque parvo admodum in pretio, ne quid pejus dicam, habenda sunt, maxime quod auctor sublestæ etiam, uti ex jam dictis liquet, sit fidei. Nec multo pluris æstimandum est, quod de posito a Sancto, virilis ætatis jam facto, in arte militari studio proconsulisque Græciæ, ad quam deinde ab imperatore Maximiano evectus fuerit, dignitate Metaphrastes simul, et anonymus qui huic præluxit Demetrii biographus asseverant, ambo ab ejus ætate remotiores, quam ut vel ista vel alia, quæ etiam de eodem absque scriptoris antiquioris testimonio tradunt, certa atque indubitata possint efficere. At vero, in- C quies, *Miraculorum* edendorum lib. I. cap. 3, Demetrius pallio, non secus ac consul, indutus apparuisse narratur; eorumdem autem *Miraculorum* lib. II, cap. 6, sub militari habitu spectandum sese Stephano episcopo Africano, a Sclavis capto, dedisse, eodemque modo, uti quæ posteriori loco præterea occurrunt, fidem faciunt, in imagine, quæ illum in Demetriano Thessalonicæ templo exprimebat, depictus exhibebatur.

36. Fateor, sic habet, suntque præterea in iisdem edendis *Miraculis* loci alii, quibus pariter sub militari habitu Demetrius apparuisse aut diserte traditur, aut certe utcunque innuitur. Verum Sancti non semper sub indumento seu habitu, officium dignitatemve, cujus, cum in vivis essent, fuerunt, ex- D primente, sed etiam sub alio, si consilio suo hunc magis videant idoneum, subinde apparent. Ut alio, quo id probatum dem, recurrendum non sit, faciunt ipsa edenda Sancti miracula. Horum enim lib. I, cap. 1, quod de Mariano Illyrici præfecto, a morbo immedicabili per Sanctum sanato tractat, Mariano hic sub specie, non propria, sed amici, quem ille intima sibi necessitate conjunctum Constantinopoli habebat, spectandum sese in somno dedisse narratur. Cum ergo, uti hinc liquet, etiam sub forma seu specie, diversa ab ea, qua in vivis fuerunt, Sancti apparere queant, quidni et sub indumento seu habitu, officium dignitatemve, cujus in vivis superstites fuerunt, non exprimente, facere id possint, reque etiam ipsa subinde faciant? Adhæc, ut

cans (oportet enim, sermone ad hoc delapso, mirandæ narrationis, quam e majoribus audivi, me meminisse) recta doctrina civitatem implevit, contrariaque sentientes compressit... Ast quænam illa est narratio?

40. « Ab iis... qui divina prudenter scrutantur, quærebatur, qui de illo civitatis amante coronatoque a Deo martyre fama tam late esset diffusa, ut illius auctæ invidia stimulare tunc dominantis, qui illic (in civitate Thessalonicensi nempe) versabatur, aures potuerit. Ac respondebatur : Non tam e sanatis per orationem corporibus, quam ex animabus per doctrinam mundatis : quando enim a somno excitavit, atque a luto expurgavit, quo in idololatriæ lacu fetore ac caligine detinebantur, animas, B spiritualem Orientis plagam, cœlestisque signi suffimentum Christum, verum Deum nostrum, cordibus eorum inserens, sanata quidem corpora, etsi etiam et hujusmodi gratiæ, secundum meritum datæ, non parvum eorum qui eas recipiunt in virtute progressum arguant, gratuitum Dei donum manifestant. Conversorum vero ad pietatem animæ immotum imperterritumque in docendo ac periculosa prædicatione animum, generososque ipsiusmet gloriosi athletæ sudores detegunt, non hic solum, sed ubique virtutis ejus sublimitatem manifestam reddentes. » Hæc Joannes Thessalonicensis, quibus sane, Sanctum Christi fidem cum fructu plane insigni etiam inter ipsos Thessalonicenses, etsi interim hosce omnes abs illo fuisse conversos non C dicat, relato, prædicasse affirmat. Nec hoc tantum verbis recitatis Joannes astruit, verum etiam inde magis, quam e miraculis, quibus eum etiam claruisse innuit, factum esse, ut imperatoris, cujus jussu fuit occisus, indignationem incurrerit. Verum de occasione, qua Sanctus neci datus fuerit, commodius tractabitur, postquam § sequenti, quæ de Nestore Sanctoque, qui huic, singulari certamine cum Lyæo gladiatore congressuro, benedixerit, in Vita a Metaphraste contexta, aliaque anonymi qui huic præluxit traduntur, examinaro.

§ IV. *Quid de iis quæ a Metaphraste anonymoque qui huic præluxit Sancti biographo de Nestore traduntur sit censendum.*

41. Suppeditata a Metaphraste anonymoque qui D huic præluxit Sancti nostri biographo de Nestore quodam, quæ hic examinanda venit, narratio in compendium contracta, eo fere recidit : Gladiator erat, Lyæus nominatus, natione Wandalus, qui, cum corporis robore maxime præstaret quoscunque secum singulari certamine manus conserentes facile superabat, hincque magno in amore simul et æstimatione apud imperatorem Maximianum erat. Accidit, ut hic Thessalonicæ exhiberet gladiatorum spectaculum, cumque Lyæus gladiatores cæteros provocaret ad certamen, omnibusque esset terrori, quidam tamen juvenis, nomine Nestor, Lyæi superbiam arrogantiamque haud ferens, pugnæ cum eo aleam subire decrevit. Quare ut hoc A suum consilium felici successu perficeret, ad sanctum Demetrium sibi notum, de cujus in patrandis miraculis virtute inaudierat, sese confert, quid sibi sit propositum, declarat, eumque, ut precibus suis sibi adsit, enixe rogat. « Demetrius, ut ait Metaphrastes, perinde ac si ipse rogasset, non autem fuisset rogatus, exsequendo propemodum prævenit petitionem, et ei velociter imposito eo, quod est in Christo, signaculo tam in fronte, quam in corde, eum dimittit dicens : Et Lyæum vinces, et eris martyr Christi. » Nestor, hisce Sancti verbis roboratus, in stadium illico prosilit, seque ad singulare cum Lyæo certamen palam offert, omnibus audaciam ejus admirantibus.

42. Imperator juvenem, sola paupertate adigente desperatum id cepisse consilium opinatus, pecuniam ad sese arcessito sponte offert, eumque ne pugnæ cum viro, cui multum viribus esset inferior, periculo sese committeret adhortatur. Verum Nestor, pecunia repudiata, unice sese gloriam superandi Lyæum sectari declarabat. Pugnam itaque, annuente imperatore, cum Lyæo init eumque, Deo Demetrii invocato, ictu extemplo in corde percussum humi mortuum prosternit. Imperator hinc iratus ac mœstus, magiæque rem ascribens, Nestorem de hac interrogat, hicque Christianum nullum magia uti, seque a Demetrii omniumque Christianorum Deo adjutum de Lyæo retulisse victoriam respondet. Quod cum imperator audivisset Nestorem eo ipso, quo hic Lyæum occiderat, gladio jubet interfici, sicque, inquit Metaphrastes, « Nestor transmittitur ad Christum, quem dilexit, et a quo erat accepturus coronas duplicis victoriæ. » Talia sunt compendio hic jam exhibita, quæ in Metaphrastica Sancti Vita, aliaque anonymi, e qua hæc, uti ex supra adductis apparet, promanavit, de juvene, nomine Nestore, parte etiam in narratis sancto Demetrio tributa, referuntur.

43. Verum audi, qui Tillemontius tom. V *Monumentorum ecclesiasticorum*, pag. 639 narrationem illam compendio etiam ibidem a sese exhibitam excipit : « Difficile est, inquit, (verbis Gallicis, Latine hic a me redditis) fabulosa illa narratione, in qua, quod maxime horrendum Evangelicoque oppositum est, pro Sancto habetur, quidpiam offensioni præbendæ magis aptum magisque Christiano homine indignum invenire. Fabulosam illam appellamus, quia talis est in adjunctis notatu maxime dignis. Photius enim et Anastasius de Nestoris contra Lyæum certamine loquuntur ; verum a Nestore Christiano asserendo, sive (certamini scilicet) sancto Demetrio admiscendo sedulo abstinent. Imo ne quidem Maximianum necem Nestori inferri jussisse asseverant, sed tantum promissa gladiatoribus victoriosis præmia ei non dedisse. Manifestum itaque est reliqua omnia veritati fuisse adjecta, idque verosimiliter post sæculum nonum, ab hominibus historiæ æque ac doctrinæ Evangelicæ ignaris. » Ita hactenus ille,

et sane haud immerito. Attamen quod de iis, quæ veritati a Photio et Anastasio relatæ post sæculum nonum tandem fuerint adjecta, affirmat, mihi haudquaquam certum apparet. Eadem enim omnia etiam in Vita, secundo loco edenda, quæ anonymum habet auctorem, occurrunt, hæcque ex supra dictis sæculo nono verosimiliter, imo forte etiam sæculo VIII aut VII est antiquior. Nec est, quod reponas, ea omnia a Joanne Thessalonicensi, sæculi VII scriptore, supra sæpissime laudato infraque laudando, non commemorari. Cum enim hic martyrii a Sancto tolerati ne substantiam quidem uspiam narret, silentio abs illo, quæ pro hujus duntaxat adjunctis haberi possent, fuisse prætermita mirum non est.

44. Verum, utut res habeat, ea equidem quæ quantum ad Nestorem a Photii et Anastasii narratione absunt, ideoque velut figmenta verbis recitatis Tillemontius rejicit, reipsa etiam esse figmenta existimo. Ac primo quidem, ut, cur hæc mihi sedeat sententia, modo exponam, quæ justa Nestori causa esse potuit, ut certamini singulari sese contra Lyæum committeret? Hujus, ut aiunt, superbiæ arrogantiæque frangendæ consilium. Verum quis vel solo hoc ex capite facinus hujusmodi, divina lege severissime vetitum, a quo et Christiani, uti infra docebo, maxime abhorrebant, satis excusatum atque a noxa immune pronuntiet? Enimvero longe aliter, qui, quod apud Petrum de Natalibus lib. IX, cap. 110 exstat, Sancti nostri elogium, sive is interim ipsemet Petrus, sive alius quiscunque scriptor sit, primum contexuit, existimasse videtur. Etenim suscepti a Nestore contra Lyæum singularis certaminis causam, quæ multum a jam dicta differt, allegat. Res elogium illud, in quo Lyæus semper Libeus vocatur, inspicienti patescet; quod, quia hac in parte plane singulare seduloque discutiendum est, integrum fere, omissis duntaxat, quæ ad venerationem, a Leontio, Illyrici præfecto, Sancto exhibitam spectant, huc transcribo. Sequentibus hisce verbis concipitur : « Demetrius martyr apud Thessalonicam civitatem passus est sub Maximiano imperatore. Hic a sua juventute Christianus et Deo serviens nobilis fuit civis ipsius Thessalonicæ civitatis et miles strenuus, qui tamen Christum Dominum prædicabat et multos ad fidem convertebat. Ingressus autem imperator Thessalonicam, audiens de Demetrio, ipsum comprehendi fecit et in carcerem mittit.

45. Erat autem cum imperatore gigas fortissimus et aspectu terribilis, nomine Libeus, qui de mandato Augusti cum Christianis dimicans, eos brachiis ad se constringens ad terram allidebat, statimque spiritum exhalabant. Multi etiam alii ab imperatore diversis pœnis affligebantur. Cum autem Demetrius esset in carcere positus, scorpionem juxta pedes suos cauda eum percutere satagentem vidit, quem edito crucis signaculo statim exstinxit. Cui oranti confestim angelus apparuit, atque in Christo con-

A fortans coronam capiti ejus imposuit. Verum dum imperator cogitaret Demetrium cum Libeo experiri, Nestor quidam Christianus se nocte sancto Demetrio obtulit dicens, quod certamen hoc assumere deliberasset, rogans, ut sanctus martyr pro se Dominum oraret. Qui ab eo confortatus die sequenti imperatori se præsentavit, sequeChristianum asseruit, offerens se cum Libeo dimicare, et pro Demetrio certamen assumere. Dum autem imperator illum precibus retrahere non posset, victori munera promisit. Nestor igitur duellum ingressus Libeum ad terram prostravit et prostratum occidit. Imperator autem hoc videns, et gigantem, Christianorum ultorem, amisisse dolens contra ejus sponsionem Nestorem a militia solvit et de civitate ejeB cit; Demetrium quoque, qui ejus interfectionis causa fuerat, jussit in carcere occidi. Milites autem ad carcerem venerunt, et gladium in ejus pectore demerserunt. Sicque orans cum palma migravit ad Dominum. Cujus corpus a Christianis occultatum est propter timorem paganorum, in quo loco Deus mirabilia operabatur, ubi cunctorum ægritudines sanabantur. »

46. Qui itaque hoc sancti Demetrii elogium seu encomium, a Metaphrastica ejus Vita in nonnullis præterea aliis, hic tamen, quod ad præsens institutum non faciant, non examinandis, adjunctis dissonans, contexuit, Nestorem contra Lyæum, non ut hujus audaciam superbiamve frangeret, sed ut et a periculoso hoste Christianos, quorum jam multos,
C singulari cum eis imperatoris jussu inito certamine, is occiderat, liberaret; et cum eodem decertandi necessitate Demetrium eximeret, singulari sese certamini commisisse, verbis recitatis, ut hæc consideranti patescet, memoriæ prodit. Verum sit ita, equidem nec sic Nestor absque noxa singulari sese contra Lyæum certamini committere potuerit. Etenim ut Christianus quisque vel ipsos, a quibus fidei causa persecutionem fideles patiuntur, tyrannos vel horum etiam duntaxat crudelitatis ministros interimat, interimereve, uti hicindubie Nestor fecerit, intendat, religionis Christianæ sanctitati repugnat, nec quidquam, quo id cum lege divina, homicidium vetante, componi utcunque queat, ocD currit. Adhæc cum equidem, Lyæo occiso, facultates aliæ, quibus Christianos excruciaret, neciqne etiam daret imperator, defuturæ neutiquam essent, Nestor singulari Lyæum aggrediendo certamine non tam iniquo hoste Christianos liberare, quam de injuriis damnisque, quibus hos ille affecerat, sumere vindictam propositum habuisse debet. Nece autem cujuspiam non tam liberationem a malo, quam vindictam intendere legi divinæ æque ac religionis Christianæ sanctitati adversum, nemo utique eat inficias. Quæ res cum ita habeat, enimvero, quod singulari contra Lyæum inito certamine Nestor patravit, facinus, haud recte velut sanctum atque ab ipso Demetrio approbatum, in hujus tum encomio proxime dato, tum Vitis seu Passionibus binis

præsentis § initio laudatis proponitur. Id autem, quam verum sit, ex iis, quæ de Christianorum Demetrii ætate moribus jam nunc dicam, amplius adhuc patescet.

47. Christianos tres Palæstinos Diocletianæa, qua etiam ex dicendis Demetrius occubuit, persecutione sæviente, ad pugilatus certamina, seu, ut sese arti gladiatoriæ addicerent, ab Urbano, sævissimo Palæstinæ præside, fuisse condemnatos, Eusebius *de Palæstinæ martyribus* editionis Valesianæ cap. 7 narrat. Sequenti autem capite, de aliquot Christi confessoribus, varios post cruciatus ad metalla damnatis, locutus, quid iidem tres Christiani Palæstini, lata illa in se ab Urbano præside sententia, egerint exponit. « Nec vero, inquit, hos solos (confessores scilicet ibidem ante memoratos) hujusmodi supplicia perpessos vidimus; verum etiam ex Palæstinis illos, quos ad pugilatus certamina condemnatos paulo ante retulimus, eo quod scilicet nec annonam ex principis ærario accipere, nec consueto pugilibus more quotidianis proludiis exerceri sustinerent. Quam ob causam non solum procuratoribus, sed ipsi etiam Maximino (imperatori nimirum, in Syria et Palæstina tunc dominanti) exhibiti, cum invictam in Christi confessione constantiam famis et flagrorum tolerantia declarassent, eadem cum illis, de quibus diximus, pertulerunt. » Cum ergo, uti ex hisce Eusebii verbis intelligitur, tres illi Christiani Palæstini ab arte gladiatoria, aut si mavis, singularibus pugilatus certaminibus tantopere abhorruerint, ut famem, flagra, aliaque extrema supplicia sufferre, quam vel solis artis adeo detestandæ proludiis sese dedere annonamve gladiatoribus statutam recipere, maluerint, quis, quæso, credat, vel plures Thessalonicæ Christianos, uti encomii proxime huc transcripti narratio exigit, singulari certamine cum Lyæo fuisse congressos, vel quod contra hunc Nestor inierit, a sancto Demetrio, uti et in eodem encomio et in duabus Sancti Vitis seu Passionibus, proxime laudatis, indicatur, fuisse probatum?

48. Id equidem mihi tum hisce, tum aliis, quæ supra in medium adduxi, expensis, verosimile neutiquam apparet, eaque proinde omnia, quæ suppeditatæ a Photio Anastasioque Bibliothecario de Nestore narrationi in Metaphrastica Demetrii Vita, aliaque anonymi, e qua hæc promanasse videtur, superadduntur, pro figmentis, utut forte citius, quam sæculo nono (adi num. 43) inventis, cum Tillemontio, uti jam supra innui, habenda reor. Atque hinc etiam nec illum, qui Lyæum, uti in omnibus prorsus Demetrii Vitis seu Passionibus traditur, singulari certamine occidit, Nestorem accensere Sanctis ausim, sive interim hunc, cum Lyæum interfecisset, imperatoris jussu, uti a Metaphraste, anonymoque qui huic præluxit asseritur, neci datum fuisse, martyremque obiisse, velis, sive duntaxat, uti a Photio et Anastasio, qui nec quidem Nestorem Christianum uspiam appellant, perhibetur, promissa gladiatoribus victoriosis præmia, imperatore irato, non retulisse vitamque, cum militia solutus urbeque fuisset ejectus, confessorum more, uti, qui supra huc transcriptum e Petro de Natalibus encomium contexuit, sensisse videtur, in pace terminasse. At vero, inquies, Græci Nestorem μεγαλομάρτυρος titulo, elogioque, in quo Lyæum, singulari certamine superatum, occidisse narratur, condecoratum, ad 27 Octobris, diem, præcipuo suo officio, illi etiam tunc consecrato, celebrant, eumdemque Baronius ad hunc diem 8 Octobris, quod, quæ de eo narrantur, sancti Demetrii, tunc a Latinis celebrati, Passioni seu Actis, Metaphrasticis nimirum, sint intexta, in Martyrologium Romanum intulit, in Adnotationibus, quibus hoc illustravit, Græcorum Menologio, Sirletiano videlicet, una cum Nicephoro Callisto dictisque sancti Demetrii Actis in rem suam laudato.

49. Fateor, sic habet, pluresque etiam, quam jam nominati sint, *Fasti Græcorum sacri* Nestorem ad 29 Octobris diem sanctis accensent. Verum quid tum? Hi omnes, uti eruditis modo passim notum est, subinde etiam pro sanctis habent indignos. Quod autem ad Nicephorum Callistum, qui eadem fere de Nestore, quæ a Metaphraste narrantur, *Historiæ ecclesiasticæ* a se contextæ lib. VII, cap. 45 recenset, Baroniumque, qui, laudato pro se Nicephoro, Martyrologio Romano Nestorem inseruit, jam spectat, duorum horum scriptorum prior seu Nicephorus commenta non raro fideique admodum sublestæ narrationes adoptasse suamque in Historiam transcripsisse noscitur. Posterior vero seu Baronius non tam, quantopere sint, quæ de Nestore approbatoque hujus per Demetrium facto a Metaphraste narrantur, fidei Christianæ sanctitati opposita, considerasse, quam Menologii Sirletiani, e quo sanctos non paucos in Martyrologium Romanum intulit, seu fidem seu auctoritatem, pluris etiam, quam par sit, ab eo factam spectasse videtur. Quod si hæc displiceant, quidnam tandem, quo Baronium Græcosque, qui pro sancto Nestorem colunt, adversus Decalogi homicidium vetantis auctoritatem Christianorumque, qui sancti Demetrii ætate fuerunt, a gladiatoria arte singularibusque, quæ hujus exercitia ac ludi quodammodo erant, horrorem tuearis, in medium adduces?

50. An forte ad singularem Spiritus sancti instinctum recurres, eoque, quo olim plures sanctæ virgines impulsæ necem sibimetipsis conscivisse leguntur, Nestorem ac Demetrium pariter impulsos, alterum quidem singulari certamine necem intulisse Lyæo, alterum factum istud approbasse asseverabis? Verum, utut singulari Dei instinctui, quod tamen vocari in dubium posse videtur, locum hic esse potuisse gratis etiam dederimus, ne tamen facile, quæ contra Dei legem sunt patrata, absque delicto patrata admittantur æquum esse videtur, ut vel eo, vel etiam ob rationis paritatem

ad ignorantiam invincibilem bonamque fidem eorum, qui quæ excusari opus habent admiserunt, non recurratur, nisi cum simul et de facti, quod excusatione indiget, veritate, et de viri, cui id attribuitur, sanctitate undequaque constat. Etsi autem de Demetrii quidem sanctitate, de asserta tamen, qua ineundum a Nestore contra Lyæum singulare certamen ratum habuerit, approbatione, quod hæc in Metaphrasticis sublestæ, ut supra docui, fidei actis, aliisque anonymi, e quibus hæc promanarunt, fundata tantummodo sit, neutiquam constat, uti nec de Nestoris, quæ certioribus documentis haud nititur, sanctitate.

51. Quod si nihilominus quantum ad hoc postremum ex insigni plane cultu, quo, ut dictum, ad 27 Octobris diem apud Græcos Nestor gaudet, quispiam adhuc secus sentiat, nec, ut opinionem mutet, ex iis quæ de cultu ecclesiastico subinde etiam indignis apud Græcos delato supra dixi, moveatur, meminisse illum velim, fieri facile posse, ut Nestor quispiam, a Nestore, qui Lyæum singulari certamine interfecit, distinctus, antiquitus a Græcis cultus fuerit, utque deinde, cum quis ille esset haud satis haberetur compertum, ei lapsu temporis, quæ in Photiana et Anastasiana sancti Demetrii Vitis seu Passionibus leguntur, Nestoris gladiatoris Acta, adjunctis commentitiis, qualia in Metaphrastica Sancti nostri Vita, aliaque anonymi, e qua hæc fuit contexta, reperiuntur, aucta, a Græcis, fabularum amantibus, simulque quem Nestorem colerent utcunque explicare volentibus fuerint afficta. Sane non paucos etiam apud Latinos invenire est sanctos, quorum sanctitas quidem habetur comperta, Acta autem plane incerta sunt, fabulisque conspersa. Etsi itaque Nestorem quidem, qui in Photiana et Anastasiana Demetrii Passionibus Lyæum singulari certamine superatum, occidisse narratur, pro sancto habere non ausim, Nestorem tamen, qui a Græcis ad 27 Octobris insigni cultu afficitur, e sanctorum numero certo expungendum non affirmo, etsi interim, quisnam ille fuerit, rejectis, quibus ibidem celebratur, Actis edicere haud queam.

§ V. *Demetrius capitur, martyrioque afficitur. Quandonam id factum, et quis Lupus, qui servus ejus fuisse dicitur, exstiterit.*

52. Miraculis multis sanctum Demetrium, cum in vivis adhuc esset superstes, inclaruisse, et tamen, ut imperatori Maximiano, cujus jussu necatus fuit, odio exstiterit, non tam ex his, quam ex ethnicorum, quos ad fidem Christianam adduxerat, multitudine factum esse, num. 38 et seqq. transcriptis encomii ibidem laudati, quo Demetrium celebravit, verbis non obscure indicat Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus. Et vero cum Maximianus summo sane odio religionem Christianam haberet, nullo prorsus ex capite, quidquid interim de patratis a Sancto adhuc vivente miraculis sit, Demetrium magis, quam ex insigni ethnicorum ab errore per

A illum, ut supra docuimus, ad fidei veritatem adducta multitudine imperatori isti displicuisse, facile quisque in animum inducet. Nec quidquam, unde contrarium colligas, qui Sancti seu Vitam seu Passionem in litteras miserunt, suppeditant. Solius anonymi, ab Anastasio Bibliothecario Latine redditi, ad rem hanc utcunque facientia verba, quæ, simul qua occasione Demetrius captus atque ad Maximianum fuerit adductus, exponunt, citandaque infra adhuc sunt, huc transcribo. Sic habent : « Cum imperator Maximianus in Thessalonicensium degeret civitate, homo superstitiosus piæ religionis auditores persequebatur, et interficiebantur ab eo. Inter quos erat beatus Demetrius, manifestum faciens semetipsum absque ullo timore, qui a juven-B tute et bona egerat opera, et alios docuerat. Docebat enim, qualiter divina Sapientia descenderit ad terram de cœlo, ut hominem, qui mortuus fuerat peccato, vivificaret sanguine proprio. Cum hæc et alia multa prædicaret, quidam ministri imperatoris, qui ad capiendos Christianos fuerant deputati, tenentes sanctum Demetrium imperatori obtulerunt Maximiano. »

53. Ita hactenus anonymus Sancti biographus laudatus. Verum quid de Demetrio, cum ad Maximianum captivus fuisset adductus, primum is egerit, non exponit; exponit tamen, quæ apud Photium exstat, Sancti Passio seu Vita. Verba, quibus id facit, hæc sunt : « Ibat vero tyrannus (Maximianus nimirum) ad spectaculum gladiatorum, et mar-C tyr vinctus ad illud stadium, quod prope erat, ab impiis ministris tanquam Christianus vita ac doctrina adducitur. Ille ad spectaculum festinans sanctum virum jussit prope stadium, cui publicum balneum vicinum erat, in fornice custodiri. » In Metaphrastica Sancti Vita, aliaque anonymi, quæ ex hac est contexta, nonnulla Maximianum inter et sanctum Demetrium verba, ultro citroque, priusquam hic illius jussu fornici includeretur, habita referuntur. Verum tum hæc tum alia, quæ in binis illis lucubrationibus occurrunt, atque ab Anastasiana et Photiana Sancti Vitis absunt, fidem integram, utut etiam nec absona, nec vero absimilia D videri queant, non merentur, utpote satis antiquo quod eum in finem requireretur testimonio destituta. Porro qui tandem factum sit, ut Sanctus, quem Maximianus, cum ad spectaculum properaret, fornici ad tempus jusserat includi, martyrii palmam lanceis confossus retulerit, in Photiana Demetrii seu Vita seu Passione hisce narratur verbis : « His dictis, in arenam (Nestor nimirum) descendens confestim eum qui omnium judicio primas ferebat, prostratum necavit; sed nihil consecutus est eorum quæ victoribus proposita erant; intolerabili vero dolore et ira tyrannum complevit, et surgens e cathedra, ira incensus illinc impius domum discedit. Cum vero illi quidam a Demetrio martyre nuntiarent sermones, quasi furore atque impietate ebrius, simulque ratus omen infaustum oblatum ,

cum Sanctus ei ad stadium properanti occurrisset, hastis eo quo concludebatur loco jubet interfici. »

54. Huic Photianæ Vitæ narrationi satis consonat, quam Anastasiana suppeditat, nec multum ab ea, si narrata de Nestore supra discussa excipias, abludit Metaphrastica Sancti Vita, alteraque anonymi, quæ, ut supra docui, ex hac promanasse videtur. Jam vero, cum id ita sit, nec monumenta antiqua alia, quæ illis Sancti Vitis hac in re repugnent, inveniantur martyrii, quod Sanctus subiit genus habemus compertum. Verum, quid de tempore, quo id accidit, pronuntiandum? Quod si Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo sæpissime jam laudato, standum sit, id certe ante annum 314 haud evenerit. Scriptoris hujus, e quibus id colligo, Græca verba encomii ab hoc contexti verbis num. 39 recitatis proxime subjecta, ut quidquid, quod litteris ab eo mandatum habemus, cum lectore communicem, una cum adjuncta versione Latina huc transcribo. Sic habent : Εἰκὸς μὲν οὖν καὶ ταῦτα διαβόητον αὐτὸν κομιδῆ καθιστᾷν, τὸ δὲ μᾶλλον αὐτοῦ τὴν φήμην ὑψῶσαν, καὶ παρὰ ταῖς ἄλλαις πατρίσι τοῦτο γεγονέναι φημίζεται. Ἐπέστησαν αὐτῷ, φασὶ, διδάσκοντι, ὡς καὶ τῷ Κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ οἱ πειρασταὶ Σαδδουκαῖοι.... οὕτω καὶ τῷ μαθητῇ τοῦ Χριστοῦ τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι, Ἕλληνες ἐξ Ἀθηνῶν, καὶ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων, καὶ Μανιχαῖοι ἐκ Μεσοποταμίας, καὶ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας Ἀρειανοὶ (πρὸ πολλοῦ γὰρ τῆς αὐτῶν καθαιρέσεως τὴν οἰκουμένην ἐτάραττον καὶ ἁπλῶς πάσης σχεδὸν αἱρέσεως παραγεγόνασι πρόμαχοι).... μαθεῖν.... θέλοντες.... μᾶλλον δὲ οὐ μαθεῖν (πονηρία γὰρ ἀνορεξία πέφυκεν ἀγαθοῦ), ἀλλὰ πειράσαι καὶ διαστρέψαι τῆς πίστεως τὴν εὐθύτητα.

55. Καὶ ὁ μὲν Ἕλλην ἠρέμα πως καὶ εἰρωνευόμενος, ἅτε δὴ ταῖς συλλογιστικαῖς ἐπικομπάζων, καὶ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα δεικνύναι, καὶ τὰ ὄντα πάλιν ὡς μὴ ὑπάρχοντα, ἠρώτα τὸν μάρτυρα, ὅπως περὶ τοῦ θείου δοξάζοι· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι ἕνα Θεὸν ὁμολογεῖν ἄκτιστον καὶ ἀΐδιον, ποιητὴν πάντων ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ Δεσπότην καὶ προνοητήν. Κἀγὼ, ἔφη ὁ Ἕλλην, οὕτω φρονῶ· τῆς γὰρ Σωκράτους εἰμὶ διατριβῆς, οὐ τῆς Ἐπικούρου καὶ τῶν κατ' αὐτόν. « Ut hæc itaque illum sane celebrem efficerent, seu potius famam ejus extollerent oportebat, idque in aliis etiam regionibus factum narratur. Quemadmodum, aiunt, insurrexerunt in Dominum Jesum, Deum nostrum, tentatores Saducæi,... ita etiam in Christi discipulum, gloriosissimum martyrem, ethnici ex Athenis, et Judæi ex Jerusalem, et Manichæi ex Mesopotamia, et Ariani ex Alexandria (diu enim, antequam exstirparentur, mundum universum hi turbavere, omnisque fere hæreseos propugnatores fuere)... discere volentes,.. seu potius non discere (malitia enim bonum fastidit), sed tentare fideique rectitudinem pervertere. Ac ethnicus quidem quodammodo dissimulans syllogistice quippe sese, quæ non sunt, quasi sint, iterumque, quæ sunt, quasi non sint, monstrare ostentans, martyrem rogavit, qui de Deo sentiret, cumque hic respondisset, sese unum Deum increatum ac æternum, rerum omnium visibilium ac invisibilium factorem, ideoque et Dominum et provisorem confiteri. Et ego, dixit ethnicus, ita sentio; doctrinæ enim Socratis, non Epicuri, et eorum qui cum hoc sentiunt sectator sum. »

56. Hisce porro verbis dicto encomio bene prolixo, quo sanctum Demetrium a doctrina potissimum laudat, alia plurima, quibus Sanctus, cum ethnico, Manichæo, Judæo et Ariano ultro citroque habitis, horum heterodoxorum singulos confutarit, victasque tandem sibi dare manus compulerit, intexit, plurimosque simul tum exstitisse Arianos, luculentissime, uti encomium illud consulenti patescet, loco non uno indicat. Jam vero, cum hæc ita habeant, necesse est, ut Arianam hæresim jam tum, cum Sanctus noster in vivis esset adhuc superstes, fuisse exortam ac pervulgatam Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, existimarit, ac proin sanctum Demetrium ante annum 314, utpote ante quem certe annum (adi Franciscum Pagium in *pontificum Romanorum Breviario*, tom. I, pag. 75) impia illa secta initium haud accepit, martyrio non fuisse coronatum. Verum hæc scriptoris illius opinio neutiquam potest admitti; Demetrius enim Thessalonicæ, uti inter omnes convenit, subiit martyrium. Macedoniam autem totam, ac proin etiam sitam in hac Thessalonicam jam inde ab anno 314, uti apud Tillemontium, in *Imperatorum Romanorum Historia*, tom. IV, p. 162, videre licet, Constantinus Magnus, sub quo sane Sanctum martyrio affectum nemo dixerit, in potestate sua habuit, deincepsque ad annum usque 337, ei emortualem, ad quem usque Demetrii martyrium differri certissime non potest, habere perrexit.

57. Adhæc Demetrius, uti jam nunc docebo, sub imperatore, cui Maximiano nomen esset, martyrium subiit; nullus autem imperator, nomine Maximianus, post annum 311, quo Galerius Maximianus, uti ad hunc annum Pagius in *Criticis*, Tillemontius *Historiæ imperatorum* tom. IV, pag. 116, aliique passim docent, diem extremum clausit, Thessalonicæ dominatus est; ut enimvero, omnibus, quæ jam dicta sunt, consideratis, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, aut veram martyrii, a Demetrio tolerati, epocham penitus ignorarit, aut certe eam serius, quam rei veritas patiatur, traditione, quam allegat, deceptus differendam putarit. Verum quodnam tandem tempus eventui isti assignandum? Maximiano imperatore in urbe Thessalonicensi degente, sanctum Demetrium captum ac necatum fuisse Vita ejus seu Passio tum Anastasiana tum Photiana docet. Hisce etiam hac in re consonant aliæ duæ Sancti Vitæ, Metaphrastica videlicet, alteraque, e qua hæc promanavit, ab anonymo contexta. Verum hæ

Maximianum, sub quo Sancti martyrium collocant, Herculium etiam vocatum fuisse perperam asseverant. Etenim Maximianus Herculius Thessalonicæ, uti ex iis quæ de hoc imperatore Tillemontius in *Imperatorum Romanorum Historia* tom. IV, scribit, palam fit, dominatus numquam est; ut adeo cum Sanctus certo ibidem passus sit, id sane sub Maximiano Herculio haud evenerit. Nec Græca Sancti Vita e Leone Allatio supra laudata hisque inchoata verbis: Ὅτε Μαξιμῖνος ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ Θεσσαλονικέων διῆγε πόλει, melius id sub Maximino factum statuit, idque sive primum, sive secundum hujus nominis imperatorem intelligamus.

58. Maximinus enim hujus nominis primus Thessalonicæ, postquam imperii habenas suscepisset, verosimillime, uti ex iis quæ de eo memoriæ prodita inveniuntur, facile intelliges, nunquam fuit. Quare cum Sanctus Thessalonicæ martyrium, dum is qui imperator erat in urbe illa versaretur, ex omnium prorsus, qui de re hac tractant, scriptorum testimonio subierit, id enimvero sub Maximino hujus nominis primo accidisse non potest; quod prætcrea ne astruatur, impedit unanimis eruditorum omnium opinio, quæ serius quam anno 240, quo Maximinus, hujus nominis primus, e vivis excessit, Demetrium, fuso pro Christo sanguine, retulisse martyrii palmam statuit. Quod autem ad Maximinum hujus nominis secundum jam spectat, non magis ad hunc, quam ad Maximianum Herculium, Thessalonica unquam spectavit, uti ex iis quæ de eo apud Tillemontium, plus semel jam laudatum, in *imperatorum Romanorum Historia* tom. IV, aliisque scriptores memoriæ prodita passim occurrunt, manifestum est. Quapropter nec sub illo, uti ex jam dictis facile colliges, Sancti nostri statui potest martyrium. Ex hisce porro omnibus jam fluit, primo quidem, ut in laudata a Leone Allatio Græca Demetrii Vita seu Passione ex errato Græcis admodum communi, quo Maximini et Maximiani nomina solent confundi, Μαξιμῖνος pro Μαξιμιανὸς perperam scribatur, uti etiam ex iis quæ num. 7 in medium adduxi satis liquet; deinde vero ut Sancti nostri martyrium sub Maximiano Galerio, qui sub anno 305, uti inter eruditos modo convenit, ad annum usque 311, ei emortualem, imperatorem egit, totoque illo tempore Macedoniam ac proin etiam, quæ sita in hac est, Thessalonicam in potestate sua habuit, statuendum sit. Verum quo Christi anno?

59. Cum Maximianus Galerius anno 311 (adi ad hunc annum, num. 15, Pagium in *Criticis*) e vivis excesserit, Demetrii martyrium ultra eumdem annum nequit differri, imo vero, cum idem imperator toto anno 310 gravissimo morbo laborarit, tuncque, cum Sanctum jussit occidi, valetudine optima usus sit, verosimillime etiam ante hunc annum statui debet; quanto autem tempore circiter, jam nunc dicenda verosimile utcunque efficient. In Metaphrastica Sancti Vita, alteraque anonymi, quæ

A Metaphrasti præluxit, Sanctum nostrum tunc, cum, Gothis Sarmatisque devictis, Maximianus, qui tamen ut jam docui, in binis illis lucubrationibus Herculius perperam vocatur, Thessalonicam venisset, martyrio fuisse affectum non obscure traditur. Etsi autem Metaphrastes anonymusque, e quo is sua decerpsit, fidem indubitatam, uti ex jam supra dictis pronum est eruere, minime hic mereantur, non est tamen, cur quod hic pro tempore, quo Sanctus subiit martyrium, propius determinando suppeditant, pro verosimili saltem non habeatur. Cum ergo secundum illos Sanctus eo tempore, quo Maximianus, Gothis Sarmatisque devictis, Thessalonicam venit, martyrio fuerit coronatus, quonam ille tempore Gothos Sarmatasque devicerit, exami-B nemus.

60. Belli adversus Sarmatas, quibus Gothi juncti esse potuerint, a Maximiano Galerio gesti, victoriæque abs hoc de illis relatæ Tillemontius tom. IV *Historiæ imperatorum*, pag. 89, meminit, additque bellum illud, cujus alibi, quam apud Zonaram et Ammianum Marcellinum, quos ibidem citat, memoria non inveniatur, vel anno 305 vel sequentis initio esse affigendum. Jam vero cum præter bellum, a Tillemontio hic memoratum, bellum aliud, quo Galerius Maximianus, jam nimirum, ante quod certe tempus Demetrium haud jussit occidi, imperator creatus, Gothos Sarmatasque vicerit, revera notum non sit, scriptoreque illo, quantum ad tempus, quo bellum, cujus meminit, gestum C scribit, standum videatur, Sanctum nostrum, quod eum post gestum a Galerio Maximiano contra Gothos Sarmatasque bellum pro Christo occubuisse, Metaphrastes simul, ut jam dictum, et anonymus qui ei præluxit luculenter indicent, martyrii palmam anno circiter 306 retulisse verosimile existimo, hincque supra in margine annum illum ascripti.

61. Nunc etiam de die, quo Sanctus, fuso pro fide Christiana sanguine, martyr occubuerit, pauca dicamus. Elogio, quo in Menæis ad 26 Octobris diem ornatur, sequentes hi, in quibus ad martyrii, quod subiit, genus, cum passione lateris Christi similitudinem quampiam habens, alluditur, præmittuntur versiculi:

D Δημήτριον νύττουσι λόγχαι, Χριστέ μου,
Ζηλοῦντα πλευρᾶς λογχονύκτου σῆς πάθους.
Εἰκοστῇ μελίαι Δημήτριον ἕκτῃ ἀνεῖλον.

Priores duo e versione, quam ipsis adaptavi, tertiusque ex adaptata ei a Papebrochio in *Ephemeridibus Græco-Moscis* interpretatione Latine ita sonant:

Demetrium lanceæ confodiunt, Christe mi,
Passionem lateris tui, lancea confossi, æmulantem.
Vicena et sexta Demetrion hasta peremit.

Sanctus itaque vicesima sexta Octobris die martyrium subiisse in Menæis asseritur. Etsi autem Menæa fidem certam, uti satis notum est, in similibus haud mereantur, illa tamen hic certo falsa esse asseverare non ausim. Nec est, quod reponas, Demetrium in Martyrologio Romano, tum veteri, tum hodierno ad 8 Octobris diem celebrari, idque

etiam in aliis omnibus, qui Demetrii meminerunt, Latinorum Fastis sacris fieri. Etsi enim id ita sit, hi sanctos, uti omnibus eruditis compertum habetur, non semper iis diebus, quibus felici obitu migrarunt ad Dominum, celebrare solent, nec qui ex illis sanctum Demetrium octava Octobris die recolunt, hac illum martyrio fuisse coronatum uspiam asseverant. Sanctum itaque pro Christo 26 Octobris die reipsa occubuisse, omni prorsus probabilitate carere non videtur, etsi interim pro certo neutiquam possit haberi, quod in sufficientis antiquitatis fideique documentis fundatum non sit.

62. Cæterum alia non suppetunt, quibus annum ac diem, quo Sanctus martyrii palmam retulerit, determinem. Ad id, quod discutiendum adhuc hic est, jam progredior. In Metaphrasticis Sancti Actis, quibus, quæ anonymus, Metaphraste antiquior, concinnavit, consonant, martyrii a Sancto nostro tolerati narrationi sequentia subduntur: « Quidam ex Sancti (Demetrii nempe) famulis stans prope eum, quando beatam illam subiit cædem, cum, ut potuit, divinum illum sanguinem collegisset in sacro martyris superhumerali, et quem manu gestabat, annulum accepisset, et martyris sanguine tinxisset, per ipsa faciebat plurima miracula. Neque erat ullus morbus, neque malus dæmon tam fortis, quin statim, si illius fecisset periculum, superaret, adeo ut tali fama miraculorum incoleretur tota civitas Thessalonicensium. Quocirca nec erat consentaneum ea latere Maximianum, nec ferre posse invidiam; et ideo capitur protinus famulus, horum bonorum procurator, et interficitur. Tribunal locus, in quo fuit occisus; Lupus autem vocabatur egregius ille famulus. »

63. Majores nostri ad diem 23 Augusti, quo sanctus Lupus seu Luppus martyr, Martyrologio Romano, Menæis-Græcorum excusis, Menologio Sirletiano, aliisque non modo Græcorum ac Latinorum, sed et aliarum nationum Fastis sacris inscribitur, num sanctus hic martyr cum Lupo in sancti Demetrii Actis per verba jam nunc recitata memorato unus idemque sit inquisivere. Ac verisimilius quidem ipsis visum est, Lupum martyrem, Fastis sacris ad dictum diem insertum, cum Lupo sancti Demetrii famulo, qui in hujus Actis commemoratur, unum esse atque eumdem. Verum cum nihil, quo hanc suam opinionem sat firmiter stabilirent, suppeteret, rem accuratius ad hunc diem, si quid interea lucis affulgeret, examinandam remisere. Ut itaque, quod faciendum illi quodammodo promiserant, præstarem, diversa quæ ad manum sunt sancti Demetrii Acta, monumentaque alia, e quibus forte quid lucis affulgere posse putabam, sedulo discussi, uti etiam quæcunque de Lupo martyre, Fastis sacris ad diem 23 Augusti inscripto, litteris consignata uspiam reperi. Verum nihil omnino invenire contigit, unde opinionem, quæ Actorum sancti Demetrii Lupum alterumque, Fastis sacris ad 23 Augusti diem insertum, statuit eumdem solide confirmare queam. Quare illam, maxime quod ambobus illis Sanctis famularis seu servilis conditio, titulus martyrii, nomenque, quo vocantur sint communia, nec quidquam, quod eos certo distinguendos suadeat, uspiam occurrat, verosimilem, imo oppositа verosimiliorem, cum dictis majoribus nostris pronuntiare contentus § huic finem impono.

§ VI. *Sancti memoria in Fastis sacris, cultus ecclesiasticus, quo universim hodieque apud Græcos gaudet, atque olim fuit gavisus.*

64. Etsi quidem Sancti non pauci, quibus Demetrii nomen fuerit, tum in majoribus apud Florentinium, tum in minoribus seu contractioribus, quæ ab hoc aliisque vulgata sunt, Hieronymianis apographis inscripti ad diversos anni dies occurrant, nullus tamen eos inter est, qui vel ad hunc diem, Sancto nostro apud Latinos sacrum, vel ad 26 Octobris, eidem apud Græcos dicatum, celebretur, aut saltem unus idemque e characteribus quibus distinguitur cum Demetrio nostro tuto possit statui. Verum, quamvis forte, uti inde consequitur, Fastis illis sacris, qui reliquis omnibus antiquiores habentur, Sanctus noster nuspiam sit insertus, eum tamen pro Sancto antiquitus habitum fuisse hodieque haberi vel multiplices etiam ostendunt, in quibus celebratur, variarum nationum, qui ab Hieronymianis sunt distincti, Fasti sacri tum antiquiores, nec multum antiquitate Hieronymianis cedentes, tum etiam minus antiqui.

65. Ac primo quidem, ut a Fastis Latinorum sacris enumerandis ducam initium, Demetrius in Martyrologio Romano parvo seu veteri, quod paris fere cum Martyrologio, quod sancti Hieronymi nomine circumfertur, vetustatis censetur, hodie annuntiatur paucis hisce verbis: « Thessalonicæ, Demetrii martyris. » Sanctum porro, e vetustissimo isto Martyrologio acceptum, Ado primum ac deinde ex hoc Usuardus et Notkerus, antiquis, quos classicos vocamus, Martyrologis accensiti omnes, in Martyrologia a se concinnata ad hunc pariter octavum Octobris diem intulerunt, quod etiam, etsi interim, quo determinato duce usus hic sit, haud sciatur, Wandelbertus fecit, in metrico suo Martyrologio Demetrium hodie ita celebrans:

Octavo ante Idus, Demetri sancte, bearis,
Nomine pro Christi tortores passus iniquos.

Martyrologis classicis seu antiquioribus, e quibus interim Rabanus et, qui tomo II Martii prælixus apud nos exstat, genuinus forte Beda, non secus ac Hieronymiana apographa, Demetrium prætereunt, recentiores præterea Ecclesiæ Latinæ hagiologi non pauci sese adjunxere, Belinus videlicet, Maurolycus, Galesinius, Molanus aliique, quos cum omnes hic enumerare, aut etiam quas suppeditant annuntiationes transcribere, operæ pretium non sit, iis præteritis, adhuc verba duntaxat, quibus hodie quoque Martyrologium Romanum Demetrium celebrat, huic transfero. Sic habent: « Thessalonicæ sancti Demetrii proconsulis, qui, cum plu-

rimos ad Christi fidem perduceret, Maximiani imperatoris jussu lanceis confossus martyrium consummavit. »

66. Quod jam ad sacros aliarum nationum Fastos spectat, non solum apud Græcos, e quorum Hagiologiis vix ullum, quod Demetrii non meminerit, invenias, Sancti nostri memoria recolitur, verum etiam apud Æthiopes, Russos seu Moscos, Coptitas ac Syros. apud Æthiopes quidem in Calendario Æthiopico apud Jobum Ludolphum, apud Russos autem seu Moscos in Slavo-Russico, quod Latine a se redditum nobilissimus baro de Sparwenfelt nobiscum communicavit, Menologio, in præfixis operis nostri tom. I Maii Ephemeridibus Græco-Moscis, uti et in Ruthenico apud Possevinum Kalendario, Ruthenicoque item, quod Moscua anno 1688 Georgius David, Societatis nostræ sacerdos, ad nos misit, Synaxario. Quod vero ad Coptitas ac Syros pertinet, apud hosce quidem in Syriaco seu Chaldaico, typis Romanis anno 1624 vulgato, quod Latine dein redditum penes nos ms. exstat, Kalendario: apud illos vero in Coptico, quod habemus, quodque a Kirchero, Societatis nostræ sacerdote, in linguam Latinam fuisse conversum suspicamur, Kalendario ms. Sancti nostri nomen memoratur. Ac in illis quidem omnibus enumeratis Fastis sacris Æthiopes, Russi seu Mosci, Coptitæ ac Syri non, quemadmodum Latini, ad 8, sed ad 26 Octobris diem Demetrium celebrant, Græcos verosimillime, ne dicam indubie, imitati, qui ad eumdem pariter 26 Octobris diem, contra ac Latini faciunt, in omnibus prorsus, qui Demetrii meminerunt, Fastis sacris, usitari apud ipsos solitis, Sanctum commemorant.

67. Verum ut quid alio die Græci, alio Latini in sacris Ecclesiæ suæ usui destinatis Fastis Sanctum consignant? Non raro apud Latinos fit, ut Sancti, non iis diebus, quibus Vitam cum morte commutarunt, sed aliis, qui Sanctorum aliorum cultu impediti non sunt, veneratione ecclesiastica afficiantur. Quid si ergo Sanctus olim apud Latinos, non die, qui ei emortualis obtigerat, sed alio, quo, Sancti alterius veneratione haud impedito, cultu ecclesiastico apud eos afficiebatur, sacris quoque Fastis per eosdem fuerit inscriptus, idque apud Græcos eo ipso, qui ei emortualis fuisset, die 26 Octobris fieri contigerit? Enimvero hinc factum, ut Demetrii nomen Octobris die 8 apud Latinos, 26 vero apud Græcos Fastis sacris fuerit insertum mihi haud prorsus vero apparet absimile, maxime cum Sanctum 26 Octobris die martyrii palmam retulisse Græci in Menæis, ut supra docui, expresse affirment, reque etiam ipsa forte is, ut supra pariter docui, die illa ad Dominum migrarit. Utut sit, Sanctus equidem, uti ex jam dictis liquet, in Latinorum æque ac Græcorum Fastis sacris celebratur. Quoniam autem de cultu ecclesiastico, qui ei fuerit delatus, sermo jam incidit, rei argumentum monet, ut de eo jam sermonem faciamus.

68. Quod ut magis ordinate faciam, primo quidem de cultu ecclesiastico, quo Demetrius universim apud Græcos hodieque gaudet, atque olim fuit gavisus; deinde vero de eo, quo nominatim tum Thessalonicæ, tum Constantinopoli ab ipsis etiam Orientis imperatoribus eorumque aula fuit honoratus, tractabo, ac tandem venerationis, quæ Sancto alibi etiam, quam apud Græcos, aut modo adhuc defertur aut certe olim fuit delata, explanatione Commentarium hunc terminabo. Græci ipsum suum ad 26 Octobris diem de sancto Demetrio, brevi duntaxat, quam tunc, ut sæpe alias, instituunt, aliorum aliquot sanctorum commemoratione adjuncta, faciunt officium. Quisque ita rem habere comperiet, qui magna Græcorum Menæa excusa, Typicum, sancti Sabæ nomine insignitum, novissimumque, quod anno 1738 impressum notatur, Anthologium ad dictum 26 Octobris diem inspexerit. Verum a quo tempore ecclesiasticus ille cultus sancto Demetrio a Græcis qui eum præterea honorificentissimis μεγαλομάρτυρος atque ab rationem infra dicendam μυροβλύτου titulis condecorant, cœpit deferri? Cum in præfato, quo in Menæis Sanctus celebratur, ecclesiastico Officio commemoratio terræ motus, qui sub Leone Isaurο evenit, instituatur, hicque imperator sæculo octavo, ad mediam fere sui partem provecto, obierit, id sane quantum ad commemorationem illam nequit esse hoc sæculo antiquius, eritque fortassis, qui eidem vel propterea nec quantum ad reliqua majorem antiquitatem attribuat. Verum, utcunque res hæc habeat, Sanctum equidem diu etiam ante sæculum octavum officio ecclesiastico universim a Græcis cultum quotannis fuisse, verosimillimum mihi apparet, tum ex iis, quæ quantum ad ejus antiquissimum Thessalonicæ juxta ac Constantinopoli cultum infra dicturi sumus, tum vel maxime ex singulari, qua sæculo illo, imo etiam diu ante, apud Græcos gavisus fuit, veneratione simul et nominis celebritate; quam utramque sancti nostri martyris prærogativam probatam nunc do.

69. Sanctus Theodorus Studita, qui sæculo octavo senescente sequentisque initio floruit, apud Sirmondum *Operum variorum* tom. V, pag. 208 in epistola, quam ad Joannem Spatharium dedit, ita scribit: « Divinum quoddam facinus a dominatione tua factum audientes, mirati sumus ob magnam revera fidem tuam, homo Dei. Affirmat enim qui retulit, te sacram magni martyris Demetrii imaginem susceptoris cujusdam loco adhibuisse, atque ita filii tui a Deo custoditi baptismum peregisse. Et o fiduciam tuam! *Non inveni tantam fidem in Israel* non solum centurioni tunc a Christo dictum arbitror, sed nunc etiam tibi qui fide certas cum illo. Invenit ergo ille quod quærebat; adeptus es et ipse quod sperasti. Ibi divinum mandatum pro corporali præsentia: hic corporea imago vice prototypi. Ibi enim verbis aderat magnum Verbum, divinitate sua mirabile sanitatis opus invisibiliter

perficiens; et hic pariter magnus martyr imagini suæ spiritu præsens erat, infantem suscipiens. Verum hæc profanis quidem auribus et incredulis mentibus minime recipienda, tanquam incredibilia, videntur, maxime iconomachis; pietati vero tuæ manifesta argumenta et exempla patefacta sunt. Quid enim est quod Deus præstare credentibus non possit? Aut quomodo in imagine non homonyme cernitur et inesse creditur qui repræsentatur? «Imaginis siquidem honor, ut magnus ait Basilius, transit ad prototypum.» Quare manifestum est martyrem fuisse, qui infantem per propriam imaginem suscipiebat, quatenus ita credidisti. Sed o magnificentiam tuam, qui talem ac tantum syntecnum, ut vocant, sortitus es, non hunc vel illum principem puta vel dynastam, aut ipsum etiam qui diademate redimitus est. Major enim longeque superior est quem reperisti.

70. «Martyrum quippe fortissimus, mirificorum clarissimus, germanus Christi amicus, angelorum civis: qui tot tantaque in terris semper potuit potestque, ut in omnibus oris miraculorum suorum tuba celebretur. Beatus reipsa es, vir piissime, quod talem nactus sis susceptorem: ter beatus et filius tuus, qui a tanta gloria et potentia prædito susceptus sit. Nobis vero videre liceat hunc filium tuum sancti Demetrii cognominem, si annuis: ut, tanquam ipsius filium amplectentes, et congruis ipsi verbis, ut peccatores, compellemus, et rem gestam ad alios quoque transmittamus. Nec enim res pulchras sileri convenit, sed aliis ad piæ fidei clara documenta proponi.» Enimvero et factum plane singulare, quod hic laudatur, et verba, quibus id a Theodoro Studita sit, eximiam prorsus erga sanctum Demetrium tum Joannis Spatharii, qui forte cum Joanne Protospathario et Bajulo, ab Irene electo atque apud Theophanem ad annum imperatricis hujus decimum memorato, unus idemque est, tum ipsiusmet Theodori Studitæ venerationem arguunt. Adhæc cum hic sanctus scriptor, qui, quemadmodum jam docui, sæculo octavo senescente sequentisque initio floruit, tot tantaque in terris Demetrium semper potuisse ac porro posse, per verba recitata affirmet, ut in omnibus oris miraculorum ejus tuba celebretur, præbet sane, unde non immerito, Sanctum nostrum insigni apud Græcos nominis celebritate juxta ac hinc orta veneratione diu etiam ante sæculum octavum enituisse arbitremur.

71. Quod cum ita sit, quin abs his ille pariter, non secus ac clariores sancti alii, officio ecclesiastico honoratus jam tum fuerit, vix dubitandum apparet, maxime cum festivam ejus lucem Thessalonicæ jam inde a sæculo sexto verosimillimeque etiam citius quotannis celebrari contigerit, uti infra ostendam. Porro Demetrius non tantum officio ecclesiastico, verum etiam festo annuo, quo sacri cultus seu sacrosancti Missæ sacrificii tempore jus dicere nefas esset, apud Græcos, si non ante sæculum octavum, certe ante sæculum tertium decimum fuit honoratus. Liquet id ex data anno mundi secundum Græcos 6674, id est, æræ Christianæ 1166, per Emmanuelem Comnenum imperatorem de diebus, quibus aut omnino aut ex parte tribunalibus feriandum, seu a jure dicendo abstinendum esset, Novella. In hac enim, quæ in Jure Græco-Romano, per Leunclavium anno 1596 Francofurti vulgato, pag. 160, et apud Photium in Nomocanone titulo septimo, pag. 58 et seqq. exstat, imperator verbis sequentibus, a Leunclavio e lingua Græca in Latinam conversis, ita primum loquitur: «Sancimus, ut illi dies feriati sint, quos in præsenti constitutione nominatim enumerabimus; et ut alii quidem eorum ferias in universum habeant, ut nequaquam, toto ipsorum durante spatio, constitui judicium possit, nisi fortassis imperator per dispensationis modum, vel ob necessitatem (ut multa sæpenumero subita quædam rerum varietas licentius novare solet) in iis quoque judicium constituere voluerit; alii vero ex parte a judiciis vacent, ut ea videlicet exerceantur a matutino tempore usque ad tempus sacri cultus seu potius (Græce enim habetur λειτουργίας) *missæ sacrificii*, quo judicibus tam precationi, quam celebrationi divini Numinis intentis esse liceat, ac peracto sacro justitiæ curam gerant, et injurias perpessis juxta vigorem legum succurrant.

72. Sed tamen ii quibus in hunc modum post cultum sacrum jus dicere permissum est, in conficiendis abs se notationibus ac instrumentis mentionem temporis faciant, quo confecta sint.» Hisce porro præmissis, primo dies omnino feriatos seu quibus totis a dicendo jure vacandum sit, enumerat, ac deinde ad eos quibus ex parte tantum vacationem tribunal habet, progreditur, iisque 26 Octobris diem, «quod is magno, ut ait, et unguentis scaturienti Demetrio festus agatur,» accenset. Quin itaque Demetrius festo annuo, cujus parte aliqua a jure dicendo vacandum esset, a Græcis ante sæculum tertium decimum honoratus fuerit, ambigendum non est. Porro fuisse quoque per festi illius partem ab operibus servilibus abstinendum Bailletus, tom. III *Vitarum* col. 115 ad 8 Octobris diem affirmat. Atque id quidem, utut in laudata Emmanuelis Comneni imperatoris Novella expresse non assertum, verosimillimum apparet. Verum is scriptor de festo illo, quod comparate ad festa alia omnino feriata secundæ duntaxat classis festum primum fuerit, hæc præterea ibidem addit: «Adeo celebre post factum est, ut haud minoribus, quam primæ classis festa, cæremoniis celebratum fuerit, estque de præcepto per totum diem hodieque observandum.» Ita ille, in margine, quæ Smith. *Statuta Græcæ Ecclesiæ*, pag. 12, habent, pro se citans. Verum, cum opus hoc ad manum non sit, fidem quantum id quod verbis recitatis docet, penes ipsum stare volo, et ad alia modo, quæ ad Sancti cultum spectant, gradum facio.

§ VII. *Quam eximius Thessalonicæ cultus Sancto fuerit delatus, et quam quidem antiquus is sit.*

73. Eximia plane veneratione cultuque ecclesiastico Thessalonicæ Joannis, civitatis hujus archiepiscopi, sæpissime jam supra laudati infraque laudandi, ætate seu sæculo septimo gavisum fuisse sanctum Demetrium, vel e solis, quibus hunc scriptor ille *Miraculorum edendorum* lib. I frequentissime condecorat, honorificentissimis, iisque duntaxat, qui pro sanctis coluntur, dari solitis titulis haud omnino inepte conjicias. Verum ne conjecturis tantummodo utendum hac in re sit, is ipse etiam scriptor facit. Etenim encomium jam supra plus semel citatum binisque hisce Μνήμην δικαίων verbis inchoatum, quod ad Thessalonicenses de sancto Demetrio dixit, sese tunc, cum festiva ejus lux ageretur, dixisse ab ipso statim dicti encomii initio indicat, ita illud exorsus: Μνήμην δικαίων μετ' ἐγκωμίων ποιεῖσθαι Σαλομὼν συνεβούλευσεν, id est, « Sanctorum memoriam cum encomiis celebrare, Salomon suasit. » Adhæc ciborii seu altaris umbraculi incendium, quod *Miraculorum* lib. I, cap. 12, refert, aliquanto temporis spatio, antequam id litteris ibidem mandaret, ipsa sacra sancti Demetrii luce, quotannis, ut ait, die 26 Octobris celebrari tum solita, evenisse declarat, eaque eodem loco adjungit, e quibus Sancti festivitatem non uno duntaxat die Thessalonicæ tunc durasse intelligitur; ut sane, quin Sanctus Joannis Thessalonicensis ætate seu sæculo septimo, imo etiam, cum dictum incendium sæculo sexto aut sequentis initio, uti in Adnotatis cap. mox dicto subdendis docebo, evenerit, sæculo sexto cultu ecclesiastico plane insigni fuerit affectus, nulla ratione ambigendum sit.

74. Verum nonne etiam ante sæculum sextum ita Sanctus in civitate sua natali honorari cœpit? Antequam, quæ mea hac de re sit opinio, edicam, nonnulla adhuc juverit præmisisse. Ædem sacram sancto Demetrio Thessalonicæ, cum sacrum ejus corpus sub terra aliquandiu jacuisset, a Leontio, Illyrici præfecto, eo ipso quo terræ fuerat mandatum loco fuisse exstructam, Anastasiana simul et Photiana Sancti Passio testatum facit. Posterioris hujus lucubratiunculæ, a qua prior in substantia haud dissonat, verba huc spectantia hæc sunt: « Quidam vero Leontius vir pius, postea præfecturam, qua Illyricum administravit, adeptus, locum expians, in quo sancti martyris reliquiæ conquieverant, et amplians, excitavit templum eo loco martyri, commune propitiatorium et perfugium, non Thessalonicæ solum, sed et omnibus finitimis. » Verum, ut quo tempore id factum verosimilius fuerit definiamus, in codice Theodosiano, cum Gothofredi Commentariis anno 1665 Lugduni edito, tom. VI, pag. 369 Leontius, qui anno 412 et 413 Illyrici præfectus fuit, memoratur. Quare, cum Leontius alter, Illyrici præfectus, cui, quod recitatis Photii verbis narratur, convenire possit, in monumentis antiquis non occurrat, sacram de qua hic ædem Sancto nostro Thessalonicæ fuisse jam inde a sæculi quinti initio erectam, verosimile sane apparet, etsi interim, quod forsan reipsa Leontius, a codicis Theodosiani Leontio diversus, nec tamen in monumentis ullis antiquis memoratus, Illyricum serius præfecti munere administrarit, res undequaque certa non sit. Verum, utcunque sit, sacram equidem Demetrio ædem, et quidem quæ non parvæ duntaxat molis, uti ex Anastasiana Sancti Vita, in qua Oratorium tantummodo vocatur, non nemo forte colligat, ædificium esset, sed insigne plane templum, Thessalonicæ jam diu ante Joannis Thessalonicensis archiepiscopi, qui, ut supra docui, sæculo septimo floruit, ætatem exstitisse ex iis quæ hic scriptor memoriæ prodit indubitatum est.

75. Etenim in panegyrica, quam Præfationis in modum (adi num. 4) narratis a se miraculis præmittit, oratione de primo, quod jamjam relaturus est, miraculo in codice olim Mazarinæo, supra sæpissime laudato, pag. 17 versa et seqq. ita loquitur: Ἀκούσωμεν τοίνυν, εἰ δοκεῖ, μετὰ συντονίας καὶ κατανύξεως πρώτου τοῦδε τοῦ θαύματος, ὃ καὶ πολλοὺς ὑμῶν πέπεισμαι μὴ ἀγνοεῖν διὰ τὸ περίφαντον ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ καὶ τῇ βασιλευούσῃ πόλει γεγονέναι, καὶ μέχρι νῦν ᾄδεσθαι παρὰ τοῖς ἁπάντων στόμασι παίδων ἐκ πατέρων παρειληφότων τὴν ἐναργῆ τοῦ μάρτυρος καὶ ἀπροσδόκητον θαυματουργίαν. Quæ Græca verba ita sonant Latine: « Audiamus igitur, si placet, cum animi attentione simul et compunctione primum illud miraculum, quod vestrum multos, qui in tota Macedonia imperanteque civitate (ita Græci scriptores Constantinopolim passim appellant) notissimum est, omniumque ore, e patribus per filios evidenti inexspectataque martyris (Demetrii videlicet) miraculi patratione audita, in præsens usque tempus celebratur, non ignorare existimo. » In hujus autem miraculi, quod *Miraculorum edendorum* lib. I, cap. 1 refert, quodque de desperatæ sanitatis præfecto, Mariano nempe, Græce περὶ τοῦ ἀπελπισθέντος ἐπάρχου inscribit, narratione insignis plane templi, quod Thessalonicæ, dum narratum ab eo in Mariano præfecto patraretur miraculum, sancto Demetrio sacrum exstiterit, loco non uno mentionem facit. Quare cum miraculum istud diu ante ætatem suam accidisse per verba proxime recitata Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, luculentissime doceat, consectarium est, ut et diu ante hanc ac proin ante sæculum VII, quo ex dictis is scriptor floruit, Thessalonicæ ingens, quod sancto Demetrio sacrum esset, templum jam fuerit exstructum.

76. At vero, inquies, miraculum, in Mariano præfecto sancti Demetrii patrocinio patratum, apud Mabillonium, tom. I *Analectorum veterum*, pag. 71 et binis seqq. etiam narrat Anastasius Bibliothecarius, tumque, cum illud evenit, insigne Thessa-

lonicæ templum sancto Demetrio nondum fuisse exstructum, non obscure innuit. Fateor, sic habet. Etenim Anastasius loco citato ita scribit : « His dictis confestim (Marianus) somno corripitur præ dolore et tristitia ; qui cum obdormisset, apparuit ei beatus Demetrius dicens : Surge et servis tuis impera, quod te deferant in domum Demetrii; nam ibi, juvante Deo, recipies sanitatem. Cumque evigilans a circumstantibus domum Demetrii martyris requireret, ait quidam : Est domus vilissima prope stadium, in qua dicunt jacere Demetrium, qui dudum lanceis interfectus est jussu Maximiani imperatoris. Tum ille : Illuc me ferte, quia in visu dictum est mihi, illic sanitatem me posse recipere. Tunc famuli tulerunt dominum suum, ubi jussi fuerant, et jussit se ponere solummodo in pavimento. Cumque jaceret, somno subito arripitur, et ecce beatus Demetrius iterum apparuit ei dicens : Per me sanari potes, sed time, ne forte post sanitatem curis hujus mundi te implices. At Marianus : Tu scis, domine, quia nunquam hoc egi, nec agere cupio. Et ille : Christus te sanat, qui erigit elisos. Et evigilans Marianus cœpit narrare visionem, cumque ad hoc ventum fuisset, ubi martyr dixit : Christus te sanat, qui erigit elisos, sanus surrexit gratias agens Deo cum omnibus, qui illic aderant. » Cum autem Demetrii martyris domum, in qua Sancti nostri corpus, cum delatus ad illam Marianus sanitatem hujus patrocinio recuperavit, jacebat reconditum, *vilissimam* hic appellet, nec tum Thessalonicæ domus alia, sancto Demetrio martyri sacra, quam in qua sacrum hujus corpus jacebat reconditum, exstiterit, insigne sane templum, quod Demetrio sacrum esset, Thessalonicæ nondum fuisse tunc exstructum, in narratione huc transcripta, in qua præterea, quam longa est, nihil plane unde aliud suspicere suppeditat, satis aperte indicat.

77. Verum ipsemet Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, qui miraculum istud litteris primus mandavit, *Miraculorum edendorum* lib. I, cap. 1, Thessalonicensem sancti Demetrii ædem, dum qui in hunc Marianum patrocinio sancti Demetrii, qui ei in somnis apparuerat, sanitati restituendum servi intulerint, memoriæ prodit, Πάνσεπτον ναὸν, « templum maxime venerandum » appellat, moxque sequentia, quæ addita interpretatione Latina, transscribo, verba subjungit : Ὁ δὲ εἰσελθὼν, καὶ ἰδὼν τὴν εὐπρέπειαν τοῦ οἴκου καὶ τὴν ἐν αὐτῷ πνευματικὴν εὐωδίαν, τὴν τρέφουσαν τὰς ψυχὰς τῶν πιστῶν, ὡς ὁ παράδεισος τοῦ Θεοῦ, εἶπε τοῖς βαστάζουσιν αὐτὸν οἰκέταις, Ῥίψατέ με πλωτὸν εἰς τὸ ἔδαφος. « Hic autem (Marianus nempe) cum (Demetrii templum) ingressus esset, ædisque ornatum ac spiritualem illius, qui fidelium animas, velut Dei paradisus, alit odorem comperisset, iis qui illum ferebant domesticis dixit : In nudo pavimento me deponite. » Adhæc in Demetrii æde, in quam Marianum, sanitati restituendum, a servis illatum scribit, ciborium seu (adi ad hanc vocem in Glossario Cangium) eductum in fastigiatam formam, sub quo sancti Demetrii corpus reconditum jacere credebatur, altaris umbraculum ex argento confectum exstitisse scribit. Quis vero existimet, vel in Thessalonicensi æde, sacras Demetrii reliquias continente, in quam Marianus illatus fuit, pretiosum hujusmodi ornamentum futurum fuisse, vel de ea Joannem Thessalonicensem tam magnifice, uti ex dictis facit, locuturum, si vilis duntaxat, imo vilissima, qualis exstitisse ab Anastasio innuitur, domus fuisset? Jam vero cum hæc ita habeant, quin jam tum, cum patratum in Mariano miraculum accidit, insigne templum, sancto Demetrio sacrum Thessalonicæ exstiterit, dubitandum non est.

78. Id porro e Joanne Stauracio, Thessalonicensi chartophylace, qui quandonam floruerit, supra edocui, utcunque confirmatur. Etenim et hic miraculum in Mariano patratum in suam supra memoratam de sancti Demetrii miraculis lucubrationem intulit, ibidemque in codice nostro signato ✝ ms. 193 sancti Demetrii ædem, in quam Marianus, sanitati restituendus, fuit delatus, ἀνάκτορον *ædem regiam* seu *basilicam* appellat. Nec est, quod nos his multum moveat Anastasii Bibliothecarii auctoritas. Etenim interpretatio, qua is, quæ ad sanctum Demetrium apud Mabillonium tom. I *Veterum analectorum*, pag. 65 et pluribus seqq., spectant, e lingua Græca in Latinam convertit, omni prorsus mendo, sive interim id incuriæ imperitiæve ipsiusmet hujus scriptoris, sive Græci, quod huic prælu-xerit, exemplaris defectui ascribendum sit, carere non videtur. Rem uno alterove exemplo probatam do. Auctor anonymus, qui Sancti nostri Vitam seu Passionem, secundo loco a nobis edendam, concinnavit, narrato Demetrii martyrio, fuisse illum sub aggesta humo a Christianis quibusdam tumulatum affirmat, ac deinde subjungit : Οὐδενὶ δὲ μετὰ ταῦτα φροντὶς ἐγένετο μετενεγκεῖν τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου, ἀλλ' ἔμεινεν ἐπὶ σχήματος. Hisce autem Græcis verbis sequentia isthæc apud Mabillonium tom. *Analectorum veterum* cit. pag. 70, in Sancti nostri Vita seu Passione, ab Anastasio Latine reddita, respondent : « Nulli autem post hæc curæ fuit transferre corpusculum Sancti, sed manebat sub signo. » At vero, cum hic duntaxat Sancti corpus, quod sub aggesta humo tumulatum fuerat, mansisse sub hac sepultum significari e sensus contextu patescat, voci ultimæ, quæ in recitatis Anastasii verbis occurrit, vocabulum *terra* seu *humo* substituendum puto. Vox quidem σχήματος, quæ Latine forsan per vocem *signum* non inepte reddi potest, in proxime recitatis biographi anonymi verbis ponitur. Verum ob jam dictam, quæ a sensus contextu repetitur, causam perperam illam ibi pro voce χώματος, quæ *humum* seu etiam *tumulum* significat, describentium incuria oscitantiave exaratam existimo; ut, quamvis quidem erratum hic cubet, id tamen non Anastasio, sed Græco, quo ad

versionem suam adornandam usus hic scriptor est, amanuensi debeat attribui.

79. Verum en nunc etiam, quod verosimillime non ab alio, quam ob hoc profectum est, occurrens in versione Latina mendum. Joannes, archiepiscopus Thessalonicensis, *Miraculorum edendorum* lib. I, cap. 3, visionem, qua sanctus Demetrius civitati Thessalonicensi, fame quam maxime pressæ, succursurus, viro cuidam probo in insula Chio sese spectandum dederit, enarrat, ac deinde subjungit: Ὁ δὲ διαναστὰς καὶ πορευθεὶς ἐπὶ τὸ μαρτύριον τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Ἰσιδώρου, ὀφείλων ἀκριβέστερον καταμαθεῖν ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων τίς ὁ Δημήτριος οὗτος. Hisce autem Græcis verbis apud Mabillonium tom. *Analectorum* sæpius cit., pag. 81, sequentia isthæc Anastasiana respondent: « Qui (vir scilicet, cui in insula Chio sanctus Demetrius apparuerat) surgens perrexit ad ecclesiam sanctorum Victoris et Isidori, volens discere a rusticis, quis iste, qui ei nimirum apparuerat, esset Demetrius. » Ecclesia ergo, ad quam, cui sanctus Demetrius in insula Chio apparuerat, vir probus sese, quo quis, qui ei apparuisset, Demetrius esset intelligeret, contulit, binis sanctis, Victori scilicet et Isidoro, secundum Anastasii interpretationem sacra erat. Verum proxime recitata, e quibus, quod de ecclesia illa apud Anastasium reperitur, primitus haustum est, Joannis Thessalonicensis Græca verba, non binis, sed uni duntaxat sancto Isidoro ecclesiam, ad quam, cui sanctus Demetrius apparuerat, vir probus sese contulit, consecratam fuisse produnt. Etenim, quod in Græcis Joannis Thessalonicensis verbis proxime recitatis occurrit vocabulum καλλίνικος neutiquam est, cui, quemadmodum Anastasius existimavit, nomen Latinum proprium Victor respondeat, nomen Sancti proprium, sed tantum, quod sanctum Isidorum martyrem afficit, adjectivum, idem Græce, quod Latine, « pulchris victoriis ornatus, » significans, uti passim modo linguæ Græcæ peritis notum est.

80. Quidquid itaque Anastasius in miraculi, quo sanitati Marianus restitutus fuit, narratione astruat, quin tamen jam tum, cum id patraretur, ac proin diu etiam ante Joannis Thessalonicensis ætatem insigne plane templum, sancto Demetrio sacrum, Thessalonicæ exstiterit, ob omnia, quæ jam in medium adduxi, dubitandum non est. Atque hinc jam fluit, ut dubitandum pariter non sit, quin Sanctus diu etiam ante id tempus cultu plane insigni Thessalonicæ honoratus fuerit. Imo vero, cum ex supra dictis templum etiam insigne, nomini suo consecratum verosimillime jam inde a sæculo V ibidem habuerit, cum etiam jam tum aut saltem ante sæculum VI festivitate annua in illa civitate sua natali cultum fuisse verosimillimum apparet, maxime cum jam inde ab hoc sæculo pro patrono etiam primario a Thessalonicensibus habitus verosimillime fuerit, uti in Adnot. lib. I *Miraculorum* cap. 2 subdendis docebo. Dictum

A porro Thessalonicense Sancti templum inter ornamenta sua non tantum quod jam supra memoravi ciborium seu formæ fastigiatæ altaris umbraculum, ex argento confectum, tunc complectebatur, verum etiam fortassis thronum, ex eodem metallo constructum. Hoc certe ornamento sacrum istud ædificium jam inde a sæculo sexto aut saltem a sequentis initio ditatum fuisse, fidem facit *Miraculorum edendorum* lib. I, cap. 6. Ibi enim Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, miraculosam de sancto Demetrio narrationem, quæ ad Eusebii, sub Mauritio imperatore anno 602 e vivis erepto, Thessalonicensis archiepiscopi ætatem spectat, suppeditat, argenteique throni, qui archiepiscopo hoc vivente in Thessalonicensi Demetrii B ecclesia exstiterit, mentionem facit. Atque hæc quidem ornamenta, quibus Sancti ecclesiam, imo forte ob infra dicenda horum altero, ciborio nempe, etiam tumulum ornare. Thessalonicensibus curæ fuit, eximiam prorsus, qua hi in illum antiquitus fuerunt, venerationem utcunque testatam faciunt; Hanc porro amplius adhuc, quæ jam nunc subdo, ostendent.

81. Contigit ut, quemadmodum loco proxime cit. Joannes Thessalonicensis refert, ciborium seu in fastigiatam formam eductum, sub quo, ut multis credebatur, Sancti corpus jacebat reconditum, altaris umbraculum nocte incenderetur, argentumque, e quo id, ut dixi, erat confectum, vehe- C menti ignis calore fusum maximam partem periret. Eusebius, Thessalonicensis, quem jam mox laudavi, archiepiscopus, casu inexspectato perculsus, de novo quamprimum, qua sane re eximia ejus erga Sanctum veneratio eluxit, exstruendo ciborio serio cogitabat, cumque hunc in finem, non modica argenti, e quo combustum ciborium fuerat confectum, parte amissa, necessariam sibi deesse materiam, cerneret, ciboriumque, quod sacras Sancti reliquias continere id existimaretur, necessariam magis, quam argenteus, cujus mox meminimus, thronus esset, supellectilem putaret, thronum istum destruere acceptumque ex eo argentum ad novi ciborii structuram adhibere meditabatur. Verum, ne id fieret, ipsemet D sanctus Demetrius, per presbyterum, cui semel, iterum ac tertio apparuit, Eusebio archiepiscopo, voluntatis suæ illud non esse declarans, impediit. Neque vero præfatum thronum, ut novum ciborium conficeretur, destrui fuit necesse. Thessalonicenses enim cives nec moniti affatim argenti, ut novum exstrueretur ciborium, ad archiepiscopum suum tulerunt. Joannis Thessalonicensis verba, quibus hoc postremum loco supra cit. exponitur, in compendium ab Anastasio Bibliothecario contracta, prout apud Mabillonium tom. I *Veterum Analectorum*, p. 77, exstant, hic exhibeo. Sic habent: « Dum adhuc (presbyter, cui sese spectandum sanctus Demetrius dederat, et Eusebius archiepiscopus) de his loquerentur ad invicem,

ecce ostiarius advenit dicens: Sancte præsul, præsdives Mennas stat ante januam tuam cupiens tecum loqui. Dicit ei: Veniat. Veniens prædictus Mennas obtulit ei 75 libras argenti in adjutorio ciborii. Et deinde venit Joannes, scilicet dulcedo pauperum, offerens ei quadraginta librarum pondus argenti; et cives advenientes, prout poterant, offerebant, ut ciborium restrueretur. Taliter restructum est opus sæpe nominatum meritis sancti martyris.

82. Atque ita sane Thessalonicenses, utpote ad ciborii, quo sacræ sancti Demetrii reliquiæ reverenter contegerentur, structuram oblatis a se donis liberaliter concurrentes, eximiam prorsus, qua erga hunc eniterent, venerationem manifestam fecere. Quod si porro quis, ut de hac melius judicare adhuc queat, quale ac quantum, cujusque figuræ ac magnificentiæ opus illud exstiterit, fortassis adhuc scire aveat, *Miraculorum edendorum* libri primi capite decimo perlecto, desiderio suo factum inveniet satis. Ibi enim in apparitionis, quæ Phoca tyranno, anno 610 e vivis sublato, imperii Orientalis habenas moderante, evenit, narratione argenteum, quod in Thessalonicensi sancti Demetrii ecclesia sacrum hujus corpus continere credebatur, ciborium eleganter describitur, idque, cum Phocas proxime post Mauritium, sub quo Eusebius, Thessalonicensis archiepiscopus præfatus, sedit, imperio Orientali præfuerit, non aliud verosimillime, ne dicam indubie, fuerit, quam quod ab hoc ipso Thessalonicensi archiepiscopo fuisse exstructum jam vidimus. Verum opus hoc, quod alteri combusto substitutum ex jam dictis aut sæculo sexto combustum verosimillime pariter fuit. Etenim auctor anonymus, qui Joannis Thessalonicensis de sancti Demetrii miraculis lucubrationem continuavit, *Miraculorum edendorum* lib. II, cap. 3, Thessalonicensem sancti Demetrii ecclesiam flammis fuisse absumptam refert, idque haud diu post Joannis Thessalonicensis archiepiscopi, verosimillime ante annum 690 vita functi, obitum accidisse, non obscure innuit. Jam vero, cum id ita sit, quin tunc iterum, quod Eusebius, archiepiscopus Thessalonicensis supra dictus, exstruxerat, ciborium fuerit combustum, dubitandum non apparet.

83. Verum, etsi tunc seu sæculo septimo senescente non tantum opus hoc, verum etiam ipsum, ut jam dictum, Thessalonicense, in quo istud continebatur, Sancti nostri templum flammis fuerit absumptum, non propterea tamen Thessalonicenses quidquam de sua erga hunc veneratione remisisse videntur. Etenim, ut loco cit. idem scriptor anonymus docet, combusti templi loco aliud perquam magnificum, quod ejus adhuc ætate exstabat, civibus suis seu Thessalonicensibus modo singulari auxilium subministrante sancto Demetrio, exstruxerunt. Qua sane re suam erga Sanctum venerationem non minus, quam antiquam ejus ædem ornando, fecere testatam. Non secus porro atque antiquum, a Leontio exstructum, novum illud ædificium sacrum, aliudve, quod ei etiam postea collapso, igneve aut aliter destructo substitutum fuerit, passim apud Græcos celeberrimum juxta ac decantatissimum exstitit, idque maxime ob asservatum in eo ac cultum, e quo continuo liquor, sanandis morbis salutaris, stillabat, sancti martyris corpus. Verum de Demetrii corpore, liquoreque, qui ex hoc stillet sanandisque morbis salutaris sit, § sequenti tractabo; unice modo, quæ præter jam adducta de Thessalonicensi Sancti templo, alioque, quod ei etiam sacrum, Thessalonica haud multum est remotum, notatu digna occurrunt, lectorem adhuc edocere est propositum. Ac primo quidem Thessalonicense Sancti templum, ut Joannes Cameniata de Thessalonicensi, quod sæculi decimi initio evenit, excidio in *Historiæ Byzantinæ post Theophanem scriptoribus*, pag. 326 et seq. testatum facit, officii divini, peragi in eo ante istud excidium soliti, solemnitate, annuæque Demetrii festivitatis celebratione maxime effulsit.

84. En huc, quæ scriptor ille ibidem suppeditat, spectantia verba: « Templa enim, inquit, quædam (cernuntur) prægmagna ac munifica varioque ornatu pulcherrima, per mediam urbem (Thessalonicensem nimirum) exstantia ac exposita, veluti communia Numinis propitiatoria; cum primis vero, interque ea præcipuum, omnium effectricis divinæ et supersubstantialis Verbi Sapientiæ, itemque semper Virginis immaculatæ ac Deiparæ; nec non (cujus supra memini) gloriosissimi præclarique victoris, Demetrii martyris, ubi divina peregit certamina et victoriæ palmam reportavit; hæc nimirum, recurrentibus per anni circulum festorum solemniis, universæ multitudinis in se concionem cogentia, lætitiam inenarrabilem et spiritale gaudium convenis inferebant. In horum siquidem singulis sacerdotum ordines cleri matriculam implebant, quorum opera mysticus cultus resque sacra peragitur; lectorum item cœtus, qui concinendis canticis diligentiam habeant, et alternis versus tinniant, manuumque motibus modulationum sonos disponant ac magnam quamdam digneque spectabilem choream constituant; tum effulgente vestium forma spectantium oculos demulcentes, tum artificiosa Psalmorum lyra auditum oblectantes. Quid enim erat, si hæc cantica consideres, fabulosus Orpheus, aut musa Homerica, aut Sirenum deliramenta, fictionum mendaciis digesta, ut nulla laudum vera ratio sit, sed falsi rumores, mortalium genus seducentes atque errori mancipantes? Frustra igitur in his Græci (imo potius, cum Ἕλληνες, quæ vox tam ethnicum, quam Græcum significat, Græce habeantur, ethnici) crepitantibus buccis sese jactant, qui vera rerum scientia careant, vanisque sermonibus ipsi sibimetipsis pugnent; nobis vero tum Numen verum est, tum ipsum, quod canimus, laudisque obsequio frequentamus. »

85. Nec tantum Thessalonicense Sancti templum, priusquam civitatis, in qua hoc situm est, memoratum antea, quod a Joanne Cameniata describitur, excidium eveniret, eximia prorsus officii divini solemnitate, annuaque festi Demetriani, quæ maxima, uti e jam recitatis Cameniatæ verbis intelligitur, pompa peragebatur, celebratione maxime effulsit, verum id non secus ac antiquum a Leontio exstructum, quod flammis fuerat absumptum, Thessalonicense (adi Photianæ Vitæ verba, num. 74 recitata) Sancti nostri templum, « commune propitiatorium et perfugium » fuit, ad quod tum fideles alii, tum vel maxime Thessalonicenses, ut opem Sancti in necessitatibus suis implorarent, non raro recurrerent. Quam verum id sit, vel sola a Joanne Cameniata, dum, quæ Thessalonicenses aliosque, cum Agareni anno 904 Thessalonicæ, paulo post ab hisce etiam expugnatæ excisæque, imminerent, fecisse, in supra cit., quæ in *Historiæ Byzantinæ post Theophanem scriptoribus* exstat, lucubratione, pag. 335, memoriæ prodit, suppeditata verba argumento sunt; sunt autem hæc : « Cæterum variis cogitationibus distracti ac titubantes, per reliquos insequentes dies, quod miseris reliquum est, hoc nos ipsi jam enitimur; ut scilicet, quæ nemo dicere valeat, divinæ miserationis viscera, sanctorumque patrocinia, votis invocemus. Quippe venientes ad supra memoratam præclaro decore splendidissimam gloriosissimi martyris Demetrii ædem, tum omnes civitatis accolæ, tum ex variis gentibus advenæ, omnis dignitas atque ætas, lamentabilique choro composito, sublato ad martyrem clamore, patronum nobis fore adversus ingruentem barbarorum minaci ira interitum ac cædem, rogabamus. Ostendisti, dicebamus, generose martyr, defensionis tuæ promptam ardoreque animi opitulationem, in multis haud raro periculis, quæ tuam appetiere urbem, cunctisque adversariorum dissolutis insidiis, ab omni immunem noxa ac interitu conservasti. Ostende nunc quoque, miserantissime, tuam erga nos immensam curam; et ne glorientur adversum nos gentes barbaræ et alienigenæ, quæ Deum ignorant.

86. « Neque vero dederis domum hanc, quam orbis universus novam morborum officinam medicam paratumque refugium habet, ab impuris impiisque hominibus profanari, qui nostram subsannant fidem, cultumque spernunt ac religionem : atque hoc unum nobis crimen impingunt, qua sumus in Deum, pietatem; mortemque immaturam comminantur et exitium. Licet enim innumeris digni sumus suppliciis, ob ea scelera, quæ in terra commisimus, huicque ipsi, quæ ingruit, vastitati ac cladi sumus obnoxii, non tamen alium novimus Deum, quam qui te coronavit, in cujus etiam gratiam divina peregisti certamina, quem et æmula passione clarificasti : cujus etiam munere multorum miraculorum gratiam consecutus es, nobisque murus firmus inconcussumque fulcimentum ac columen concessus es, ad quem quotidie supplices pro nobis fundens preces, quæ in rem nostram conducant, efflagitas. Respice igitur nunc quoque in populi hujus consilii mentisque inopiam ac spes depositas, orationemque nostram exaudiens, sta libera intercessione pro nobis, servis tuis, et ab exspectata nos eversione eripe, ne filii ancillæ Agar contra nos glorientur, nec dicant, Ubi est defensor eorum? Nam vides et ipse, benignissime, nos non in lanceis, sed in potenti intercessione tua rei summam deposuisse, qui et rursus tuæ nos providentiæ ac curæ compotes fore speremus. Hæc vota cum animi angore, omnes suppliciter martyri noctu diuque offerentes atque lacrymis templi solum rigantes, hostium exspectatione suspensi agebamus, cum peccatum nostrum, haud secus ac septum firmissimum ex adverso obstaret, atque martyris intercessionem cassam redderet, ne divinam nobis benignitatem proprio numine conciliaret. »

87. Porro Thessalonicensem civitatem, cum anno 904 ab Agarenis, ut jam docui, fuisset expugnata, haud diu admodum in potestate sua hi tenuere; mense enim nondum integro, uti e Joanne Cameniata intelligitur, excidio, quod expugnationem proxime excepit, fuerat deleta, cum deserendam illam duxere, reque etiam ipsa deseruere. Ac tum quidem statim instaurari celeberrima civitas cœpit, nec, quin tum pariter statim, ut insigne, quod a barbaris profanatum fuerat, Demetrii templum pristino decori restitueretur, laboratum a Sancti amantibus fuerit, dubitandum apparet. Utut sit, istud equidem ædificium sacrum, non secus atque ante, a fidelibus, ad Sancti opem recurrentibus, frequentatum fuit. Id e publico, quod inter Innocentii tertii epistolas, anno 1682 Parisiis a Stephano Baluzio vulgatas, libri XV epistolæ 84 exstat insertum, instrumento fas est colligere; quod proinde, cum præterea et alia nonnulla ad Sanctum Thessalonicenseque ejus templum spectantia edoceat, integrum huc transcribo. Verum, ut quæ in hoc traduntur facilius intelligantur, pauca adhuc, antequam id faciam, præmittenda sunt. Latini, sæculi tertii decimi initio Constantinopoli in potestatem suam redacta, Thessalonicam etiam subegerunt; tunc autem Thessalonicense sancti Demetrii templum Hierosolymitanis sancti Sepulcri canonicis regularibus fuit concessum. Verum hosce inter et Thessalonicensem archiepiscopum, qui in sancti Demetrii ecclesiam bonaque ad hanc spectantia jus aliquod sibi competere contendebat, lis brevi exorta est, quæ tandem expressis in instrumento supra laudato conditionibus, quas ad pontificem approbandas misere, hicque cit. epist. 84 approbavit, fuit dirempta. En nunc illud: « Sanctissimo Patri et domino Innocentio Dei gratia sacrosanctæ et universalis Ecclesiæ summo Pontifici G. ejusdem patientia et vestra Thessalonicensis Ecclesiæ minister, licet indignus, se ipsum ad pedes cum obedientia filiali. Cum propter schi-

smaticam inobedientiam summi regis vindicta A terram Græcorum correctionis funiculo flagellasset, et ipsam de secreto atque inæstimabili consilio suo ad manus reduxisset Latinorum, multi religiosi de diversis partibus accedentes diversa beneficia tam per dominos cardinales quam per principes et barones et alios fideles adepti sunt. »

88. « Inter quos sacrosancti Sepulcri canonici ecclesiam sancti Demetrii Thessalonicensis, quoquo modo gavisi sunt adipisci, quam usque ad inthronizationem meam cum multis laboribus et, ut verum fatear, illi terræ multum necessariis possederunt. Sane quamvis prædicta ecclesia sancti Demetrii ad jurisdictionem meam pertinere noscatur, tamen ob reverentiam Dominici sepulcri, ubi redemptio humani generis operata est, et ad cujus B subventionem crucesignatorum exercitus terram Romaniæ dicitur acquisisse, ne etiam dicti canonici sua spe et laboribus penitus fraudarentur, et ut omnis quæstio et controversia, qualis inter me et ipsos super hoc exorta, quæ de facili ordine judiciario non poterat tempore instanti propter causæ perplexitatem diffiniri, per pacem et æquitatem facilius sopiatur, præsertim cum in sæpe dicta ecclesia tanti martyris corpore decorata tam favorabilis ecclesiæ canonici regulares honorificentius quam sæculares valeant deservire, prudentum virorum fretus consilio, videlicet Ar. Cermopilensis episcopi Sarrensis postulati, W. Nazarocensis electi Philippensis postulati, et magistri R. Citrensis electi, mihi, quantum in me C est, visum est utile pariter et honestum, ut memorati canonici Dominici Sepulcri de universis possessionibus, proventibus, fructibus, reditibus, legatis, et eleemosynis quocunque justo modo ad dictam ecclesiam sancti Demetrii pertinentibus, sicut per instrumenta vel per testes idoneos sive alio justo modo probari legitime poterit, insuper de omnibus illis, quæ aliquo tempore archiepiscopis Thessalonicensibus nomine ecclesiæ prædicti sancti Demetrii collata fuerunt, vel in posterum conferentur, sicut, ut supra dictum est, legitime probari poterit, talem pro servitio sæpe dictæ ecclesiæ percipient portionem, qualem canonici sanctæ Sophiæ Thessalonicensis metropolis de D possessionibus ejusdem percipient, cum eam contigerit ordinari. »

89. « Domos siquidem, quas clerici sancti Demetrii tempore Græcorum intra Thessalonicam habebant, canonici sancti Sepulcri extra partem possidebunt; oblationes quoque manuales et quæcunque eis legata fuerint nominatim, sive nomine sancti Sepulcri, similiter extra partem recipient. Ea vero, quæ super tumbam sancti Demetrii offerentur, vel ecclesiæ ejusdem nominatim legata fuerint, secundum supradictam divisionem partientur. Adjuncto tantum, quod cum dicti canonici in ecclesia illa capellanos vel clericos pro tempore instituent, sub eadem fidei religione, qua ipsi tenebuntur, eis injungent quod nullatenus aliquibus in testamento vel alias persuadebunt, ut ipsis canonicis magis, quam ecclesiæ in præjudicium et damnum archiepiscopi debeant erogare, expensis, quantum ad sarta tecta vel luminare ecclesiæ et justam tumbæ custodiam, de communi pro rata faciendis. Præterea prior, qui in ecclesia sæpedicta sancti Demetrii pro tempore a patriarcha Hierosolymitano et capitulo suo fuerit delegatus, mihi et successoribus meis canonice intrantibus obedientiam et reverentiam tenebitur exhibere; matrici insuper ecclesiæ Thessalonicensi et mihi meisque successoribus in dicta ecclesia omni jure et libertate nostra, sicut et in aliis ecclesiis ejusmodi, plenarie reservatis; salva domini patriarchæ Hierosolymitani et capituli sui in omnibus obedientia in ipsum priorem et canonicos et alios religiosos ibidem commorantes. »

90. « Igitur cum ordinationes ecclesiarum, quæ per inferiores prælatos fieri nequeunt, Ecclesiæ Romanæ, quæ disponente Domino omnium ecclesiarum mater est et magistra, debeant reservari, dictam compositionem sive dispositionem, quam per me facere vel firmare non præsumpsi, sanctitati vestræ duxi transmittendam, paternitatem vestram flexis genibus mentis exorans attentius et obnixe, quatenus causa Dei et ob Dominici Sepulcri reverentiam et precum mearum interventu, si sanctitati vestræ competens et honestum videbitur, ipsam auctoritate vestra facere vel inceptam perficere dignemini, et ut majorem habeat firmitatem, eamdem auctoritate prædicta roborantes. » Isthæc modo, quibus dictum instrumentum concipitur, verba considera, videbisque eo tempore seu sæculi tertii decimi initio, quo datum id fuit, Thessalonicense sancti Demetrii templum fidelium ad id, qui et tumulum ejus oblatis donariis honorarint, accessu haud raro frequentari soluisse. Nec hoc tantum a charta illa disces, verum etiam alia nonnulla, quæ seu ad ipsum Sanctum nostrum, seu quæ ad dedicatum ei Thessalonicense templum spectant.

91. Cæterum hoc diu adhuc post sæculum tertium decimum a Græcis, utut schismaticis, non raro etiam, ut Demetrii in necessitatibus suis opem implorarent, frequentari soluisse, indubitatum est. Ac nominatim quidem id a Thessalonicensibus sæculo quinto decimo factitatum adhuc fuisse, argumento sunt minime dubio, quæ tum in sua de excisa per Turcas anno 1420 Thessalonica lucubratione, Leonis Allatii *Symmictis*, Coloniæ Agrippinæ anno 1653 a Bertholdo Nihusio editis, inserta, Joannes Anagnosta, scriptor synchronus, rerumque pene omnium, quas ea describit, oculatus testis, de Thessalonicensibus, ad sancti Demetrii opem, cum civitati suæ Turcas jam imminere nossent, confugientibus, num. 10 memoriæ prodit, tum etiam, quæ, quemadmodum Analecta miraculis edendis subjicienda docebunt, Demetrius Chrysolo-

85. Nec tantum Thessalonicense Sancti templum, priusquam civitatis, in qua hoc situm est, memoratum antea, quod a Joanne Cameniata describitur, excidium eveniret, eximia prorsus officii divini solemnitate, annuaque festi Demetriani, quæ maxima, uti e jam recitatis Cameniatæ verbis intelligitur, pompa peragebatur, celebratione maxime effulsit, verum id non secus ac antiquum a Leontio exstructum, quod flammis fuerat absumptum, Thessalonicense (adi Photianæ Vitæ verba, num. 74 recitata) Sancti nostri templum, « commune propitiatorium et perfugium » fuit, ad quod tum fideles alii, tum vel maxime Thessalonicenses, ut opem Sancti in necessitatibus suis implorarent, non raro recurrerent. Quam verum id sit, vel sola a Joanne Cameniata, dum, quæ Thessalonicenses aliosque, cum Agareni anno 904 Thessalonicæ, paulo post ab hisce etiam expugnatæ excisæque, imminerent, fecisse, in supra cit., quæ in *Historiæ Byzantinæ post Theophanem scriptoribus* exstat, lucubratione, pag. 335, memoriæ prodit, suppeditata verba argumento sunt; sunt autem hæc : « Cæterum variis cogitationibus distracti ac titubantes, per reliquos insequentes dies, quod miseris reliquum est, hoc nos ipsi jam enitimur; ut scilicet, quæ nemo dicere valeat, divinæ miserationis viscera, sanctorumque patrocinia, votis invocemus. Quippe venientes ad supra memoratam præclaro decore splendidissimam gloriosissimi martyris Demetrii ædem, tum omnes civitatis accolæ, tum ex variis gentibus advenæ, omnis dignitas atque ætas, lamentabilique choro composito, sublato ad martyrem clamore, patronum nobis fore adversus ingruentem barbarorum minaci ira interitum ac cædem, rogabamus. Ostendisti, dicebamus, generose martyr, defensionis tuæ promptam ardoreque animi opitulationem, in multis haud raro periculis, quæ tuam appetiere urbem, cunctisque adversariorum dissolutis insidiis, ab omni immunem noxa ac interitu conservasti. Ostende nunc quoque, miserantissime, tuam erga nos immensam curam; et ne glorientur adversum nos gentes barbaræ et alienigenæ, quæ Deum ignorant.

86. « Neque vero dederis domum hanc, quam orbis universus novam morborum officinam medicam paratumque refugium habet, ab impuris impiisque hominibus profanari, qui nostram subsannant fidem, cultumque spernunt ac religionem : atque hoc unum nobis crimen impingunt, qua sumus in Deum, pietatem; mortemque immaturam comminantur et exitium. Licet enim innumeris digni sumus suppliciis, ob ea scelera, quæ in terra commisimus, huicque ipsi, quæ ingruit, vastitati ac cladi sumus obnoxii, non tamen alium novimus Deum, quam qui te coronavit, in cujus etiam gratiam divina peregisti certamina, quem et æmula passione clarificasti : cujus etiam munere multorum miraculorum gratiam consecutus es, nobisque murus firmus inconcussumque fulcimentum ac co-

A lumen concessus es, ad quem quotidie supplices pro nobis fundens preces, quæ in rem nostram conducant, efflagitas. Respice igitur nunc quoque in populi hujus consilii mentisque inopiam ac spes depositas, orationemque nostram exaudiens, sta libera intercessione pro nobis, servis tuis, et ab exspectata nos eversione eripe, ne filii ancillæ Agar contra nos glorientur, nec dicant, Ubi est defensor eorum? Nam vides et ipse, benignissime, nos non in lanceis, sed in potenti intercessione tua rei summam deposuisse, qui et rursus tuæ nos providentiæ ac curæ compotes fore speremus. Hæc vota cum animi angore, omnes suppliciter martyri noctu diuque offerentes atque lacrymis templi solum rigantes, hostium exspectatione suspensi agebamus, cum B peccatum nostrum, haud secus ac septum firmissimum ex adverso obstaret, atque martyris intercessionem cassam redderet, ne divinam nobis benignitatem proprio numine conciliaret. »

87. Porro Thessalonicensem civitatem, cum anno 904 ab Agarenis, ut jam docui, fuisset expugnata, haud diu admodum in potestate sua hi tenuere; mense enim nondum integro, uti e Joanne Cameniata intelligitur, excidio, quod expugnationem proxime excepit, fuerat deleta, eam deserendam illam duxere, reque etiam ipsa deseruere. Ac tum quidem statim instaurari celeberrima civitas cœpit, nec, quin tum pariter statim, ut insigne, quod a Barbaris profanatum fuerat, Demetrii templum C pristino decori restitueretur, laboratum a Sancti amantibus fuerit, dubitandum apparet. Utut sit, istud equidem ædificium sacrum, non secus atque ante, a fidelibus, ad Sancti opem recurrentibus, frequentatum fuit. Id e publico, quod inter Innocentii tertii epistolas, anno 1682 Parisiis a Stephano Baluzio vulgatas, libri XV epistolæ 84 exstat insertum, instrumento fas est colligere; quod proinde, cum præterea et alia nonnulla ad Sanctum Thessalonicenseque ejus templum spectantia edoceat, integrum huc transcribo. Verum, ut quæ in hoc traduntur facilius intelligantur, pauca adhuc, antequam id faciam, præmittenda sunt. Latini, sæculi tertii decimi initio Constantinopoli in potestatem suam redacta, Thessalonicam etiam subegerunt; tunc autem Thessalonicense sancti Deme-D trii templum Hierosolymitanis sancti Sepulcri canonicis regularibus fuit concessum. Verum hosce inter et Thessalonicensem archiepiscopum, qui in sancti Demetrii ecclesiam bonaque ad hanc spectantia jus aliquod sibi competere contendebat, lis brevi exorta est, quæ tandem expressis in instrumento supra laudato conditionibus, quas ad pontificem approbandas misere, hicque cit. epist. 84 approbavit, fuit dirempta. En nunc illud: « Sanctissimo Patri et domino Innocentio Dei gratia sacrosanctæ et universalis Ecclesiæ summo Pontifici G. ejusdem patientia et vestra Thessalonicensis Ecclesiæ minister, licet indignus, se ipsum ad pedes cum obedientia filiali. Cum propter schi-

smaticam inobedientiam summi regis vindicta terram Græcorum correctionis funiculo flagellasset, et ipsam de secreto atque inæstimabili consilio suo ad manus reduxisset Latinorum, multi religiosi de diversis partibus accedentes diversa beneficia tam per dominos cardinales quam per principes et barones et alios fideles adepti sunt. »

88. « Inter quos sacrosancti Sepulcri canonici ecclesiam sancti Demetrii Thessalonicensis, quoquo modo gavisi sunt adipisci, quam usque ad inthronizationem meam cum multis laboribus et, ut verum fatear, illi terræ multum necessariis possederunt. Sane quamvis prædicta ecclesia sancti Demetrii ad jurisdictionem meam pertinere noscatur, tamen ob reverentiam Dominici sepulcri, ubi redemptio humani generis operata est, et ad cujus subventionem crucesignatorum exercitus terram Romaniæ dicitur acquisisse, ne etiam dicti canonici sua spe et laboribus penitus fraudarentur, et ut omnis quæstio et controversia, qualis inter me et ipsos super hoc exorta, quæ de facili ordine judiciario non poterat tempore instanti propter causæ perplexitatem diffiniri, per pacem et æquitatem facilius sopiatur, præsertim cum in sæpe dicta ecclesia tanti martyris corpore decorata tam favorabilis ecclesiæ canonici regulares honorificentius quam sæculares valeant deservire, prudentum virorum fretus consilio, videlicet Ar. Cermopilensis episcopi Sarrensis postulati, W. Nazarocensis electi Philippensis postulati, et magistri R. Citrensis electi, mihi, quantum in me est, visum est utile pariter et honestum, ut memorati canonici Dominici Sepulcri de universis possessionibus, proventibus, fructibus, reditibus, legatis, et eleemosynis quocunque justo modo ad dictam ecclesiam sancti Demetrii pertinentibus, sicut per instrumenta vel per testes idoneos sive alio justo modo probari legitime poterit, insuper de omnibus illis, quæ aliquo tempore archiepiscopis Thessalonicensibus nomine ecclesiæ prædicti sancti Demetrii collata fuerunt, vel in posterum conferentur, sicut, ut supra dictum est, legitime probari poterit, talem pro servitio sæpe dictæ ecclesiæ percipient portionem, qualem canonici sanctæ Sophiæ Thessalonicensis metropolis de possessionibus ejusdem percipient, cum eam contigerit ordinari. »

89. « Domos siquidem, quas clerici sancti Demetrii tempore Græcorum intra Thessalonicam habebant, canonici sancti Sepulcri extra partem possidebunt; oblationes quoque manuales et quæcunque eis legata fuerint nominatim, sive nomine sancti Sepulcri, similiter extra partem recipient. Ea vero, quæ super tumbam sancti Demetrii offerentur, vel ecclesiæ ejusdem nominatim legata fuerint, secundum supradictam divisionem partientur. Adjuncto tantum, quod cum dicti canonici in ecclesia illa capellanos vel clericos pro tempore instituent, sub eadem fidei religione, qua ipsi tenebuntur, eis injungent quod nullatenus aliquibus in testamento vel alias persuadebunt, ut ipsis canonicis magis, quam ecclesiæ in præjudicium et damnum archiepiscopi debeant erogare, expensis, quantum ad sarta tecta vel luminare ecclesiæ et justam tumbæ custodiam, de communi pro rata faciendis. Præterea prior, qui in ecclesia sæpedicta sancti Demetrii pro tempore a patriarcha Hierosolymitano et capitulo suo fuerit delegatus, mihi et successoribus meis canonice intrantibus obedientiam et reverentiam tenebitur exhibere; matrici insuper ecclesiæ Thessalonicensi et mihi meisque successoribus in dicta ecclesia omni jure et libertate nostra, sicut et in aliis ecclesiis ejusmodi, plenarie reservatis; salva domini patriarchæ Hierosolymitani et capituli sui in omnibus obedientia in ipsum priorem et canonicos et alios religiosos ibidem commorantes. »

90. « Igitur cum ordinationes ecclesiarum, quæ per inferiores prælatos fieri nequeunt, Ecclesiæ Romanæ, quæ disponente Domino omnium ecclesiarum mater est et magistra, debeant reservari, dictam compositionem sive dispositionem, quam per me facere vel firmare non præsumpsi, sanctitati vestræ duxi transmittendam, paternitatem vestram flexis genibus mentis exorans attentius et obnixe, quatenus causa Dei et ob Dominici Sepulcri reverentiam et precum mearum interventu, si sanctitati vestræ competens et honestum videbitur, ipsam auctoritate vestra facere vel inceptam perficere dignemini, et ut majorem habeat firmitatem, eamdem auctoritate prædicta roborantes. » Isthæc modo, quibus dictum instrumentum concipitur, verba considera, videbisque eo tempore seu sæculi tertii decimi initio, quo datum id fuit, Thessalonicense sancti Demetrii templum fidelium ad id, qui et tumulum ejus oblatis donariis honorarint, accessu haud raro frequentari soluisse. Nec hoc tantum a charta illa disces, verum etiam alia nonnulla, quæ seu ad ipsum Sanctum nostrum, seu quæ ad dedicatum ei Thessalonicense templum spectant.

91. Cæterum hoc diu adhuc post sæculum tertium decimum a Græcis, utut schismaticis, non raro etiam, ut Demetrii in necessitatibus suis opem implorarent, frequentari soluisse, indubitatum est. Ac nominatim quidem id a Thessalonicensibus sæculo quinto decimo factitatum adhuc fuisse, argumento sunt minime dubio, quæ tum in sua de excisa per Turcas anno 1420 Thessalonica lucubratione, Leonis Allatii *Symmictis*, Coloniæ Agrippinæ anno 1653 a Bertholdo Nihusio editis, inserta, Joannes Anagnosta, scriptor synchronus, rerumque pene omnium, quas ea describit, oculatus testis, de Thessalonicensibus, ad sancti Demetrii opem, cum civitati suæ Turcas jam imminere nossent, confugientibus, num. 10 memoriæ prodit, tum etiam, quæ, quemadmodum Analecta miraculis edendis subjicienda docebunt, Demetrius Chrysolo-

ras, sæculi et ipse quinti decimi scriptor de oleo seu unguento, mirifice adhuc ætate sua e sancti Demetrii tumulo scaturiente, commemorat. Nec est, cur quisquam, an non saltem ab anno 1429 celeberrimum illud Sancti nostri in hac urbe templum a Thessalonicensibus Græcisque aliis frequentari desierit, idcirco subdubitet, quod anno illo expugnata excisaque a Turcis Thessalonica fuerit. Tunc enim Christianis, ut Joannes Anagnosta in lucubratione laudata num. 18 testatur, duo duntaxat templa, quorum alterum Deiparæ, alterum Præcursori Domini sacrum erat, fuere erepta. At vero, sciscitabere, an etiam biennio circiter trienniove post dicatam Demetrio ædem Christianis per Turcos eripi haud contigit? Id sane ita habere haud videtur. Etsi enim tunc hi, jubente Amurathe II, imperatore suo, omnia fere Christianorum templa, uti idem Anagnosta num. 20 docet, occuparint, horum tamen quatuor illis adhuc fuere relicta; hæc autem inter sancti Demetrii templum exstitisse videtur.

92. Ducas enim, Michaelis Ducæ nepos, ex imperatoria Ducarum familia oriundus, qui et ipse sæculo quinto decimo floruit, remque proinde optime habere perspectam potuit, in *Byzantina* a se contexta *Historia*, cap. 29, sic scribit: « Præcipua monasteria, quorum fama celebris ubique erat, quæ religioni (Mahometanæ nimirum Amurathes) templa, præter insignis martyris Demetrii ædes consecravit. Quamvis enim id ingressus templum suis manibus arietem immolasset, Deumque precatus esset, Christianis tamen restitui postea jussit. Ornamentum vero sepulcri et memoriæ martyris, templi et adytorum quodcunque erat, Turci furati sunt, parietibus nudis solummodo relictis. » Hic autem scriptor, ne cum Joanne Anagnosta, qui duo tantum, ut jam docui, Christianis templa proxime ab expugnata Thessalonica fuisse erepta, tradit, pugnare sit dicendus, de monasteriis, quæ præter sacras sancti Demetrii ædes, religioni suæ templa Amurathes biennio circiter aut triennio post expugnatam Thessalonicam consecravit, debet intelligi. Quod cum ita sit, nec tunc Thessalonicense Demetrii templum Christianis fuisse ereptum, certum apparet; ut proinde sacrum illum locum deinceps, non secus ac ante, Thessalonicenses aliique verosimillime frequentarint. Verum anne hodieque facere id hisce integrum est? In mosqueam seu fanum Turcicum modo esse conversum Thessalonicense sancti Demetrii templum, Martinierous in *Dictionario Geographico*, paucis etiam, quam insigne illud fuerit, tradens, ad nomen *Salonicki*, quo modo Thessalonica appellatur, e Coronellii historicis ac geographicis monumentis, scriptoque a Paulo Luca *Itinerario* docet, nec quidquam, unde res hæc, licet interim, quandonam gesta sit, haud inveniam, vocetur in dubium, occurrit; quare dubitandum non est, quin sane multo minus, quam quondam soluerit, exstructum olim Sancto Thessalonicæ templum a Christianis modo visitetur.

93. Verum non omnis propterea apud Thessalonicenses Sancti veneratio interiit, uti ex jam nunc dicendis patescet. Inter ecclesias, iis per Turcos ereptas, etiam exstitit metropolitana seu primaria basilica, æternæ Dei Sapientiæ, uti ex Joannis Cameniatæ verbis, num. 84 datis, aliisque in supra huc transcripto instrumento publico num. 88 contentis facile intelliges, consecrata; hujus autem loco Thessalonicenses, ut videtur, ecclesiam metropolitanam seu primariam aliam exstruxere, eamque, quod, eorum erga Sanctum nostrum venerationem penitus haud interiisse, argumento est, sancto Demetrio consecravere. Certe, primariam modo Thessalonicæ ecclesiam sancti Demetrii nomine consecratam esse, Lequienus, cui et alii scriptores consonant, in *Oriente Christiano*, tom. II, col. 27, affirmat; hanc autem ædem sacram ab antiqua sæpissime supra memorata, cum hæc modo ex dictis in fanum Turcicum sit conversa, esse distinctam, dubitandum non est. Cæterum ut ad aliud, quod hic adhuc memorandum restat, jam tandem progrediar, e singulari Thessalonicensium in sanctum Demetrium veneratione altera adhuc, non quidem Thessalonicæ, sed tamen haud procul ab hac civitate ædes sacra, uti *Miraculorum edendorum* libri tertii caput quartum, tempore tamen, quo id factum fuerit, non expresso, fidem facit, olim etiam exstabat. Atque hæc quidem ad fontem, cujus aquis qui sese, sancto Demetrio invocato, abluerent, sanitatem amissam (adi loco cit. *Miracula edenda*) non raro recuperabant, orant exstructa, multumque a Christianis, cum rerum adhuc Thessalonicæ hi potirentur, solebat frequentari; verum anne pius quoque mos hic, sacro illo loco a Turcis forte pariter occupato, abrogatus modo penitus non sit, compertum haud habeo.

§ VIII. *Quandonam primum prodigiosum unguentum e Sancti seu tumulo seu corpore stillare inceperit, et quid præterea de sacro hoc pignore sit credendum.*

94. Quin prodigiosum unguentum e Thessalonicensi sancti Demetrii sepulcro antiquitus, stupendo miraculo sancti Demetrii meritis ascripto, scaturierit, dubitandum non est. Id enim testatum faciunt scriptores non pauci, qui, cum rem aut suismet oculis conspexerint aut certe e testibus fide dignis audierint, suspecti nobis hic esse non debent. Verum a quo tempore miraculum illud primum inceperit, haud æque indubitatum est, uti nec quandonam circiter Sancti nostri corpus, ad quod prodigium istud evenit, detegi contigerit. Duo idcirco hæc capita præsenti § examinare statui, uti etiam alia nonnulla, quæ ad sacrum illud pignus spectant lectoremque edoceri convenit. Verum antequam id faciam, præcipua scriptorum antiquorum, qui de prodigioso sancti Demetrii unguento, morbis sanandis salutari, loquuntur, in medium proferre, ducto ab antiquioribus initio, hic lubet.

Joannes Cameniata, qui sæculo decimo floruit, A civitatisque Thessalonicensis per Agarenos anno 904 obsidionem expugnationemque ac excidium descripsit, pag. 184 editionis Coloniensis, anno 1653 factæ, sanctum Demetrium appellat myroblytam, ita unguentum, quod Græce μυρὸν vocatur, ex ejus seu corpore seu tumulo saltem scaturire, Græce βλύζειν, non obscure significans.

95. Joannes Scylitzes, qui sæculo XI floruit, in Michaele Paphlagone oleum seu unguentum e sancti Demetrii sepulcro scaturire diserte affirmat. Nec id minus clare Anna Comnena, quæ sæculo duodecimo claruit, resque a patre suo, Alexio Comneno, tunc gestas, lucubratione a se contexta, quam *Alexiadem* inscripsit, ad posteritatem transmisit, hujus sui operis lib. II, pag. 60 memoriæ prodit, B ita ibidem scribens: « In qua (urbe Thessalonicensi nimirum) præclarum templum in nomine magni martyris Demetrii exstructum visitur: ubi et unguentum ex venerabili ejus loculo scaturiens maximas quotidie curationes operatur in iis qui cum fide accedunt. » Nicetas Choniates, qui anno 1205 vitam cum morte commutavit, in *Annalibus* a se conscriptis scelera a Siculis Thessalonicæ, cum civitatem hanc anno 1185 expugnassent commissa graphice describens, ea simul prodit, e quibus tunc etiam unguentum seu oleum e sancti Demetrii sepulcro maxima copia ebulliisse, manifestum fit. Ita enim ibidem in Andronico Comneno lib. I, num. 9, habet: « Nec editis per eos mira- C culis movebantur, quibus Christus eos remunerabatur, qui in suis membris ipsi honorem habuerunt; ut unguentum, quod ex celeberrimi martyris Demetrii monumento ebullit, cadis et lebetibus haustum, patellis piscium infunderent, eo calceamenta ungerent, et ad cætera ministeria, quibus oleum usui est, temere et nequiter abuterentur. Id vero, ut e fonte inexhausto prodiens, aut ex abysso scaturiens, copiosius affluebat, et nova ratione exundabat, ut et barbari unum id mirarentur, et gratia martyri divinitus concessa obstupescerent. »

96. Joannes Cantacuzenus, qui, abdicatis anno 1355 imperii fascibus, rerum a se aliisque gestarum historia conscribenda senectutem transegit, concinnati a se hujus operis lib. I, cap. 53, itemque lib. III, cap. 9 μυροβλύτου, Latine *myroblytæ*, id est, *oleum* seu *unguentum scaturientis stillantisve* titulo sanctum Demetrium, dum de Thessalonicensi hujus seu templo seu conditorio mentionem facit, condecorat. Idem etiam faciunt præter Joannem Cameniatam supra jam memoratum scriptores Græci alii non pauci, ita tamen, ut hosce inter etiam sint, qui, quamvis quidem Sanctum non μυροβλύτου seu *myroblytæ*, μυροβλήτου nihilominus, quod eodem recidit, seu myrobletæ, id est, oleum seu unguentum emittentis titulo, nomenclatione a vocibus Græcis μυρὸν, *oleum* seu *unguentum*, et βάλλειν, *mittere* seu *emittere*, deducta, afficiant. Cæterum ut scriptoribus jam laudatis scriptorem alium, omnium fusissime de unguento seu oleo, quod e sancti Demetrii corpore seu tumulo prodigiose stillavit, locutum, adjungam, Joannes Anagnosta, supra adhuc laudatus sæculi XV scriptor Græcus, qui Thessalonicæ, patriæ suæ, anno 1429 a Turcis obsessæ expugnatæque, excidium litteris complexus est, in opusculo, quod ad luctuosum illum eventum, cui ipsemet præsens interfuerat, describendum concinnavit, quodque in Leonis Allatii *Symmictorum* libro posteriori typis vulgatum exstat, pag. 355 et seqq., cum jam antea in eodem opusculo pag. 329 μυροβλύτου, id est, *myroblytæ* seu *unguentum stillantis* titulo Sanctum ornasset, ita e Leonis Allatii interpretatione memoriæ prodit: « Quid porro diceres de nostri tropæalis et martyris (Demetrii videlicet) myrothecio? »

97. « Neque illud immotum neque imperturbatum furoris exsuperantia conservarunt, qui contra nos veluti bestiæ immansuetæ sævierant; non eamdem tamen ob causam, ob quam alia antiquitus per nos sepulcra exstructa reserata sunt et disjecta, et cadaverum reliquiæ, in eis jacentes, super terram dispersæ: in illis enim Turcæ pecunias a civibus repositas, causa jam prænarrata, reperere, proptereaque fere omnia et reserarunt et subverterunt; at hic duplici de causa tum propter ex non parvo auro et argento et lapidibus pretiosis nec non et gemmis circa illud compositum ornatum, tum propter sanitatem exhibens divinum unguentum. Nonnulli enim ornatus tantum gratia illud despoliarunt; alii, nobis unguentorum affluentiam invidentes, et, quæ inde subsequitur, sanitate nos privare cupientes, ut in posterum illa nobis medicina, cum opus esset, nulla suppeteret. Quapropter superstratis marmoribus disjectis, unguenta non levi nisu exhauriunt, et sacrum divinumque martyris corpus expromere conantur. Opinabantur siquidem propositum consequi, nosque unguentorum inexhaustorum in orbitatem redigere. Verumtamen, quem sibi temere proposuerat eorum libido, finem non habuit. Per plures itaque dies ambabus manibus unguentum exhauriebatur, D et quibusdam plane ridiculum videbatur; at, qui plus aliis sapiebant, curæ erat illud in patriam perducere, et cum reverentia religioneque contrectare. Nam ab expertis audiverant, ad quoslibet morbos medicinalibus ipsis pharmacis multo efficacius esse. Nihilominus unguentorum fontem non potuere neque exsiccare, neque exinanire, quamvis id contentiosius multumque per tempus niterentur, et merito... neque enim humana exæquant, quæ Deus dignis elargitur, sicuti nec iisdem terminis subjacent.

98. Atque hæc sunt præcipua, quæ in medium hic adducenda duxi, scriptorum de unguento seu oleo, quod e Sancti seu corpore seu tumulo stillavit, testimonia; nemo autem, quantum opinor, est,

qui, hisce expensis, de rei veritate utcunque ambigat. Verum, ut ad ea, quæ dubia discutiendaque præterea hic sunt, jam veniam, quandonam insigne illud ac continuum olei seu unguenti, e Sancti seu corpore seu tumulo scaturientis, prodigium fieri primum incepit? Cum Joannes Cameniata, ut jam docui, sæculo decimo floruerit, Sanctumque Myroblytæ titulo afficiat, quin jam inde ab eodem sæculo decimo unguentum seu oleum e sancti Demetrii tumulo stillarit, dubitandum non est; imo vero cum titulus ille non tunc primum, cum auctor ille floreret, Sancto tributus fuisse videatur, oleum seu unguentum ex ejus seu corpore seu tumulo jam inde a sæculo nono aut etiam octavo prodigiose stillasse, haud difficulter crediderim. Verum num citius etiam miraculi hujus initium statui possit? Poterit sane, atque etiam debebit, si modo Joanni Stauracio in sua, quæ qualis sit, supra exposui, de patratis a sancto Demetrio miraculis lucubratione sit credendum. Etenim Græcus is scriptor, cujus proinde verba una cum adjuncta, quam adornavi, versione latina huc transfero, in codice nostro † ms. 193, pag. 73, ita scribit : Μετακαλεῖται ἡμᾶς τὰ περὶ Ἰουστινιανὸν τὸν μέγαν αὐτοκράτορα. Οὗτος ἀφύλακτον ἄλλως ἔχειν τὸ τῆς βασιλείας σκῆπτρον ὑπελογίζετο, εἰ μή πού τι τῶν Δημητριακῶν λειψάνων συστρατηγοῦν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ προμαχοῦν ἐπιφέροιτο.

99. Γράμματα τοίνυν αὐτοῦ καὶ προθέματα ἡ Θεσσαλονικέων εἶχεν εἰς ἐπήκοον, μέρος που τῆς μαρτυρικῆς διαρτίας τοῦ σώματος ἐξαιτούμενα. Γνωσιμαχοῦσιν ἡ πόλις πᾶσα, καὶ τῷ πράγματι δυσχεραίνουσι, κάμπτονται δὲ ὅμως τῇ αἰτήσει τοῦ αὐτοκράτορος ὡς ἐκ πίστεως ἐληλυθυίᾳ εἰλικρινοῦς· καὶ δὴ παρῆσαν μὲν οἱ τὴν ὀρυγὴν ἐκ πλαγίου τῆς μαρτυρικῆς σοροῦ σκευαζόμενοι· ἄλλως γὰρ πῶς τῇ τοσαύτῃ τῶν μύρων πλημμύρᾳ ὁ μαρτυρικὸς θησαυρὸς ἀνηρευνῆτο; Τοῦ πράγματος δὲ ὅλαις εἴχοντο ταῖς χερσὶ, δάκτυλόν που τυχὸν ἢ βραχίονα, ἢ ἄλλο τι μέρος τῆς μαρτυρικῆς ὁλομελείας μεθ' ὅσου τοῦ τάχους ἁρπαλέως τεμαχιζόμενοι, ὡς μὴ φθάσοι τούτους κατακλῦσαι ἡ τῶν μύρων ἐκεῖθεν τοῦ μάρτυρος ἐκπηδάουσα ἄβυσσος. « Justinianus Magnus imperator modo nos vocat. Hic sese imperii sceptrum haud tutum habiturum existimabat, nisi quid reliquiarum Demetrii, quod secum hic exercituum duceret, seu potius pro se pugnaret, consequeretur. Litteras ergo, et quæ audire posset, mandata, partem quampiam corporis martyris exigentia, Thessalonicensis civitas ab eo accipit. Urbs tota repugnat, remque ægre fert; imperatoris tamen petitione, veluti e sincera fide procedente, flectitur, adsuntque, qui a sinistro loculi martyris latere fodere aggrediuntur; alias enim qui, tanta unguentorum exsistente affluentia, in martyris thesaurum queat inquiri? Rei autem totis manibus instabant, alicunde digitum forte vel brachium, vel aliam quampiam corporis martyris partem quanta poterant, celeritate, ne antequam pro- A positum exsequerentur, unguentorum illinc e martyre stillante copia obruerentur, abscindere satagentes. »

100. Quod si ergo Joanne Stauracio standum sit, jam inde a Justiniani I imperatoris, qui ab aliquibus Magni titulo condecoratur, ætate ac proin jam inde a sæculo sexto, cujus anno 65 is obiit, unguentum seu oleum e tumulo seu potius spectatis, quæ jam recitata sunt, verbis, Sancti corpore scaturiit, et quidem, ut luculentissime hisce traditur, ingenti copia. Verum sunt, quæ, an jam tum e Demetrii corpore unguentum seu parva seu magna copia stillarit, dubium admodum, ne quid pejus dicam, efficiunt. Ac primo quidem Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, lib. I *Miraculorum*, cap. 5, in B medium adducit epistolam, ad Mauritium imperatorem, cum hic quoque reliquiarum sancti Demetrii partem postulasset, ab Eusebio, Thessalonicensi sub sæculi sexti finem archiepiscopo, scriptam, qua hic qui olim per Justinianum I imperatorem reliquiarum sancti Demetrii pars postulata fuisset nec tamen, miraculo mox memorando obstante, obtenta, significat, rationeque inde petita sese ab adimplendo Mauritii postulato excusat. Verum, licet tunc humum loci, quo Sancti corpus jacere reconditum credebatur, a viris nonnullis, quo sacrum pignus invenirent, fuisse effossam, Eusebius in dicta epistola commemoret, ne vel verbo tamen unguenti seu olei, quod e loco isto, Sanctive corpore tunc stillarit, mentionem facit. Parum autem verosimile C apparet, prodigii hujusmodi, quo adeo, ut nulla sane re magis, Demetrii sepulcrum seu conditorium fuisset illustre, mentionem ipsum, si locum istud jam tum habuisset, facturum non fuisse in laudata epistola, in qua non pauca de conditorio isto, seu, ut loquitur, de loco, quo sacrum Sancti corpus jacere reconditum credebatur, in medium adducit.

101. Adhæc, viros qui sancti corpus quærentes, humum effodere cœperant, igne e terra in ipsos prodigiose erumpente, ab opere incepto desistere fuisse compulsos, idem Eusebius in laudata epistola refert, additque humi partem, quæ ex igne erumpente fragrantiam ineffabilem mirabiliter contraxerat, ad Justinianum, qui et illam, non secus atque D ipsum Sancti corpus, cum lætitia acceperit, postulatarum reliquiarum loco missam fuisse; unguenti autem seu olei, e Sancti seu corpore seu tumulo prodigiose stillantis, quod ad Justinianum pariter missum tunc fuerit, non meminit. Et tamen, si prodigiosæ isti scaturigini jam tum locus fuisset, futurum fuisse videtur, ut æque aut etiam potius unguentum, morbis sanandis salutare, quam humus, bono duntaxat odore ex miraculo affecta, ad Justinianum postulatarum reliquiarum loco mitteretur. Accedit, locum certe, quo sacrum sancti Demetrii corpus in dicata ei Thessalonicæ ecclesia jacebat, non potuisse non esse notissimum, si ex eo, aut, si mavis, e Sancti, quod is complectebatur, corpore unguentum continuo magna copia stillabat,

passimque hoc prodigium, ut supra hic transcripta Joannis Stauracii verba suadent, habebatur compertum. Verum locum, quo Sanctus in Thessalonicensi sua ecclesia jaceret reconditus, Justiniani ætate, seu cum hic reliquiarum sancti Demetrii partem sibi postulavit, notum non fuisse apparet.

102. Ita autumo, primo quidem, quia, dum Eusebius, Thessalonicensis archiepiscopus, humum a quibusdam ad Demetrii corpus quærendum tentatam fuisse, in epistola plus semel jam laudata narrat, id, non eo loco, quo sacrum Sancti corpus jacebat, sed quo jacere putabatur, factum fuisse affirmat; deinde vero quia ne quidem Joannis Thessalonicensis archiepiscopi sæpissime supra laudati, qui tamen post Eusebium floruit, ætate determinatus locus, quo Sanctus jaceret, notus exstitit in ecclesia, nomini ejus Thessalonicæ sacra, uti ipsemet scriptor ille lib. I *Miraculorum*, cap. 5, fidem facit. Verba ejus, e quibus simul, Sancti conditorium seu locum, quo hic in Thessalonicensi sua ecclesia jaceret reconditus, Eusebio archiepiscopo Thessalonicensem sedem occupante, notum etiam non fuisse, luculentius patescet, huc e Græcis facta a me Latina transcribo. Sic habent : « Quoniam autem semper quidem, maxime autem idololatriæ tempore, qui civitatem hanc Deo dilectam incoluerunt, Christiani accurati constantissimique martyrum amatores fuerunt, præ metu, ne sanctorum, martyrio coronatorum, corpora idololatrarum furori committerentur, tacite illa ac mysteriose in terra absconderunt, adeo ut usque in præsens tempus ex iis qui martyrium in hac subierunt, nullius prorsus, præterquam celeberrimæ ac sanctissimæ virginis Matronæ, sacrum conditorium, quo depositi fuerunt, noscatur. »

103. Jam vero, cum usque ad Joannis Thessalonicensis ætatem, quo determinato ecclesiæ suæ loco Sanctus noster jaceret reconditus, Thessalonicæ etiam, uti recitata scriptoris hujus verba fidem faciunt, ignoratum omnino fuerit, qua ratione, vel jam tum, vel etiam antea ex illius seu tumulo seu corpore unguentum seu oleum, morbis sanandis salutare, scaturiisse, resciri certo potest? An forsan vel e traditione, ab ipsa Joannis Thessalonicensis ætate aut etiam citius incepta, vel e documentis seu scripto seu aliter ab iis, qui vel ipsimet eadem Joannis Thessalonicensis ætate aut citius etiam floruissent, vel rem a majoribus audivissent, ad posteritatem transmissis? Verum qui vel traditio vel documenta, quibus, e sancti Demetrii corpore unguentum jam inde a Joannis Thessalonicensis ætate, citiusque etiam stillasse, habeatur compertum, suam queant tempore isto traxisse originem, si tum determinatus, quo sacrum illud pignus jaceret reconditum, locus omnino, qualem illum exstitisse Joannes Thessalonicensis prodit, ignotus exstiterit? Id enimvero captu admodum difficile mihi apparet, oleumque proinde seu unguentum, morbis sanandis salutare, e Sancti nostri seu tumulo seu corpore vel Joannis Thessalonicensis ætate, vel etiam ante hanc scaturiisse, in animum haud possum inducere.

104. At vero, inquies, Joannes Thessalonicensis *Miraculorum edendorum* lib. I, ea suppeditat, e quibus jam inde a scriptoris hujus ætate, imo etiam ante hanc oleum seu unguentum e Sancti nostri corpore scaturiisse apparet. Etenim ibidem cap. 1, sub finem, Marianum qui, quemadmodum e supra dictis liquet, diu ante Joannem Thessalonicensem floruit, ita sancto Demetrio loquentem seu potius hujus pro sanitate recuperanda auxilium implorantem inducit : Τὴν δεδωρημένην σοι χάριν ὑπ' αὐτοῦ τῶν ἰαμάτων ἔκχεον εἰς ἐμέ· ac paulo post : Ἔκχεον ἐπ' ἐμὲ τὴν ἐλεημοσύνην σου καὶ τὰ οἰκτειρμονά σου ἰάματα. Ad hæc eodem *Miraculorum* libro cap. 4 ita de Demetrio initio scribit : Οὐ σωμάτων δὲ μόνον ἰάμασιν ὁ καλλίνικος οὗτος ἐναμβλύνεται μάρτυς, ἀλλὰ καί, etc. Fateor, isthæc locis citatis Joannes Thessalonicensis commemorat; verum e textibus adductis, jam inde a Joannis Thessalonicensis ætate aut etiam ante illam unguentum seu oleum, sanandis morbis salutare, e sancti Demetrii seu corpore seu tumulo scaturiisse, concludendum non videtur. Cum enim vox Græca ἴαμα non tantum *medicamentum*, verum etiam medicamenti effectum seu *sanationem* significet, prior ex adductis tribus testibus hoc modo, « Donatam tibi ab eodem curationum gratiam super me effunde, » secundus isto, « Effunde super me misericordiam tuam, commiserantesque tuas sanationes, » ac tertius denique sequenti, « Non solum autem corporum sanationibus martyr ille, pulchris victoriis condecoratus, abundat, sed et, » etc., in linguam Latinam convertitur.

105. Nec, etsi vocabulum Græcum ἴαμα idem prorsus quod vocabulum Latinum *medicamen* seu *medela*, in allatis textibus significare, tantisper etiam dederimus, consectarium propterea erit, ut Joannes Thessalonicensis miraculum unguenti seu olei, e Sancti tumulo scaturientis, iis indicatum certo voluerit. Quidni enim per medicamina, tum in duobus textibus prioribus, tum etiam in posteriori, ipsam sancti Demetrii intercessionem, seu potius suppetias, Sancti patrocinio aut ferendas aut etiam reipsa miseris sæpius allatas, intellexisse possit? Alterutro sane e jam assignatis modis aut saltem alio, quo unguenti Sancti corpore scaturientis prodigium haud astruitur, tres supra datos Joannis Thessalonicensis textus explanandos esse, vel ex eo liquet, quod, cum hic scriptor, quo Sanctus noster ecclesiæ suæ Thessalonicensis loco jacuerit reconditus, ignorarit, unguentum ex ejus corpore scaturiisse, exploratum etiam verosimillime haud habuerit, hujusque proinde prodigii in allatis textibus mentionem haud fecerit, imo etiam ne facere quidem potuerit. Atque ita, omnibus, quæ jam dixi, expensis, nondum sane Joannis Thessalonicensis ætate, nedum ante illam, unguen-

ium seu oleum e Sancti seu tumulo, seu corpore stillasse, verosimillimum, ne dicam indubitatum, apparet. Verum quo tandem ergo tempore prodigium istud primum cœpisse statuemus? Thessalonicense Demetrii templum haud dudum post Joannis Thessalonicensis obitum seu sæculo septimo senescente flammis fuisse absumptum aliudque ejus loco fuisse exstructum, supra vidimus. Quid si ergo, cum novum istud ædificium erigeretur, terraque hunc in finem variis locis effoderetur, et primum tunc sacrum Demetrii corpus fuerit inventum seu detectum, et oleum simul seu unguentum, sanandis morbis salutare, ex eo scaturire inceperit?

106. Id sane mihi haud prorsus vero apparet absimile, pro certo tamen vel idcirco habere non ausim, quod auctor anonymus, qui Joannis Thessalonicensis de Demetrii miraculis lucubrationem continuavit, sæculoque, ut supra docui, vel octavo senescente, vel nono ineunte floruit, nullam uspiam in miraculis, Sancti nostri patrocinio patratis, quæ narrat, unguenti ex ejus seu tumulo seu corpore prodigiose scaturientis mentionem faciat. Sancti quidem templum lucubrationis suæ seu *Miraculorum edendorum*, lib. II, cap. 3, vocat ἰαματοφόρον; verum cum vocabulum ἴαμα sanationem æque quam medicamen, uti jam supra docui, significare queat, sane ex attributo per laudatum scriptorem anonymum Thessalonicensi sancti Demetrii ecclesiæ epitheto ἰαματοφόρος, utpote quod tam id, quod sanationem, quam quod medicamen seu medelam affert, significare notum sit, argui non potest, vel obscuram ipsum unguenti e Sancti tumulo prodigiose scaturientis mentionem facere voluisse. Quod cum ita sit, oleum e Sancti tumulo jam inde a sæculo octavo ineunte aut etiam senescente septimo prodigiose stillare cœpisse, utcunque quidem verosimile, neutiquam tamen est certum atque indubitatum. Hinc porro simulque ex aliis, quæ e Joanne Cameniata supra disserui, jam fluit, ut certo quidem jam inde a sæculo nono, fortassis autem duntaxat jam inde etiam a sæculo octavo aut septimo unguentum seu oleum, sanandis morbis salutare, e sancti Demetrii seu corpore seu tumulo prodigiose stillarit. Atque hæc jam de magno isto continuoque miraculo disseruisse sufficiat; nunc, quoniam de Demetrii corpore mentio haud infrequens § præsenti facta est, nonnulla adhuc, quæ de hoc dicenda restant, hic etiam, ne quæ conjuncta quodammodo sunt, sejunctim tractentur, expediri est consonum.

107. Ac primo quidem sacrum illud pignus, cum determinatus, quo in dicata Sancto Thessalonicensi ecclesia jaceret reconditum, locus dudum fuisset incognitus, detectum non prius, quam sæculo septimo senescente aut sequentis initio fuisse, vel e solo num. 102 huc transcripto Joannis Thessalonicensis testimonio palam est. At vero, inquies, secundum Metaphrasticam Sancti Passionem, alteramque ab anonymo, qui Metaphrasti præluxit, conscriptam, Leontius, Illyrici sub sæculi quinti, uti ex supra dictis apparet, initium præfectus, Thessalonica, cum jam in hac civitate ecclesiam sancto Demetrio exstruxisset, Sirmium petiturus, partem quampiam e sacrosancti martyris corpore statuerat accipere, fuitque ab hoc proposito per Sanctum, in somnis sibi apparentem, abstractus. Fateor, sic habet. Verum locum determinatum, quo sacrum Sancti nostri corpus jaceret, Leontio cognitum fuisse, certum inde esse haud potest: præterquam enim quod illud Leontii consilium in Anastasianis et Photianis Sancti Actis non memoretur, id sibi etiam Leontius, utut locum, quo sacrum pignus jaceret, nondum tunc nosset, eumque duntaxat a sese, fossione facta, inventum iri, speraret, propositum potuit habere. Utut sit, Joanni Thessalonicensi potius, quam Metaphrastæ et anonymo, e quo hic sua desumpsit, Demetrii biographo, standum est, Sanctique proinde, quidquid etiam hi scribant, corpus non prius, quam sæculo septimo senescente, aut sequentis initio fuisse detectum, in animum induco. Atque id tunc quidem verosimiliter duntaxat, certo autem, uti ex supra dictis pronum est colligere, non serius quam sæculo nono factum fuit.

108. Verum anne, ut ad aliud jam progrediar, sacrum istud pignus in ecclesia Sancto sacra penes Thessalonicenses semper deinceps mansit? In Vita sancti Lietberti, Cameracensis et Atrebatensis episcopi, ad 23 Junii diem, quo hic colitur, in opere nostro vulgata, cap. 5, quo Sancti hujus episcopi iter Hierosolymitanum describitur, lucubratiunculæ illius auctor Radulphus ita memoriæ prodit: « Ingressus (Lietbertus nempe) Dalmatiam, locisque peragratis, in quibus olim Diocletianus thermas ædificando diversa mortis intulerat supplicia Christi martyribus, cursum vertit Isauriam versus. Quam præteriens devenit Corinthum, illicque audiens Demetrii sancti, inter martyres præclari, corpus quiescere, sepulcrum ejus expetiit, totoque mentis affectu meritis ipsius divinum auxilium quærit. » Sanctus Lietbertus, Cameracensis atque Atrebatensis episcopus, sæculo undecimo, utpote anno 1076, uti apud nos ad dictum Junii diem videre licet, e vivis sublatus, floruit; quare, si verbis recitatis vera memoret Radulphus, totumque sancti Demetrii corpus intellectum voluerit, necesse est, ut id sæculo undecimo non amplius Thessalonicæ quieverit, sed inde aut hoc ipso sæculo aut etiam citius Corinthum, ubi id sanctus Lietbertus visitarit, fuerit translatum. Verum Henschenius noster, in suis in recitata Radulphi verba Adnotatis aliquam auctoris hujus, qui præterea Diocletianum, martyribus labore macerandis intentum, thermas in Dalmatia exstruxisse, perperam sane (neque enim ille id ibi, sed Romæ fecit) memoriæ prodit, circa loca in textu huc transcripto indicata, ignorantiam suspicatus, fueritne sancti Demetrii corpus

Thessalonica, qua in urbe, quod ex eo unguentum medicum scaturiret, magno populorum concursu honorabatur, Corinthum translatum, disquisitum iri ad hunc 8 Octobris diem, promisit.

109. Ut itaque fidem ab eo datam liberem, simulque quam merito, an in assignando, quo sanctus Lietbertus sancti Demetrii corpus visitavit, loco Radulphus hallucinatus haud sit, in Adnotatis supra citt. dubitarit, ostendam, lectori in memoriam revoco, quod num. 87 et tribus seqq. integrum huc transcripsi, instrumentum publicum. In hoc enim, quod, ut ibidem docui, sæculi tertii decimi initio datum indubie fuit, corpus sancti Demetrii tunc adhuc, cum id daretur, Thessalonicæ in ecclesia, huic sacra, fuisse asservatum, non obscure indicatur : quod cum ita sit, nec quidquam, quo laudati instrumenti fides elevetur, possit afferri, integrum enimvero sacrum illud pignus jam inde a sæculo undecimo, quo visitatum a sancto Lietberto fuit, Corinthum Thessalonica fuisse translatum, nemo dixerit, nisi forte simul, quod tamen futurum haud reor, fuisse illud, cum Corinthi aliquandiu sæculo undecimo et forte etiam sequenti jacuisset, Thessalonicam inde iterum revectum, voluerit astruere. At vero, inquies, si res ita habeat, non tantum, num Radulphus in assignando, quo sanctus Lietbertus sacrum sancti Demetrii corpus veneratus est, loco errarit, ambigendum apparet, verum etiam reipsa illum hac in re esse hallucinatum, indubitatum videtur. Fateor, ita omnino apparet, nisi forte is scriptor, non de integro sancti Demetrii corpore, quod Corinthi a sancto Lietberto visitatum fuerit, sed de illius parte loqui voluerit; illum autem non de sacri corporis parte tantum, quam Lietbertus Corinthi veneratus fuerit, loqui voluisse, sed potius Corinthum pro Thessalonica per errorem accepisse, verosimilius vel idcirco reor, quod Lietbertum, Hierosolymam petentem, ex Bulgaria in Dalmatiam, inde in Isauriam, tum Corinthum ac tandem Laodiceam esse profectum, commemoret; commode autem iter ex Bulgaria Thessalonicam dirigere, atque inde e portu aptissimo in Syriam ad urbem maritimam Laodiceam navigare potuerit, uti jam ante me in Adnotatis supra memoratis etiam observavit Henschenius.

110. Atque hinc jam consectarium est, ut Radulphi laudati, qui sancti Lietberti Vitam, ac nominatim iter ejus Hierosolymitanum descripsit, testimonium neutiquam sufficiat, ut Corinthi, cum sanctus is episcopus Hierosolymam peteret, vel partem etiam duntaxat corporis sancti Demetrii exstitisse credamus. Verum num post saltem sacro hujusmodi pignore civitas illa fuit ditata? Id ego, utut e nullo prorsus documento affirmari queat, indubitanter tamen negare non ausim, maxime quod post sæculum undecimum, quo sanctus Lietbertus Hierosolymam petiit, aut forte etiam citius, aliquas saltem sancti Demetrii reliquias fuisse distractas seu cum aliis ecclesiis communicatas, ex jam nunc dicendis appareat. Parisiis in parva ecclesia, quæ sancti Dionysii De Passu dicitur, postque ecclesiam sanctissimæ Dei Genitrici ibidem sacram, sita est, sacras quasdam, quas sancti Demetrii, ibidem ex infra dicendis culti, esse contendunt, reliquias asservari, Bailletus, tom. III *Vitarum*, col. 115, affirmat; verum cum hic scriptor dubitantis duntaxat in modum de re isthac ibidem loquatur, nedum quidquam, quo eam stabiliat, in medium, si delatum ibidem Demetrio cultum exceperis, adducat, alio mihi, ut sancti Demetrii reliquias post sæculum undecimum aut etiam citius cum aliis ecclesiis fuisse communicatas, verosimile utcunque efficiam, recurrendum est. Sex sanctorum corpora, videlicet Theodori, Demetrii et Georgii martyrum, Floris, Basilii et Salomonis Hungariæ regis confessorum, sub particulari ecclesiæ cathedralis altari Polæ in Istria anno 1653 fuisse inventa, apud nos tom. VII Septembris in historico de B. Salomone, e rege Hungariæ eremita, pag. 848, e documentis authenticis probatur, sequentique pag. profertur etiam instrumentum publicum, e quo, sex illa corpora sub altari illo a D. Michaele Ursino, episcopo Polensi, anno 1487 fuisse deposita, indubitatum sit.

111. Cum autem Demetrius martyr, in monumentis illis memoratus, duobus aliis martyribus celeberrimis, Theodoro scilicet die 7 Februarii, et Georgio die 23 Aprilis cultu ecclesiastico affectis, jungatur, hique ambo, uti, quæ de iisdem ad duos dies illos disseruimus, commonstrant, pro Christianorum in bello patronis seu propugnatoribus, non secus ac sanctus noster Thessalonicensis martyr Demetrius, soleant haberi, non de alio sancto Demetrio martyre, quam de hoc nostro, in laudatis monumentis fieri sermonem, sat verosimile apparet. Quod cum ita sit, sacras Sancti nostri reliquias Polæ in Istria asservari, aut saltem tempore in documentis præfatis notato fuisse asservatas, sat pariter verosimile videtur. Verum integrumne has Sancti corpus, an hujus duntaxat partem fuisse dicemus? Cum non raro, imo frequentissime, fiat, ut reliquiæ, quæ partem duntaxat corporis Sancti cujuspiam constituunt, corporis nomine, etiam in documentis authenticis, veniant, nec quidquam, quod integrum Sancti nostri corpus Thessalonica unquam alio fuisse delatum, suadeat, uspiam invenire licuerit, verosimilius videtur eos qui documenta supra memorata condidere, partem corporis sancti Demetrii, ibidem memorati, seu, ut verosimile ex dictis apparet, nostri, pro integro ejusdem corpore accipere. Idem porro de Gelenio, qui in Colonia supplice, Auctarii num. 4, p. 164, Sigebergensi Benedictinorum cœnobio sancti Demetrii corpus attribuit, pari de causa, si forte ibidem de Sancto nostro sermo sit, dicendum videtur, uti et de quibuscunque seu scriptoribus seu documentis aliis, in quibus Sancti nostri corpus determinato cuiquam loco sacro ascribitur.

§ IX. *Quam insignis Sancto cultus Constantinopoli, ab ipsis etiam Orientis imperatoribus, fuerit delatus, et quam quidem antiquus is sit.*

112. Quam insigni Sanctus cultu Constantinopoli, ab ipsis etiam Orientis imperatoribus, eorumque in aula affectus olim fuerit, manifestum fit vel e solis *Aulæ Byzantinæ cæremoniis*, non serius, uti infra docebo, quam sæculi XI initio scriptis, annoque 1751 Lipsiæ vulgatis. Harum enim lib. I, cap 21, exponitur, qui quotannis festum sancti Demetrii, solemni ad ecclesiam huic sacram processione instituta, imperatores una cum aula sua honorare soluerint. Id proinde integrum huc transcribo. Sic habet: « Pridie unius diei Domini præpositis indicant, die sequente cum allaximis senatum universum prodire, mane autem circa horam secundam præpositos ingredi jubent, quo facto, cum paucis cubiculariis, papa (Græce habetur καπία, id est ex Cangii ad vocem παπίας Gloss., palatii custode) et hetæriarcha abeunt, et patriarcham cum metropolitis et reliquo ejus officio adducunt. Qui per porticum triconchii ingressus, in camera aurei triclinii, quæ proxima pantheo est, considet. Præpositi autem ingressi, imperatoribus ejus adventum nuntiant, qui surgunt, et cameram sancti Theodori ingressi, tunicas suas induunt, et extra velum ejus cameræ egressi, astant. Interea præpositi patriarcham adducunt, quem domini pro more osculantur, et paululum in aureo triclinio cum eo consident, rebusque omnibus bene ordinatis, præpositi intrant, dominis id nuntiaturi, qui confestim cum patriarcha surgunt, et ritu ipsi solemni egressi, per tripetonem, Lausiacum, Justinianeum, scyla et exteriores Marciani porticus transeuntes, oratorium sancti Petri, quod ibi situm est, petunt.

113. « Sciendum est, dominis cum patriarcha ex aureo triclinio procedentibus, ante portas ejus argenteas eunuchos protospatharios, et logothetam cursus publici, cum protoscriniario, et primo notariorum, ministros autem triclinii aurei, prope horologium astare. Porro dominos, ex æneis portis ad Lausiacum egressos, manclavitæ et cubicularii omnes excipiunt, et comitantur. Intra scylas seu in extrema Justinianei triclinii parte, magistri, proconsules et officiales adsunt, et transeuntes dominos, procidentes in terram, adorant. Illi autem, ut supra observatum est, ad sancti Petri abeunt, ubi patriarcha sacrarium ingreditur, et post preces solemnes peractas, psaltæ troparium incipiunt. Patriarcha deinde ex sacrario, sanctum Evangelium manu tenens, ad portas imperatorias ejusdem oratorii procedit, subdiacono crucem processionalem præferente. Domini cereos a præpositis accipiunt, terque genu flexo, ad Deum precantur, tunc Evangelium et crucem osculantur, et diacono incensante, imperator, patriarchæ innixus, e templo egreditur. Observandum quoque est, pompa a sancti Petri procedente, cantores

A troparium martyris, quod Leo, sapientissimus et optimus imperator, composuit, usque ad verba: *Lutens natus es*; ingrediente autem processione triclinium aureum, troparium encæniorum, scilicet *Gratia tibi, Christe Deus, apostolorum gloria*, recitare.

114. « Imperator inde, quo abierat, digressus, per medium chrysotriclinium pergit, et ex orientalibus portis cum processione egreditur, dum interea magistri, proconsules, patricii et officiales, e regione templi sancti Demetrii, seu ad sinistram partem, cubicularii vero ad orientales Solarii, domini cum patriarcha in atrio templi stant, ac solemnibus encæniorum ritibus peractis introitus fit. Patriarcha sacrarium intrat, domini per me-

B diam ecclesiam transeuntes, egrediuntur, et in tetrasero, quod ibi est, lectionem Evangelii audituri, astant. Postea per argenteas Macronis, seu porticus [oblongæ, januas progressi tunicas suas induunt, aureumque triclinium ingressi, pro more consident, et brevi post missa datur. Convivio autem hoc die patriarcham, metropolitas, et quoscunque volunt, senatores, adhibent. » Magna enimvero solemnitate sancti Demetrii festum ab imperatoribus Constantinopolitanis eorumque aula quotannis celebrari Constantinopoli soluisse, ex hic descriptis, quibus, tunc e triclinio aureo, seu imperatorum in palatio suo commorationis loco ad sancti Demetrii templum pergebatur, cæremoniis manifestum fit.

C 115. Verum quodnam illud fuit sancti Demetrii templum? Codinus, *De Ecclesiæ et aulæ Constantinopolitanæ officiis*, cap. 15, hunc scribit in modum: « In memoria magni Demetrii abit imperator ad venerandum monasterium Palæologorum, quod nomine prædicti martyris insignitur. » Monasterii Palæologorum, ad quod imperatores 26 Octobris die, sancto Demetrio sacra, pergere quotannis solerent, Pachymeres quoque tom. II, lib. IV, cap. 12, meminit. Vix, ac ne vix quidem dubito, quin hujus Palæologorum monasterii templum unum sit atque idem cum templo, in aulæ Byzantinæ cæremoniis proxime memorato, cui primum a Barda Cæsare ex dicendis ædificato monasterium postea

D fuerit adjectum. Res amplius ex dicendis elucescet. Apud Bandurum, *Imperii Orientalis* tom. I, anonymus, *Antiquitatum*, seu, ut vocantur ab aliis, *Originum Constantinopolitanarum* scriptor, qui, quemadmodum laudatus Bandurus in Præfatione tomo isti, opera potissimum antea inedita complectenti, a se præmissa, docet, sæculo duodecimo ad mediam circiter sui partem provecto floruit, operis sui part. II, num. 68 sic scribit: « Sancti Demetrii ædem, quæ supra muros exstat, Bardas Cæsar ædificavit, avunculus Michaelis, quem interfecit Basilius apud sanctum Mamantem, jam antea ipso Cæsare, dum una cum Michaele Orientalem expeditionem susciperet, membratim conciso in conspectu Michaelis ex sorore sua geniti. Frater quippe erat

Bardas Theodoræ Augustæ, quæ mater erat Michaelis. » Bardas Cæsar, Michaele imperatore hujus nominis tertio jubente, anno 867 fuit occisus, ut proinde ædes sacra, quam sancto Demetrio illum exstruxisse, verbis recitatis docet scriptor anonymus laudatus, sæculo nono, media circiter sui parte jam elapso, fuerit ædificata. Atque id quidem in ipso urbis Constantinopolitanæ angulo, quo loco Acropolis, ad orientalem ejusdem urbis plagam, uti ex Cangio in *Constantinopoli Christiana*, lib. I, pag. 41 et seq. intelligitur, sita, exstabat, factum indubie fuerit, uti vel ex eo liquet, quod Ducas locum illum Μεγαδημήτριον ἀκρόπολιν seu Magni Demetrii Acropolim, a vicino scilicet sancti Demetrii templo nomenclatione accepta, in contexta a se *Historia*, cap. 38 et 39 appellet.

116. Verum hic intricata admodum solutuque difficilis quæstio exoritur. Etenim Constantinus Porphyrogenitus, in Basilio Macedone, cap. 54, quo ædes sacras nonnullas, ab hoc imperatore instauratas, recenset, hisce etiam ædem, sancto Demetrio sacram, sequentibus verbis annumerat : « Sanctæ Annæ quoque in Deuterio, et sancti Christi martyris Demetrii sacras ædes, vetustate laborantes, novas ac elegantes refecit. » Cangius autem, num sacra hæc, quam a Basilio Macedone instauratam fuisse, Scylitzes quoque pag. 588 memoriæ prodit, sancti Demetrii ædes una atque eadem cum ea, quam supra ex antiquitatum, seu *Originum Constantinopolitanarum* scriptore anonymo memoravimus, sit, in *Constantinopoli Christiana*, lib. IV, pag. 122 in dubium revocat, et sane non immerito. Etenim, quemadmodum hoc loco scriptor ille recte notat, Cantacuzenus in *Historia*, a se concinnata, lib. III, cap. 6 et 9, ædem quoque sancto Demetrio sacram, in ipso Constantinopolitano imperatorum palatio seu regia statuit, priori quidem loco sic scribens : Καὶ πρὸς τῷ ναῷ τοῦ μεγαλομάρτυρος γενόμενοι Δημητρίου, ὃς τῶν βασιλείων ᾠκοδόμητο ἐντός « Et cum essent prope magni martyris Demetrii templum, quod in palatio ædificatum erat ; » posteriori vero sequentia verba suppeditans : Καὶ πρὸς τὸν ἐν βασιλείοις τοῦ Μυροβλύτου τοῦ μάρτυρος γενόμενος ναόν. « Cumque ad Myroblytæ martyris templum, in palatio situm, venisset. » Jam vero, si sacra Sancti nostri ædes, a Cantacuzeno hic memorata, ab æde ejusdem sacra, quæ eo ipso, quo Acropolis, loco exstitit, fuerit diversa, fuit sane, cur Cangius, hancne, an illam Basilius Macedo instaurarit, revocaret in dubium.

117. Sed rem examinemus. Anna Comnena, *Alexiados* lib. XII, pag. 361 meminit ædis sacræ, in palatio imperatorio Constantinopolitano exstantis, quæ, quamvis quidem a multis, seu potius, ut Græca verba sonant, a vulgo magni martyris Demetrii nomine insigniretur, in nomine tamen Dei Matris fuerat erecta ; mox autem laudati Scylitzes et Constantinus Porphyrogenitus, prior quidem pag. proxime cit., posterior vero in Basilio Macedone, cap. 85,
A fuisse ab hoc ædem, sanctissimæ Dei Genitrici sacram, in palatio exstructam, memoriæ produnt ; quare hanc, nisi forte quis duas, quod parum verosimile apparet, dicatas eidem Dei Genitrici ædes in palatio exstitisse velit, esse necesse est illam ipsam, quæ, quamvis quidem, ut Anna Comnena ex dictis docet, Deiparæ in palatio sacra exstiterit, Demetrii nihilominus nomine insignita a vulgo fuit, quæque, nisi forte quis, contra ac verosimile apparet, ædes duas, sancti Demetrii nomine distinctas, in palatio exstitisse velit, cum sacra Sancti æde, quam in palatio Cantacuzenus statuit, eadem esse debet. Porro laudati Scylitzes et Constantinus Porphyrogenitus, qui, quemadmodum jam docui, Dei Genitrici ædem in palatio a Basilio Macedone ædi-
B ficatam fuisse tradunt, ab hoc etiam principe, paulo antequam id faciant, ædem sancto Demetrio sacram instauratam fuisse, memoriæ produnt ; quare, cum hanc ab illa, a vulgo etiam, ut jam docui, sancti Demetrii nomine insigniri solita, manifestissime distinguant, consectarium ex omnibus jam dictis est, ut sacra sancto Demetrio ædes, quam a Basilio Macedone instauratam fuisse scribunt, extra palatium sita fuerit, distinctaque proinde ab æde, sancto Demetrio sacra, quam in palatio Cantacuzenus ponit. At vero, inquies, orationem seu homiliam, supra plus semel memoratam, hisque verbis, Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος, inceptam, quam Commentarii hujus § 1 Leoni Sapienti, Orientis
C imperatori, vindicavi, dictam fuisse ab hoc tunc, cum ædes sancto Demetrio in regia seu palatio consecraretur, titulus ei præfixus, utpote qui verbis, num. 5 recitatis, sit conceptus, fidem facit.

118. Jam vero, cum Leo Sapiens Basilii Macedonis filius sit, huicque patri suo, quo volente imperator jam inde ab anno 870 coronatus fuerat, anno 886 successerit, ædem sancto Demetrio sacram, in cujus consecratione orationem seu homiliam memoratam is dixit, esse illam ipsam, quam ab ejus patre, Basilio Macedone, instauratam fuisse Porphyrogenitus et Scylitzes locis supra citt. tradunt, verosimillimum apparet, hancque proinde non aliam, quam quæ a Cantacuzeno supra recitatis verbis in palatio seu regia statuitur, exstitisse. Ita
D contra opinionem, qua ex jam dictis sacram sancti Demetrii ædem, a Basilio Macedone instauratam, extra palatium statuimus, potest argui. Verum scriptor, qui dictæ homiliæ seu orationi in codice olim Mazarinæo, sæculo, ut apparet, duodecimo exarato, titulum præfixit, dictam illam fuisse tunc, cum ædes sancto Demetrio in regia consecraretur, idcirco fortassis in hoc notarit, quod tunc, cum præfatum codicem exararet, seu sæculo XII sacrum istud ædificium solo sancti Demetrii nomine soleret distingui. Adhæc, ut cum tituli, de quo hic, scriptore Anna Comnena, quæ pariter sæculo XII floruit sacramque illam ædem, utut Demetrii nomine a vulgo insigniri solitam, sanctissimæ Dei Genitrici dicatam notat, in concordiam adducatur,

fieri potest, ut sacra illa ædes et sanctissimæ Dei Genitrici simul et sancto Demetrio fuerit dicata, hincque de ea, veluti sancto Demetrio sacra, tituli scriptor, solis concinnatis de hoc Sancto nostro lucubrationibus (adi num. 3) transcribendis intentus, mentionem fecerit, omisso etiam Deiparæ nomine quo tunc fortassis a paucis duntaxat locum illum sacrum insigniri habebat perspectum. Quidquid itaque e titulo, quem in codice Mazarinæo oratio seu homilia laudata præfert, possit argui, hanc equidem, non cum sacra sancti Demetrii æde, quam a Basilio Macedone instauratam fuisse Scylitzes et Porphyrogenitus tradunt, sed cum altera, quam in palatio fuisse Dei Genitrici exstructam, nomineque nihilominus sancti Demetrii a vulgo soluisse distingui Anna Comnena affirmat, consecraretur, pronuntiatam fuisse, indubitatum apparet, manetque proinde, sacram sancti Demetrii ædem, quam Basilius Macedo instauravit, extra palatium sitam fuisse, atque ideo ab æde Sancti sacra, quam in palatio Cantacuzenus statuit, distingui.

119. Verum quænam tandem est sacra sancti Demetrii ædes, quæ et ab æde per Cantacuzenum memorata distinguitur et a Basilio Macedone fuit instaurata? Non alia, ut apparet, quam quæ eo ipso, quo Acropolis exstitit, loco a Barda Cæsare, ut supra docuimus, fuit exstructa. Hæc enim, non secus atque illa, extra palatium exstitit, uti jam nunc dicenda ostendent. Ecclesiam sancti Demetrii, quam luce huic sacra imperatores, ut supra docui, quotannis adire solebant, extra palatium sitam fuisse, vel e solis, quibus hic illorum magna solemnitate ad locum istum sacrum fieri solitus accessus describitur, verbis, supra huc ex *Aulæ Constantinopolitanæ cæremoniarum* libro transcriptis, liquet; hisce enim imperatores, quo illud sancti Demetrii templum adirent, e palatii sui portis egredi soluisse asseruntur; jam vero cum hæ, uti eadem transcripta verba fidem faciunt, ad Orientalem civitatis plagam exstiterint, atque ad hanc etiam sancti Demetrii ecclesia, a Barda Cæsare exstructa, sita fuerit, sacrum hunc locum cum ecclesia, quam imperatores solemni supplicantium ritu 26 Octobris die quotannis adibant, esse eumdem, verosimillimum apparet, illumque proinde, non secus atque hanc, extra palatium situm fuisse. Ad hæc cum soluisse quotannis Orientis imperatores ad monasterium, sancti Demetrii nomine insignitum, luce huic sacra seu 26 Octobris die abire, a Codino verbis supra recitatis tradatur, iidemque imperatores, ut supra huc transcripta ex *Aulæ Constantinopolitanæ cæremoniis* verba fidem faciunt, festiva eadem sancti Demetrii ad dictum Sancti hujus templum, extra Palatii portas situm, solemni supplicantium ritu incedere soluerint, de eodem loco sacro et apud Codinum et in dictis *Cæremoniis* seu potius scripto de hisce libro fieri sermonem, vix non indubitatum apparet.

120. Quod cum ita sit, templumque, quod festiva Sancti luce adire imperatores solebant, monasterium præterea, contra ac ædi sacræ, in palatio ejusve ambitu sitæ, convenire videtur, sibi etiam, uti e Codini verbis intelligitur, habuerit adjunctum, illum sane locum sacrum ac proin etiam exstructam a Barda Cæsare ecclesiam, utpote ab hoc, ut jam docui, non distinctam, extra palatium situm fuisse, dicendum est. Jam vero, cum Sancti ecclesia, quam Basilius Macedo instauravit, extra palatium pariter, ut supra ostendi, sita fuerit, non aliam Demetrii ædem sacram, quam quæ a Barda Cæsare fuerat exstructa, a Basilio Macedone fuisse instauratam, verosimillimum apparet. Nec est, quod reponas, sancti Demetrii ædes, quas Basilius Macedo instauravit, in Leonis Allatii editione *ruinosas*, atque in altera, quam in Byzantinis post Theophanem Scriptoribus Combefisius suppeditat, *vetustate laborantes* appellari; has autem denominationes exstructis a Barda Cæsare sancti Demetrii ædibus, utpote quæ, ut supra docui, anno duntaxat 850 circiter fuissent erectæ, Basilii Macedonis tempore, quod hic quinquaginta nondum annis post ædes easdem ædificatas elapsis obierit, convenire haud potuisse: etsi enim id ita sit, in Græco tamen tum Scylitzæ, tum Porphyrogeniti textu, si Græca, quibus hic concipitur, verba accurate exponantur, duntaxat habetur, Basilium Macedonem sancti Demetrii ædes aut ex antiquis novas fecisse, aut antiquarum loco novas condidisse. Atque hæc sunt, quæ, ut simul, et quam sancti Demetrii ecclesiam Basilius Macedo instaurarit, et hanc, quotannis luce sancto Demetrio sacra ab imperatoribus solemni ritu adiri solitam, a sacra sancti Demetrii æde, quam in palatio Cantacuzenus statuit, esse diversam, ostenderem, in medium adducenda existimavi. Cangius porro, ut alio jam sermonem convertamus, in *Constantinopoli Christiana*, lib. IV, pag. 122, eo inclinare videtur, ut monasterium, quod ex dictis templo a Barda Cæsare exstructo, fuit adjectum, ab Andronico Juniore, Palæologorum stemmate oriundo, a quo ædificatum instauratumve fuerit, nomen suum accepisse existimet. Ita enim ibidem de monasterio isto scribit: « Ab Andronico Juniore forte vel ædificatum vel renovatum crediderim, qui sanctum Demetrium summa veneratione et a puero coluit, ob præstitam sibi inprimis a divo isto opem in expeditione Thessalonicensi, uti narrat Cantacuzenus, lib. I, cap. 53.

121. Id sane, quod Cangius hic affirmat, loco cit. Cantacuzenus narrat, imo vero, Andronicum ab inveterato periculosoque vulnere, quod in pede acceperat, prodigiose, cum hunc unguento, e sancti Demetrii tumulo scaturiente, linere decrevisset, absque mora fuisse sanatum, ibidem etiam adjunxit, ita de Andronico, cum jam Thessalonicam occupasset, memoriæ prodens : « Constitutis, quæ ad arcis (Thessalonicensis) custodiam pertinebant, imperator ad sanctum Demetrii martyris

et myroblytæ conditorium processit, simul ut precibus eum veneraretur (quippe quem a puero præ aliis martyribus honorabat, et plus in eo spei reponebat, quam in cæteris, impenseque illum diligebat) simul ut eidem gratias de oblata felicitate (in occupanda nimirum Thessalonica) rependeret. Peracto utroque, quoniam etiam pedem in conflictu cum Persis vulneratus quatuordecim mensibus curari non poterat, multa medicis auxilia frustra experientibus; sed, eo paulatim tabescente, doloribus intolerandis cruciabatur, soluto calceo, Sancti unguento illum parabat perlinere, ita secum volvens, quæ ars humana et studium nequirent, ea Deum sanctis martyribus posse concedere. Ablatis fasciis nudatòque pede, linamentum illud carptum, quod vulneribus inditur (o magnam Dei ad martyres suos honorandos curam et providentiam!) extra vulnus apparuit; pes autem adeo sanus, ut nec vulneris, nec cicatricis ullum restaret vestigium, et vulneratusne aliquando fuisset, ignoraretur. Hoc viso miraculo, magis quam de acquisita Thessalonica exsultavit imperator, ferventioresque et majores ob hoc beneficium gratias egit; ac tota civitas, intellecto in eum edito tam admirabili opere, multas Deo et Demetrio, a quo curatus fuerat, laudes decantavit. »

122. Hactenus Cantacuzenus. Attamen, licet non tantum, quod Cangius memorat, beneficium, verum etiam aliud, in Andronicum Juniorem a sancto Demetrio collatum, recitatis verbis tradat, anne tamen, quod Palæologorum dicebatur, monasterium, eidem Sancto nostro dicatum, suam ab imperatore illo, utut e Palæologorum familia oriundo, nomenclationem acceperit, mihi admodum dubium apparet. Cum enim a puero, uti transcripta Cantacuzeni verba fidem faciunt, majori in sanctum Demetrium, quam in martyres alios, veneratione simul ac dilectione princeps ille exstiterit, fieri facile potest, ut huic ille peculiaris erga Sanctum affectus a parentibus suis, qui et illum fortassis a majoribus hausissent, instillatus fuerit. Quod cum ita habeat, fieri etiam facile potest, ut abs hisce, quos inter nonnulli, uti apud Cangium in *Familiis augustis Byzantinis*, pag. 230 et seqq. videre licet, opibus atque auctoritate præstitere, dicatum, de quo hic disserimus, Sancto nostro monasterium, Palæologorum idcirco nominatum, diu etiam ante Andronici Junioris ætatem seu sæculum XIV fuerit exstructum, licet interim abs hoc illud fuisse instauratum, nullo queat fundamento indubitanter seu negari, seu etiam affirmari. Utut sit, manifestum equidem ex omnibus jam dictis est, Sanctum nostrum maxima in veneratione apud Orientis imperatores exstitisse, cultuque etiam plane insigni ab iisdem fuisse affectum. Verum a quo quidem tempore circiter ita honorare Demetrium principes illi cœpere? Quod supra § hujus initio deindeque adhuc laudavi, de *De aulæ Byzantinæ cæremoniis* opus

A vel a Constantino Porphyrogenito anno 959 e vivis sublato, vel, ut verosimilius apparet, a Constantino altero, Porphyrogeniti nepote, qui delatas sibi anno 1025 imperii Orientalis habenas anno 1028 morte demisit, litteris commendatum fuisse, argumenta in Præfatione, quam sibi illud præfixam habet, adducta luculenter evincunt; quapropter non serius certe, quam vel sæculo decimo vel sequentis initio, Constantinopoli morem, ut sanctum Demetrium imperatores, sese ad sacrum huic in Acropolitano urbis angulo templum cæremoniis per verba num. 112 et binis seqq. ex opere illo recitata expressis 26 Octobris die conferentes, quotannis venerarentur, obtinere incepisse, indubitatum est.

123. Adhæc mos ille, cum jam inde a medio cir-
B citer sæculo nono, quemadmodum, quæ supra in medium adduxi, dilucide ostendunt, præfatum Sancti templum fuerit exstructum, jam inde etiam ab eodem sæculo nono fortassis obtinuerit. Sane Demetrium hoc ipso etiam sequentique sæculo atque etiam citius magna veneratione, cultuque insuper sanctis deferri solito Constantinopoli ab ipsis etiam Orientis imperatoribus honoratum fuisse, vix non etiam indubitatum apparet. Verum de re hac tractabo, postquam nonnulla adhuc, quæ Sancti apud imperatores illos, sæculo decimo posteriores, venerationem probant, in medium adduxero. Glycas in *Annalibus*, anno 1572 Basileæ editis, part. IV, de Michaele Orientis imperatore, hujus nominis
C quarto, cum sub vitæ suæ finem adversa valetudine gravissime laboraret, ita scribit: « Michaelus, ubi a malo genio pejus indies exagitaretur, in quasvis regiones et insulas presbyteris quidem singulis nummos aureos binos, monachis vero unum misit, licet irrito studio, quod malum augesceret, ac morbus aquæ intercutis accederet. Quam ob rem Thessalonicam profectus imperator ibidem degebat, et ad egregii martyris victorisque certaminum Demetrii sepulcrum assiduo versabatur, ut eo malo liberaretur. » Idem etiam de eodem imperatore Zonaras et Cedrenus memoriæ produnt, hic quidem in *Historiarum Compendio*, pag. 741, ille vero in *Annalibus*, tom. II, pag. 239; cum autem is imperator, quem etiam, seu potius eo imperii habenas
D adhuc tenente, Thessalonicenses insignem de Bulgaris sancti Demetrii ope seu patrocinio retulisse victoriam, Cedrenus in opere cit. pag. 748 per verba in *Analectis*, quæ tribus edendis miraculorum libris subjungam, recitanda narrat, sæculi undecimi anno quadragesimo primo vitam cum morte commutarit, illius sane, ad sancti Demetrii opem, quo morbo gravissimo liberaretur, continuo recurrentis factum argumento est: Sanctum nostrum sæculo illo magna in veneratione apud ipsos etiam imperatores aut certe apud Michaelem, nominis hujus quartum, fuisse.

124. Nec quidquam de illa tribus sequentibus sæculis fuisse remissum, verosimile apparet. Ac primo quidem quam id quantum ad sæculum duo-

decimum verum sit, vel sola num. 71 memorata, qua Emmanuel Comnenus, ab anno 1180 imperator, per Demetrii festi partem a jure dicendo abstinendum in Sancti hujus venerationem statuit, anno 1166 Novella argumento est. Quod autem ad sæculum quartum decimum (nihil enim, quod de decimo tertio nominatim dicam, occurrit) jam spectat, Demetrium tunc etiam ab ipsis Orientis imperatoribus honoratum fuisse, palam est tum ex iis quæ de Andronico Juniore, anno 1341 vita functo, antea relata sunt, tum e supra huc transcriptis Georgii Codini verbis, quibus hic sæculi quarti decimi scriptor docet, imperatores ætate sua ac proin sæculo quarto decimo ad sancti Demetrii monasterium, seu ædem sancto huic sacram, cui monasterium, a Palæologis dictum, esset adjunctum, solemni supplicantium ritu sese una cum aula sua quotannis 26 Octobris die, Sancti nostri cultui addicta, soluisse conferre. Ad ea modo, quæ Sancto etiam ante sæculum undecimum venerationem, sanctis deferri solitam, fuisse exhibitam commonstrant, jam progredior. Pelerinus in diversorum numismatum Miscellaneis, anno 1765 Parisiis in lucem editis, lib. I, ad pag. 222 exhibet tabulam, inter varias alias, quibus varia exprimuntur numismata, ordine duodecimam, cujus numisma, nota numerali 13 distinctum, in antica quidem parte Constantinum imperatorem, in postica vero sanctum Demetrium, nomine ei, non Δημήτριος, sed e more, quo *Eta* ut *Iota* pronuntiari solebat, apud Græcos tunc introducto, Διμιτρι ascripto, hastaque, quod hastis confossus martyrium consummarit, manui dextræ inserta, exhibet; addit autem esse, cur putemus, imperatorem, qui numisma illud cudendum curavit, alium non esse, quam Constantinum VI, qui una cum matre sua Irene imaginum cultum, a Constantino Copronymo et Leone Isauro, decessoribus suis, abrogatum, restituit.

125. Ita quantum ad substantiam verbis Gallicis scriptor ille; licet autem, quæ nisce exprimitur, opinio certa, quemadmodum ipsemet mox fatetur, neutiquam sit, sat tamen verosimilis apparet, hincque etiam inde a sæculo octavo, quo jam senescente, Constantinus VI ejusque mater Irene floruerunt, apud imperatores Constantinopolitanos, si tamen Iconomachos exceperis, summa in veneratione fuisse, verosimile utcunque sit. Atque hæc sunt, quæ de veneratione, quam Sanctus apud imperatores Constantinopolitanos sæculo octavo habuit, commemoranda inveni; quod autem ad sæculum proxime secutum seu nonum jam spectat, nec tunc sane Demetrium Constantinopoli, aut apud ipsos Orientis imperatores exigua in veneratione fuisse, vel solum ei ibidem anno circiter, ut supra docui, 850 a Barda Cæsare exstructum templum argumento est perquam valido. Ad sæculum decimum venio. Sanctum a Joanne Zemisce, qui ab anno 969 ad annum usque 975 imperio Orientali præfuit, magno in pretio ac veneratione habitum

A fuisse, verosimile apparet. Verum antequam hoc probatum dem, nonnulla adhuc, ne quis forte etiam quantum ad venerationem, Sancto ab imperatore illo delatam, in errorem inducatur, præmittenda sunt. Victoriam de Russis ab eodem imperatore, sancto Theodoro duce et martyre ei opitulante, fuisse relatam, Cedrenus in *Historiarum Compendio* memoriæ prodit; verba, quibus id facit, utut ad Sanctum nostrum proprie haud spectantia, idcirco tamen, quod ad rei hic discutiendæ, atque ad venerationem, qua erga Sanctum Zemisces fuerit, spectantis intelligentiam conducant, hac transcribo.

126. Sic habent: « Ferunt ea pugna divinitus B quoque Romanis latum auxilium: nam ab Austro obortam procellam in facies Scytharum ingruisse, eosque impedivisse, ne suo arbitratu rem gererent; et ab omni Romanorum exercitu conspectum fuisse virum albo equo vehentem, qui princeps pugnam inierit, hostiumque ordines conturbaverit, nemini neque ante neque postmodo cognitum. Eum aiebant fuisse Theodorum unum de pulcherrimas consecutis victorias martyribus. Sane his semper auspicibus atque antesignanis adversum hostes uti solebat imperator hic. et quo die hæc pugna est pugnata, is festus fuit memoriæ illius Theodori exercituum ductoris. Sed et veneranda quædam mulier Constantinopoli fidem fecit, id visum fuisse divinum. Ea enim pridie istius diei in somnis visa C fuerat astare Deiparæ, et audire eam dicentem cuidam militi: Domine Theodore, meus ille et tuus Joannes in periculo versatur; festina ad opem ei ferendam; idque insomnium prima luce vicinis narraverat. Enimvero Scythæ eo prælio funduntur, cumque se portis interclusos a Barda senti rent, in campum fuga disperguntur, pereuntque innumerabiles, partim a se invicem conculcati, partim a Romanis obtruncati, vulnerati pene omnes. Martyri Theodoro gratiam pro ope lata referens imperator, templum, in quo is humatus erat, ad fundamenta usque demolitus, aliud magnificentissimum exstruxit, ac prædiis amplos habentibus reditus donavit; urbem, in qua id erat, pro Euchaneia Theodoropolim nominavit. » Bollandus noster hæc Cedreni D verba in Commentario, Actis sancti Theodori ducis et martyris prævio, ad diem 7 Februarii, quo is colitur, etiam recitat, ac deinde, nonnullis interpositis, num. 28, subjungit: « Quod supra retulimus ex Cedreno, semper consuevisse Zemiscen uti auspicibus atque antesignanis adversus hostes προμάχοις καὶ προβόλοις sanctis martyribus, quos καλλινίκους vocant, pulchris decoratos victoriis, ex eo fortassis facto ritus flammulorum manavit, quem Codinus cap. 6 memorat; aut, si antiquior, confirmatus certe religiosissimi illius imperatoris pietate. »

127. « Dum, inquit Codinus, liturgia peragitur, aut solæ etiam Vesperæ Sabbato vel Dominica decantantur, proceres ii qui circumstationis moderatores sunt, gestant flammula, sive φλάμουλα. Sunt

autem ista : Primum archistrategus, sive sancti Michaelis imago ; alterum, octapodion, habens multas divinasque sacrorum pontificum imagines, singulis octo ; tertium, crux habens imagines quatuor magnorum martyrum Demetrii, Procopii et utriusque Theodori ; quartum, repræsentans sanctum Georgium equitem; quintum, Draconteum; sextum, imperatoris effigiem exhibens equo insidentis. Sunt autem bina omnia, id est simul duodecim. » Hinc forte quis credat, inter sanctos martyres, καλλινίκους seu *pulchris decoratos victoriis* nuncupatos, quibus Joannem Zemiscen auspicibus atque antesignanis adversus hostes, προμάχοις καὶ προβόλοις, uti semper consuevisse, Cedrenus tradit per verba recitata a Bollando etiam recenseri sanctum Demetrium ; verum res secus habet. Bollandus enim sanctos martyres, quibus in bello auspicibus Zemisces usus sit, non alios, quam Cedrenus, cujus auctoritate nititur, designatos voluerit; hic autem duos sanctos duntaxat Theodoros martyres, duos scilicet celebriores illos, quorum alter tironis, alter ducis titulo solet distingui, pro auspicibus atque antesignanis in bello a Zemisce adhibitos commemorat. Ut res manifesta evadat, Græca ejus, quæ huc spectant satque accurate Latinitate donata non sunt, verba huc transfero una cum alia a me adornata interpretatione Latina. Ita habent : Καί τις ἀνὴρ ὤπτο παντὶ τῷ στρατοπέδῳ Ῥωμαίων ἐφ' ἵππου λευκοῦ προαγωνιζόμενος, καὶ τὰς τῶν πολεμίων κλονῶν καὶ διαταράσσων φάλαγγας, μηδενὶ πρότερον ἢ μετὰ ταῦτα γενόμενος γνώριμος, ὃν ἔφασκον ἕνα εἶναι τῶν καλλινίκων μαρτύρων Θεοδώρων. Τούτοις δὲ προμάχοις ἀεὶ καὶ προβόλοις κατὰ τῶν πολεμίων ἐχρῆτο ὁ βασιλεύς· καὶ γὰρ δὴ καὶ συνέτυχε τόνδε τὸν ἀγῶνα κατ' αὐτὴν συναχθῆναι τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν εἰώθαμεν ἑορτάζειν τὴν μνήμην τοῦ στρατηλάτου. Hactenus Græca Cedreni verba ; en nunc, quæ iis adaptanda est, stricta interpretatio Latina.

128. « Visus etiam fuerat ab omni Romanorum exercitu vir quidam, equo albo ante primam aciem certans, hostiumque pellens et turbans ordines, nemini ante vel post hæc cognitus, quem e martyribus Theodoris, pulchris condecoratis victoriis, unum esse dicebant. Hisce enim semper auspicibus atque antesignanis adversus hostes utebatur imperator, acciditque insuper, eo ipso die, quo exercituum ductoris (unius scilicet e duobus, de quibus proxime locutus est, Theodoris) festivitatem celebrare solemus, prælium illud committi. » Hæc modo verba considera, facileque intelliges, sanctos duntaxat Theodoros martyres, quibus Joannes Zemisces auspicibus atque antesignanis adversus hostes uti soluerit, a Cedreno ac proin etiam a Bollando commemorari. Verum, etsi id ita sit, nosterque proinde sanctus martyr Demetrius martyribus illis, quibus adversus hostes auspicibus atque antesignanis Joannes Zemisces usus fuit, adnumerari e Cedreni recitatis verbis haud possit, neque etiam ex hisce illum Bollandus iisdem adnumeravit, Demetrium tamen, quod inter sex flammula seu vexilla, quæ in majoribus festis rei divinæ assistenti imperatori a proceribus præferri solebant, unum etiam, quod, quemadmodum adducta a Bollando Codini verba fidem faciunt, sanctum Demetrium repræsentabat, recenseatur, præcipuis olim imperii Constantinopolitani protectoribus fuisse accensum, indubitatum apparet, idque vel a sæculo nono, si flammulorum illorum seu vexillorum usus a Joanne Zemisce primum introductus fuit, vel etiam citius, si is ante principis hujus ætatem jam obtinuerit, confirmatusque ab illo duntaxat fuerit. Alterutrum sane factum esse, ac proin apud Joannem Zemiscen magna in veneratione Demetrium fuisse, verosimile mihi, quemadmodum et Bollando visum est, videtur.

129. Atque in hanc opinionem ex eo concedo propensius, quod Sanctus equidem diu etiam ante sæculum nonum seu Joannis Zemiscæ, imperatoris Constantinopolitani, ætatem σύμμαχος seu in bellis auxiliator ab imperatoribus Constantinopolitanis habitus fuerit, hocque etiam nomine magna in veneratione apud illos exstiterit, uti vel ex eo colligas, quod Mauritius, Constantinopolitanus sæculo sexto senescente sequentisque initio imperator, ab Eusebio, Thessalonicensi archiepiscopo, corporis sancti Demetrii partem, quo hujus in bellis auxilium experiretur, postularit, idemque ante Mauritium Justinianus I, qui et ipse sæculo sexto floruit, pariter prætiterit, prout *Miraculorum edendorum* libri I caput quintum fidem facit. Nec ea tantum ex hoc habemus, verum etiam Justinianum, cum ad eum (adi num. 101) pars terræ, quæ ex igne e Sancti tumulo erumpente fragrantiam ineffabilem mirabiliter contraxerat, reliquiarum postulatarum loco missa fuisset, maxima eam lætitia, non secus atque ipsum Sancti corpus, accepisse; quod sane hunc summa in veneratione apud imperatorem illum fuisse, argumento est minime dubio.

§ X. *Cultus ecclesiasticus Sancto etiam apud Latinos aliasque nationes a longissimo jam tempore delatus.*

130. Leontium, Illyrici sæculo quinto, ut supra docui, verosimiliter ineunte præfectum, qui insignem ex ante dictis Thessalonicæ sancto Demetrio ecclesiam exstruxerat, e civitate hac Sirmium, Illyrici urbem percelebrem, imo a Constantini Magni ætate totius Illyrici, antequam hoc bifariam in Illyricum Orientale et Occidentale fuisset divisum, metropolim, præfectique prætoriani sedem, profectum, alteram etiam ibidem Sancto ecclesiam, in qua, quas secum Thessalonica attulerat, ejusdem reliquias, chlamydem nimirum, sanguine martyris adhuc notatam, atque orarium hujusve saltem partem deposuit, erexisse, Metaphrastes simulque anonymus, quem sibi prælucentem hic habuit, Sancti nostri biographus sub contextarum a se Demetrii passionum finem memoriæ produnt. Verum anne binis hisce

scriptoribus ea in re, a qua gesta diu admodum A tam unus, quam alter verosimillime abfuit, fides tuto adhiberi potest? Photiana quidem et Anastasiana Sancti Acta ecclesiæ, quam Leontius Sirmii sancto Demetrio exstruxerit, mentionem nuspiam faciunt; verum nihil etiam, quo Metaphrastis anonymique, qui huic præluxit, ista de re assertum falsitatis utcunque evadat suspectum, suppeditant. Quare, cum nec quidquam, quod binis istis Sancti nostri biographis fidem hic denegandam suadeat, aliunde occurrat, fuisse reipsa a Leontio, Illyrici præfecto, ecclesiam Sancto nostro Sirmii exstructam, in animum induco.

131. Atque id quidem ex eo etiam facio propensius, quo sæculo saltem undecimo Sirmii exstitisse templum, sancto Demetrio sacrum, e Joanne B Cinnamo, qui sæculo isto floruit, resque a Joanne et Manuele, imperii Constantinopolitani habenas tunc moderatis, gestas, conscriptis a sese, Parisiisque typorum beneficio anno 1670 vulgatis *Historiarum* libris sex complexus est, habeatur compertum. Etenim scriptor ille concinnati hujus a se operis lib. v, num. 12 sub finem, ita memoriæ prodit: « Hungarorum gens sæpe Romanorum (ita passim ab historicis Græcis ii omnes, qui Orientis imperatoribus suberant, solent vocari) fines incursavit, et paulo antequam imperaret Alexius Comnenus, Sirmium cepit, multisque Transistranis urbibus expugnatis, Næsum usque pervenit. Ibi in sancti martyris (Procopii nempe) incidentes C feretrum, totum quidem inde corpus auferre inhumatum, ut arbitror, existimantes, sola manu ablata, recessere, et Sirmium reversi, eam deposuere in templo Demetrii martyris, quod pridem exstruxerat is qui Illyricum præfectus regebat. Eam igitur illic (Sirmii nimirum) inventam sustulit inde imperator (Emmanuel Comnenus scilicet) et reliquo, ut diximus, reddidit corpori. » Cum Emmanuel Comnenus imperator, qui manum, quam quondam, a sancti Procopii martyris corpore abstractam, Hungari Sirmii in sancti Demetrii templo deposuerant, in civitate isthac invenisse reliquoque Sancti illius corpori reddidisse a Cinnamo hic narratur, anno 1180 obierit, eique tum primum D Alexius Comnenus, hujus nominis secundus, successerit, Alexium Comnenum, quo nondum imperii Orientalis habenis admoto, Hungari Sirmium cepisse, ibidemque sancti Procopii martyris manum in sancti Demetrii ecclesia deposuisse ab eodem Cinnamo per verba recitata referuntur, imperatorem nominis illius primum fuisse, necesse est.

132. Quare, cum hic jam inde ab anno 1080 imperare inceperit, consectarium est, ut jam inde a sæculo undecimo Sirmii ecclesia, sancto Demetrio sacra, certo exstiterit; quod sane, quæ a Metaphraste anonymoque, qui huic præluxit, Sancti biographo de exstructa sancto Demetrio a Leontio, Illyrici præfecto, Sirmii ecclesia traduntur, veritati esse consona, argumento etiam qualicunque est. Cangius nihilominus in suis in hunc transcriptum Cinnami locum Adnotationibus, utpote in quibus de eadem, de qua Metaphrastes anonymusque, qui huic præluxit, Sirmiensi Sancti ecclesia, uti ex infra dicendis patescet, loqui videatur, ea suppeditat, e quibus anne unquam ecclesiam, sancto Demetrio sacram, Leontius Sirmii exstruxerit, non nemo forte subdubitet. Etenim ibidem sic scribit: « Quod hic habetur templum D. Demetrii, videtur ille, a quo oppidum D. Demetrii, ad Savum amnem situm, nomen accepit, hodie S. Demeter dictum, haud procul ab antiquo Sirmio. Quod vero templum illud in Sirmio exstare ait Cinnamus, id accipiendum puto pro Sirmiensi agro; nam Σίρμιον non semel is dicitur eidem scriptori. Oppidi vero sancti Demetrii meminit Bonfinius, Dec. v, lib. iv extremo. » Quod si ergo Cangio assentiendum sit, sancti Demetrii templum, cujus Cinnamus verbis recitatis meminit, non in ipsa Sirmiensi urbe, sed in agro, huic adjecto, situm fuerit, oppidoque, quod in hoc pariter seu haud procul a Sirmio situm erat, atque hodie S. Demeter vocatur, nomen deinde fecerit. Verum hæc mihi neutiquam placent; etsi enim Cinnamus, uti in dictorum suorum probationem Cangius adjungit, Σίρμιον subinde ad agrum duntaxat, civitati huic adjectum, significandum adhibeat, in transcripto tamen textu vocabulum istud eo loco, quo de depositis ab Hungaris, Sirmium reversis, in sacra ibidem sancto Demetrio æde sancti Procopii martyris reliquiis loquitur, ita ab illo accipi, verosimile haud apparet.

133. Hungaros enim, paulo antequam Alexius Comnenus imperii Orientalis habenas suscepisset, præter multas Transistranas urbes, a se subactas, Sirmium etiam cepisse, in eodem textu ait, ibique indubie hoc vocabulum, non ad agrum Sirmio adjectum, sed ad ipsam hanc civitatem significandam usurpat; jam vero, cum id ita sit, nec scriptores unam eamdemque vocem ad res prorsus diversas, nullo omnino, quo id prodant, subministrato indicio, significandas in brevi adeo textu, qualis est supra e Cinnamo huc transcriptus, adhibere haud soleant, scriptorem hunc etiam eo loco, quo de sancti Procopii reliquiis, ab Hungaris in sancti Demetrii templo Sirmii depositis, sermonem facit, vocabulum Sirmium, non ad Sirmiensem agrum, sed ad ipsam hanc civitatem significandum usurpare, verosimillimum, ne dicam indubitatum, apparet. Adhæc Cinnamus, dicatam sancto Demetrio ædem, de qua in textu supra huc transcripto loquitur, abs illo, qui Illyricum præfectus regebat, ædificatam fuisse, diserte tradit, sermonemque proinde facit de eadem sacra sancto Demetrio æde, quam Metaphrastes anonymusque, qui huic præluxit, Sancti nostri biographus, Leontium, Illyrici præfectum, Sancto exstruxisse, aiunt; hanc autem bini hi scriptores, non in agro, qui Sirmio adjacet, sed in ipsa hac civitate statuunt. Præterquam enim, quod Leontium, cum Sirmium per-

venisset, templum ibidem sancto nostro martyri exstruxisse, dilucide prodant, nec Sirmii nomine Sirmiensem agrum unquam vocare noscantur, templum illud prope ædem, sanctæ Anastasiæ sacram, situm fuisse docent, verosimileque haud videtur, in agro Sirmiensi seu rusticano quopiam loco duo simul Leontii, Illyrici præfecti, ætate, seu sæculo quinto exstitisse templa, quorum alterum sancto Demetrio, alterum sanctæ Anastasiæ martyri esset sacratum. Nec est, quod reponas, templum, quod Anastasiæ martyri sacrum esset, Sirmii exstitisse, a Metaphraste duntaxat, anonymoque, qui huic præluxit, Sancti nostri biographo asseverari; etsi enim id ita sit, binis tamen hisce scriptoribus ea in re esse assentiendum, vel ex eo apparet, quod sanctæ Anastasiæ reliquiæ sæculo quinto seu eo tempore, quo a Leontio ecclesiam sancto Demetrio juxta alteram, quæ sanctæ Anastasiæ sacra esset, Sirmii fuisse exstructam, iidem bini scriptores tradunt, in civitate isthac exstiterint, uti ex iis quæ Theodorus Lector lib. II, pag. 568 editionis, a Valesio adornatæ, memoriæ prodit, indubitatum videtur.

134. Porro quod ad Cangii de sito haud procul ab antiquo Sirmio oppido, quod hodieque sanctus Demeter dicitur, nomenque a sancti Demetrii templo, ibidem exstructo, acceperit, Adnotata jam spectat, nec hæc ejus de ecclesiæ sancti Demetrii a Leontio, Illyrici præfecto, exstructæ, atque a Cinnamo per verba supra recitata memoratæ, situ opinionem firmant. Quidni enim, cum primum ædes, sancto Demetrio sacra, Sirmii a Leontio erecta jam fuisset, altera deinde, eidem Sancto nostro sacra, quæ loco sibi adsito, paulatim in oppidum crescenti, nomen fecerit, in agro Sirmiensi ædificata esse potuerit? Sane, cum oppidum, sanctus Demeter dictum, quod ad Savum situm est, a Bonfinio loco supra per Cangium cit. reipsa memoretur, idque hodieque, utpote in modernis geographicis Hungariæ Slavoniæque tabulis passim notatum, indubie adhuc exsistat, ita vere rem evenisse, in animum induco. Hinc porro jam consequitur, ut Sanctus noster in Illyrico, cujus olim Slavonia, Sirmium antiquum, oppidumque, a sancto Demetrio dictum, modo complectens, partem constituebat, non unam tantum, sed duas ecclesias nomini suo consecratas habuerit, dubitandumque proinde non sit, quin eximia plane, si non per omne late Illyricum, Sirmii saltem, ubi etiam supra memoratæ, quas eo Leontius attulerat, sacræ ejus reliquiæ servabantur, dictoque, cui nomen fecit, in oppido veneratione ecclesiastica, et Sirmii quidem ob jam dicta de exstructa ibidem ei a Leontio ecclesia jam inde ab hujus ætate seu sæculo ineunte quinto, fuerit gavisus; hanc autem diu etiam ibidem perseverasse, vel ex eo liquet, quod, cum Sirmium anno circiter 441, uti inter eruditos convenit, ab Attila, Hunnorum rege, fuerit eversum, ecclesiaque nihilominus, sancto Demetrio sacra,

A sæculo undecimo Sirmii adhuc, ut jam docui, exstiterit, necesse omnino sit, Sirmiensem Sancti ecclesiam, a Leontio ex dictis ædificatam, post cladem illam Hunnicam fuisse instauratam, antiquæve, penitus fere ex ea destructæ, loco novam fuisse erectam, quæ deinde, vel certe altera, ejus iterum loco exstructa, ad sæculum usque undecimum steterit.

135. Nec tantum Sirmii diu Sancti nostri veneratio perseveravit, verum etiam inde longius sese diffudit; etsi enim, ut jam indicavi, per omne late Illyricum propagata forte haud fuerit, per totam tamen Hungariam, Slavoniæ Sirmioque in hac sito vicinam, sese lapsu temporis extendit. Etenim Demetrius Hungariæ patronis a regni hujus indigenis B adnumeratur, quotannisque, ut talis, ritus duplicis officio, uti e sanctorum patronorum regni Hungariæ officiis propriis, anno 1703 Viennæ Austriæ excusis, disco, per totam late Hungariam 26 Octobris die, quæ ei apud Græcos sacra est, colitur. Ac in horis quidem canonicis, quæ de eo tunc recitandæ proponuntur, tres lectiones, quartam videlicet, quintam et sextam, e metaphrasticis ejus Actis maximam partem contextas, ubi sibi proprias habet, orationemque item propriam, hisce verbis conceptam: « Deus, qui beatum Demetrium martyrem tuum, virtutum signis clarificas, ejus nos quæsumus, interventu a cunctis reatibus, et a malis, quæ pro eis meremur, absolve propitius, per Dominum. » In Missa autem, quæ de eo tunc dici solet, quæque C hoc introitu: « In virtute tua, Domine, lætabitur justus, etc. » de communi unius martyris est, præter orationem jam recitatam duæ aliæ, secreta videlicet alteraque, quæ postcommunio dicitur, ab hujus generis orationibus, quæ in aliis de communi unius pluriumve martyrum Missis dici solent, omnino diversæ, de sancto Demetrio, uti Missæ de sanctis regni Hungariæ patronis, anno 1735 Tyrnaviæ excusæ, me docent, recitandæ exhibentur. Ac prior quidem his verbis, « Munera nostra, Domine, meritis beati Demetrii martyris tibi, quæsumus, reddantur accepta, et nosmetipsi gratum tibi efficiamur sacrificium. » Posterior vero sequentibus constat: « Purificet nos, quæsumus, Domine, cœlestis D mensæ libatio, et, intercedente beato Demetrio martyre tuo, ad vitam nobis proficiat sempiternam.

136. Atque ita quo cultu Sanctus ab Hungaris, a quibus ut patronus colitur, afficiatur, modo exposui; nunc pauca adhuc de tempore, quo fieri id ab illis inceperit, libet proferre. In Vita B. Margaretæ, virginis Hungaricæ, ad diem 28 Januarii, quo hæc colitur, apud nos edita, sanctus Demetrius, una cum SS. Laurentio et Bartholomæo, sanctimoniali cuidam, acuta febri laboranti, spectandum sese in somno dedisse, eamque, ut apud archiepiscopum Strigoniensem de instituenda indictæ beatæ Margaretæ sanctitatem et miracula inquisitione ageret, monuisse narratur; quare cum hinc, ut beatæ hujus virginis, vita jam functæ, sanctitas

innotesceret, curæ sancto Demetrio fuisse videatur, hunc ab illa, in vivis adhuc superstite, singulari veneratione affectum, verosimile potest videri, cultumque proinde in Hungaria a sæculo saltem tertio decimo, quo eadem beata virgo obiit, obtinuisse. Adhæc cum Sirmium, ubi Sanctum jam inde etiam a sæculo quinto cultum fuisse, e supra dictis liquet, Hungarorum juris diu ante dictum, quo B. Margareta Hungarica ad Dominum migravit, sæculum tertium decimum exstiterit, diu etiam ante hoc sanctum Demetrium apud Hungaros cultu ecclesiastico fuisse affectum, neutiquam mihi vero apparet absimile. Ita autumo, quod non raro factum sit, ut Sancti cujuspiam cultus, qui in una civitate vigebat, ad alias regni ejusdem civitates brevi etiam temporis spatio fuerit propagatus, nec Sirmio sancti Demetrii cultum, etsi interim tempus, quo id primum factum, sat prope definiri haud queat, ad alias Hungariæ urbes fuisse propagatum, dubitandum appareat.

137. Hungari enim, utut Ecclesiæ Romanæ seu Latinæ ritus consuetudinesque sequantur, Demetrium tamen, non 8 Octobris die, quæ Sancto huic apud Latinos sacra est, sed 26 mensis ejusdem, quæ eidem apud Græcos dicata est, celebrare solent; id autem (neque enim Sancti cultum proxime a Græcis accepisse videntur) non alia potiori de causa fieri ab eis posse videtur, quam quod a Sirmiensibus, qui ad sese a Græcis, urbis suæ diu ante Hungaros dominis, Thessalonica propagato more, non 8 sed 26 Octobris die festivam Sancti lucem celebrare solebant, ecclesiastico Demetrium cultu quotannis honorandi consuetudinem acceperint. Utut hæc, quæ nescio an sat certo definiri queant, sese etiam habeant, Sancti equidem cultum ad totam late Hungariam esse propagatum, ex iis quæ supra disserui, indubitatum est. Nec eum ad Bulgariam, Hungariæ finitimam, pariter manasse, minus indubitatum debet haberi. Id e facto, plane singulari, quod a Niceta Choniate in *Isaacio Angelo*, lib. I, num. 4, 5 et 6 refertur, probatum do. Bulgari anno 1041 Thessalonicam, quadraginta millium militum exercitu, duce Alusiano, civitati huic oppugnandæ admoto, in potestatem suam redigere meditati erant; verum a præsidiariis, improvisa horum apertis civitatis portis impressione perterriti, ingenti suorum strage in fugam, sancto Demetrio Thessalonicensibus, uti in Analectis, quæ edendis Sancti miraculis subjungam, e Cedreno docebo, præire ac pro urbe decertare palam conspecto, fuerunt conjecti.

138. Bulgari porro, hac accepta clade, a Michaele, Orientis imperatore hujus nominis quarto, penitus fuere subacti, Græcorumque imperio exinde usque ad tempus Isaacii Angeli, qui anno 1185 imperare incepit, Bulgaria pacifice mansit annexa. Verum gens ista, angustiis, castellisque plurimis, quæ præruptis saxis inædificata habebat, tunc freta, aperte a Græcis, quorum etiam potentiam parvi pendebat, tandem defecit. Defectionis principes exstitere Petrus et Asan, duo ex antiquorum Bulgariæ regum, uti Innocentii III papæ Gesta, pag. 67, docent, sanguine progeniti fratres. Atque hi quidem, ne sine causa res novas moliri viderentur, imperatorem Isaacium Angelum, a quo sibi, quod petituri essent, negatum iri prævidebant, Cypsellis agentem conveniunt, sibique exigui reditus prædium ad Hæmum montem assignari, atque in Græcorum legiones admitti, postulant; repulsam autem, ut præviderant, passi, domum redeunt, palam a Græcorum imperatore deficiunt, popularesque, ut idem faciant, alliciunt; quod qua ratione omnino singulari, imo exotica, cum hos consilio suo, cladis verosimillime, a majoribus suis prope Thessalonicam, sancto Demetrio opem obsessæ huic civitati suæ ferente, olim acceptæ, adhuc memores, haud sat propense, utut abacti per vim pecoris, exactionumque quarumdam occasione Græcis gravissime offensos, assentientes invenirent, consecuti tamen fuerint, libet ipsis a Niceta Choniate libro citato suppeditatis verbis exponere.

139. Sic itaque ibi num. 6 habet: « Cum Blachi (Bulgarorum scilicet fœderati seu potius horum in Mœsia pars) principio ab eo conatu, ad quem a Petro et Asane inducebantur, rei difficultate territi, abhorrerent: fratres, ut popularibus suis eum metum adimerent, ædem nomine præclari martyris Demetrii ædificarunt, in eamque multos dæmoniacos utriusque sexus coegerunt, qui cruentis et perversis pupillis, effusisque crinibus cætera omnia exquisite exprimebant, quæ id genus hominum propria habet, eosque docebant in furore proloqui: Deo visum esse, ut gens Bulgarorum et Blachorum, diuturno jugo excusso, libertatem consequatur, eaque de causa Christi martyrem Demetrium, relicta metropoli Thessalonica et æde, Romanorumque consuetudine, ad ipsos pervenisse, adjuturum id opus. Igitur vecordes isti homines paulum morati, et subito majore spiritu collecto, rursus alienati, exagitabantur, et clara voce quasi numine afflati clamitabant, non amplius desidiæ esse locum, sed arreptis armis Romanos invadendos esse: et qui in bello caperentur, non conservandos aut vendendos, sed inclementer occidendos esse, et prece et pretio repudiatis, neque magis ulla obtestatione moveri oportere quam adamantem. Tota igitur gens, a talibus vatibus concitata, ad arma concurrit, et ut initia defectionis auspicata fuerunt, magis etiam credidere, Deum libertati suæ favere. Nec ea contenti in oppida et prædia ab Hæmo remota diffunduntur. »

140. Enimvero singulare prorsus, ut jam monui, a Niceta hic relatum, Bulgarorum principum Petri et Asanis factum! Atque id quidem, utut minime probandum, Bulgarorum tamen, utpote qui eo impulsi in Petri et Asanis consilia concesserint, eximiam erga sanctum Demetrium venerationem ostendit, uti etiam quanto in pretio Sancti hujus,

majoribus suis olim, ut jam docui, maxime adversati, patrocinium habuerint; ut sane, quin ii, prospera deinde adversus Græcos, quorum jugum excusserant, fortuna usi, sancto nostro martyri, quem Petri et Asanis artibus delusi in Bulgariam, relicta Thessalonica Græcorumque tutela, migrasse, sibique patrocinaturum, rebantur, cultum etiam, maxime in ecclesia, quam ei Petrus et Asan erexerant, deinceps detulerint, dubitandum non appareat; imo vero, cum Petrus et Asan, quo in partes suas Bulgaros, populares suos, attraherent, auxilium, non alterius cujuscunque Sancti, sed Demetrii eis adfuturum sibi comminiscendum duxerint, hunc etiam apud Bulgaros, cum nondum, Petro et Asane suadentibus, arma in Græcos, quo sese in libertatem assererent, arripuissent, maxima in veneratione fuisse, cultumque obtinuisse, verosimile etiam apparet. Utut sit, cum equidem, quis qualisve is fuerit, perspectum haud habeam, sicque nihil amplius, quo ea de re lectorem edoceam, occurrat, ad cultum ecclesiasticum, Sancto nostro alibi præterea delatum, sermonem jam converto.

141. Anastasius Bibliothecarius in Præfatione, quam Sancti nostri Passioni, a se contextæ Carolo Calvo (adi num. 14) suam hanc lucubrationem inscribens, præmisit, ita sub initium principi huic loquitur: « Beati Demetrii, Thessalonicensis martyris, Passionem atque miracula, hortantibus fratribus, et maxime viro peritissimo Joanne diacono, vestræ fidei puritate ac scientiæ claritate notissimo, nuper de Græco in Latinum transtuli sermonem; qui præfatus Joannes hujus martyris in domo quidem sua miræ antiquitatis et pulchritudinis oratorium habebat, tamen qualis iste martyr Christi esset, ignorabat. Ego vero, sicut expertus sum apud Thessalonicam, ubi pretiosum corpus ejus redolet, et splendore miraculorum refulget, innotui ei per ordinem. » Joannes, hic ab Anastasio Bibliothecario memoratus, S. R. E. diaconus erat, Romæque proinde, ut dubitandum non apparet, commorabatur; quare, si miræ antiquitatis pulchritudinisque oratorium, quod hic, Anastasio per verba recitata testante, in domo sua habuit, fuerit reipsa, uti hic scriptor sese æstimasse indicat, sancto nostro martyri consecratum, consectarium e recitatis Anastasii verbis erit, ut is etiam Romæ, et quidem ante sæculum nonum, quo idem Anastasius floruit, qualicunque saltem cultu ecclesiastico fuerit gavisus. Verum cum duo etiam Italiæ martyres, Demetrii nomine distincti, alter Verulis, alter Ostiæ, in Romano martyrologio ascribantur, nec Anastasius quidquam, e quo se Demetrium, oratorium in Joannis diaconi domo habentem, homonymum esse Thessalonicensem martyrem, collegerit, in medium adducat, fueritne Demetrius noster, an alius sanctus homonymus, reipsa Romæ sæculo nono ac forte etiam citius cultus, solis hunc transcriptis Anastasii verbis innixus pro certo asseverare non ausim, licet interim, quod hic scriptor

A vir haud rudis exstiterit, eaque quæ in litteras misit, sat diligenter examinasse videatur, res utcunque verosimile queat haberi.

142. Pari fere de causa, nostrone de Sancto, an de alio homonymo Carolus, Novariensis episcopus, dum lucubrationis a se adornatæ, quam *Novariam* inscripsit, lib. I, pag. 184 ita scribit: « Colitur (Novariæ nimirum) in eadem ecclesia sancti Julii etiam Demetrius martyr die 11 Maii, fuitque in ea altare ei dicatum; de cujus tamen translatione nihil habeo, quod referam, » sermonem instituat, dubitandum existimo, certeque de alio Demetrio martyre, quam de nostro, loqui ipsum crediderim, si Novarienses Demetrii, quem 11 Maii, forte quod hoc die sacrum illius corpus olim acceperint,
B in Sancti Julii ecclesia colunt, integrum ad se corpus aliquando fuisse translatum, contendant, seu potius hodieque aut saltem olim integrum possederint. Rationem, ob quam ita existimem, quisque ex iis, quæ num. 11 de sacris Sancti nostri reliquiis corporeve, Thessalonica nunquam alio secundum omnes sui partes avecto, disserui, facile intelliget. Porro nec melius, Demetrione nostro, an alteri martyri homonymo ecclesia parœciæ, Sancti Demetrii nomine in Britannia Aremorica insignitæ, quæ in Vita sanctæ Gildæ abbatis, ad 29 Januarii diem, quo is colitur, apud nos edita, num. 27 memoratur, consecrata sit, habeo perspectum. Verum alia præterea ecclesia,
C quam sancto nostro Demetrio exstructam consecratamque fuisse, indubitatum est, hic modo etiam memoranda occurrit.

143. Cyprianus quidam in Africa episcopus, infeliciter, uti *Miraculorum edendorum* lib. II, cap. 6, sede tamen, quam hic occuparit, nuspiam indicata, memoratur, a Slavis, cum Byzantinum negotii cujuspiam causa peteret, captus, duramque ita in servitutem delapsus ab apparente sibi sancto Demetrio seque viæ, qua Thessalonicam aufugeret, ducem præbente in libertatem fuit assertus. Hinc in Africam reversus, quo sese sancto Sospitatori suo gratum exhiberet, templum insigne, opem ei iterum mirabiliter ferente sancto martyre, exstruxit, eidemque dedicavit. Porro cum miraculum, quod in
D laudati episcopi gratiam Sanctus patravit, sæculo nono aut forte etiam paulo citius, uti in Adnotatis eidem subdendis docebo, evenerit, certum omnino est, in Africam tum etiam propagatum fuisse Demetrii nostri cultum, quem ibidem etiam incrementa temporis lapsu sumpsisse, fas est colligere vel e solis, quibus miraculi istius narratio, ab Anastasio Bibliothecario in compendium contracta, apud Mabillonium tom. 1 *Veterum Analectorum* pag. 95 terminatur, sequentibus hisce verbis: « Per orationes ejus (sancti Demetrii videlicet) si quis infirmus in eodem templo per Cyprianum nempe episcopum exstructo) devotus advenerit, si perunctus fuerit de oleo lampadis ejus, illico sanabitur. »

144. Huic porro ecclesiæ, quam, nomini suo sa-

eram, Sanctus in Africa habuit, altera adhuc, procul ab ea remota, quam dedicatam sibi Demetrius in Cappadocia olim habuit, adjungenda est. Ita te *Miraculorum edendorum* libri tertii, cap. quintum et ultimum docebit, e quo etiam, locum illum sacrum frequenti ad hunc fidelium, sancti Demetrii opem implorantium, concursu, patratisque ejusdem patrocinio miraculis illustratum fuisse, intelliges; ut sane, nisi citati *Miraculorum* libri auctor anonymus a vero, quod autem haud ausim asserere, hic aberret, sanctum nostrum in Cappadocia etiam veneratione, Sanctis deferri solita, fuisse gavisum, dubitandum haud appareat. Nec hac illum apud Russos, Syros, Coptitasque fuisse destitutum, vel ex eo certum apparet, quod horum omnium, ut supra docui, *Fastis sacris* ad 26, quo etiam a Græcis colitur, Octobris diem sit insertus. Porro Bailletus, tom. III *Vitarum*, col. 115 sub finem verbis Gallicis, Latine a me redditis, sic scribit: « Non dubitatur, quin Demetrii Thessalonicensis sit cultus Parisiis stabilitus in parva sancti Dionysii Passus post Deiparæ templum ecclesia, ubi sacellum in ejus honorem consecratum est, reliquiæque, quas illius esse contendunt, servantur. » Ita ille: Ac merito sane, quin sancti Demetrii cultus, Parisiis in parva verbis his memorata ecclesia stabilitus, ad sanctum nostrum spectet, non dubitari, facilius vel idcirco existimo, quod, cum Demetrius sacrarum in Terram sanctam expeditionum tempore non semel sese, uti in *Analectis*, quæ tribus *Miraculorum edendorum* libris subjungam, docebo, Christianis occidentalibus auxiliatorem adversus infideles præbuerit, mirum neutiquam, si non tantum Parisiis, sed et pluribus aliis Ecclesiæ occidentalis locis cultu ecclesiastico honoraretur, deberet accidere.

145. At vero aliud adhuc, quod unusquisque haud immerito miretur, commemorandum hic restat. Apud ipsos etiam Turcas Sanctus in veneratione est. Ita ex libro, qui *Ars factorum historicorum, chartarum*, etc., *notas chronicas examinandi* inscribitur, intelligo. En verba, huc spectantia, quæ pag. 154 in eo occurrunt, e Gallicis Latina a me facta. « Hic sanctus (Demetrius nimirum) ab Italis sancti Dimitri appellatur. Turcæ nomine Casin-Giuni eum designant. Fabulosas suas, ait princeps Cantimirus, de eo habent legendas, Musulmanumque fuisse eum asseverant; quod et de sancto Georgio, qui apud eos Hydyrlez vocatur, affirmant. Festa amborum horum sanctorum iisdem, quibus Christiani orientales, scilicet 24 Aprilis, et 26 Octobris, celebrant. Ad dies hosce Turcæ expeditiones suas ordinant. Post 23 Aprilis diem in campum copias educunt, servitioque militari 26 Octobris finem imponunt. » Principis Cantimiri opus, quod verbis hisce abs *Artis* cit. auctore laudatur, ad manum non habeo; quapropter penes hunc quantum ad ea quæ hic tradit, fidem stare volo. Turcasque, qui, quod sane mirum est, sectæ suæ Demetrium, utut diu ante hanc exortam floruerit, ascribunt, in veneratione eum habere, haud difficulter credo, eo etiam propendens, ut e veneratione, qua in illum feruntur, fortassis factum putem, ut tandem celeberrimum Thessalonicense Sancti templum (adi num. 92) Christianis eripuerint, atque in sectæ suæ fanum converterint.

PASSIO PRIMA

AB AUCTORE ANONYMO SCRIPTA ATQUE AB ANASTASIO BIBLIOTHECARIO E LINGUA GRÆCA IN LATINAM CONVERSA.

Ex editione Mabillonii cum variis mss. et Photiana Passione collata.

—

PROLOGUS.

1. Domino piissimo imperatori Karolo (1) semper augusto, Anastasius (2) exiguus coronam et regnum cum Christo. Beati Demetrii Thessalonicensis martyris passionem atque miracula hortantibus fratribus, et maxime viro peritissimo Joanne Diacono (3), vestræ fidei puritate ac scientiæ claritate notissimo,

(1) Ei scilicet, qui cognominatus fuit Calvus, annoque 877 obiit, uti in Commentario prævio num. 15 docui.

(2) Hic non alium, quam qui a S. R. E. munere, quo functus est, bibliothecarius cognominatur, Vitamque sancti Dionysii Areopagitæ, Latinitate a se donatam, ad Carolum Calvum imperatorem anno 876 misit, Anastasium designari, indubitatum apparet; quodnam autem ante tempus Anastasius hic sancti Demetrii, Thessalonicensis martyris, quam hic damus, Passionem e lingua Græca in Latinam converterit, Commentarii prævii num. 15 vide expositum, intelligesque etiam ex ibidem dictis lucubrationem isthanc ab Anastasio ad Carolum Calvum imperatorem anno 875 aut altero e binis sequentibus missam fuisse.

(3) Hunc esse illum ipsum Joannem, S. R. E. diaconum, in cujus gratiam *Collectanea Græca*, a Sirmondo edita, Latinitate, ut eidem Joanni, ecclesiasticam Historiam meditanti, adjumento essent, Anastasius donavit, Mabillonius tom. I *Veterum Analectorum*, pag. 96 affirmat, nec, quantum opinor, a veritate in hac sua assertione deviat.

nuper de Græco in Latinum transtuli sermonem (4), qui præfatus Joannes hujus martyris, in domo quidem sua, miræ antiquitatis et pulchritudinis oratorium habebat, tamen, qualis iste martyr Christi esset, ignorabat.

2. Ego vero, sicut expertus sum apud Thessalonicam, ubi pretiosum corpus ejus conditum redolet (5), et splendore miraculorum refulget, innotui ei per ordinem (6). Sed quia imperium vestrum A tanti Agonistæ fraudari notitia novi, vobis quoque id ipsum opportune mittere procuravi, quatenus vestra magnitudo cum intercessionibus sanctorum et amicorum Dei, istius quoque prece apud Deum obtinere gratiam valeat, et perfrui mereatur gloria sempiterna. Rex regum et Dominus dominantium regnum vestrum dextera sua protegat, et de temporali ad æternum transferat regnum.

CAPUT UNICUM.

Sanctus fidem prædicat, Maximiano imperatori, ad gladiatorum spectaculum properanti captivus sistitur, illiusque jussu custodiæ primum mancipatur, ac deinde etiam occiditur.

Cum imperator Maximianus in Thessalonicensium degeret civitate (7), homo superstitiosus piæ religionis auditores persequebatur, et interficiebantur ab eo (8). Inter quos erat beatus Demetrius, manifestum faciens semetipsum absque ullo timore, qui a juventute et bona egerat opera, et alios docuerat. Docebat enim, qualiter divina Sapientia descenderat ad terram de cœlo, ut hominem, qui mortuus fuerat peccato, vivificaret sanguine proprio (9).

4. Cum hæc et alia multa prædicaret, quidam ministri imperatoris, qui ad capiendos Christianos fuerant deputati, tenentes sanctum Demetrium imperatori obtulerunt Maximiano. Contigerat enim ire imperatorem ad stadium civitatis propter eos qui ad singulare certamen fuerant congressuri; illic enim parabatur per quasdam tabulas circulus circumseptus, ubi suspecturus erat eos qui B ex adverso invicem theatrice se impugnarent (10). Quia delectatio erat ei aspicere humani sanguinis fusionem.

5. Verumtamen non sine cura et sollicitudine habebat quod esse sibi delectabile cernebatur. Flagrabat nomine monomachum, qui jam multos virtute ac mole corporis abusus, exstinxerat, occidendi experimentum per meditationem et consuetudinem possidens. Hunc eo quod omnes formidarent, et nullus, ei qui resisteret, videretur, inter primos Maximianus habebat, et diligebat, et libenter in eum respiciebat.

6. Laudabat autem et mirabatur, et quasi super magna re in superbia viri gloriabatur (11). Porro-

(4) E voce *nuper*, qua hæc Anastasii assertio C afficitur, simulque ex eo, quod Anastasius anno 875 aut altero e binis seq., uti ad lit. *b* docui, ad Carolum Calvum imperatorem Sancti nostri Passionem miserit, consectarium est, ut hunc certe diu ante annum 875 e Græco in Latinum sermonem transtulerit.

(5) Alludatne hic Anastasius ad unguentum, quod, cum Thessalonicæ versaretur ac proin ætate seu sæculo nono e sancti nostri Thessalonicæ tumulo prodigiose scaturierit, pro certo asseverare non ausim, licet interim jam inde ab eo tempore miraculum istud habuisse locum, indubitatum appareat, uti in Commentario prævio § 8 videre licet.

(6) Utinam Anastasius ut, quo de cultu, quem Sanctus noster scriptoris illius ætate seu sæculo nono Romæ habuerit, certo constaret, quidquam hic protulisset, unde sibi, sanctum Demetrium, cui Joannes diaconus in domo sua oratorium consecratum habebat, unum eumdemque cum sancto D nostro Thessalonicensi martyre homonymo esse exploratum exstiterit! Vide Commentarii prævii num 141.

(7) Cum de Maximiano imperatore, sub quo sanctus Demetrius martyrium subiit, sermo hic sit, non alium, quam Maximianum Galerium hic designari, necesse est. Adi Commentarium prævium num. 57 et seq.

(8) In codice nostro signato † ms. 84, uti et in ms. Rubeæ-vallis exemplari habetur: «Cum imperator Maximianus in Thessalonicensium degeret civitate, homo superstitiosus, piæ religionis auditores persequebantur et interficiebantur.» Verum nostra lectio, Latina constructione spectata, indubie præstat; utrum autem et textui Græco, qui respondens imperfecto *persequebantur*, sensum passivum hic habenti hujusque nihilominus haud capaci, deductum a verbo διώκειν, passivam simul et terminationem et significationem admittenti, tempus verosimillime complectitur, conformior exsistat, pro certo nequeo edicere, cum Græcam sancti nostri Vitam, quam Latinam Anastasius fecit, ad manum non habeam. Interim, cum Mombritius legam «Cum imperator Maximianus in Thessalonicensium degeret civitate, piæ religionis auditores persecutionem patiebantur et interficiebantur ab eo,» nescio, an forsan primævus textus Græcus Latine haud aptius conformiusque ad auctoris sensum redderetur hoc modo: «Cum imperator Maximianus, homo superstitiosus, in Thessalonicensium degeret civitate, piæ religionis auditores persecutionem patiebantur et interficiebantur ab eo.»

(9) Non tantum prædicasse aliosque docuisse, sed et civitatem Thessalonicensem ad Christum adduxisse sanctum Demetrium, Passio ejus, a Photio in Bibliotheca suppeditata, docet; et sane Sanctum, si non totam civitatem Thessalonicensem fidei lumine illustravit, multum tamen in ea protulisse fructum, sat certum apparet. Adi Commentarium prævium num. 37 et tribus seqq.

(10) In mss. nostris Trevirensi sancti Maximini et Rubeæ-vallis exemplaribus, quibus etiam codex noster signatus † ms. 84, consonat, ita legitur: «Hic enim parabatur per quasdam tabulas circulus circumseptus, ubi suscepturus erat eos, qui ex adverso invicem theatrice impugnaverant.» Verum nec hæc, nec nostra lectio, utut ista etiam aliquando forte melior, admittenda videtur. Lectorem cur ita existimem docebo in Adnotatis, quæ infra subjungam textui, qui transcriptis hisce Passionis Anastasianæ verbis in Passione Sancti altera, proxime huic, e qua etiam, uti in Commentario prævio num. 15 et seq. docui, promanasse videtur, subjicienda, respondet.

(11) Photiana Sancti Vita de Lyæo, qui alias Lycus aut etiam Libeus vocatur, hoc loco duntaxat

eum prope stadium pervenisset, tunc adducunt ei, qui ceperant, beatum Demetrium. Audiens autem imperator, quod Christianus esset, quia se totum ad præsentiam spectaculi contulerat, beatum Demetrium jussit ibidem juxta stadium exsistere et penes publicum balneum custodiri. Ipse vero imperator residens, Lyæo introducto, interrogabat, quis singulare cum eo vellet inire certamen, dona promittens et proponens (12).

7. Et quidam adolescens nomine Nestor (13), a superioribus exsiliens gradibus, adversus Lyæum stabat, singularem conflictum arripere cupiens: ita ut obstupescens Maximianus vocaret ad se Nestorem, qui ad hoc exsilierat, illique daret consilium dicens : Novi, quod te pecuniarum egestas ad tantum phantasiæ fecerit elevari, ut aut superans divitias repentinas acquiras, aut voto fraudatus, eum vita molestante careas egestate. Ego autem tibi ob miserationem qua adornaris ætatis, dabo etiam pro solo ausu condigna et sufficientia dona, et vade, habeas cum vita etiam dona. Lyæo vero temetipsum ne objicias, quoniam multos te potentiores devicit.

8. His Nestor auditis, nec recipit monita imperatoris, neque formidavit de virtute Lyæi, imperatori autem respondit : Nec pecuniis, ut asseruistis, ad hunc agonem veni, sed ut meliorem Lyæo memetipsum reddam (14). Mox ergo tam imperator, quam hi qui circa erant, Lyæo faventes, in iram dictis Nestoris consurgunt (15), jactantiam ejus non ferentes : imperator vero confortabat Lyæum, et fidum eum reddebat. At ille dignum se imperatorio judicio festinabat ostendere. Cumque facta fuisset

A congressio, mortalem Lyæus suscepit ictum, et protinus mortuus est, et extremam fecit imperatori confusionem.

9. Unde nec ullis pactis et repromissis pecuniis Nestori recompensans (16), sed mox in suo solio resilivit, et tristis ad palatium reversus est. Cum autem ei quidam de Demetrio suggessissent, statim in ira permotus in ipso loco, in quo fuit retentus, jussit eum lanceis perforari. Ita beatus Demetrius bonæ confessionis martyrium consummavit. Corpus vero ejus ab interfectoribus parvipensum est : sed quidam religiosi viri noctu latenter venerunt, et sumentes illud ex ipsis, in quibus projectum fuerat pulveribus, et comportata terra, quantum potuerunt, abscondere curaverunt, ne læsionem ab aliquo B de trucibus et cruentis animalibus sustineret (17). Nulli autem post hæc curæ fuit transferre corpusculum Sancti, sed manebat sub signo (18).

10. Porro ut modicum celebraretur, non pauca in eodem loco facta sunt virtutum ac sanitatum insignia his, qui fide eum invocabant. Cum jam fuisset meritum martyris divulgatum, Leontius quidam (19) Deo amabilis, vir adornans thronum Illyricorum præfecturæ, domum, quæ sanctissimum continebat martyris corpus, cum humillima esset, et undique obruta et coangustata porticibus publici balnei ac stadii, universa nocentia mundavit et expurgavit, pædiisque ampliaribus dilatavit eam (20), et erexit ibi oratorium (21) in honore sancti martyris C Demetrii, ad laudem Domini nostri Jesu Christi, cum quo est Patri et Spiritui sancto gloria, honor et imperium in sæcula sæculorum.

habet : « Erat autem gladiatorum alter maximus tyranni amicus, qui omnium optime videbatur pugnare, nomine Lyæus. »

(12) Duos duntaxat, Lyæum videlicet et Nestorem, die illo, quo Maximiano, ad gladiatorum spectaculum properanti, sanctum Demetrium captum stiterunt, singulari certamine decertaturos fuisse, Photiana illius, prout Latine versa exstat, Passio indicare videtur, uti etiam Nestorem gladiatorem fuisse. Verbis enim, ad litteram præcedentem recitatis, proxime hæc habet subnexa : « Qui autem cum illo (Lyæo nimirum) eo die depugnaturus venerat, plebeius erat, juvenis ætate, nomine Nestor. » Verum verba, ad litt. præced. recitata, e quibus illud, si una cum verbis, hic jam transcriptis, considerentur, apparet, Græco Photii textui haud sat accurate consonant. Hic enim sic habet : Ἦν δὲ τῶν μονομάχων ὁ μάλιστα τῷ τυράννῳ καὶ φιλούμενος καὶ δοκῶν κατὰ πάντων ἀριστεύειν, Λυαῖος ὄνομα. Hæc autem Græca verba, strictiori interpretatione adhibita, ita sonant Latine : « Erat autem gladiatorum ille (non alter, quod bene notandum) qui a tyranno et maxime diligebatur et contra omnes pugnando prævalere posse videbatur, nomine Lyæus.

(13) Plebeium hunc fuisse, Photiana Sancti Vita (adi, quæ ex hac ad litt. præced. dedi, verba) diserte tradit, idque etiam, quæ hic mox in Anastasiana Sancti Vita de Nestore subduntur, satis ostendunt.

(14) Ms. Trevirense sancti Maximini habet : « Sed ut meliorem Lyæo memetipsum ostendam. »

(15) In ms. Rubeæ-vallis legitur : « Irati sunt dictis Nestoris. »

(16) In ms. Trevirensi sancti Maximini additur *victoriam*.

(17) Qui Sancti corpus a fidelibus fuerit sepultum, in Photiana ejus Passione ita exponitur : « Pii vero corpus martyris clam de nocte, quando illis imD piorum terror permittebat, in ruderibus, in quibus interfectus erat, effossa terra, sepeliunt. »

(18) Voci huic substituendum puto *terra* vel *humo*, rationemque, cur ita existimem, Commentarii prævii num. 78 exposui.

(19) Hic verosimiliter sæculo quinto ineunte floruit. Adi Commentarium prævium num. 74.

(20) Ms. Rubeæ-vallis habet *ditavit*.

(21) Ne hinc inferas ædem sacram, quam Leontius sancto Demetrio Thessalonicæ exstruxit, exiguæ duntaxat molis ædificium fuisse. Videsis, quæ Commentarii prævii § 7 disputata sunt.

PASSIO ALTERA

AUCTORE ANONYMO (1).

E Bibliothecæ Vaticanæ codice 821, interprete Cornelio Byeo.

—

CAPUT I.

Sanctus fidem prædicat, comprehenditur, ad Maximianum adducitur, custodiri ab hoc jubetur, a Nestore, contra Lyæum pugnaturo, convenitur, illique benedicit.

α'. Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ Ἑρκούλιος, ὑποτάξας Γότθους καὶ Σαυρομάτας τοῖς Ῥωμαίοις, κατελθὼν ἐν τῇ Θεσσαλονικέων πόλει διέτριβε, δυσευδαίμων καὶ θεομάχος ἄνθρωπος, καὶ εἰς βάθος τῆς πλάνης ὀλισθηκώς. Ἐφαιδρύνετο τότε ἡ τῶν εἰδώλων πλάνη πανταχοῦ τιμωμένη, καὶ δωρεῶν μεγίστων ἀξιουμένη. Ἐδίωκον γὰρ οἱ τῶν θεῶν θεραπευταὶ τοὺς Χριστὸν ὁμολογοῦντας Θεοῦ Υἱὸν, καὶ ἀκινδύνως κατέσφαττον τοὺς τῆς ἀληθινῆς σοφίας θεραπευτάς. Ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ μακαριώτατος Δημήτριος, ἐμφανῆ ποιῶν ἑαυτὸν, καὶ οὐδένα φόβον ἢ κίνδυνον ὑποστελλόμενος. Βιον μὲν καθαρὸν καὶ ἄμεμπτον ἐκ νεότητος ἐπιδειξάμενος, τὸν σωτήριον λόγον ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ μεταδιδοὺς τοῖς προστυγχάνουσι, καὶ διδάσκων μετὰ προθυμίας, πείθων τε καὶ διαλεγόμενος κατὰ τὸ ἀποστολικὸν ἔνταλμα τοῦ μακαρίου Παύλου πρὸς B τὸν ἅγιον Τιμόθεον γράψαντος, καὶ ὑποθέσθαι καταξιώσαντος τὸ *Ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως*.

β'. Οὕτως οὖν ὁ μακαριώτατος Δημήτριος ἐκ γένους τῶν περιδόξων, καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς ὑπάρχων, ἐκσκέπτωρ τὸ πρῶτον στρατευσάμενος, καὶ ἀνθύπατος γεγονὼς Ἑλλάδος, καὶ ὑπάτου ὡραιῶνα ἔλαβεν ὑπὸ τοῦ βασιλέως Μαξιμιανοῦ. Αὐτὸς δὲ πᾶσαν γήϊνον δόξαν εἰς οὐδὲν λογισάμενος, τοὺς ζωοποιοὺς ἐποιήσατο λόγους, ἑρμηνεύων τε καὶ δεικνὺς, ὅτι τὸν ἀπολωλότα ἄνθρωπον, καὶ ταῖς ἰδίαις ἀνομίαις τεθανατωμένον, ἡ πάνσοφος τοῦ Θεοῦ Λόγου κατὰ σάρκα παρουσία, διέστησεν μὲν ἀπὸ τῆς πλάνης, ἀπεκάθηρε δὲ ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ παντὸς σκότους, φῶς δὲ ἀνέτειλεν, καὶ ἡμέραν ἐλευθερίας ἐν

A 1. Maximianus, qui et Herculius (2), Gothis Sauromatisque Romano imperio subactis (3), reversus in Thessalonicensium commorabatur civitate, homo infelix et Deo inimicus et in erroris profundum delapsus. Florebat tunc idolorum insania, ubique culta maximisque muneribus honorata; deorum enim ministri eos, qui Christum confiterentur Filium Dei, persequebantur, impuneque occidebant veræ Sapientiæ cultores. Quos inter erat et beatissimus Demetrius, qui, metum etiam nullum aut periculum curans, manifestum faciebat semetipsum, quique, vita sane pura irreprehensibilique a juventute ducta, salutis verba in se habebat, obviisque tradebat, cum animi alacritate et docens, et instans et arguens secundum apostolicum præceptum beati Pauli ad sanctum Timotheum (4) scribentis, illudque » *Insta opportune, importune* », inculcare satagentis.

2. Sic itaque beatissimus Demetrius, ex illustri senatorioque genere oriundus (5), cum primum exceptoris officio (6) militasset, Græciæque deinde proconsul creatus esset, consularia etiam insignia ab imperatore Maximiano accepit; ipse autem, omnem mundi gloriam nihili faciens, salutem afferentia verba faciebat, explicans atque ostendens, qui hominem perditum, propriisque peccatis mortuum omniscii Dei Verbi secundum carnem adventus ab errore quidem abstraxerit, ab omni autem iniquitate omnique caligine expurgarit, lumen porro oriri fecerit, libertatisque in anima

(1) Quidquid de scriptore hoc, qui fortassis jam C inde a sæculo sexto floruit, scitu præcipue dignum est, Commentarii prævii § 2 exposui.

(2) Imperator, sub quo sanctus Demetrius martyrio coronatus est, non Herculius, sed Galerius cognominatus fuit, quemadmodum, quæ Commentarii prævii num. 57 et seq. in medium adduxi, fidem faciunt.

(3) Quaudonam Gothi Sauromatæque seu Sarmatæ hic memorati, a Maximiano Galerio fuerint subacti seu profligati, Commentarii prævii num. 60 lectorem edocui.

(4) Epistola 2, cap. 4, v. 2.

(5) Senatorio genere ortum esse Sanctum, nec in Photiana, nec in Anastasiana ejus Passione fundamentum habet; quare, cum nec aliunde, quo jam illustres Demetrii natales possumus asseruere, quidquam occurrat, senatorione, an altero genere oriundus hic sit, est dubium. Adi Commentarium prævium num. 30 et seq.

(6) Vocabulum *exceptor*, generice acceptum, significat scribam, atque adeo hic illum, qui, quæ quantum ad res militares in libros referenda erant seu notanda, litteris mandabat. Adi Cangium in Glossario mediæ et infimæ Latinitatis ad vocaculum *Exceptor*, quod præterea idem, quod vocabulum Græcum Ἐκσκέπτωρ significat, uti idem scriptor in Glossario mediæ et infimæ Græcitatis docet. Verum anne Sanctus militari exceptoris officio reipsa etiam, uti hic asseritur, functus fuerit, mihi ambigendum apparet, uti etiam an unquam, quod mox hic subditur, ad proconsulis Græciæ dignitatem fuerit promotus. Etenim tam hoc, quam illud memoriæ hic primum proditum fuisse videtur ab anonymo Sancti nostri biographo, qui, cum ab hujus ætate aliquot sæculis abfuerit, fidem ea in re certam haud meretur.

bus eorum, qui eum recipiunt, produxerit diem, qui justitiam, mansuetudinem, pacem, charitatem, spem vitæ æternæ præbet, temporaria abjicit, æternum atque incorruptum pignus confert, resurrectionem a mortuis, ingressumque in paradisum conciliat.

3. Cum hæc audacter doceret beatus martyr Demetrius, sermonemque illum fidei operibus confirmaret; multi autem propterea ex ethnicorum multitudine ad eum accederent, atque ad occidentalem magni fori civitatis plagam in loco ibidem sito, qui Ænea porticus vocabatur, ubi etiam sub adjacentis balnei publici subterraneis fornicibus cœtus agere solebat, famaque illius per totam civitatem viciniamque spargeretur, imperatoris milites una cum lictoribus publicis, quibus, ut in Christianos inquirerent, erat injunctum, Demetrium comprehensum (neque enim fugiens, sed consueta cum fratribus religionis ministeria obiens captus est) Maximiano Dei inimico, veluti maximam prædam, stiterunt, futurum existimantes, ut imperatori maxime probarent, quantam diligentiam, ne Christianus ullus, utpote et ipsos, qui celsioris conditionis essent, prodentes absconditus maneret, impenderent.

4. Contigit autem ut is, quod singulari certamine decertaturos, reliquaque pentathli lusus (7) spectacula edituros cerneret ad civitatis theatrum, quod stadium dicitur, adiret. Illic enim e tabulis quibusdam sepimentum, in altum suspensum, quod ingredientes suscepturum erat, circuli in modum ei erat paratum (8); cernere enim humani sanguinis effusionem, delectatio ei erat, nec tamen absque cura seu sollicitudine, quod ei spectandum dabatur, poterat intueri. Amore autem ferebatur imperator erga quemdam monomachum, nomine Lyæum, e Wandalorum gente exsistentem (9), fortitudine magnitudineque corporis eximium, qui non modo Romæ, sed et Sirmii (10) Thessalonicensiumque in civitate multos duello, utpote ex exercitatione consuetudineque haud vulgarem occidendi peritiam nactus, necarat.

5. Hunc, cum omnibus, quod nemo cum eo posse congredi videretur, esset terrori, imperator inter primos, quod et continuo facere affectabat, habebat placidiorique vultu intuebatur: laudabat

A ταῖς ψυχαῖς τῶν δεχομένων αὐτὴν ἀπειργάσατο, δικαιοσύνην, ἐπιείκειαν, εἰρήνην, ἀγάπην, ἐλπίδα ζωῆς περιποιοῦσαν αἰωνίου, τὰ πρόσκαιρα μὲν ἀποῤῥίπτουσαν, τὸν δὲ ἀΐδιον καὶ ἄφθαρτον ἀῤῥαβῶνα παρέχουσαν, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς παράδεισον προξενοῦσαν ἐπανάζευξιν.

γ'. Ταῦτα διδάσκοντος τοῦ μακαρίου μάρτυρος Δημητρίου μετὰ παρουσίας, καὶ τὸν λόγον τοῦτον πρακτικῶς βεβαιοῦντος διὰ τῆς πίστεως· πολλῶν δὲ αὐτῷ διὰ ταῦτα ἐκ τῆς τῶν Ἑλλήνων πληθύος προσιόντων, καὶ συνευρισκομένων ἐκ δυσμῶν τοῦ τῆς πόλεως μεγαλοφόρου ἐν τῇ ἐκεῖσε Χαλκευτικῇ λεγομένῃ στοᾷ, ἔνθα καὶ εἰώθει τὰς συνόδους ποιεῖσθαι ὑπὸ τὰς τοῦ ἐγγὺς δημοσίου λουτροῦ ὑπογαίους καμάρας, μεγαλυνομένης τε τῆς περὶ αὐτὸν φήμης καθ'
B ὅλης τῆς πόλεως καὶ τῆς περιχώρου, οἱ τὴν ἀναζήτησιν τῶν Χριστιανῶν στρατιῶται τοῦ βασιλέως ἅμα τοῖς δημοσίοις προστεταγμένοις ποιεῖσθαι, συλλαβόντες τὸν μακάριον Δημήτριον (οὐδὲ γὰρ φεύγων συνελήφθη, ἀλλὰ τὰς συνήθεις ἅμα τοῖς ἀδελφοῖς ἱερουργῶν λατρείας) τῷ θεομάχῳ Μαξιμιανῷ καθάπερ τι μέγιστον θήραμα προσήγαγον, οἰόμενοι ἑαυτοὺς μάλιστα τῷ βασιλεῖ παραθέσθαι, εἰ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ μηδένα Χριστιανὸν λανθάνειν ἐπιδείξαιντο, τὸ καὶ τοὺς ὑπεροχῇ ὄντας καταμηνύοντες.

δ'. Καὶ ὁ μὲν ἔτυχεν ἐπὶ τὸ τῆς πόλεως θέατρον τὸ καλούμενον στάδιον ἀνιέναι θέας ἕνεκεν τῶν μονομαχεῖν μελλόντων, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ πεντάθλου θεάματα ἐπιτελούντων· ἐκεῖ γὰρ αὐτῷ παρεσκεύαστο
C διά τινων σανίδων περιπεφραγμένος κύκλῳ ἐν ὕψει κρεμάμενος, ὃ δέχεσθαι μέλλων τοὺς ἐν αὐτῷ εἰσιόντας, διότι τέρψις ἦν αὐτῷ τοῦ βλέπειν ἀνθρωπίνων αἱμάτων ἔκχυσιν. Πλὴν οὐκ ἐκτὸς φροντίδος ἢ μερίμνης εἶχε τὸ ὁρώμενον· διέκειτο γὰρ ὁ βασιλεὺς περί τινα μονομάχον Λυαῖον ὀνόματι ἐκ τοῦ ἔθνους τῶν Οὐανδάλων ὑπάρχοντα, ἰσχύι καὶ μεγέθει σώματος ἀνεσταλμένον, ὃς οὐ μόνον ἐν Ῥώμῃ πολλοὺς εἰς τὴν λοῦδον ἀνῃρήκει, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ Σερμίῳ, καὶ ἐν τῇ Θεσσαλονικέων πόλει· διέτρεχε γὰρ διά τε τῶν σανίδων καὶ τοῦ μαγγάνου, ἅτε διὰ πολλὴν ἐμπειρίαν εἰς τὸ φονεύειν διὰ μελέτης καὶ συνηθείας κεκτημένος.

ε'. Τοῦτον, ἐπειδήπερ ἅπαντες ἐδεδοίκεσαν διὰ τὸ μηδένα αὐτοῦ ἀνταγωνιστὴν ἀναφαίνεσθαι, ἐν πρώ-
D τοις εἶχεν ὁ βασιλεὺς, ὃ καὶ φιλεῖν ἐπεδείκνυτο, καὶ ἡδέως ἔβλεπεν εἰς αὐτόν· ἐπῄνει δὲ καὶ ἐθαύμαζε

(7) Id est, certaminis gymnici, quod quinque certaminibus, cursu videlicet, lucta, pugilatu, saltu et jaculo, ut Festus docet, constabat. Adi ad vocabulum *Quinquertium* Pitisci *Antiquitatum Romanarum* Lexicon.

(8) Cum hic de cellula seu de suggestu, quod Maximiano aliisque ingressuris, prout hodie in theatrorum aulis usuvenit, præparatum esset, sermo ius itui videatur, ita Latine ultimam hanc Græcam periodum interpretandam duxi, substantivumque in ea, cum quo participium περιπεφραγμένος concordare deberet, vel esse omissum vel certe hoc ad significandum sepimentum substantive adhiberi, existimo, idque vel idcirco maxime, quod substantivum κύκλῳ, participio isti subjectum in dativo ponatur, adeo ut significari haud possit circulus circumseptus, prout Anastasius Bibliothecarius (adi Adnotata, Vitæ præcedenti sub num. 10 subjecta) existimasse videtur.

(9) Wandalum natione fuisse Lyæum, nec in Anastasiana Photianave Sancti Vita, nec in monumentis, scriptoribusve ullis, fidem certam facere natis, asseveratur; quare etiam, anne illud veritati consonet, est dubium.

(10) Civitas hæc, licet modo Slavoniæ urbicula duntaxat sit, Demetrii tamen ætate seu sæculo quarto ineunte erat amplissima frequentissimaque, nec ante annum circiter 441, quo ab Attila fuit excisa, a florenti, in quo tunc erat, statu excidit.

τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίας αὐτοῦ, καὶ εἰς τὴν περιφάνειαν αὐτοῦ ἐσεμνύνετο. Ὅτε δὴ πλησίον ἐγένετο τοῦ σταδίου, κατιόντος αὐτοῦ ἐκ τοῦ ὀχήματος, τότε μηνύσαντες προσάγουσιν τῷ Μαξιμιανῷ τὸν μακάριον οἱ συνειληφότες Δημήτριον. Πειθόμενος δὲ εἰ ἐπιμένει τὸν Χριστὸν προσκυνῶν, καὶ μαθὼν καὶ ἑτέρους αὐτὸν διδάσκειν τὸν ἐσταυρωμένον σέβειν, ἤχθη μὲν πρὸς αὐτόν.

A autem ac mirabatur ætatis ejus vigorem, nec aliter quam de magna re, de viri superbia gloriabatur. Cum porro ad stadium jam venisset, atque e curru descendisset, beatum Demetrium, qui eum ceperant, ad Maximianum, rei præmonitum, tunc adducunt. Inquirens autem, an Christum adorare pergeret, eumque etiam alios, ut Crucifixum adorent, doctrina sua impellere, edoctus, jussit illum ad se duci.

ς'. Ἰδὼν δὲ τὴν παῤῥησίαν τοῦ ἀνδρὸς, Χριστιανὸν ἑαυτὸν ἀποκαλοῦντος, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπομεῖναι θαῤῥοῦντος, εἶτα καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πάνυ ὡραῖον γενόμενον, καὶ τῶν προκειμένων θεαμάτων ὅλος ὤν, τὸν μὲν ἀοίδιμον μάρτυρα ἐκέλευσεν αὐτὸν παρὰ τὸ στάδιον δημοσίου γειτνιῶντος βαλανείου περὶ τὰς τῶν ἐκεῖσε καμίνων φρουρεῖσθαι καμάρας. Ἔνθα φυλαττόμενος, ὁρᾷ σκορπίον ἐκ τῆς γῆς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἀνελθόντα, πειρᾶσθαι δὲ τῷ κέντρῳ πλῆξαι τὸν ἅγιον. Ὁ δὲ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ ποιήσας κατὰ τοῦ σκορπίου, καὶ προσαρτήσας αὐτὸν νεκρὸν ἀπέδειξεν. Παραχρῆμα δὲ ἄγγελος Κυρίου ἐλθὼν στέφανον ἐπέθηκε τῇ κορυφῇ τοῦ μάρτυρος, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Εἰρήνη σοι, ἀθλητὰ τοῦ Χριστοῦ, ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου.

6. Viri autem, Christianum sese agnoscentis et quæcumque pro Domini nostri Jesu Christi nomine sufferre audentis, constantiam, vultumque ejus maxime venustum conspicatus, quod totus spectaculis exhibendis esset intentus, venerandum martyrem juxta ipsum prope publicum balneum in B subterraneis fornicibus, ibidem exsistentibus, custodiæ mancipari jussit (11). Ibidem custoditus scorpium, e terra sub pedibus suis, qui et cauda sanctum percutere conabatur, egredientem aspexit. Hic autem, facto in scorpium crucis signo, suspendit et mortuum illico reddidit (12). Statim angelus Domini adveniens coronam capiti martyris imposuit, Pax tecum, pugil Christi, robustus sis et confortare.

ζ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰσελθὼν ἐν τῷ σταδίῳ καὶ προκαθίσας, τόν τε Λυαῖον εἰσαγαγὼν ἐκάλει διὰ τῶν κηρύκων τὸν βουλόμενον μονομαχῆσαι, προστιθεὶς μετὰ τῶν ἐπάθλων καὶ χρήματα πολλά· καί τις ἐκ τοῦ δήμου νεανίσκος ὡραῖος πάνυ, κομιδῇ νέος ὤν, Νέστωρ ὄνομα, ἄρτι τὸν ἴουλον ἐπανθοῦντα φέρων, γνωστὸς ὑπάρχων τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ (ἐθεώρει γὰρ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα θαύματα, πολύν τε λαὸν προστρέχοντα αὐτῷ, καὶ διδασκόμενον σέβειν, καὶ προσκυνεῖν τὸν Χριστὸν) ἐκδραμὼν ἐν ᾧ ἐφυλάττετο τόπῳ, καὶ πεσὼν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔλεγεν· Δοῦλε τοῦ Θεοῦ Δημήτριε, βούλομαι τῷ Λυαίῳ μονομαχῆσαι, ἀλλ' εὖξαί μοι τὸν Χριστὸν ὀνομάσας. Ὁ δὲ ἅγιος ποιήσας τὴν τοῦ Χριστοῦ σφραγῖδα εἴς τε τὸ μέτωπον καὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, ἀπέλυσεν αὐτὸν εἰρηκώς. Καὶ τὸν Λυαῖον νικήσεις, καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσεις.

7. Cum porro imperator stadium esset ingressus, locumque suum occupasset, Lyæum introducens per nuntios, qui cum eo singulare certamen inire vellet, advocabat, cum donis, victoriam referentiC tibus dari solitis, multam etiam pecuniam promittens. Quidam autem e vulgo adolescens admodum formosus, qui adhuc valde juvenis erat, nomine Nestor, primam modo lanuginem ferens, notus exsistens gloriosissimo martyri Demetrio (facta enim ab eo miracula, multumque populum, qui ad eum accurrebat, venerari et quod docebat, et Christum adorare videbat) ad locum, in quo custodiebatur, cadensque ad pedes ejus dixit: Serve Dei Demetri, volo contra Lyæum singulari pugnare certamine, sed ora pro me, Christum invocans. Verum Sanctus, et in fronte ipsius et in corde Christi signo formato (13), illum dimisit dicens: Et Lyæum vinces, et pro Christo martyrium subibis.

CAPUT II.

Maximianus, ob necem Lyæo illatam iratus, Nestorem primo ac dein etiam sanctum Demetrium jubet interfici, hicque, postea miraculis inclarescens, locis sacris sibi exstructis honoratur.

η'. Ἀπελθὼν οὖν ἐν τῷ σταδίῳ, καὶ διὰ τῶν βαθμίδων καταπηδήσας, ῥίψας τε τὸν χιτῶνα αὐτοῦ, ἔστησεν ἔμπροσθεν τοῦ Μαξιμιανοῦ, ὡς ἐκπλαγέντα

D Abiens ergo ad stadium, cum et de gradibus desiliisset, tunicamque suam deposuisset, coram Maximiano stetit, ita ut obstupesceret imperator.

(11) Ab initio modo ad hunc usque locum Sancti nostri, quam hic damus, Passionem confer cum iis, quæ in Passione ejusdem altera, priori loco jam data, a principio usque ad num. 7 fere occurrunt, videbisque antiquioris hujus lucubrationis alteram Sancti nostri, quam hic damus, Passionem esse duntaxat ad hunc saltem usque locum paraphrasim, variis adjunctis ab auctore vel pro arbitrio confictis, vel aliunde ascitis auctam, prout in Commentario prævio num. 16 jam indicavi.

(12) Quod hic narratur, a Photiana et Anastasiana Sancti Passione abest, potestque vel idcirco, num veritati consonet, haud immerito dubitari.

(13) Verene, uti hic narratur, Sanctus Nestori, singulari certamine Lyæum aggressuro, benedixerit, statues ex iis quæ Commentarii prævii § 4 disserui.

Cum autem illum, qui in id prosilierat, ad sese vocasset, suadere ei cœpit ac dicere : Adolescens, scio, quia divitiarum penuria, ut ad tantum vanitatis efferreris, te impulit, ut aut vincens divitias subito acquiras, aut victoria excidens egestatem simul, quæ te turbat, et vitam deponas. Ego autem e juventutis tuæ, ætatisque, qua vigeis, miseratione, pro solo auso dona tibi et digna et sufficientia largiar; abi divitias simul cum vita possidens, nec te Lyæo objicias, quoniam jam multos te fortiores occidit.

9. Audiens hæc Nestor nec imperatoris munificentiam accepit, nec etiam ad Lyæi laudes timorem concepit; imperatori autem respondit dicens : Divitias haud desidero, imperator, neque idcirco ad certamen veni, sed ut me Lyæo præstantiorem ostendam : sese enim nec vitam, nec divitias præreptæ Lyæi laudi velle præferre. Statim itaque, hisce dictis, imperator, et qui ei aderant, ira repleti sunt, Nestoris jactantiam haud ferentes. Ac imperator quidem Lyæum excitans clamabat, audaciamque ei addebat.

10. Nestor autem, formato in pectore suo crucis salutiferæ signo, acinacem accepit, levatisque in cœlum oculis, dixit : O Deus Demetrii, servi tui, dilectusque filius tuus Jesus Christus, qui Goliath alienigenam fideli tuo David subjecisti, Lyæi et Maximiani fiduciam contere ; mediumque in repagulum prosiliit. Pugna autem facta, Lyæus, ictum in corde accipiens, illico est mortuus, extremamque imperatori attulit confusionem. Nestor autem laudabat Deum, quod sancti Demetrii precibus barbarus esset occisus.

11. Maximianus autem e sede sua protinus surrexit, tristisque ad regiam rediit dicens : Per deos veneficium quoddam est factum, quoniam is qui tot tantaque facinora edidit, ab hoc juvene est occisus. Arcessito autem ad se Nestori tyrannus dixit: Dic, adolescens, qua usus arte magica vel quos habens adjutores Lyæum interfecisti? Nestor autem respondit : Arte magica, absit, haud cecidit, neque incantatione quapiam est occisus, sed Deus Demetrii, Deus Christianorum angelum suum misit, scelestumque ac superbum in manu mea occidit. Iratus igitur imperator mandavit, ut is, utpote Christianus, ad occidentales urbis partes in locum, cui Aureæ portæ nomen, abduceretur, ibique gladio proprio a Menutiano protectore occideretur; atque ita martyrii coronam est adeptus (14).

12. Quibusdam porro principum de Demetrio mentionem apud imperatorem facientibus, eumque

A τὸν βασιλέα. Καλέσας δὲ πρὸς ἑαυτὸν εἰς τοῦτο πηδήσαντα, καὶ συμβουλεύειν αὐτῷ καὶ λέγειν· Νεανίσκε, οἶδα, ὅτι χρημάτων σε σπάνις ἐπὶ τοσοῦτον ἀρθῆναι φαντασίας παρεσκεύασεν, ἵνα ἢ περιγενόμενος πλοῦτον ἀθρόον κτήσῃς, ἢ ἀποτυχὼν πενίας ἐνοχλούσης μετὰ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγήσῃ. Ἐγὼ δέ σοι δι' οἶκτον τῆς νεότητος καὶ τῆς ἡλικίας, ἧς καὶ κεκόσμησαι, δώσω καὶ ὑπὲρ μόνης τῆς τόλμης ἄξια, καὶ ἀρκοῦντα χαρίσματα, καὶ ἄπιθι μετὰ τοῦ ζῆν ἔχων καὶ τὰ χρήματα· Λυαίῳ δὲ σεαυτὸν μὴ ἀντιστήσῃς, ἐπειδὴ σοῦ πολλοὺς ἤδη δυνατωτέρους ἀπήλλαξεν.

θ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Νέστωρ, οὔτε ἥρπασε τὴν τοῦ βασιλέως φιλοτιμίαν, ἀλλ' οὔτε ἐδειλίασεν πρὸς B τὸν ἔπαινον τοῦ Λυαίου, τῷ δὲ βασιλεῖ ἀπεκρίνατο, Οὐ χρημάτων ἐπιθυμῶ, φήσας, ὦ βασιλεῦ, οὐδὲ διὰ τοῦτο ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἐλήλυθα, ἀλλ' ἵνα κρείττονα Λυαίου ἐμαυτὸν συστήσω· μηδὲ γὰρ βούλεσθαι ζῆν, ἢ πλουτεῖν εἴξαντα. καὶ ἐκχωρήσαντα τῇ προλαβούσῃ τοῦ Λυαίου δόξῃ. Εὐθὺς οὖν ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ ὑπὲρ αὐτὸν ὀργῆς, τούτων λεχθέντων, ἐπλήσθησαν, τὴν ἀλαζονείαν τοῦ Νέστορος οὐχ ὑπομείναντες. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς προτρεπόμενος ἐβόα, καὶ παρεθάῤῥυνεν τὸν Λυαῖον.

ι'. Ὁ δέ γε Νέστωρ ποιήσας τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἔλαβε τὴν ἀκινάκην, καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· Ὁ Θεὸς Δημητρίου τοῦ δούλου σου, καὶ ὁ ἠγαπημένος σου παῖς C Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ὑποτάξας Γολιὰθ τὸν ἀλλόφυλον τῷ πιστῷ Δαυὶδ, αὐτὸς κατάβαλε τὸ θράσος τοῦ Λυαίου καὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ τυράννου· καὶ εἰσεπήδησεν μέσον τῶν μαγγάνων. Γενομένης δὲ τῆς συμπλοκῆς, καιρίαν λαβὼν κατὰ τῆς καρδίας ὁ Λυαῖος, ἀνῃρέθη παραχρῆμα, καὶ τὴν ἐσχάτην τῷ βασιλεῖ ψυχικὴν περιεποίησε σύγχυσιν. Ὁ δὲ Νέστωρ ἐδόξασε τὸν Θεὸν, ὅτι τῇ εὐχῇ τοῦ ἁγίου Δημητρίου ἀνῃρέθη ὁ βάρβαρος.

ια'. Μαξιμιανὸς δὲ παραυτίκα τῆς καθέδρας αὐτοῦ ἀπεπήδησε, καὶ στυγνὸς ἐπὶ τὰς βασιλείους αὐλὰς ἐπανήρχετο, λέγων· Μὰ τοὺς θεοὺς γοητεία τις προεχώρησεν· ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐσφάττετο ὑπὸ τοῦ νεανίου τούτου ὁ τοσαύτας καὶ τηλικαύτας ἐπιδειξάμενος ἀνδραγαθίας. Καλέσας οὖν πρὸς ἑαυτὸν ὁ τύραννος D τὸν Νέστορα, ἔφη πρὸς αὐτόν· Εἰπὲ, νεανίσκε, ποίᾳ μαγείᾳ χρησάμενος, ἢ τίνας ἔχων συνεργοὺς, τὸν Λυαῖον ἀπέκτεινας; Ὁ δὲ Νέστωρ ἀπεκρίνατο· Μαγείᾳ οὐκ ἐχρημάτισεν, μὴ γένοιτο, ἀλλ' οὐδὲ μαγγανίᾳ τινὶ ἀνῃρέθη· ἀλλ' ὁ Θεὸς Δημητρίου, ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, αὐτὸς ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, ἀπέκτεινεν ἐν τῇ χειρί μου τὸν ἀλάστορα, καὶ ὑπερήφανον. Ὀργισθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ὡς Χριστιανὸν ἀπενεχθῆναι ἐν τοῖς δυτικοῖς τῆς πόλεως μέρεσιν ἐν τῇ ἐπονομαζομένῃ Χρυσέᾳ πύλῃ, κἀκεῖσε τῷ ἰδίῳ ξίφει ἀναιρεθῆναι ὑπὸ Μηνουτιανοῦ προτέκτορος· καὶ οὕτω τῆς μαρτυρίας τὸν στέφανον ἀνεδέξατο.

ιβ'. Ὑποβαλλόντων δέ τινων τῶν ἀρχόντων τῷ βασιλεῖ περὶ Δημητρίου καὶ ὑποθεμένων ὡς αἴτιος

(14) Num pro martyre recte habeatur h'c Nestor, Commentario prævio § 6 definii.

τῆς τοῦ Λυαίου σφαγῆς γεγένηται, αὐτίκα ὑπερζέσας τῷ θυμῷ οἰωνισάμενος ὡς οὐκ ἀγαθὸν τὸ συνάντημα αὐτῷ γεγονέναι εἰς τὸ στάδιον αὐτῷ εἰσβάλλοντι, κελεύει αὐτὸν ἐν αὐτοῖς, οἷς ἐφυλάττετο καμινίοις, λόγχαις κατασφαγῆναι. Καὶ οὕτως ἀναιρεθεὶς ὁ πανένδοξος μάρτυς τῆς καλῆς ὁμολογίας τὴν μαρτυρίαν ἐπλήρωσεν. Λοῦπος δὲ, ὁ τοῦ ἁγίου Δημητρίου οἰκέτης, παρεστὼς αὐτῷ, λαβὼν τὸ ὀράριον τοῦ ἁγίου, ἐν αὐτῷ ἀνελέξατο τὸ αἷμα αὐτοῦ.

ιγ'. Ἀφελόμενος δὲ καὶ τὸ βασιλικὸν δακτύλιον, ὃ ἐφόρει ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸ ἐγκλείσας ἐν τῷ ἁγίῳ αἵματι, ἐπετέλει δι' αὐτοῦ ἰάσεις· πάντας γὰρ τοὺς κατεχομένους ποικίλαις νόσοις, καὶ τοὺς ὑπὸ ἀκαθάρτων πνευμάτων βεβλαμμένους ἰᾶτο διὰ τῆς εὐχῆς καὶ ἐπισκιάσεως τοῦ ἁγίου, καὶ τῆς ἐν τῷ δακτυλίῳ χάριτος, ὡς διαδραμεῖν τὴν περὶ τούτου φήμην ἐν ὅλῃ τῇ Θεσσαλονικέων πόλει. Μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς περὶ αὐτοῦ, καὶ πῶς ἰᾶται τοὺς κάμνοντας, ἐλέλευσε [*forte* ἐκέλευσε] καὶ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι ἐν τῷ τριβουναλίῳ τῆς πόλεως ἐν ἡμέρᾳ τῶν βουλουπτάτων [*an.* βουλευμάτων?], προκαθημένου αὐτοῦ, μετὰ καὶ ἄλλων τινῶν πεπιστευκότων τῷ Χριστῷ.

ιδ'. Τὸ δὲ πανάγιον Δημητρίου τοῦ ὁσίου λείψανον καταφρονηθὲν ὑπὸ τῶν ἀνῃρηκότων, οἱ τῶν τότε δὴ ἀδελφῶν εὐλαβέστεροι λαβόντες νύκτωρ διὰ τὸν φόβον τοῦ βασιλέως, καὶ ἐν αὐτοῖς οἷς ἐῤῥιπτον χώμασιν διανειμάμενοι τῆς γῆς, ὅσον οἷόν τε ἦν, ἔκρυψαν, ἵνα μὴ παρά τινος τῶν αἱμοβόρων ζώων ὑπομείνῃ βλάβην. Οὐδενὶ δὲ μετὰ ταῦτα φροντὶς ἐγένετο μετενεγκεῖν τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου, ἀλλ' ἔμεινεν ἐπὶ σχήματος [*an* χώματος] σημείων τε πολλῶν καὶ ἰάσεων γενομένων ἐν τῷ τόπῳ, καὶ θείων χαρισμάτων φοιτώντων τοῖς πίστει προσερχομένοις ἐν αὐτῷ, καὶ ὁσημέραι πάντων εὐφραινομένων ἐκεῖσε, περιβοήτου διὰ πάσης Μακεδονίας, καὶ Θετταλίας γινομένης τῆς τοῦ μάρτυρος θαυματουργοῦ ἐνεργείας.

ιε'. Λοιπὸν δὲ καὶ τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης καθαρθείσης, τῆς δὲ ζωοποιοῦ καὶ ἀμωμήτου τῶν Χριστιανῶν ὀρθοδόξου πίστεως λαμπρυνομένης, Λεόντιός δέ τις ἀνὴρ τοὺς ἐπαρχικοὺς τῶν Ἰλλυριῶν κατακοσμῶν θρόνους, ἀπερχόμενος ἐν τῇ Δακῶν χώρᾳ νόσῳ ἀνιάτῳ ληφθεὶς λεκτικίῳ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐν τῇ Θεσσαλονικέων ἀνηνέχθη πόλει, καὶ ἀνεκλίθη ἐν τῷ σεβασμίῳ σηκῷ, ἔνθα ἦν ὑπὸ γῆν κείμενον τοῦ ἁγίου τὸ λείψανον. Παραχρῆμα δὲ τοῦ κατακλιθῆναι αὐτὸν ἐπάνω τοῦ ἰαματοφόρου μνήματος εὐθέως τῆς ὑγείας

A exstitisse necis Lyæi causam suggerentibus, statim ira incensus, omenque haud bonum, quod sibi, ad stadium properanti, obvium illum habuisset, exstitisse ratus, jussit eum in ipsis, in quibus custodiebatur, fornicibus interfici lanceis. Itaque gloriosissimus martyr occisus pulchra confessione martyrium implevit. Lupus autem, sancti Demetrii famulus, qui ipsi præsens aderat, strophium sancti accipiens, sanguinem ejus in eo collegit (15).

13. Cum autem et annulum imperatorium, quem in manu sua gerebat, abstulisset, eumque in sancto sanguine tinxisset, multas per eumdem sanationes operabatur. Omnes enim, qui diversis morbis detinebantur, aut ab immundis spiritibus patiebantur, Sancti oratione ac patrocinio, eaque, quæ
B annulo inerat, gratia sanabat, ita ut rei hujus fama tota Thessalonicensium civitate percrebresceret. Cum autem imperator rem eamdem, et qui laborantes adversa valetudine sanaret, didicisset, in civitatis tribunali, cum ipsemet præsideret, jussit eum una cum aliis quibusdam, in Christum credentibus, judiciorum die occidi.

14. Cum autem sacratissimum beati Demetrii corpus ab iis qui eum occiderant, contemneretur, religiosiores quidam fratrum præ imperatoris metu noctu id sustollentes in ipsis etiam, in quas conjectum fuerat, scrobibus, terra tam profunde, quam poterat, effossa, absconderunt, ne a sanguinariorum animalium quopiam detrimentum pateretur.
C Nulli autem post hæc curæ fuit transferre Sancti corpus, sed mansit sub terra (17), cumque multis in loco signis ac sanationibus factis, iisque qui cum fide ad illum accedebant, gratiis divinis frequentissime collatis, lætitiaque ibidem affectis, martyris, miracula facientis, efficacia per omnem Macedoniam ac Thessaliam celebris esset effecta (18).

15. Tandem autem cum et idolorum error esset abactus, fidesque salutaris ac pura Christianorum orthodoxa claresceret, Leontius vir quidam (19), qui Illyrici præfecturæ thronum ornabat, morbo immedicabili, cum in Daciam discederet, correptus, a servis suis Thessalonicam lectica delatus fuit, venerandoque, ubi et sacræ ejus sub humo
C exstant reliquiæ, monumento impositus; sanitatem autem, statim atque monumento, sanationes afferenti, fuit impositus, recuperavit, ita ut et ipse-

(15) De Lupo, Sancti famulo, videsis Commentarium prævium num. 62 et seqq.

(16) Alludi hic videtur ad proconsulis Græciæ dignitatem, ad quam ab imperatore Sanctus noster fuerit evectus, arrhamque, quam tunc acceperit; verum anne Sanctus Græciæ proconsul unquam exstiterit, dubium admodum apparet. Adi Commentarium prævium num. 35 et seqq.

(17) Ita vocabulum Græcum σχῆμα reddidi, quod ei substituendam putem vocem χῶμα, quæ idem, quod Latine terra seu humus, significat. Videsis Commentarium prævium num. 78.

(18) Joanni, Thessalonicensi sæculo VII episcopo, præluxisse hanc Sancti nostri Passionem, vero haud prorsus ex hoc ejus loco apparet absimile. Adi iterum Commentarium prævium num. 11.

(19) Cum Leontius, hic memoratus, sæculo quinto ineunte, uti in Commentario prævio num. 74 docui, verosimiliter floruerit tuncque, uti ex iis quæ Orlandius *Orbis sacri et profani* part. I, lib. III, cap. 1 in medium adducit, verosimilius apparet, Illyricum occidentale præfecto prætoriano paruerit, oportet, ut Leontius ille Illyrici, non occidentalis, sed orientalis præfectus exstiterit, nisi forte, quod tamen non apparet, Leontius quispiam alius ante sæculi quinti initium, imo ante Theodosii I, qui ex adductis ab Orlandio loco cit. rationibus Illyricum in duas dictas partes divisisse videtur, imperium gesserit Illyrici præfecturam.

met et illi, qui ei aderant, celerrimam martyris visitationem mirarentur, gratiasque Deo et gloriosissimo martyri Demetrio agerent; qui statim, cum arcuatorum operum fornices una cum aquarum calidarum domo publicisque, quæ ibidem erant, portibus destruxisset ac expurgasset, venerandum sancto martyri templum inter publicum lavacrum et stadium exstruxit, munerum copia id exornans.

16. Cum autem in Illyricum (20) esset discessurus, partem quamdam reliquiarum martyris, ut et ibi templum sub ejus nomine erigeret, accipere voluit; quem gloriosissimus martyr, noctu astans, id exsequi prohibuit. Accepta igitur chlamyde, sanguine ipsius tincta, parteque orarii, in lipsanotheca argentea, eum in finem confecta, ea deposuit; cum autem iter faceret, hiemsque aspera esset, egressusque alveo Danubius diebus sufficientibus etiam navibus iter haud relinqueret, viamque promovere impediret, animo despondit præfectus.

17. Ipsum autem vidit gloriosissimum martyrem Demetrium, ipsi dicentem, Diffidentia omni pusillanimitateque deposita, accipiens, quod fers, fluvium absque cunctatione ingredere. Mane igitur, curru conscenso, venerandas reliquias manu gestans fluvium innoxius transivit (21), itaque transvectus Sirmii (22) sacram lipsanothecam cum thesauro, in hac contento, in sancti Demetrii ecclesia, prope venerandum pulchris victoriis decoratæ martyris Anastasiæ templum exstructa, deposuit. Multa autem et miracula et sanationes in via, cum et currus et animalia quiescerent, Domini nostri Jesu Christi et gratia et longanimitate et misericordia Deus patravit; cui gloria et virtus nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ἐπέτυχεν, ὥστε θαυμάζειν αὐτόν τε καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν τὴν ταχίστην τοῦ μάρτυρος ἐπισκοπὴν, καὶ χάριτας ὁμολογεῖν τῷ Θεῷ, καὶ τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ· ὃς αὐτίκα κατὰ τὰς τῶν καμίνων καμάρας, ἅμα καὶ τοῦ τῶν θερμῶν ὑδάτων οἴκου καθελὼν καὶ περικαθάρας μετὰ καὶ τῶν ἐκεῖσε διτων δημοσίων ἐμβόλων καὶ προπινῶν, ἀνήγειρεν πάνσεπτον οἶκον τῷ μάρτυρι, δαψιλείᾳ κατακοσμήσας χερειῶν μέσον τοῦ δημοσίου λουτροῦ καὶ τοῦ σταδίου.

ιϛ'. Μέλλων δὲ ἀπέρχεσθαι ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ ἠβουλήθη τινὰ τῶν λειψάνων λαβεῖν τοῦ μάρτυρος πρὸς τὸ κἀκεῖσε ναὸν αὐτῷ οἰκοδομῆσαι εἰς ὄνομα τοῦ ἁγίου· ᾧτινι ὁ πανένδοξος ἀθλοφόρος τοῦ Χριστοῦ Δημήτριος νυκτὸς ἐπιστὰς τοῦτον προελθεῖν διεκώλυσεν. Λαβὼν οὖν τὴν χλαμύδα αὐτοῦ τὴν ἐκ τῶν ἁγίων αἱμάτων πεφυρμένην καὶ μέρος τοῦ ὀραρίου, καὶ ποιήσας γλωσσόκομον ἀργύρεον, ἐν αὐτῷ ἀπέθετο. Ὁδοιποροῦντος δὲ αὐτοῦ, καὶ σφοδροῦ χειμῶνος γεγονότος, καὶ τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ καχλάζοντος τῷ ῥεύματι, ὡς μηδὲ ναυσὶ πόρον τοῦτον ὑπάρχειν ἐπὶ ἱκανάς τε ἡμέρας μὴ ὑπολείποντος αὐτοῦ, ἀλλ' εἴργοντος τὴν ἐπὶ τὸ προσωπορείαν, ἐν ἀθυμίᾳ ἐτύγχανεν ὁ ἔπαρχος.

ιζ'. Καὶ δὴ ἑώρα τὸν πανένδοξον Δημήτριον λέγοντα αὐτῷ, Πᾶσαν ἀπιστίαν καὶ ἀθυμίαν ἀπωσάμενος, λαβὼν ὅπερ ἐπιφέρεις, πάρελθε τὸν ποταμὸν ἀδιστάκτως. Ἕωθεν οὖν ἐπιβὰς τῷ ὀχήματι ἔχων ἐν χερσὶ τὴν τιμίαν σορὸν, διῆλθεν ἀβλαβὴς τὸν ποταμὸν, καὶ οὕτως ἀπελθὼν, ἐν τῷ Σερμίῳ ἀπέθετο τὴν ἁγίαν σορὸν μετὰ τοῦ ἐν αὐτῇ θησαυροῦ ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ κτισθέντι ἐκεῖσε πανσέπτῳ ναῷ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Δημητρίου πλησίον τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς καλλινίκου μάρτυρος Ἀναστασίας. Πολλά τε θαύματα, καὶ ἰάσεις ὁ Κύριος ἐποίησεν, ἔνθα διὰ τῆς ὁδοῦ τὸ ὄχημα καὶ τὰ ζῶα ἀνεπαύσαντο, χάριτι καὶ οἰκτειρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(20) Occidentale nimirum; Thessalonicæ enim, quæ Illyrici orientalis civitas erat, versabatur.

(21) Nec hujus miraculi, nec alterius, supra hic relati, quo Leontius, Sancto pat ocinante, sanitatem recuperarit, in Photiana et Anastasiana Sancti nostri Vita mentio fit.

(22) Sirmium ergo Thessalonica Leontius perrexit; verum, cum inde illuc pergentibus Danubius trajiciendus haud sit, rectene hic flumen istud Leontius trajecisse indicatur? In Daciam, quæ Thessalonica, nisi trajecto Istro seu Danubio, adiri non potest, profectus fuisse, supra asseritur; cum autem fieri possit, ut Leontius in Daciam, e qua Sirmium, nisi Istro pariter seu Danubio trajecto, adiri non potest, primum sese contulerit, ac de inde tantum Sirmium adierit, erroris hic argui non potest anonymus Sancti nostri biographus.

PASSIO TERTIA S. DEMETRII M.

AUCTORE SIMEONE METAPHRASTE

E Græco bibliothecæ Christianissimi regis Medicæo exemplari, cum Lipomani et Surii editionibus collato. Interprete Lipomano.

CAPUT I.

Sancti patria, genus, institutio, dignitas, Christi prædicatio, apprehensio atque in carcerem conjectio.

α'. Εἶχε μὲν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς ὁ A Ἑρκούλιος, πολὺς κατὰ Χριστιανῶν πνέων τε καὶ φερόμενος· εἰδωλικῆς δὲ πλάνης τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἅπασαν ἐκάλυπτε νέφος, εἰ καὶ λαμπροὶ καθάπερ ἀστέρες ταύτην διαλαχόντες οἱ διὰ Χριστὸν παθόντες ἐξέλαμπον. Ὧν εἷς τότε καὶ ὁ θαυμαστὸς Δημήτριος ἐγνωρίζετο· Δημήτριος, ὁ καὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν περίβλεπτος, καὶ τοῖς ἐν Χριστῷ θαύμασι περιβόητος. Ὃν ἤνεγκε μὲν ἡ μεγάλη Θεσσαλονίκη· τό γε τὴν εἰς πατέρας ἧκον ἐπίσημος ἦν, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἄνω τοῦ γένους ἀναφορὰν τῶν Μακεδόνων ἐπιφανέστατος.

β'. Ἀλλ' οὐχ οὕτω περιφανείᾳ προγόνων, ὡς οἰκείῳ κόσμῳ τῆς ἀρετῆς ἐλαμπρύνετο. Τοσοῦτον γὰρ εὐγενείᾳ ψυχῆς τοὺς ἐπὶ τούτῳ λαμπροὺς παρέδραμεν, B ὅσον ὥρᾳ σώματος τοὺς ἐπὶ κάλλει σεμνυνομένους ὑπερεβάλετο· φύσις γὰρ αὐτῷ μαθήματα μὲν παραλαβεῖν ἱκανή, συλλέξαι δὲ ἤθη καὶ κεράσαι πρὸς τὸ χρηστότερον ἀγαθή· τό τε τοῦ προσώπου λίαν ἐπίχαρι τὴν τῆς ψυχῆς εὐγένειαν ὑπεδήλου. Τὸν μὲν οὖν ἐκ παίδων εἰς ἥβην χρόνον πάντων ὁμοῦ τῶν ἡλίκων ἐκράτει· καὶ ἦν οὐδὲν τῶν ἀληθῶς ἀγαθῶν, ἐφ' ᾧ μὴ τῶν ἄλλων πολλῷ τῷ μέσῳ διέφερεν· ἀλλὰ δῆλον ἦν ἐξ ἀρχῆς τὸ φυτὸν, ὅπως μὲν γένοιτο χαριέστατον, ὅπως δὲ πολύν τε καὶ ἀγαθὸν τὸν καρπὸν ἐνέγκοι.

γ'. Εἰς ἄνδρας δὲ ἥκων, φύσεως μὲν ἰσχὺν ἐπεδείκνυτο, ἀνδρίαν δὲ ἤσκει καὶ ῥώμην, πρὸς μάθησίν τε τῶν πολεμικῶν ἑαυτὸν ἐξεπόνει, μετὰ χρηστοῦ C τοῦ ἤθους καὶ τῆς ἥδιστον αὐτῷ ἐπανθούσης αἰδοῦς τε καὶ κοσμιότητος· αὐτό τε τὸ διαβεβοῆσθαι πρὸς ἅπαντας, γνώριμον τὸν ἄνδρα καὶ βασιλεῖ καθιστᾷ. Λαμπρᾶς οὖν καὶ μεγαλογνώμονος οὕτως ἔχοντα φύσεως ὁ βασιλεὺς τὸν Δημήτριον ἐννοήσας, ἐπὶ πολὺ δόξης ἐκ πρώτης εὐθὺς αἴρει, καὶ ἀνθύπατον προβάλλεται τῆς Ἑλλάδος· ὡς καὶ ὑπατικὸν ἅμα περι-

1. Tenebat quidem Romanorum sceptra Maximianus Herculius (1), magnoque impetu et spiritu ferebatur in Christianos, erroris autem simulacrorum nubes tegebat omnem terram, quæ est sub cœlo; etiamsi veluti lucidæ quædam stellæ eam sortitæ, resplendebant, qui passi fuerunt propter Christum. Quorum tunc unus agnoscebatur admirabilis Demetrius: Demetrius, qui propter fidem in Christum insignis, ac celebratus propter miracula, quæ faciebat in Christo. Illum tulit quidem magna civitas Thessalonica (2): quod autem ad parentes attinet, erat insignis et genere clarissimus, ipsum referens ad antiquos Macedones (3).

2. Sed non erat tam clarus splendore suorum majorum, quam ornamento suæ virtutis. Tantum enim animæ nobilitate superavit eos qui erant præclari hoc nomine, quantum corporis specie superabat eos qui suam jactabant pulchritudinem. Nam erat quidem ei satis acutum ingenium ad capiendas disciplinas, aptum vero ad mores colligendos et benignitate contemperandos; et vultus elegans aspectus significabat animi nobilitatem. A pueritia quidem usque ad pubertatem erat superior omnibus æqualibus: neque erat aliquid ex iis quæ sunt vere bona, in quo non longo intervallo aliis præstaret, manifestumque erat ab initio, quam esset quidem arbor jucundissima, et quam copiosum et bonum fructum latura esset.

3. Cum autem ad virilem pervenisset ætatem, vires ostendebat ingenii, et exercebat robur et fortitudinem, atque in arte militari discenda laborabat (4), bonis ornatus moribus, et quæ in eo suavissime florebat, verecundia et moderatione: adeo ut omnium de eo sermo celeberrimus ipsum notum reddiderit imperatori. Cum ergo tam præclaro et magno ingenio præditum Demetrium animadvertisset imperator, ab initio ad magnam eum evehit gloriam, et eum creat Græciæ procon-

(1) Vide Adnotata, Passioni præcedenti ad num. 15 subnexa.

(2) Civitatem hanc sibi natalem re etiam vera nactum esse sanctum Demetrium, indubitatum apparet. Adi Commentarium prævium num. 33.

(3) Haud majorem, quæ hic de illustri Sancti genere Metaphrastes, quam quæ de eodem anonymus Sancti nostri biographus in proxime præmissa, quam contexuit, Passione memoriæ prodit, fidem merentur, uti ex iis quæ Commentarii prævii num. 31 in medium adduxi, intelliges.

(4) Verumne sit, quod hic de posito a Sancto in arte militari discenda studio traditur, haud immerito revoces in dubium, uti liquet ex iis quæ in Commentario prævio num. 35 et seq. disserui.

sulem (5): adeo, ut etiam consularibus eum induerit insignibus. Ille vero (erat enim ad id, quod oportet, intelligendum aptissimus, et ad id quod est præstantius, eligendum, aliorum præstantissimus) eorum quidem parvam ducebant rationem, ad ea tantum, quæ ferunt ad Dei cultum, præclare attendens. Et ideo quæcunque hic sunt jucunda, ex æquo respuebat: unius autem solius amore tenebatur, pietatis scilicet, mortemque sitiebat pro Christo, et quæ ex ea proficiscitur, beatitudinem.

4. Prædicabat ergo non timide, nec cum aliqua dubitatione, sed audacter admodum et libere, nomen Dei salutare; et nihil aliud erat ei in ore nisi Christus. Panem autem vitæ, quem cognoscimus esse Verbum veritatis, omnibus pietatis egentibus distribuebat religiose, adducens ex divinis Scripturis, et docens quod hominem, qui ex beata illa, quæ est in paradiso, conversatione exciderat, et in servitutem peccati erat redactus, ipsum Verbum, quod simul cum Patre est expers principii, cum nec excessisset a Divinitate, et carnem accepisset ex Virgine, et servi formam sua sponte suscepisset, dignum fecit diviniore vivendi ratione, et ei priorem donavit libertatem. Hæc et alia docens et interpretans eis exponebat, et quodammodo eis occasionem præbebat et semina ad hoc, ut Dei filii essent et vocarentur, et quæ in Christo est absconsa, vitam consequerentur.

5. Hinc multi suavissima fruentes doctrina martyris, recesserunt quidem a tetris erroris tenebris, accesseruntque ad dulce lumen veritatis. Sed ille quidem magnum in Christum amorem concipiens, et insatiabiliter hominum salutem desiderans, si non posset omnes eripere a manibus inimici, hoc maximum damnum arbitrabatur, nec se putabat aliquid recte facere. Res itaque ei succedebat ex sententia, et eum transmittebat fama in omnes partes; et prædicabat Trinitatem non solum iis qui erant Thessalonicæ et in Græcia, sed etiam longinquis de ipso audientibus (6). Cum autem in eo esset, et pulchrum illud doctrinæ fluentum profunderet, veniunt ad eum quidam quorum munus erat scrutari Christianos, et per illorum proditionem sibi acquirere benevolentiam imperatoris.

6. Itaque Demetrius non in angulis, ut jam ante significavimus, exercens Christianismum, neque nocturnus Christi discipulus, imo vero magister veritatis, et aperte confitens pietatem, ab eis comprehenditur, et defertur ad imperatorem, quod teneret quidem opinionem Christianorum, res autem deorum aperte rideret et subsannaret. Maximianus autem tunc erat Thessalonicæ, qui magnus quidem evaserat ex bello gesto adversus

A βαλεῖν ὁρατίωνα. Ὁ δὲ (ἦν γὰρ τὸ δέον συνιδεῖν ἱκανώτατος, καὶ τὸ κρεῖττον προελέσθαι τῶν ἄλλων ἀξιωματικώτατος) τούτων μὲν βραχὺν ἐποιεῖτο λόγον, τῶν δὲ πρὸς θεραπείαν φερόντων Θεοῦ διαφερόντως εἴχετο. Καὶ διὰ τοῦτο πάντα μὲν ἐπίσης τὰ ἐνταῦθα τερπνὰ διέπτυε, πρὸς ἓν δὲ τοῦτο μόνον εἶχεν ἐρωτικῶς, τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον ἐδίψα, καὶ τὴν ἐκεῖθεν μακαριότητα.

δ'. Ἐκήρυττεν οὖν οὐ φόβῳ τινὶ καὶ ὑποστολῇ, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐπαῤῥησιαστῶς τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον ὄνομα· καὶ οὐδὲν ὅτι μὴ Χριστὸς αὐτῷ διὰ στόματος ἦν. Τὸν δὲ τῆς ζωῆς ἄρτον, ὃν Λόγον εἶναι τῆς ἀληθείας γινώσκομεν, πᾶσι τοῖς πτωχοῖς τὴν εὐσέβειαν
B φιλοθέως διένειμε, παράγων ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν, καὶ διδάσκων ὅτι τῆς μακαρίας ἐκείνης ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς τὸν ἄνθρωπον ἐκπεσόντα, καὶ δουλωθέντα τῇ ἁμαρτίᾳ, αὐτὸς ὁ τῷ Πατρὶ συνάναρχος Λόγος, οὔτε τῆς θεότητος ἀποστὰς καὶ σάρκα λαβὼν ἐκ Παρθένου, δούλου τε μορφὴν ἑκουσίως ἀναλαβὼν, θειοτέρας ἠξίωσε πολιτείας, καὶ τὴν προτέραν ἐλευθερίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο. Ταῦτα καὶ ἕτερα διδάσκων τε καὶ διερμηνεύων αὐτοῖς ἐξηγεῖτο, καὶ οἱονεὶ ἀφορμὰς παρεῖχε καὶ σπέρματα πρὸς τοῦτο, καὶ υἱοὺς γενέσθαι τε καὶ κληθῆναι Θεοῦ, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ κρυπτομένης ἀξιωθῆναι ζωῆς.

ε'. Ἐντεῦθεν πολλοὶ τῆς ἡδίστης ἐκείνης διδασκα-
C λίας τοῦ μάρτυρος ἀπολαύοντες, τοῦ μὲν πικροῦ τῆς ἀπάτης ἀφίσταντο σκότους, τῷ δὲ γλυκεῖ τῆς ἀληθείας φωτὶ προσετίθεντο. Ἀλλ' ἐκεῖνος πολὺν ὠδίνων τὸν εἰς Χριστὸν ἔρωτα, καὶ ἀπλήστως τῆς τῶν ἀνθρώπων ὀρεγόμενος σωτηρίας, εἰ μὴ πάντας τῶν τοῦ ἐχθροῦ χειρῶν ἐξελέσθαι δυνατὸς γένοιτο, ζημίαν τοῦτο πλείστην ἡγεῖτο, καὶ οὐδὲν ὅλως κατορθοῦν ἐνόμιζεν. Ἐχώρει τοίνυν αὐτῷ κατὰ γνώμην τὸ πρᾶγμα, καὶ ἡ φήμη πανταχοῦ τὸν ἄνδρα παρέπεμπε κηρύττοντα τὴν Τριάδα, μὴ ὅτι τοῖς ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα τε καὶ Θεσσαλονίκην, ἀλλ' ἤδη καὶ οἷς οὐδὲ λόγος περὶ αὐτοῦ ἀφίκετο πρότερον. Ἐν τούτῳ δὲ ὄντος καὶ τὸ καλὸν ἐκεῖνο τῆς διδασκαλίας νᾶμα προχέοντος, ἥκουσί τινες παρ' αὐτὸν, οἷς ἔργον Χριστιανοὺς ἐρευνᾷν, καὶ τὴν εἰς βασιλέα οἰκείωσιν ἑαυτοῖς διὰ
D τῆς ἐκείνων προδοσίας περιποιεῖσθαι.

ς'. Δημήτριος δὲ, ὡς ἤδη φθάσαντες ἐδηλώσαμεν, οὐκ ἐν γωνίαις τὰ Χριστιανῶν μετιὼν, οὐδὲ νυκτερινὸς ὢν Χριστοῦ μαθητὴς, μᾶλλον δὲ τῆς ἀληθείας διδάσκαλος, ἀλλ' ἀνακεκαλυμμένος καὶ φανερῶς ὁμολογῶν τὴν εὐσέβειαν, συλλαμβάνεται παρ' αὐτῶν· καὶ δῆλα τῷ βασιλεῖ τὰ κατ' αὐτὸν γίνεται, ὅτι τὰ μὲν τῶν Χριστιανῶν πρεσβεύων ἐστὶ, τὰ δὲ τῶν ἡμετέρων, φασὶ, θεῶν σαφῆ γέλωτα καὶ μυκτηρισμὸν τιθέμενος. Μαξιμιανὸν δὲ ἄρα Θεσσαλονίκη

(5) Nec, quod hic de proconsulis Græciæ dignitate, ad quam Sanctus a Maximiano imperatore fuerit promotus, asseritur, certius apparet, uti pariter liquet e Commentarii prævii loco, ad lit. præcedentem citato.

(6) Impigre enimvero Demetrium in prædicandi Christi fide desudasse, verosimillimum, ne amplius quid dicam, apparet. Adi iterum Commentarium prævium num. 37 et tribus seqq.

τότε παρ' ἑαυτῇ εἶχε, μέγαν μὲν τῷ ἐπὶ Σαυρομάτας πολέμῳ καὶ Σκύθας γενόμενον, πολλῷ δὲ μείζω τῇ κατὰ τῶν εὐσεβῶν ὠμότητι γνωριζόμενον. Ἀκούσαντα τοίνυν εὐθέως τὸν βασιλέα πάντα εἶχεν ὁμοῦ, ἔκπληξις, ἀνία, δέος, ὀργή· ἐξεπέπληκτο τῆς ἀκοῆς τὴν καινότητα, ἠνιᾶτο τῇ τοῦ ἀνδρὸς ζημίᾳ, ἐδεδίει μὴ καὶ ἄλλους τοιοῦτος ὢν ἑλκύσῃ πρὸς θεοσέβειαν, δι' ὀργῆς εἶχεν ὡς τῆς παρ' αὐτοῦ τιμῆς ἀλογήσαντα. Πλὴν ἀλλὰ πιστεύειν ἀκοῇ τοσοῦτον οὐκ ἔχων, ἅτε μηδὲ φέρων ὅλως ἄνδρα τοιοῦτον ζημιωθῆναι (καὶ γὰρ ὃ μὴ βούλεταί τις, οὐδὲ ῥᾳδίως πιστεύειν δύναται), ἤθελε καὶ ὀφθαλμοὺς μάρτυρας τοῦ ἀκουσθέντος παραλαβεῖν. Ἄγειν οὖν κελεύει τὸν ἄνδρα παρ' αὐτόν.

ζ'. Ὁ δὲ παραστὰς οὐκ ἔφριξε τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, οὐ τὰς ἐλπιζομένας ὑπεστάλη κολάσεις, οὐ τὴν ἀγριότητα τοῦ δικάζοντος ἐδειλίασεν· ἀλλὰ τὴν ὠμότητα ταύτην ὕλην ἐκεῖνος τοῦ φανῆναι μᾶλλον τὸν πρὸς Θεὸν αὐτοῦ πόθον νομίσας, λέων εὐθὺς εἰς ἀγῶνα εἰσῄει, μαλακὸν οὐδὲν οὐ βλέπων, οὐ λέγων, ἀλλὰ πιστούμενος μᾶλλον τοῖς παρ' ἑαυτοῦ λόγοις τὰ τῷ τυράννῳ προακουσθέντα, ὡς εἴη μὲν στρατιώτης Χριστοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου προσκυνητής· τοὺς δὲ παρ' αὐτῶν λεγομένους καὶ σεβομένους θεοὺς τοσοῦτον ἀπέχει τιμᾶν, ὅτι καὶ μυκτηρίζει σαφῶς καὶ βδελύττεται· ὡς δὲ καὶ ἀπειλοῦσιν αὐτοὶ βασάνους, τότε ἀνιαθήσεται πάσχων, ὅταν εἰδῇ τοὺς κολαστὰς ἢ φιλανθρώπως αὐτὰς, ἢ ἐλάττους ἐπάγοντας τῆς ἐπιθυμίας. Τιμαὶ δὲ, φησὶν, αἱ παρὰ σοῦ, βασιλεῦ, καὶ ἅπερ δίδως τοῖς πειθομένοις σοι ἀγαθὰ, πῶς ἂν θέλξωσι τὸν καὶ αὐτὸν σοὶ τὸν ἐπίφθονον τῆς ἀρχῆς, αὐτὴν ἐκείνην τὴν βασιλείαν, σὺν ἅμα πλούτοις καὶ θησαυροῖς, ἴσον καὶ λεπτῇ κόνει περιφρονοῦντά τε καὶ ἀτιμάζοντα; Εἰ δὲ καὶ θάνατον ἐπαγάγοις, τότε μοι τὸ εὐκταιότατον ἴσθι ποιῶν καὶ πρὸς τὴν ἀληθῆ ζωὴν, καὶ τὸν αὐτῆς πλέον ἐμοὶ ποθούμενον παραπέμπων Χριστόν.

η'. Τούτων ἐπειδὴ Μαξιμιανὸς ἤκουσε, μετὰ φρονήματος ἀτρέπτου καὶ γενναίου τοῦ παραστήματος, ἐλευθέρου τε στόματος εἰρημένων, τὸ παραυτίκα τὴν βάσανον ἀναβάλλεται, σοφώτερόν τι μᾶλλον ποιῶν, οὐ φιλανθρωπότερον. Ἠβούλετο γὰρ μετάνοιαν αὐτῷ ἐμβαλεῖν καὶ πάρεσιν τῆς θερμῆς ἐνστάσεως τὸν μεταξὺ χρόνον, καὶ διὰ τοῦτο τό γε νῦν ἔχον αὐτοῦ που τὸν Δημήτριον δημοσίου γειτονοῦντος λουτροῦ καμάραι καμίνων εἰς φρουρὰν ἐλάμβανον. Μαξιμιανὸς δὲ τοῦ θεάτρου ἐπιβὰς, ὃ κατ' ἐκεῖνο συνεκρότει τῆς ὥρας, τοὺς παγκρατιαστάς τε συναγαγὼν, τὴν πόλιν ἐκκλησιάζων ἦν, καὶ τὴν ἀγωνίαν διατιθέμενος, αὐτὸς ἐπὶ μετεώρου τοῦ βήματος προκαθήμενος.

θ'. Ὁ μάρτυς δὲ πρὸς τὴν εἱρκτὴν ἀπαγόμενος

A Sarmatas et Scythas (7), multo autem magis recognoscebatur ex crudelitate, quam exercebat adversus pios. Cum primum ergo hæc audiisset imperator, varie fuit affectus : stupebat, dolebat, timebat, irascebatur. Stupebat propter novitatem ejus, quod audiebat; dolebat propter viri jacturam ; timebat, ne, cum talis esset, alios traheret ad suam religionem; irascebatur, quod honoris ei delati nullam duxisset rationem. Sed cum non posset soli credere auditui, ut qui ferre non posset se tanti viri facere jacturam (nam quod non vult aliquis, nec facile potest credere) voluit etiam oculos assumere testes ejus, quod fuerat auditum. Jubet ergo virum ad se adduci.

7. Is autem, coram constitutus, non extimuit B imperii magnitudinem ; non est reveritus ea quæ exspectabantur, supplicia, non judicis formidavit sævitiam : sed hanc crudelitatem ille ratus esse materiam apertius ostendendi suum in Deum amorem, tanquam leo protinus accessit ad certamen, non molliter aut effeminate aspiciens, neque abjecte aliquid dicens, sed suis potius verbis confirmans ea quæ prius tyrannus de eo audierat ; quod esset quidem miles Christi, et ejus solius adorator : quod tantum abesset, ut deos, qui ab eo dicebantur et colebantur, honoraret, ut eos etiam aperte irrideret et abominaretur : quodque tormenta, quæ ille minaretur, tunc pati ægre ferret, quando viderit tortores aut clementius aut parcius inferre, C quam desideret. Honores autem tui, inquit, o rex, et bona, quæ das iis qui tibi parent, quomodo eum allexerint, qui tui imperii invidiosam coronam, illud ipsum, inquam, imperium cum opibus et thesauris, æque ac tenuem pulverem, despicit et habet contemptui? Quod si etiam mortem intuleris, tunc scias te mihi facere, quod est maxime optandum, ut qui me ad veram vitam et ad Christum transmittas, quem magis quam ipsam desidero.

8. Hæc postquam audivit Maximianus, quæ ingenti spiritu summaque constantia et maxima libertate dicta fuerant, tunc quidem differt tormentum, callide id potius faciens, quam benigne. Volebat enim ei injicere pœnitentiam, et efficere C ut interjectum tempus tam vehementem remitteret constantiam. Et ideo in præsentia jubet, ut publici balnei, quod in propinquo erat, caminorum fornices Demetrium acciperent in custodiam. Maximianus vero in theatrum ingressus, quod eo ipso tempore instruebat, athletas convocans, omnemque congregans populum, et certamina instituens, ipse in sublimi solio consedit.

9. Martyr autem cum abduceretur in carcerem,

(7) Anonymus Sancti nostri biographus, qui Metaphrasti præluxit, bellum hoc non contra Scythas, sed contra Gothos gestum, scribit, nec propterea tamen hic cum illo pugnare est dicendus, cum Gothi etiam natione Scythæ exstiterint. Cæterum quo bellum illud anno circiter gestum verosimilius fuerit, Commentarii prævii num. 60 exposui.

simul lætabatur et afficiebatur dolore: lætabatur quidem, quod martyrium mox esset consecuturus; ægre ferebat autem, quod non videret tortores ad se citius accedere, et non jam ad tormenta et mortem corriperetur. Tantum enim contendebat Demetrius mori propter Christum, quantum studebat Maximianus eum a melioribus revocare. Cum ergo martyr venisset in carcerem, dicebat: « Deus in adjutorium meum intende, Domine, ad adjuvandum me festina. » Quoniam tu es patientia mea, Domine, spes mea a juventute mea. In te confirmatus sum ab utero: a ventre matris meæ tu es protector meus. In te laudatio mea semper. Psallam Deo meo, quandiu fuero. Propterea exsultabunt labia mea, cum cantavero tibi, et lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam (8).

A ἥδετό τε ὁμοῦ καὶ ἀνιαρῶς διέκειτο· ἥδετο μὲν, ὅτι μικρὸν ὅσον οὔπω τοῦ μαρτυρίου ἀξιωθήσεσθαι ἔμελλεν· ἠνιᾶτο δὲ, ὅτι μὴ καὶ θᾶττον ἐπιόντας αὐτῷ τοὺς κολαστὰς ἐθεᾶτο, καὶ πρὸς βασάνους ἤδη καὶ τὸν θάνατον συνηρπάζετο. Τοσοῦτος γὰρ Δημητρίῳ τοῦ διὰ Χριστὸν ἀποθανεῖν ἀγὼν ἦν, ὅση Μαξιμιανῷ πάλιν τοῦ τὸν ἄνδρα ἑλεῖν διὰ τῶν χρηστοτέρων σπουδή. Τὴν εἱρκτὴν τοίνυν ὁ μάρτυς κατειληφὼς, « Ὁ Θεὸς, ἔλεγεν, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσσχες· Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. Ὅτι σὺ ἡ ὑπομονή μου, Κύριε, ἡ ἐλπίς μου ἐκ νεότητός μου. Ἐπὶ σὲ ἐπεστηρίχθην ἀπὸ γαστρός· ἐκ κοιλίας μητρός μου σύ μου εἶ σκεπαστής. Ἐν σοὶ ἡ ὕμνησίς μου διαπαντός. Ψαλῶ τῷ Θεῷ μου, ἕως ὑπάρχω. Διὰ τοῦτο ἀγαλλιάσεται τὰ χείλη μου, B ὅταν ψάλλω σοι, καὶ ἡ γλῶσσά μου ὅλην τὴν ἡμέραν μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου. »

10. Peractis autem precibus, videt scorpium, per terram proserpentem, qui et aculeum sustulerat, et ejus pedem erat puncturus. Ille autem cruce munitus, cum eum invocasset, qui dedit suo figmento calcare posse serpentes et scorpios, illum reddit mortuum, vel potius eum qui intelligentia percipitur, scorpium, qui in eo latebat. Statim autem divinus ei apparens angelus ejus capiti coronam imponit, dicens: Pax tibi, Christi athleta. Esto fortis, et te virum præbe (9). Sic qui velox est ad consolationem eorum qui ipsum timent, Dominus, simul atque fuit inclusus in carcere, et in præsentibus placide admodum consolatur athletam, et ad futura implet animi alacritate. Sed Demetrius quidem sic erat in custodia.

ι'. Καὶ τῆς εὐχῆς αὐτῷ τελεσθείσης, ὁρᾷ σκορπίον ἕρποντα κατὰ γῆς τὸ κέντρον τε ἠρκότα, καὶ αὐτοῦ τὸν πόδα βαλεῖν μέλλοντα. Ὁ δὲ τῷ σταυρῷ σφραγισάμενος, καὶ τὸν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων τῷ οἰκείῳ πλάσματι δόντα πατεῖν ἐπικαλεσάμενος, νεκρὸν ἐκεῖνον εὐθέως, μᾶλλον δὲ τὸν ἐν αὐτῷ νοητὸν σκορπίον ὑποκρυπτόμενον, ἀπεργάζεται. Καὶ παραχρῆμα θεῖος ἄγγελος ἐπιφανεὶς, στέφανον αὐτοῦ τῇ κορυφῇ ἐπιτίθησι, προσειπὼν, Εἰρήνη σοι, ἀθλητὰ τοῦ Χριστοῦ, ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου. Οὕτως ὁ ταχὺς εἰς παράκλησιν τῶν φοβουμένων αὐτὸν Κύριος ἅμα τῇ τῆς εἱρκτῆς κατακλείσει καὶ πρὸς τὸ C παρὸν ἡμέρως ἄγαν παραμυθεῖται τὸν ἀθλητὴν, καὶ πρὸς τὸ μέλλον προθυμίας ἐμπίπλησιν. Ἀλλὰ Δημήτριον μὲν οὕτως ἡ φρουρὰ εἶχε.

CAPUT II.

Lyæus a Nestore occiditur, Maximianus, hinc iratus, Nestorem et Demetrium jubet interfici, hicque et miraculis claret et tanquam sanctus honoratur.

Maximianus autem exhibebat spectaculum gladiatorum, et complebantur omnes pentathli ludi. (10). Ille vero sedebat in sublimi specula, jucundissimum esse statuens versari in spectando certamine. Lætabatur enim, ut videtur, humani sanguinis videns effusionem. Erat autem quidam vir barbarus ex Maximiani necessariis, manu fortis, et validus ad luctam, et magnitudine, quæ modum superabat: et ideo erat ei valde gratus, et habebatur in magna existimatione. Nomen erat ei Lyæus: patria vero erat Wandalus (11).

ια'. Μαξιμιανῷ δὲ τὸ τῶν μονομάχων συνεκροτεῖτο θέατρον, καὶ τἄλλα ὅσα τὰ τοῦ πεντάθλου συνεπλήρου θεάματα. Ὁ δὲ ἐκ περιωπῆς καθῆστο, διατριβὴν ἡδίστην τὸν ἀγῶνα ποιούμενος. Ἥδετο γὰρ, ὡς ἔοικεν, αἱμάτων ἀνθρωπίνων ὁρῶν ἔκχυσιν. Ἦν δέ τις ἀνὴρ βάρβαρος τῶν ἐπιτηδείων Μαξιμιανῷ, πρός τε χεῖρα γενναῖος, καὶ πρὸς πάλην οὐχ ἥκιστα ἀγαθὸς, μέγεθός τε τοῦ μετρίου μείζων, καὶ παρὰ τοῦτο σφόδρα κεχαρισμένος αὐτῷ, καὶ λόγου κομιδῇ D πολλοῦ ἀξιούμενος· Λυαῖος ὄνομα τῷ ἀνδρὶ, πατρὶς Οὐάνδαλα.

12. Is insolenter jactans se omnes vincere robore corporis, stansque in pulpito, ut toti esset theatro manifestus, cæteros gladiatores provocabat

ιβ'. Οὗτος τά γε εἰς ῥώμην σώματος πάντων κρατεῖν ἀλαζονευόμενος, ἐπ' ὀκρίβαντος τότε στὰς, ὡς ἐπίδηλος εἴη τῷ θεάτρῳ παντὶ, τὸν βουλόμενον εἰς

(8) Hanc ad Deum orationem, quæ a Sancti Passione proxime antecedenti, ab auctore anonymo, qui Metaphrasti præluxit, conscripta, abest pro arbitrio suo posterior hic scriptor Demetrio, custodiæ jam mancipato, verosimillime affinxerit. Ita autumo, quod similes sanctis orationes attribuere is soleat in omnibus fere horum Actis, quæ stylo suo expolivisse noscitur.

(9) De angelica isthac, quæ Sancto fuerit oblata, apparitione, miraculique scorpii, a Demetrio prodigiose necati, quod eam præcesserit, patratione dubitari haud immerito vel idcirco potest, quod tam hæc, quam illa a solo Metaphraste, anonymoque, qui huic præluxit, Sancti nostri biographo, memoriæ prodita inveniatur.

(10) Adi Adnotata, Passionis præcedentis cap. 1 ad num. 7 subnexa.

(11) Fueritne e Wandalica, an altera natione Lyæus, antiquiores duæ Sancti Passiones, quarum altera apud Photium in *Bibliotheca* exstat, altera e lingua Græca in Latinam ab Anastasio fuit conversa, haud edicunt.

πάλην προσεκαλεῖτο. Εἴργαστο δὲ ἄρα τῷ Μαξιμιανῷ κύκλος σανίσι διειλημμένος συχναῖς· ἐφ' ὃν οἱ μονομαχεῖν μέλλοντες εἰσῄεσαν, καὶ τὸ παγκράτιον ὑπήρχοντο καὶ τὴν πάλην. Ἐπεὶ τοίνυν τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ πάντων ἐκράτει Λυαῖος, καὶ πᾶς ὅστις εἰς χεῖρας αὐτῷ ἐρχόμενος, χαμαὶ κείμενος εὐθὺς ἐθεᾶτο, ἢ καὶ θάνατον ἐκ τοῦ παραχρῆμα σπασάμενος, τοσοῦτον ἥδεσθαι τῷ τυράννῳ παρεῖχεν, οὓς κατέβαλλε τοὺς συμπλεκομένους, ὅσον οὐ πολλῷ ὕστερον λύπῃ περιβαλεῖν αὐτὸν ἔμελλεν.

ιγ'. Ἀνὴρ γάρ τις, ὄνομα Νέστωρ, τὴν μὲν ἡλικίαν κομιδῇ νέος, ἄρτι τὸν ἴουλον ἐπανθοῦντα φέρων, ἰδεῖν δὲ ἥδιστος, καὶ κάλλει διαπρεπέστατος, γνωστὸς τῷ περιδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ τελῶν, ὁρῶν οὕτω Μαξιμιανὸν περὶ τὸν βάρβαρον διακείμενον, καὶ B πολλὰ πρὸς τοῖς μονομαχίας ἄθλοις καὶ χρήματα προτιθέντα, τοῦτο μὲν τὸ ὑπερήφανον Λυαίου μισήσας, τοῦτο δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ θείου μάρτυρος γινόμενα θαύματα κατιδὼν, καὶ ὅπως αὐτῷ πλεῖστοι προσιόντες τὴν εἰς Χριστὸν θεοσέβειαν ἐδιδάσκοντο, ἓν δὲ τοῦτο θελήσας γενέσθαι τῶν Δημητρίου θαυμάτων, τὸ ταῖς εὐχαῖς ἐκείνου καθοπλισθέντα λῦσαί τε Λυαίου τὸ θράσος καὶ τὴν ὀφρὺν αὐτὸν τοῦ βαρβάρου καταβαλεῖν, προστρέχει τῷ μάρτυρι, καὶ τῶν ποδῶν ἐκείνου τῶν ἁγίων προκείμενος, Δοῦλε τοῦ Θεοῦ Δημήτριε, λέγει, πρόθυμός εἰμι καὶ ὀργᾷ μοι ἔνδον ἡ ψυχὴ Λυαίῳ πρὸς συμπλοκὴν συνελθεῖν, εἰ μόνον αὐτὸς ὁπλίσεις με ταῖς εὐχαῖς, καὶ ταύταις τὴν κραταιὰν χεῖρα συμμαχοῦσαν παράσχῃς.

C

ιδ'. Τί οὖν ὁ θεῖος Δημήτριος; Ὥσπερ αἰτήσας αὐτὸς μᾶλλον ἢ αἰτηθεὶς, μικροῦ τῇ τελειώσει τὴν αἴτησιν ἐπιφθάνει· καὶ ταχέως ἐπιβαλὼν αὐτῷ τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα εἰς τὸ μέτωπόν τε καὶ τὴν καρδίαν, ἀφίησιν, ἐπειπών· Καὶ τὸν Λυαῖον νικήσεις, καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσεις· ὅπερ ταυτὸν ἦν εἰπεῖν· Καὶ τὸν φανερὸν ἀντίπαλον καὶ τὸν ἀφανῆ νικήσεις. Οὕτως οὐ μόνον θάρσος ἐνῆκεν αὐτοῦ τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ἀσφαλέστατα προσεφθέγξατο. Αὐτίκα γοῦν ὁ Νέστωρ ἀφικόμενος εἰς τὸ στάδιον καὶ διὰ τῶν βαθμίδων καταπηδήσας, τόν τε χιτῶνα ἀποτίθεται, καὶ ἑαυτὸν δῆλον καθίστησι τῷ βασιλεῖ παραστάς. Μαξιμιανὸς δὲ τὴν πολλὴν τόλμαν ἐκείνην τοῦ νεανίσκου καταπλαγεὶς, καὶ ἄλλο τι εἶναι ὑπολαβὼν ἢ ἀνδρίας ἐπίδειξιν τὸ γινόμενον, D ἐγγυτέρω παραστῆναι κελεύει, καὶ, Ὦ νεανίσκε, συμβουλεύων φησὶν, οἶδ' ὅτι χρημάτων ἔνδεια εἰς τοῦτό σε τόλμης ἠνάγκασεν ἐπαρθῆναι, ἵνα ἢ περιγενόμενος πλοῦτον σεαυτῷ ἀθρόον περιποιήσῃ, ἢ ἀποτυχὼν, πενίαν ὡς ἐχθρὸν ἄσπονδον μετὰ καὶ ζῆν ἀποφύγῃς. Ἐγὼ δέ σε καὶ τῆς ἡλικίας, καὶ τῆς καλὸν ἐπιλαμπούσης σοι ὥρας οἰκτείρων, παρέξω καὶ ὑπὲρ μόνης γε τῆς τόλμης ἄξια καὶ ἱκανὰ χρήματα.

A ad certamen. Tunc autem factus fuerat a Maximiano circus, multis comprehensus tabulis, in quem ingressi erant, qui erant singulari certamine certaturi, et pancratium incipiebant ac luctam (12). Cum ergo viribus corporis omnes superaret Lyæus, et quicunque manus cum eo conserebat, statim cerneretur humi prostratus, aut etiam mortem inde statim oppetens, tantam tyranno afferebat voluptatem quod prosterneret eos qui cum ipso congrediebantur, quanta eum haud multo post oppressura erat tristitia.

13. Quidam enim nomine Nestor, ætate quidem valde juvenis, ut qui modo natam haberet lanuginem, aspectu autem jucundissimus, et forma præstantissimus, qui erat notus inclyto martyri Demetrio, cum videret Maximianum sic affectum in barbarum et gladiatorum certaminibus multas exhibere pecunias; partim quidem odio habens Lyæi superbiam, partim autem aspiciens miracula, quæ fiebant a divino martyre, et quod plurimi, ad eum accedentes, docebantur pietatem in Christum, cupiensque hoc etiam esse unum ex miraculis Demetrii, ut precibus illius armatus, Lyæi frangeret audaciam, et barbari dejiceret supercilium; accurrit ad martyrem, et ad sanctos ejus pedes procidens, dicit : Serve Dei Demetri, sum paratus, et mihi gliscit animus congredi cum Lyæo, si me solum armaveris precibus, perque eas validam manum auxiliatricem præbueris.

14. Quid ergo divinus Demetrius? Perinde ac si ipse rogasset, non autem fuisset rogatus, exsequendo propemodum prævenit petitionem : et ei velociter imposito Christi signaculo tam in fronte, quam in corde, eum dimittit, dicens : Et Lyæum vinces, et eris martyr Christi (13). Quod quidem perinde est, ac si dicas : Et manifestum vinces adversarium, et eum, qui non est manifestus. Sic ejus animo non solum immisit audaciam, sed etiam de futuro pronuntiavit certissime. Statim ergo Nestor veniens in stadium, cum per gradus desiliisset, et deponit tunicam, et assistens seipsum ostendit imperatori. Maximianus autem obstupefactus illa audacia adolescentis, et esse aliquid aliud opinatus quam ostentationem virtutis, jubet eum sisti propius, et : O adolescens, inquit, ei consulens, scio, quod pecuniæ inopia coegit te ad hanc prorumpere audaciam, ut vel si viceris, multas opes tibi compares; aut si fueris superatus, implacabilem inimicum, paupertatem simul cum vita effugias. Ego autem tuæ ætatis et pulchritudinis misertus, vel pro sola audacia tibi præbebo quod satis est pecuniæ.

(12) Genus id erat exercitationis, ex lucta et pugilatu compositum, quemadmodum in Antiquitatum Romanarum Lexico e variis scriptoribus docet Samuel Pitiscus.

(13) Nestori præstitisse dixisseque sanctum Demetrium, quæ hic narrantur, credibile haud apparet. Adi Commentarium prævium § 4.

15. Qua accepta, abi simul cum vita fruens quoque pecuniis. Ne autem cum Lyæo omnino congrediaris; jam enim multos vita privavit, eosque te longe robustiores. His auditis Nestor neque imperatoris arripuit liberalitatem, neque rursus Lyæi laudibus fuit territus. Imperatori autem, Non cupio, inquit, pecunias, neque ea de causa prodeo in certamen; sed gloriam potius cupiens, et Lyæo volens apparere præstantior. Non solum enim divitias, sed etiam ipsam vitam statui rejicere, si Lyæo gloria inferior fuero, et primas illi cessero. Hæc sic dicta, et imperatorem, et eos omnes qui aderant circa ipsum, ad iram provocarunt: qui (quomodo enim armatus, et quo esset fretus, ille nondum dixerat) arrogantiæ tantum et vanæ gloriæ verba esse existimabant. Atque imperator quidem Lyæum vehementer incitabat ad certamen, impetuque et audacia plenum ejus animum reddebat acriorem.

16. Nestori autem animum addebant verba Demetrii, et Christus. Ad quem attollens oculos dicebat: Deus Demetrii, concede mihi, ut ego, qui sum ætate brevis David, tanquam alium Goliath, pudore et ignominia Lyæum afficiam. Te enim fretus suscepi hoc certamen in medio multorum, ut tuum nomen glorificetur, qui solus es vere Deus, et iis qui in te virtutem faciunt, mittis auxilium de sancto (14). Sic dixit, et, stricto acinace, ingressus theatrum, et cum barbaro congressus, infert ejus cordi certam plagam. Et statim illum quidem interimit, fere autem ipsum quoque Maximianum dolore, quem de eo accepit: multo vero magis ipsum quoque errorem, et cum eo ejus auctorem, occultum, inquam, Maximianum morte afficit.

17. Maximianus autem imperator non potuit amplius sedere, sed statim surrexit ira plenus et tristitia, et in aulam abiit regiam, gravia apud se versans, et veritatis splendori volens impius offundere tenebras, Nestorisque victoriam obscurare, ac per illud cultum Christi, præ multa ignorantia rem vocans præstigias. Neque enim, aiebat, alias ab eo fuisset interemptus is, qui tam præclara effecerat facinora. Itaque, generoso Nestore accersito, tanquam res esset certa, et nulla opus haberet inquisitione: Dic mihi, dicit, adolescens, quanam arte usus magica, aut quosnam habens adjutores, Lyæum, virum tantum, interfecisti? Cui Nestor nihil territus, sed omnino confidens, quod, qui dedit illum superbum et insolentem de medio tollere, ipse quoque de eo convenientem dabit responsionem: Nihil, inquit, o imperator, tale, nec mihi, nec ulli est Christiano utile. Nullus autem homo mihi fuit ad hoc adjutor, nisi solus Deus Demetrii, Deus, o imperator, Christianorum.

A ιε'. Καὶ λαβὼν ἄπιθι μετὰ τοῦ ζῆν ἀπολαύων καὶ τῶν χρημάτων. Λυαίῳ δὲ σεαυτὸν τὸ παράπαν μὴ ἀντιστήσῃς· πολλοὺς γὰρ τοῦ ζῆν ἀπήλλαξε, καὶ τῶν καταπολὺ σοῦ ῥωμαλεωτέρων. Ταῦτα ὁ Νέστωρ ἀκούσας, οὔτε ἥρπασε τὴν τοῦ βασιλέως φιλοτιμίαν, οὔτε πάλιν πρὸς τὸν τοῦ Λυαίου ἔπαινον ἐδειλίασε. Τῷ δὲ βασιλεῖ, Οὐ χρημάτων ἐπιθυμῶ, ἔφη, οὐδὲ παρὰ τοῦτο ἐμαυτὸν εἰς τόνδε τὸν ἀγῶνα καθῆκα, ἀλλὰ δόξης ἐρῶν μᾶλλον, καὶ Λυαίου κρείττων ἀναφανῆναι βουλόμενος. Ἀπώμοτον γάρ ἐμοὶ μὴ ὅτι γε τὸ πλουτεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ζῆν, δόξης εἴξαντι Λυαίῳ, καὶ τῶν πρωτείων ἐκείνῳ παραχωρήσαντι. Ταῦτα οὕτω λεχθέντα καὶ βασιλέα καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἅπαντας ἠρέθισαν εἰς ὀργήν· ὅπως γὰρ ὡπλίσθη, καὶ ἐφ' ᾧ πεποιθὼς ἐκεῖνος οὕτως ἐφθέγγετο, αὐτοὶ
B ἀγνοοῦντες, ἀλαζονείας μόνης καὶ κενοῦ τύφου τὰ ῥήματα ὑπελάμβανον. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς πολὺς ἦν εἰς τὸν ἀγῶνα διεγείρων Λυαῖον καὶ τὴν ὁρμῆς καὶ θάρσους ἐμπλέων παροξύνων ψυχήν.

ιϛ'. Νέστορι δὲ τὸ θάρσος οἱ Δημητρίου λόγοι καὶ Χριστὸς ἦν, πρὸς ὃν ἀνατείνας τοὺς ὀφθαλμούς, Ὁ Θεός, ἔλεγε, Δημητρίου, δός ἐμὲ τὸν βραχὺν τὴν ἡλικίαν Δαβὶδ Γολιὰθ ἄλλον καταισχῦναι Λυαῖον. Σοὶ γὰρ πεποιθὼς τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐν μέσῳ πολλῶν ἠράμην, ἵνα τὸ σὸν ὄνομα δοξασθῇ τοῦ μόνου ἀληθῶς Θεοῦ, καὶ τοῖς ἐν σοὶ δύναμιν ποιουμένοις ἐπιπέμποντος βοήθειαν ἐξ ἁγίου. Οὕτως ἔφη, καὶ ἅμα τὸν ἀκινάκην σπασάμενος, καὶ τὸ θέατρον εἰσπηδήσας, τῆς συμπλοκῆς ἤδη γενομένης βάλλει καιρίως
C κατὰ τῆς καρδίας τὸν βάρβαρον· καὶ εὐθὺς τὸν μὲν ἀναιρεῖ, σχεδὸν δὲ καὶ Μαξιμιανὸν τῇ περὶ αὐτὸν λύπῃ· πολλῷ δὲ μᾶλλον εἰπεῖν καὶ πλάνην αὐτήν, καὶ σὺν ἐκείνῃ τὸν ταύτης αἴτιον, τὸν κρυπτόν, φημὶ, Μαξιμιανὸν θανατοῖ.

ιζ'. Μαξιμιανῷ μέντοι τῷ βασιλεῖ οὐκ ἦν ἔτι ἀνεκτὸν ἡ καθέδρα· ἀλλὰ πλήρης ὀργῆς καὶ κατηφείας εὐθὺς ἐξανέστη, καὶ πρὸς τὰς βασιλείους αὐλὰς δεινὰ στρέφων καθ' ἑαυτὸν ἀπεχώρει, ἐπισκοτῆσαι τῷ φέγγει τῆς ἀληθείας ὁ δυσσεβὴς βουλόμενος, Νέστορός τε τὴν νίκην καὶ δι' ἐκείνου τὸ πρὸς Χριστὸν ἀμαυρῶσαι σέβας, γοητείαν ἐκ πολλῆς ἀνοίας τὸ πρᾶγμα καλῶν. Ἐπεὶ οὐκ ἄν, φησὶ, παρὰ τοιοῦδε τοιαύτας ἀνδραγαθίας ἐπιδειξάμενος ἀνῄρεῖτο. Ἀμέλει καὶ Νέστορα τὸν γενναῖον μεταπεμψάμενος, ὡς ἐπὶ πράγματι ὁμολογουμένῳ καὶ οὐδεμιᾶς δεομένου
D ζητήσεως, Εἰπέ μοι, νεανίσκε, λέγει, τίσι μαγείαις χρησάμενος ἢ τίνας ἔχων τοὺς συνεργούς, Λυαῖον ἀνῄρηκας τὸν τοσοῦτον; Πρὸς ταῦτα ὁ Νέστωρ οὐδὲν ὑποδειλιάσας, ἀλλὰ θαῤῥήσας πάντως, ὅτι ὁ δοὺς ἐκεῖνον τὸν ὑπερήφανον ἀνελεῖν, αὐτὸς δώσει καὶ προσήκουσαν τὴν περὶ αὐτοῦ θέσθαι ἀπολογίαν, Οὐδέν, ἔφη, βασιλεῦ, τοιοῦτον οὐδὲ ἐμοί, οὔτε ἄλλῳ Χριστιανῶν· συνεργὸς δέ μοι πρὸς τοῦτο τῶν ἀνθρώπων οὐδείς, ὅτι μὴ μόνος ὁ Δημητρίου Θεός, ὁ Θεός, βασιλεῦ, τῶν Χριστιανῶν.

(14) Cum anonymus sancti Demetrii biographus, qui Metaphrasti præluxit, hanc Nestoris, contra Lyæum certaturi, ad Deum orationem non exhibeat, dubitandum vix apparet, quin eam posterior hic scriptor, verosimili conjectura usus, pro arbitrio confinxerit.

ιη'. Τούτου φανερὸς ἆθλος ὁ Λυαίου θάνατος, ὃς ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ καὶ Σηὼν καὶ Ὢκ καὶ μυρίους ἄλλους πολλῷ μᾶλλον ἢ Λυαῖον τὴν ῥώμην ἐπιφανεῖς εὐχερῶς ἀνεῖλεν, οὐ καθ' ἕνα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ πλῆθος συναθροισαμένους. Τί μὴ λέγω τὰ ἐκείνου μόνου ἀληθῶς ἄξια, οὗ ἔργον οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἅπαντα; Οὐκ ἤνεγκε τὰ μεγάλα ταῦτα ἡ φαύλη Μαξιμιανοῦ ἀκοὴ, ἀλλὰ τῶν καλῶν λόγων μισθοὺς, καὶ τῆς νίκης αὐτῷ βραβεῖα τὸν διὰ ξίφους ἐπάγει θάνατον. Νέστωρ μὲν οὖν οὕτω τοῦ διὰ Χριστὸν μακαρίου τέλους ἐπιτυγχάνει, καὶ τῷ ἰδίῳ ξίφει δέχεται τὴν τομὴν, οὕτω μὲν Μαξιμιανοῦ κελεύσαντος, ἵνα κἀκεῖνο τάχα μαρτυρικῷ αἵματι καθαγιασθῇ, Μινουκιανοῦ δὲ προτίκτωρος πρὸς τὴν σφαγὴν ὑπουργήσαντος. Καὶ οὕτω πρὸς Χριστὸν, ὃν ἐφίλησε, παραπέμπεται, παρ' οὗ καὶ τῆς διπλῆς νίκης ἀπολήψεται τοὺς στεφάνους.

ιθ'. Ἐντεῦθεν ὑποβολαὶ κατὰ Δημητρίου πάλιν καὶ διαβολαὶ πιθανώτεραι, ὡς αὐτὸς εἴη τοῦ Λυαίου σφαγῆς αἴτιος. Αὐτίκα γοῦν Μαξιμιανὸς ὀξύτατα χολωθεὶς, καὶ ἅμα οἰωνισάμενος ὡς οὐκ ἀγαθὸν αὐτῷ συνάντημα Δημήτριος γένοιτο πρὸς τὸ στάδιον ἀνιόντι, κελεύει τὸν μάρτυρα ἐν αὐταῖς αἷς ἐφρουρεῖτο καμίνοις λόγχαις ἀναιρεθῆναι. Ὃ δὴ καὶ γίνεται. Καὶ ὁ καλὸς σὺ τὰ πάντα, Δημήτριος, ὁ λίαν τοῦ Δεσπότου περιεχόμενος, ὁμοίως αὐτῷ τὴν πλευρὰν λογχεύει, καὶ τοῦτο ἀφορμὴν καὶ ὁδὸν εὑρίσκεις τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀφίξεως· μακάριος μὲν τοῦ βίου, μακαριώτερος δὲ τοῦ τέλους καὶ τῶν στεφάνων γενόμενος, καὶ τῆς εἰς αἰῶνας αὐτῷ τῷ ποθουμένῳ συγκατοικήσεως.

κ'. Εἶχε μὲν οὖν οὕτω ταῦτα, καὶ ὁ νεκρὸς τοῦ μάρτυρος κατὰ γῆς ἔῤῥιπτο, καὶ οὐδεὶς αὐτοῦ λόγος μέχρι τινός. Πάντως δὲ οὔτε ὅσιον ἦν, οὔτε Θεοῦ ὅλως ἄξιον, ὑπὲρ οὗ πέπονθεν ἐκεῖνο τὸ ἱερὸν σῶμα, οὕτως αὐτὸ παριδεῖν. Οὔκουν οὐδὲ παρεῖδεν. Ἀλλὰ τῶν φιλοχρίστων τινὲς ὑποβολαῖς ἐκείνου νυκτὸς προσελθόντες, καὶ ἀτίμως κείμενον τὸ κομιδῇ τίμιον ἀνελόμενοι εὐλαβῶς περιστέλλουσιν. Εἶτα καὶ κόνιν ἐπιβαλόντες ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἔνθα δὴ καὶ τετελείωτο θεοφιλῶς θάπτουσιν. Εἷς δέ τις τῶν οἰκετῶν τοῦ ἁγίου παραστὰς αὐτῷ τὴν μακαρίαν ὑφισταμένῳ σφαγὴν, καὶ ὡς οἷόν τε ἦν, τὸ θεῖον ἐκεῖνο αἷμα εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ μάρτυρος ἀνελόμενος ἐπώμιον, ἀλλὰ καὶ ὃν ἐφόρει κατὰ χεῖρα δακτύλιον, καὶ αὐτὸν συλλαβὼν καὶ τῷ μαρτυρικῷ αἵματι περιχρίσας, πολύ τι χρῆμα τεραστίων εἰργάζετο δι' αὐτοῦ.

κα'. Καὶ οὐδὲν ἦν οὔτε τῶν νοσημάτων, οὔτε τῶν πονηρῶν πνευμάτων οὕτως ἰσχυρὸν, ὥστε εἰς ἐκεί-

18. Manifestum ejus certamen fuit mors Lyæi, qui in manu forti et brachio excelso Sehon et Og, et alios innumerabiles, longe magis, quam Lyæus, virtute insignes facile de medio sustulit, non solum singulos, sed etiam magna circumdatos multitudine. Sed cur non dico ea quæ sunt illo solo vere digna, cujus opus est cœlum et terra, et quæ sunt in eis omnia? Non tulerunt hæc magna aures viles Maximiani, sed pulchrorum verborum mercedem et victoriæ præmium, ei mortem affert gladio. Et sic quidem Nestor beatum finem propter Christum est consecutus: et suo ense plagam accepit, sic jubente Maximiano, forte ut ille quoque martyrico sanguine sanctificaretur. Cum igitur Minutianus protector cædis fuisset administer, sic Nestor transmittitur ad Christum, quem dilexit, et a quo erat accepturus coronas duplicis victoriæ (15).

19. Hinc fraudes in Demetrium rursus, criminationes intenduntur probabiliores, quod ipse esset causa cædis Lyæi. Continuo igitur vehementer iratus Maximianus, et simul auguratus non fore bonum omen, si ei occurreret Demetrius in stadium ascendenti, ad quod per lavacrum erat accessus, jubet martyrem interfici lanceis in iis ipsis caminis, in quibus custodiebatur. Quod fit etiam. Et tibi quidem, qui ex omni ex parte pulcher et honestus, Demetri, qui Dominum diligenter sectaris, et omnia illius diligis, similiter atque ipsi lancea latus configitur, hancque invenis occasionem et viam tui ad eum adventus; beatus quidem propter vitam, beatior autem propter decessum et coronas, et propter æternam tuam cohabitationem cum eo quem desiderabas (16).

20. Hæc quidem sic se habebant, et humi jacebat corpus martyris, neque aliquandiu ulla ejus habebatur ratio. Omnino autem nec erat sanctum, nec Deo plane dignum, pro quo passum erat sacrosanctum illud corpus, sic ipsum despicere. Neque ergo despexit: sed quidam ex iis qui Christum amabant, ejus instinctu, nocte accedentes, cum valde turpiter jacens corpus pretiosum sustulissent, id pie componunt. Deinde etiam injecto pulvere, in eo ipso loco, in quo fuerat consummatus, sepeliunt pie ac religiose. Quidam autem ex Sancti famulis, stans prope eum, quando beatam illam subiit cædem, cum, ut potuit, divinum illum sanguinem collegisset in sacro martyris superhumerali, et quem manu gestabat, annulum accepisset, et martyris sanguine tinxisset, per ipsa faciebat plurima miracula.

21. Neque erat ullus morbus, neque malus dæmon tam fortis, quin statim, si illius fecisset peri-

(15) Multa hic, ex anonymo Sancti nostri biographo maximam partem hausta, a Metaphraste narrantur, quæ a Demetrii Passione tum Photiana, tum Anastasiana absunt; verum ea ac nominatum Nestorem, qui Lyæum singulari certamine interfecit, effectum esse Christi martyrem, duplicisque ab hoc victoriæ, uti hic Metaphrastes loquitur, coronas accepisse, exiguam admodum fidem merentur, uti satis probant, quæ Commentarii prævii § 4 in medium adduxi.

(16) Hæc, quæ ad Demetrium hic fit, allocutio ab ipso Metaphraste verosimillime est conficta; neque enim vel in anonymo, qui scriptori huic præluxit, Sancti nostri biographo, vel alibi uspiam reperitur.

culum, superaretur et in fugam verteretur : adeo ut tali fama miraculorum impleretur tota civitas Thessalonicensium. Quocirca nec erat consentaneum, ea latere Maximianum, nec ferre posse invidiam. Et ideo capitur protinus famulus, horum bonorum procurator, et interficitur. Tribunal locus, in quo fuit occisus, Lupus autem vocabatur egregius ille famulus (17). Procedente autem tempore et signis ex loco, in quo latebat corpus martyris, tum Macedoniam, tum etiam Thessaliam pervadentibus, quin etiam caligine simulacrorum conversa in perfectam serenitatem, quidam Leontius et gloria clarus, et Christi fide ardens, qui tunc erat præfectus Illyrici, profectus Thessalonicam (18), a gravi morbo invaditur, ita eum premente, ut nec comederet, nec biberet; quæ ab omnibus autem fugitur, mortem putaret rem valde optandam, et a malo, quod eum vexabat, solam liberationem.

22. Cum ergo et medici a morbo aperte vincerentur, et amicorum præsentia ad consolandum dolorem inanis labor ei reputaretur, nulla autem spes esset, fore ut morbo liberaretur; cum, inquam, agitaretur tantis fluctibus, et plane inevitabilibus, præfecto sacra quædam ancora fuit refugium ad divinum templum martyris. In quod cum fuisset in lecto introductus, et depositus fuisset in loco, in quo sacrum illud corpus fuerat in terra conditum, (o divinam visitationem! o rem ineffabilem!) suffecisset quidem ad aperte ostendendam Demetrii gratiam et virtutem, si, cum depositus aliquo tempore exspectasset, et vehementissime orasset, sensisset auxilium. Nunc autem hoc est maxime novum, hoc est miraculorum illius jucundissimum, quod omnia hæc simul concurrerunt, ægroti in templo depositio, martyris per labra illius invocatio, et morbi facilis ejectio (19). Leontius tam celerem consecutus curationem, ipse quoque celerem, ut potuit, reddit remunerationem.

23. Nam cum domunculam, in qua sacrum corpus martyris depositum fuit, quæ erat parva admodum et angusta, et lavacri ambitu ac stadio intercepta, evertisset, templum in ipsa civitate Thessalonica ab ipsis exstruxit fundamentis : quod nunc quoque cernitur medium inter publicum lavacrum et stadium pulcherrime excitatum (20) :

A νου πεῖραν ἐλθὸν, μὴ εὐθὺς ἡττᾶσθαι καὶ πρὸς φυ-
γὴν τρέπεσθαι· ὡς πλήρη γενέσθαι τῆς τοιαύτης
φήμης τῶν τεραστίων τὴν πόλιν Θεσσαλονικέων ἅπα-
σαν. Ὅθεν οὐδὲ εἰκὸς ἦν ταῦτα οὔτε Μαξιμιανὸν
λαθεῖν, οὔτε τὸν φθόνον ὑπενεγκεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο
χειροῦται παραχρῆμα καὶ ὁ τῶν ἀγαθῶν δὴ τούτων
ἐπίτροπος οἰκέτης, καὶ ἀναιρεῖται. Τριβουνάλιον τὸ
τῆς ἐκτομῆς χωρίον· Λοῦπος ὁ καλὸς οἰκέτης κατω-
νομάζετο. Χρόνου δὲ παριόντος καὶ τῶν σημείων ἐν
ᾧ τὸ τοῦ μάρτυρος ἐκρύπτετο σῶμα, τοῦτο μὲν Μα-
κεδονίαν, τοῦτο δὲ καὶ Θετταλίαν διατρεχόντων, ἤδη
δὲ καὶ τῆς εἰδωλικῆς ἀχλύος εἰς ἀκριβῆ αἰθρίαν με-
ταβαλούσης, Λεόντιός τις ἀνὴρ τήν τε δόξαν λαμπρὸς,
τήν τε πρὸς Χριστὸν πίστιν μάλα θερμὸς τοὺς μὲν
ἐπαρχικοὺς τότε τῶν Ἰλλυρικῶν κατακοσμῶν θρό-
νους, εἰς δὲ τὴν Δακῶν ἀπιὼν, νόσῳ βαρυτάτῃ κά-
B τοχος γίνεται, οὕτως αὐτὸν πιεζούσῃ, ὡς καὶ σιτίων
ἄγευστον καὶ ποτοῦ πιεῖν, τὸν δὲ πᾶσι φευκτὸν θά-
νατον χρῆμά τι νομίζειν ἐπιεικῶς ποθεινότατον, καὶ
τοῦ συνενεχθέντος αὐτὸν δεινοῦ μόνην ἐλευθερίαν.

κβ'. Ἐπεὶ οὖν ἰατροὶ μὲν τῆς νόσου φανερῶς ἡτ-
τῶντο, φίλων δὲ παρουσίαι πρὸς παραμυθίαν τοῦ
πάθους κόπος κενὸς ἐνομίζοντο, ἐλπίς τε ἦν ἀπαλλα-
γῆς τοῦ νοσήματος οὐδεμία, ἐν τούτῳ τῷ χαλεπῷ κλύ-
δωνι καὶ ἀφύκτῳ ἱερά τις ἄγκυρα τῷ ἐπάρχῳ ἡ πρὸς
τὸν θεῖον τοῦ μάρτυρος ναὸν καταφυγὴ γίνεται. Ἔν-
θα δὲ καὶ κλινοπετὴς εἰσαχθεὶς καὶ κατὰ τὸν τόπον,
ἐν ᾧ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο ὑπὸ γῆν κέκρυπτο σῶμα, κατα-
τεθεὶς (ὢ θείας ἐπισκοπῆς! ὢ πράγματος ἀποῤῥή-
του!), ἤρκει μὲν εἰς δεῖγμα σαφὲς τῆς Δημητρίου
C χάριτος καὶ δυνάμεως, καὶ εἰ τεθεὶς καὶ χρόνον τινὰ
προσμείνας καὶ θερμότατα δεηθεὶς ᾔσθετο τῆς ἐπι-
κουρίας. Νῦν δὲ τοῦτό ἐστι τὸ καινότατον, τοῦτο τῶν
ἐκείνου θαυμάτων τὸ χαριέστατον, ὅτι ὁμοῦ συνέδρα-
με πάντα, ἡ ἐν τῷ ναῷ τοῦ νοσοῦντος κατάθεσις, ἡ
τοῦ μάρτυρος διὰ τῶν ἐκείνου χειλέων ἀνάκλησις,
καὶ ἡ τοῦ νοσήματος εὐχερὴς ἀπόθεσις. Οὕτω τα-
χείας Λεόντιος τῆς θεραπείας τυχὼν, ταχεῖαν καὶ
αὐτὸς, ὡς εἶχε, τὴν ἀμοιβὴν ἀποδίδωσι.

κγ'. Καὶ τὸν μικρὸν οἰκίσκον, ὃς τὸ ἱερὸν εἶχε
τοῦ μάρτυρος σῶμα, ἐπὶ βραχέος κομιδῆ καὶ στενοῦ
τοῦ σχήματος ὄντα, τοῖς περιβόλοις τε τοῦ λουτροῦ
καὶ τῷ σταδίῳ ἀπειλημμένον, καταστρέψας αὐτὸς, εἰς
ναὸν αὐτῷ τῷ ἄστει Θεσσαλονίκης ἐξ αὐτῶν ἐδείματο
D τῶν κρηπίδων· ὃς καὶ νῦν ὁρᾶται μέσος τοῦ δημοσίου
λουτροῦ καὶ τοῦ σταδίου κάλλιστα διηρμένος, οὐδε-

(17) Hunc sancti famulum cum Lupo, Martyrologio Romano aliisque fastis sacris ad diem 23 Augusti inscripto, esse eumdem, verosimilius apparet. Adi iterum Commentarium prævium, num. 63.

(18) Lipomani interpretatio hic, uti et in aliis nonnullis, quæ, quod minus notatu digna sint, inobservata prætereo, Græco Metaphrastis textui haud satis consonat. Hic enim de Leontio sic habet : Εἰς δὲ τὴν Δακῶν ἀπιὼν, quæ verba Latine, non per hæc *profectus Thessalonicam*, sed per isthæc *In Daciam proficiscens* recte reddideris.

(19) Leontium, qui, quandonam circiter verosimilius floruit, Commentarii prævii num. 74 exposui, sanitati fuisse a sancto Demetrio prodigiose restitutum, in Photiana et Anastasiana Sancti nostri Passione nuspiam narratur, idque proinde, utpote in nullo etiam alio monumento satis antiquo fundatum, debet haberi pro admodum dubio, etsi etiam ab anonymo Sancti nostri biographo, qui Metaphrasti præluxit, memoriæ prodatur.

(20) Cum Metaphrastes, qui hoc scribit, sæculo decimo primum floruerit, templumque, quod Sancto nostro Leontius Thessalonicæ exstruxerat, aliudve, quod isti, fortassis jam destructo collapsove, substitutum fuerat, sæculo septimo, uti in Commentario prævio num. 92 jam docui, fuerit exustum, sane Sancti nostri templum, quod Metaphrastis ætate seu sæculo decimo media in urbe Thessalonicensi adhuc cernebatur, nequit fuisse illud ipsum, quod a Leontio ibidem fuerat erectum.

νὸς τῶν ἄλλων ὅσοι πρὸς θαῦμα καὶ ἡδονὴν ὀφθαλμοὺς κινοῦσι κάλλους ἢ μεγέθους, ἀπολειπόμενος. Μέλλων δὲ ὁ φιλευσεβὴς οὗτος καὶ πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν ἀπιέναι, καί τινα τῶν μερῶν τοῦ ἱεροῦ σώματος λαβεῖν βουληθεὶς, ὥστε κἀκεῖσε ναὸν τῷ εὐκλεεῖ μάρτυρι ἀναστῆσαι, οὐκ ἔσχε συνευδοκοῦντα τὸν ἅγιον, ἀλλὰ νυκτεριναῖς αὐτὸν ἐπιφανείαις εἴργει τοῦ ἐπιχειρήματος. Διὰ ταῦτα καὶ δεύτερον πλοῦν, ὃ λέγεται, τὴν χλαμύδα τοῦ μάρτυρος σεπτοῖς αἵμασι τοῖς ἐκείνου πεφοινιγμένην, καί τι τοῦ ἐπωμίου λαβὼν, ὃ σύνηθες ὀράριον ὀνομάζειν, καὶ κιβωτῷ τιμίᾳ τὸ ἀληθῶς τίμιον καταθέμενος, οὕτω τῷ μάρτυρι μὲν ἀφοσιοῖ τὸν πόθον, ἑαυτῷ δὲ τὴν μεγίστην περιποιεῖται ἀσφάλειαν.

κδʹ. Ἀμέλει καὶ τὴν ἐπὶ τὸ Σίρμιον ὥρᾳ χειμῶνος διαβαίνειν μέλλων, ἤδη παρὰ ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου γενόμενος, ἐπεὶ πολὺς ἦν ἐκεῖνος, καὶ ἐπὶ μέγα τὸ ῥεῖθρον ἐξαίρων ἐντεῦθέν τε οὐδενὶ τῶν πάντων διαβατὸς γινόμενος· καὶ ὁ μὲν χρόνος πολὺς μεταξὺ ἦν, ἔληγε δὲ οὐδαμῶς τὸ ῥεῖθρον, ἀλλὰ καὶ ἔτι τοῖς βουλομένοις ἀπηγόρευε τὴν διάβασιν, ἐν ἀθυμίαις ὁ ἀνὴρ ἦν λογισμοῖς τε ἐβάλλετο καὶ ἀπορίᾳ συνείχετο. Ἐπιφανεὶς οὖν ὁ θεῖος αὐτῷ Δημήτριος, Πᾶσαν ἀθυμίαν, ἔφη, καὶ ἀπιστίαν ὅτι πόῤῥω θέμενος ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ὃ ἐπιφέρῃ μετὰ χεῖρας ἔχων διάβηθι τὸν ποταμὸν ἀδιστάκτως.

κεʹ. Πείθεται τῷ φανέντι ὁ ἔπαρχος, καὶ ἕωθεν τοῦ ὀχήματος ἐπιβὰς ἐχώρει διὰ τοῦ ῥείθρου μετὰ χεῖρας τὴν σορὸν ἔχων, ἄνω δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μετὰ τῆς ψυχῆς, ἡσυχῇ τοῦ ῥεύματος ὑποχωροῦντος αὐτῷ, καὶ εἴκοντος νεύμασιν ἀθεάτοις, ἀξίαν μὲν θαύματος, οὐ μὴν ἀναξίαν καὶ τῆς πρὸς τὸν μάρτυρα πίστεως, τὴν διάβασιν ὑποστάς. Οὕτως οὖν ἀβλαβὴς διελθὼν, καὶ πρὸς τῷ Σιρμίῳ γενόμενος τὴν ἱερὰν ἐκείνην σορὸν μετὰ τοῦ ἐν αὐτῇ θησαυροῦ τῷ παρ' αὐτοῦ νεουργηθέντι ναῷ τῷ μάρτυρι δίδωσιν. Ἐν γειτόνων δὲ οὗτος τῷ τῆς καλλινίκου μάρτυρος Ἀναστασίας ἵδρυται σηκῷ· ἵνα καὶ μάρτυρες μάρτυσιν ἄνω τε καὶ κάτω ταῖς σκηναῖς πλησιάζουσι. Πολλῶν μὲν τῶν θαυμάτων δηλαδὴ καὶ ἰάσεων, καὶ παρ' αὐτήν γε τὴν ὁδὸν πλεῖστοι τῆς ἁγιαστικῆς ἐκείνης φερομένης χλαμύδος ἀπέλαυσαν χάριτι καὶ δυνάμει Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A pulchritudine enim et magnitudine nulli alii cedit ex iis quæ movent oculos ad admirationem et voluptatem. Abiturus autem hic vir pius in Illyricum, cum vellet aliquam partem sacri corporis accipere, ut illic quoque excitaret templum glorioso martyri, Sanctus non est ei assensus, sed nocturnis apparitionibus eum arcet a cœpto. Propterea secunda, ut dicitur, navigatione cum chlamydem martyris, quæ illius venerando sanguine fuit cruentata, et ex ejus superhumerali aliquid accepisset, quod solent appellare orarium, et in pretiosa arca, quod vere erat pretiosum, deposuisset, sic martyris quidem satisfecit desiderio, et sibi maximam acquisivit securitatem.

24. Certe cum hiemis tempore reversurus in Illyricum (21), ob seria quædam negotia Sirmium B properaret, et jam pervenisset ad ripas Istri, quoniam is excreverat, et magnum attollebat fluentum, et propterea a nullo poterat omnino transmitti, et multum quidem temporis intercesserat, fluentem autem minime cessabat, sed iis qui transmittere volebant, prohibebat transitum (22); is afficiebatur magna animi ægritudine, et erat valde cogitabundus, et versabatur in perplexa dubitatione. Ei vero apparens divinus Demetrius : Omni, inquit, animi ægritudine et incredulitate procul ejecta ab animo, quod tecum fers, gestans manibus, transi fluvium citra dubitationem.

25. Paret præfectus ei qui apparuerat : et cum mane ascendisset vehiculum, per flumen capsam C portans manibus, et cum animo tenens erectos quoque oculos, gradiebatur, fluento tacite recedente, et cedente nutibus, qui non cadunt sub aspectum; dignum quidem admiratione, fide autem, quam habebat in martyrem, non indignum subiens transitum (23). Cum sic ergo illæsus trajecisset, et Sirmium pervenisset, sacram illam capsam cum thesauro, quam servabat, in recens exstructo istic templo deponit. Erat autem prope templum gloriosæ martyris Anastasiæ (24), ut martyres martyribus quodammodo sursum, sic et deorsum vicina haberent tabernacula. Multa autem miracula et curationes etiam in ipsa via, dum ferretur illa chlamys sanctificans, plurimi sunt consecuti (25), gratia et virtute Christi veri Dei nostri, D quem decet omnis gloria nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

(21) Occidentali nimirum : adi Adnotata Passionis præcedentis cap. 2 ad num. 20 subnexa. Et porro, quod bene notandum, non *reversus*, ut Lipomani interpretatio habet, sed *iturus* fuisse Leontius in Græco Metaphrastis textu asseritur.

(22) Ut Leontius Thessalonica Sirmium peteret, Ister ei seu Danubius trajiciendus haud fuit, idque nihilominus ei faciendum fuisse, a Metaphraste hic indicatur, et recte sane : Leontius enim, antequam Sirmium adiret, sese primum in Daciam, quæ ad sinistram Danubii ripam sita erat, contulisse narratur; inde autem Sirmium pet turo necessario erat trajiciendus Danubius.

(23) Isthoc Sancti miraculum, apparitioque, Leontio oblata, quæ id præivit, a solo Metaphraste, anonymoque, qui ei præluxit, Sancti biographo narrantur; quare quid tum de hac, tum de illo sentiendum sit, statues ex iis quæ mox in not. 19 dicta sunt.

(24) Tempore illo, quo Leontius, Illyrici præfectus supra memoratus, floruit, seu seculo quinto ineunte vere Sirmii exstitisse ecclesiam, sanctæ Anastasiæ sacram, utcunque confirmatur ex iis quæ Commentarii prævii num. 133 in medium adduxi.

(25) Fides quantum ad miracula ista curationesque stet penes auctorem, qui interim præter anonymum Sancti nostri biographum, e quo sua deprompsit, nullum prorsus scriptorem alium sibi suffragantem habet.

MIRACULA

κζ'. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὑπὸ Θεοῦ γινομένων, ἢ συγχωρουμένων γίνεσθαι πέφυκεν ἀνωφελές. Εἶτα τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν γινωσκούσης αὐτῆς θείας τῆς προνοίας καὶ ἀντιλαμβανομένης, καὶ κουφιζούσης, καὶ
B ἐξαιρουμένης τὸν ἄνθρωπον ἐκ τῶν ἀναγκῶν, ὡς προείρηται, φυσικῇ πως ἀκολουθίᾳ καταναγκασθήσεται ἡ νήφουσα ψυχὴ τὰ ἑαυτῆς πταίσματα λογιζομένη, καὶ τὸ πλημμυρὸν τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ εἰς διόρθωσιν ῥέψαι, καὶ τὸν κτίστην διὰ πολιτείας σώφρονος ἀποθεραπεῦσαι, ὅπερ ἐστὶν, ὡς ἀνωτέρω λέλεκται, ὅτι Ἐν τῷ ἑβδόμῳ οὐ μὴ ἅψηταί σου κακόν· λοιπὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος εἰς ἐπίγνωσιν τρεπόμενος καὶ ἐπιστροφὴν ἐκ τῆς ἀφάτου εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ σωφρονισθεὶς, καὶ πολιτευόμενος ὀρθῶς καὶ φιλοχρίστως ἐνδύεται σχεδὸν εἰπεῖν αἰσθητῶς τὸ χάρισμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἤγουν τὴν αὐτοῦ ἐπισκίασιν, ὅτε καὶ ἡ ἁγία Τριὰς ἐπιφοιτῶσα Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, μονὴν παρ' αὐτῷ ποιῆται, ὡς μηκέτι ἅπτεσθαι αὐτοῦ κακὸν φρου-
C ρουμένου θεοπρεπῶς.

κη'. Ἐγὼ οὖν ὁ τάλας οὐχ ἑξάκις τῷ ἀριθμῷ, ἀλλὰ καὶ πολλὰ πλεονάκις πέπτωκα δι' ἁμαρτιῶν ἐν ἀνάγκαις, εἶτα ἐῤῥύσθην τοῦ ἀμετρήτου ἐλέους τοῦ Θεοῦ ὑπερβήσαντος καὶ κατακλύσαντός μου τὰς ἁμαρτίας· ἡ νῦν περὶ ἐμὲ γεγενημένη διὰ τοῦ ἀθλοφόρου ἐπίσκεψις οὐχ ὑπελείπετο περίστασιν μείζονα προγενομένην, οἶμαι δὲ οὔτε μέλλουσαν ἔσεσθαι· τίς γὰρ μείζων ἀνάγκη τοῦ εἰς πυθμένα με ᾅδου κατελθεῖν καὶ ψυχῇ καὶ σώματι, λέγω δὴ καὶ ἁμαρτίαις καὶ ἀνιάτῳ νοσήματι, ὡς ἀνελθόντα με ἀπροσδοκήτως κράζειν ἐμφανῶς τὰ τοῦ ἁγίου Δαυῒδ τῷ Θεῷ, « Ὅτι ἐῤῥύσω τὴν ψυχήν μου ἐξ ᾅδου κατωτάτου· » καὶ πάλιν μετὰ τοῦ βασιλέως Ἐζεκίου, « Ὅτι
D εἵλω μου τὴν ψυχὴν, ἵνα μὴ ἀπόληται, καὶ ἀπέῤῥιψας ὀπίσω μου πάσας τὰς ἁμαρτίας μου. »

(9) Jobi cap. v, v. 19 Græcis hisce, Ἑξάκις ἐξ ἀναγκῶν σε ἐξελεῖται, textus sacri verbis, quæ ego hic, verbum verbo reddens, interpretatus sum, « sexies ex angustiis te eripiet, » sequentia isthæc in Vulgata respondent: In sex tribulationibus liberabit te. »

(10) Eliphaz nempe.

(11) Græcis verbis, mox ad not. 9 recitatis, proxime hæc loco ibidem citato in textu sacro subduntur: Ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ οὐ μὴ ἅψηταί σου κακὸν, iis autem in Vulgata isthæc respondent: « Et in septima non tanget te malum; » et sane cum ad feminini generis substantivum præcedens *tribulatio* adjectivum numerale *septimus* referendum videatur, Vulgata omnino hic standum apparet. Verum licet pariter feminini generis in textu Græco sit substantivum, ad quod adjectivum numerale ἑβδομος referendum videtur, hoc tamen in Græco sacræ Scripturæ textu, quod propterea et a me hic factum, masculino genere effertur, itaque acceptum discursui, quem Joannes hic subit, materiem subministravit.

(12) Hæc ipsa Latine a me hic reddita Joannis Thessalonicensis verba ἐῤῥύσω etc. in Græco sacræ Scripturæ textu Psalmo LXXXV, v. 13, habentur, iisque in Vulgata respondent hæc: « Eruisti animam meam ex inferno inferiori. »

(13) Ita fere Isaiæ XXXVIII, v. 17.

κθ'. Πιστεύω γὰρ τῷ θαυματουργήσαντι Θεῷ διὰ τοῦ ἀθλοφόρου αὐτοῦ εἰς ἐμὲ, ὅτι ὡς τὴν ἀπηλπισμένην νόσον τοῦ σώματος ἐφυγάδευσεν, οὕτω καὶ τῆς ψυχῆς τὰ τραύματα θεραπεύσει, καὶ οὐ μόνον θεραπεύσει, ἀλλὰ καὶ φυλάξει τῆς εἰς τὸ πάλιν τούτων ἐπανόδου· φιλυπόστροφα γὰρ τὰ τοιαῦτα νοσήματα τοῖς μὴ διὰ προσευχῆς καὶ πολιτείας ἁγνῆς τὴν ὑπὸ τοῦ κρείττονος φυλακὴν κεκτημένοις. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, εὐξάμενος καθ' αὑτὸν ἐπὶ πολὺ μετὰ δακρύων, ἐξῆλθεν σὺν τοῖς αὐτοῦ χαίρων καὶ εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, καὶ τῷ μεσίτῃ τῆς χάριτος αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ καὶ πανενδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ· ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. A

29. Credo enim, Deum, uti per miraculum quod in me per suum certaminum victorem operatus est, morbum corporis desperatum fugavit, ita etiam animæ vulnera curaturum, nec tantum curaturum, sed eorum etiam reditum impediturum. Iis enim, qui per orationem rectumque vitæ institutum a Deo haud proteguntur, redire solent morbi hujusmodi (14). Atque cum hæc, cum lacrymis intra se ferventissime orans, dixisset, cum suis exivit gaudens, gratiasque agens Deo, beneficiique sibi collati conciliatori, sancto et gloriosissimo martyri Demetrio; quia illum decet omnis gloria, honor et adoratio nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT III.

De gesta a Sancto prodigiosa pro Thessalonicensibus in peste cura (15).

λ'. Ἴσον, ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, καθέστηκεν ἄμμον θαλασσίων καὶ σταγόνας ὑετοῦ κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀριθμεῖν, ἢ τὰς θαυματουργίας ἐν σωματικαῖς νόσοις γεγενημένας ἐκτίθεσθαι τοῦ καλλινίκου καὶ ὑπερενδόξου μάρτυρος Δημητρίου· καὶ οὐ δήπου λέγω τὰς πάλαι ἢ πρόπαλαι κατὰ καιροὺς ἐμφανισθείσας, ἀλλ' οὐδὲ τὰς ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν, καίτοι ἁμαρτωλῶν ὄντων, ἐπιτελεσθείσας διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ καὶ πατρικὴν πρὸς τοὺς πολίτας φιλοστοργίαν. Τούτου καὶ τοῦ ἔναγχος γεγενημένου θαυματουργήματος ἐπιμνησθεὶς ἐφ' ἕτερα τρέψω τὸν λόγον, ὅπερ ἀκούσαντες, εὖ οἶδα, ὅτι σχεδὸν οἱ πάντες ἐπιγνώσεσθε, καὶ συμμαρτυρήσετε τῇ ἀληθείᾳ. Πρὸ γὰρ λίαν ὀλιγοστῶν ἐτῶν γεγένηται, καὶ οὐδενὸς τῶν πάντων οἶμαι τὴν ἀκοὴν διαπέφευγεν, οἱ δὲ πολλοὶ καὶ πείρᾳ τὴν ἐπισκεπτικὴν τοῦ μάρτυρος φιλανθρωπίαν ἐπέγνωσαν, ἢ αὐτοὶ τῆς εὐεργεσίας αἰσθόμενοι, ἢ οἰκείους ἔχοντες τοὺς ἐξ ἀπροσδοκήτου διαφυγόντας τὸν θάνατον. Τί δὲ μέλλω, καὶ οὐ ποιῶ τῇ διηγήσει καταφανὲς τὸ λεγόμενον, μάλιστα καὶ τὸ θαῤῥεῖν ἔχων ὡς οὐκ ἀπιστήσομαι, πρὸς εἰδότας διαλεγόμενος; B C

30. Marium arenam, dilecti fratres, pluviæque, secundum quod scriptum est, guttas numerare, aut facta in corporum morbis a victoriis decorato gloriosissimoque martyre Demetrio miracula exponere, perinde est: nec de iis loquor, quæ antiquis aut etiam antiquissimis temporibus manifestata sunt, sed nec de iis quæ sub nobis ipsis, utut peccatoribus, per ineffabilem ipsius patriumque erga cives amorem sunt gesta. Ad alia sermonem convertam, cum memoraro miraculum nuper gestum, quod audientes omnes fere, recte novi, agnoscetis, testimoniumque simul veritati præbebitis. Ante annos enim paucissimos evenit, nec ullius ex omnibus, opinor, auditum fugit; multi autem etiam experientia martyris in visitando misericordiam cognovere, vel psimet beneficium experti, vel domesticos habentes, qui inexspectato mortem evasere. Quid vero moror, nec narratione, quod dico, manifestum facio, maxime cum verba ad eos qui rem noscunt faciens, fore confidam, ut fides mihi haud denegetur?

λα'. Ἴστε δήπου, ἀγαπητοὶ, τὴν πρό τινος ὀλιγοστοῦ χρόνου θεήλατον ἐπελθοῦσαν τῇ πόλει ὀργὴν, οὐ τῇ πόλει δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ χώρᾳ πάσῃ, λέγω δὴ τὸν λοιμὸν ἐκεῖνον τὸν παμφάγον καὶ παντοφθόρον καὶ ὑπέρμετρον, τὸν ὑπερβάντα μὲν μεγέθει κακοῦ τὰς ἐκ Θεοῦ παιδείας τοῖς πώποτε καταπεμφθείσας, ἡττηθέντα δὲ μόνοις τοῖς τῶν ἡμετέρων πράξεων παροργισμοῖς... Ἀπὸ γὰρ τῶν βραχυτέ- D

31. Nostis certe, dilecti, illam, quæ brevissimum quoddam ante tempus civitati (16), non solum autem civitati, sed et regioni universæ obvenit, immissam a Deo pœnam, omnivoram autem illam omniaque corrumpentem ac modum excedentem pestem dico, quæ mali quidem magnitudine omnibus unquam a Deo immissis castigationibus fuit superior, solum autem actionum nostrarum indi-

(14) Prolixam hanc orationem a præfecto, de quo hic, cum sanitati fuisset prodigiose restitutus, prolatam fuisse, verisimile haud apparet. Quare vix dubitandum est, quin huic illam Joannes, oratorum more loquens, pro arbitrio affinxerit. Apud Mabillonium, apud quem tom. I *Analect. vet.* miraculum, hoc cap. relatum, pag. 73 et seq. ab Anastasio Bibliothec. etiam refertur, nihil simile occurrit.

(15) Hoc miraculum, aut, si mavis, caput præsens, quod id continetur, unum est ex iis quorum duntaxat (adi Commentarium prævium num. 19) fragmenta aliquot e codice olim Mazarinæo Græco descripta habemus; hæc adeo saltem, ut fidem in Commentario prævio loco mox cit. datam liberemus, Græce simul et Latine hic damus, narrationem reliquam, quæ locis, punctorum interpositione hic distinctis, in codice Mazarinæo Græce reperitur, in Adnotata, cap. huic subjecta, compendio Latino, prout apud nos exstat, rejicientes, aut certe, quid illa contineatur, ibidem indicantes. Porro idem caput seu narratio, hoc contenta, in codice Mazarinæo a fol. 59 verso usque ad fol. 51 versum extenditur, sequentemque hunc præfert titulum: Περὶ τοῦ λοιμοῦ, id est, *De peste*.

(16) Cum auctor ad Thessalonicenses, uti ex orationis contextu satis liquet, sermonem dirigat, civitatem certe non aliam, quam Thessalonicensem, hic designat.

gnitate fuit inferior (17)..... A minoribus enim pœnis exorsus, ac deinde ad medias progressus, ut animæ nostræ vulnera callum obducere atque indurescere vidit, nec alligaturis ullis pharmacisque cedere, secundum Isaiam, necessitate compulsus, uti optimus eorum, de quorum sanatione desperatur, medicus, eorumque quæ non videntur, exquisitus inspector, ad supremos castigationis gradus prorupit. Primum quidem castigatione, quæ Deum decet, nos erudiens, velut pater, non nobis, sed terræ fructibus, ac deinde etiam animalibus nostris corruptelam supervenire permisit.

32. Ut vero nos nihilo meliores factos vidit, pueris adhuc lactantibus, iisque qui valde adhuc juvenes erant, plagam indidit. Ut autem nec huic incisioni cedere animarum nostrarum tumorem cognovit, tunc magnum et acrem et intolerabilem pestis cauterem per angelos vere malos supra totam civitatem induci permisit (18)..... Omnes prorsus, incipiendo ab iis qui pueri adhuc erant, usque ad eos, qui virilis ætatis erant, rapiebantur, solis, qui senectutis provectæ facti jam erant, remanentibus. Ne enim quis diceret, naturalem quampiam, quæ obvenisset, aeris intemperiem viventibus luem attulisse, nec Dominum hæc omnia fecisse, ideo, qui in ætatis juventute ac flore erant, peribant, qui vero senes mortique vicini erant, servabantur (19)....

33. Postquam igitur his atque hujusmodi morbis constricti ad venerandi quam maxime, ut dictum est, martyris templum, sanationes donare solitum, confugerunt, tunc et Dei misericordiæ magnitudinem et efficacis certaminum victoris potentiæ curam sunt experti. Quoscunque enim ipse, ut filiorum amans pater, noctibus singulis visitabat, ii ipsi statim mane et cibum capiebant, et propriis præterea pedibus incedebant: qui prius nutrimenta fastidientes, pessimeque affecti ac penitus præ morborum magnitudine immoti apparuerant, paucissimos etiam intra dies sani mentique restituti domos suas absque metu facile repetebant, securitatem, quod a martyre liberati essent, fide dignam habentes, fore ut iisdem morbis non corriperentur. Quoscunque vero, cum noctu visitaret, præteribat, illos statim vel mors rapiebat, vel mali diuturnitate laborantes vix tandem per tempus, imo ne per tempus quidem, nisi martyr, miseri-

A ρων μαστίγων ἀρξάμενος, εἶτα καὶ εἰς τὰς μέσας ἐπαναβὰς, ὡς εἶδεν ἡμῶν τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς σκληρώσαντα καὶ ἀπεσκληκότα, καὶ μηδὲ καταδέσμοις ἢ μαλάγμασιν εἴκοντα, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, ἀναγκαίως ὡς ἄριστος τῶν ἀπηλπισμένων ἰατρὸς καὶ τῶν ἀθεάτων γνώστης ἀκριβὴς, ἐπὶ τὰς ἄκρας ὥρμησεν ἐπαγωγάς. Πρῶτον μὲν γὰρ χειραγωγίᾳ θεοπρεπεῖ παιδεύων ἡμᾶς ὡς πατὴρ, οὐχ ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς ἐκ γῆς καρποῖς, εἶτα καὶ τοῖς κτήνεσιν ἡμῶν ἐπελθεῖν ἀφίησι τὴν φθοράν.

λβ'. Ὡς δὲ μηδὲν κρεῖττον ἡμᾶς γεγενημένους ἑώρα, τοῖς ὑπομασθίοις καὶ τοῖς κομιδῇ παισὶν ἐπανεβίβασε τὴν πληγήν. Ὡς δὲ καὶ ταύτῃ τῇ τομῇ B μὴ ὑπεῖκον διέγνω τὸ τῶν ψυχῶν ἡμῶν οἴδημα, τότε τὸν μέγαν καὶ δριμὺν καὶ ἀνύποιστον τοῦ λοιμοῦ καυτῆρα δι' ἀγγέλων οὕτως πονηρῶν ἐπαχθῆναι τῇ πάσῃ συνεχώρησε πόλει.... Πάντες ἄρδην ἀπὸ νηπίου μέχρις ἀνδρῶν ἀνηρπάζοντο, μόνων τῶν ἐν γήρᾳ βαθεῖ πεπεδημένων. Ἵνα γὰρ μή τις εἴπῃ, φυσικήν τινα γενομένην τοῦ ἀέρος δυσκρασίαν τὴν φθορὰν τοῖς ζῶσιν ἐπενεγκεῖν, καὶ ὡς οὐχὶ Κύριος ἐποίησε ταῦτα πάντα, τούτου χάριν τὸ νέον καὶ ἀνθοῦν τῆς ἡλικίας ἐφθείρετο, τὸ δὲ παλαιὸν καὶ ἐγγὺς ἀφανισμοῦ διετηρεῖτο....

λγ'. Ἐπεὶ οὖν τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἔνοχοι νοσημάτων εἰς τὸν ἁγιόδωρον ναὸν τοῦ πανσέπτου C κατέφυγον, ὡς εἴρηται, μάρτυρος, τότε καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος καὶ τῆς ἐνεργοῦς τοῦ ἀθλοφόρου δυνάμεως τὸ κηδεμονικὸν ἐπεδείκνυντο. Ὅσους γὰρ αὐτὸς ἐφ' ἑκάστης νυκτὸς, ὡς φιλόπαις πατὴρ, ἐπεσκέπτετο, εὐθὺς ἕωθεν οὗτοι καὶ τροφῆς μετελάμβανον, καὶ ποσὶν οἰκείοις εἰς τοῦτο κατέσπευδον. Οἳ πρὶν βρωμάτων ἀνόρεκτοι, καὶ πάντων δυσάρεστοι, καὶ πάντῃ ἀκίνητοι τῷ μεγέθει τῶν νοσημάτων ὁρώμενοι, καὶ ὀλιγοστῶν ἐντὸς ἡμερῶν ὑγιεῖς καὶ ἀρτίφρονες ἀτεχνῶς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἀπέτρεχον ἄφοβοι, ἐχέγγυον ἀσφάλειαν ἔχοντες τοῦ μὴ τοῖς αὐτοῖς ἁλῶναι παθήμασι τὸ παρὰ τοῦ πανενδόξου μάρτυρος τούτους ἀπολελύσθαι. Ὅσους δὲ κατὰ τὰς νύκτας ἐπισκεπτόμενος ὑπερέβαινε, D τούτους ἢ παραχρῆμα ὁ θάνατος ὑπεδέχετο, ἢ μακρονοσίᾳ κάμνοντας μόλις ὀψέ ποτε διὰ χρόνου ἡ ἀπαλλαγὴ τοῦ νοσήματος ἔφθανε, μᾶλλον δὲ οὐδὲ διὰ

(17) Hic modo Joannes verbis Græcis in codice olim Mazarinæo de prava Thessalonicensium vita, gravissimaque, quæ ob hanc tandem illis obvenerit, meritisque tamen minor fuerit, divini Numinis vindicta nonnulla disserit, ac deinde, ut in illis puniendis Dei misericordiam mirandam simul ac laudandam ostendat, ea statim, quæ hic Græce punctorum interpositionem mox excipiunt, subjungit.

(18) Joannes hoc loco, punctis distincto, quam multas strages Thessalonicæ pestis miserandum in modum inflixerit, quam innumera funera attulerit, fuse simul ac graphice exponit; ut autem plagam illam, non e causa naturali, sed e divina vindicta Thessalonicensibus obvenisse ostendat, verbis prolixis, quibus illud facit, ea etiam, quæ punctis interpositis mox hic subduntur, interserit.

(19) Qui non morbis tantum, sed spectris etiam territi Thessalonicenses ad sanctorum templa, ac præcipue ad ædem sancto Demetrio sacram, e domibus suis fugerint, Joannes modo, nonnullis adhuc, quibus pestis gravitatem describere pergit, præmissis, hic explanat, ac deinde, qui illis tandem a Sancto fuerit succursum, per verba, quæ punctorum interpositionem mox hic excipiunt, enarrat.

A χρόνου, εἰ μὴ σπλαγχνισθεὶς ὁ μάρτυς εὐμενῶς ἐπεῖδε τὸν κάμνοντα.

λδ'. Ἀλλ' ὀλιγοστοὶ μὲν ἦσαν οἱ αὐτόθι ὡς ἀνεπίσκοποι τελευτήσαντες, ὀλίγῳ δὲ πλείους τούτων οἱ πολυχρονήσαντες τοῖς παθήμασιν. Εἶτα ἐπισκεφθέντες ὡς ὕστερον, οἱ δὲ ταχὺ τῆς ὑγείας τυγχάνοντες ἀριθμὸν ὑπερέβαινον. Ἀλλὰ μή τις ἀδυναμίας ἢ ἀσπλαγχνίας ἢ προσωποληψίας ἀσεβῶς τοῦ ἐπισκεψαμένου καταψηφίζηται μάρτυρος, τῶν δὲ τηνικαῦτα παθόντων καὶ τῷ τούτου ναῷ προσφευγόντων τὰς πράξεις ἀναθρήσας τῷ νῷ, καὶ τὰ προσήκοντα καὶ ἁρμόδια δούλῳ γνησίῳ Θεοῦ φιλευσεβῶς λογισάμενος, εὑρήσει πάντως ἐπωφελῶς καὶ ὡς προνοίᾳ πρέπει Θεοῦ καὶ τοὺς εὐθὺς ἐλευθερωθέντας τῶν νοσημάτων ὑγιασθῆναι, καὶ τοὺς παρασυρέντας ἐν B τούτοις οἰκονομικῶς παιδευθῆναι, καὶ τοὺς τάχιστα τὸν βίον ἀπολιπόντας συμφερόντως τοῦτο παθεῖν, ὡς πανταχόθεν φαίνεσθαι τῆς ἐνεργείας τοῦ μάρτυρος τὸ δυνατὸν καὶ προνοητικὸν καὶ φιλάνθρωπον. Πόθεν, φασὶ, ταῦτα πείθεις ἡμᾶς τὸν ὑπερένδοξον πεπραχέναι Δημήτριον; Ὅτι μὲν γὰρ μέγας παρὰ Θεῷ καὶ δυνατὸς, καὶ φιλόπολις, ὁμολογοῦμεν καὶ αὐτοὶ, ὑποτοπάζομεν δὲ μηδένα τηνικαῦτα τῶν ἐκεῖσε κειμένων ἰαματικῶς αὐτὸν ἐπισκέψασθαι, διὰ τὸ μὴ θεομηνίαν ἄντικρυς εἶναι τὸ κατὰ τὴν πόλιν γινόμενον, καὶ τῷ μὴ προσκροῦσαι τῷ ταύτην ἐκπεπομφότι Θεῷ τῶν ἡμετέρων πράξεων τιμωρόν.

λε'. Καὶ πῶς, ὦ ἀγαθοὶ καὶ ἀγαπητοὶ, τῆς ὑγείας C ἐντὸς πλείους τῶν ἀνακειμένων ἀπροσδοκήτως ἐγένοντο, λίαν δὲ βραχεῖς τῷ ἀριθμῷ παρεσύρησαν τοῖς νοσήμασι, πολλῷ δὲ τούτων ἧττους οἱ τὴν ψυχὴν ἀποῤῥήξαντες ἐκ τοῦ παρατυχόντος, καὶ ὡς ἂν συνέβη τὸ ἐνσκῆψαν πάθος ἢ κατακρατηθῆναι τῇ δυνάμει τοῦ κάμνοντος; Ἀλλὰ πρῶτον μὲν τὸ ἐκ τοῦ παρατυχόντος λέγειν τι γίνεσθαι τῶν καλῶν οὐδὲ Χριστιανῶν ἐστιν, ἀλλὰ τῶν ἀθέων καὶ τὴν διοικητικὴν τοῦ μόνου Θεοῦ πρόνοιαν ἀρνουμένων, καὶ αὐτομάτως, καὶ ὡς ἔτυχε, τὰ πάντα διεξοδεύεσθαι δοξαζόντων. Εἶτα δὲ πῶς, εἴπατέ μοι, οἱ μὲν ἔξω τοῦ ἁγίου ναοῦ κατὰ τοὺς ἰδίους οἴκους νοσήσαντες, οἱ πάντες σχεδὸν διεφθάρησαν πλὴν ὀλίγων, ὡς καὶ ἀτάφους, ὡς εἴρηται, μεῖναι τοὺς πολλοὺς, οἱ δὲ τῷ πανσέπτῳ τεμένει τοῦ μάρτυρος προσφυγόντες D ἅπαντες σχεδὸν διεσώθησαν, πλὴν ὀλίγων τῶν ἐκ προνοίας παιδείᾳ ὑποβληθέντων; Ἔδει γὰρ κἀνταῦθα, εἴπερ οὐκ αὐτὸ ἐβοήθει καταλλήλως τῇ πόλει, τὸν λοιμὸν ἐπισκήψαντα τοὺς πλείους ἀπαλλάξαι, βραχυτάτους δὲ καταλιπεῖν.

λς'. Τὸ δὲ κατὰ μὲν τὰς ἀγορὰς καὶ τοὺς οἴκους οὕτως γενέσθαι, μόνοις δὲ τοῖς ἐν τῷ παναγίῳ τεμένει τοῦ μάρτυρος μὴ τοῦτο συμβῆναι, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον, ἐναργὴς ἀπόδειξις, τοῦτον δεσπότην τοῦ οἴκου τὴν αὐτοῦ φιλάνθρωπον ἐνέργειαν ἐπιδείξασθαι. Ἵνα δὲ καὶ νῦν πιστεύωμεν ἅπαντες, ὡς προνοίᾳ Θεοῦ τὰ πάντα διαπίπτει, καὶ οὐδὲν τῶν καλῶν ἐξ αὐτομάτου γίνεται, ὥς τινες ληρῳδοῦσι, τὰς τοιαύτας τοῦ πονηροῦ ἐννοίας ἐκ πρέμνων αὐτῶν τῆς ἡμῶν καρδίας ὁ Θεὸς ἐκκόψαι βουλόμενος ἤνοιξεν

cordia motus, ægrotantem benigne respiceret, morbi remissio occupabat.

34. Verum paucissimi illic, velut haud visitati, mortui sunt, multo autem pauciores, qui morborum diuturnitate conflictati fuere. Qui porro visitati sanitatem postea statim obtinebant, numerum excessere. Verum ne quis impotentiæ vel immisericordiæ vel personarum acceptionis martyrem visitantem impie damnet, eorum qui tunc passi sunt atque ad illius templum confugere, actiones mente expendens, eaque, quæ germano Dei servo conveniunt ac congruunt, pie recogitans, inveniet omnino, recte, atque ut Dei providentiam decet, et illos, qui morbis statim liberati fuerunt, sanatos fuisse, et eos, qui morbo diu protracto passi sunt, convenienter in hisce punitos fuisse, et eos, qui celerrime vitam amisere, fuisse id, quemadmodum decebat, passos, ut martyris potentiæ efficacia et providentia et misericordia ubique innotesceret. Unde, aiunt, nobis persuades, hæc fecisse gloriosissimum Demetrium? Eum enim magnum quidem et potentem apud Deum et civitatis amantem esse fatemur et nos ipsi; neminem autem tunc ibidem decumbentium, sanitate tributa, eum visitasse suspicamur, quod id, quod in civitate gestum, Dei in hanc vindicta, cum ei, si isthanc immisisset, actionum nostrarum defensor adversaturus haud fuisset, minime exstiterit.

35. Et qui, o boni atque dilecti, sanitatem intus decumbentium plures inexspectato sint consecuti, pauciores autem numero cum morbis conflictati diu fuerint, longeque etiam pauciores animam casu posuerint, factumque etiam sit, ut immissus morbus vel ægrotantis virtute vinceretur? Verum primo quidem casu dicere fortuito bonorum quidquam factum esse, non Christianorum est, sed atheorum, qui administratricem unius Dei providentiam negant, omniaque absque alieno impulsu, atque ut casus fert, evenire opinantur. Deinde vero mihi dicite, quomodo illi, qui extra sanctum templum in propriis domibus ægrotarunt, omnes fere, paucis exceptis, mortui sint, ita ut, quemadmodum dictum est, multi manerent insepulti; illi vero, qui ad venerandum martyris templum fugere, omnes fere, exceptis, qui pœnæ a Providentia fuere subjecti, paucis, fuerint servati? Oportebat enim et hic, nisi congruam ille attulisset opem, sævientem in civitatem pestem plurimos absumere paucissimosque facere residuos.

36. Id autem illis, qui in foris et domibus suis erant, factum esse, solis vero illis, qui in sanctissimo martyris templo erant, non illud, sed etiam contrarium, obvenisse, argumentum est luculentum, illum domus dominum misericordis potentiæ suæ specimen dedisse. Ut porro nunc omnes etiam credamus, universa evenire Dei providentia, nec bonorum quidquam, uti aliqui nugantur, sponte sua progigni, Deus, hujusmodi malevoli suggestiones ex ipsis cordis nostri stirpibus volens exscin-

dere, unius ex ibidem tunc decumbentibus mentis oculos aperuit, noctisque tempore velut in ecstasi hic factus Sanctum chlamyde indutum, roseamque ac venustam faciem præferentem vidit, ut in populum, non secus ac consul quidam, accepta ab imperatoribus potestate, beneficia distribueret, advenientem, omnesque quidem, qui periclitabantur, respicientem, quibusdam vero manum imponentem, crucemque imprimere satagentem; quosdam autem subtristi etiam vultu duntaxat intuentem, paucissimos vero multo dolore ac mœstitia prætereuntem, ita ut illos præ magno de iisdem mœrore intueri haud vellet.

37. Hi igitur mane quidem aut brevi post omnino ac certo moriebantur, illi vero, qui subtristi quamvis vultu, salvifico tamen martyris intuitu fuerant honorati, non interibant quidem, morbo tamen diu cruciabantur; verum, cum sese visitatione, utut cum mœrore, conventos omnino fuisse, ex illo, qui visionem habuerat, intellexissent, spem bonam concepere. Fidem autem hæc dicenti adhibuerunt ex eo, quod quos visitatos haud fuisse assereret, illico morerentur, rursumque quod quos in hilaritate signatos fuisse moneret, statim mane sanationis signa præferrent, ita ut ad tales accedere deinceps medici non auderent, timentes post impressum a martyre signum artis humanæ medelam adhibere.

38. Ille autem, qui videre ista dignus habitus fuerat, eorum qui morbo diu cruciabantur, unus erat, atque uniuscujusque e prædictis rebus eventus videbat. Iis enim statim, qui sanitati inexspectato restituebantur, congaudebat, eosque, qui extemplo vita excedebant, etsi pauci quidam per martyris benignitatem essent hujusmodi, naturæ tamen ut congruum erat, deplorabat, atque illos, qui secum morbi diuturnitate premebantur, sermonibus consolabatur, patientiam suadens, cumque una cum illis decumberet, fide dignus videbatur, dum cum gratiarum actione ferenda esse immissa suadebat. Iis enim, qui secum decumbebant, dicebat: Confidite, fratres; credo enim fore ut Deus per morbi diuturnitatem peccatis nos liberet, vidensque, quod cum gratiarum actione animique alacritate ac sine murmuratione castigationem ejus accipiamus, infirmitates nostras sistere, morbosque auferre non tardabit. Ut quid igitur, repones, vir hujusmodi, qui talis visionis dignus apparuerat, donumque, ut ita dicam, prophetiæ acceperat, morbo diu fuit excruciatus, atque ad longum tempus (neque enim, si peccatis fuisset onustus, gloriosissimum martyrem vidisset) in templo maxime venerando mansit decumbens?

39. Dictorumne, dilecte, meministi, nihil scilicet eorum quæ sunt, a seipsis esse, sed Dei providentia omnia gubernari? Ne igitur, ut supra diximus, quisquam existimet facta esse, ut fors tulit, quæ supra exposuimus, illos, dico, qui mortui sunt, celerius discessisse, illosque, qui

ἑνὸς τῶν ἐκεῖσε τηνικαῦτα κειμένων τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ νοῦ, καὶ κατὰ νύκτα ὡς ἐν ἐκστάσει γινόμενος ἑώρα τὸν ἅγιον χλαμύδα ἠμφιεσμένον καὶ εὔροδον καὶ χάριεν τὸ πρόσωπον ἔχοντα, ὥς τινα ὕπατον παρὰ βασιλέως ἐξουσίαν λαβόντα, διανεῖμαι τῷ δήμῳ τὰς χάριτας ἐρχόμενον καὶ πάντας μὲν ἐπιβλέποντα τοὺς κινδυνεύοντας, τισὶ δὲ τὴν χεῖρα ἐπιτιθέντα, καὶ τὸν σταυρὸν κατασημαίνειν πειρώμενον. Τινὰς δὲ στυγνῷ προσώπῳ καὶ μόνον προσβλέποντα, ὀλίγους δὲ πάνυ μετὰ πολλῆς κατηφείας καὶ σκυθρωπότητος ὑπερβαίνοντα, ὡς μηδὲ ἐνορᾷν αὐτοὺς ἐθέλειν διὰ τὸ πολὺ τῆς πρὸς αὐτοὺς λύπης.

λζʹ. Οὗτοι μὲν οὖν ἕωθεν ἢ μετὰ βραχὺ πάντη τε καὶ πάντως ἀπέθνησκον, οἱ δὲ καὶ στυγνῷ προσώπῳ, ὅμως δὲ καταξιωθέντες τῆς τοῦ μάρτυρος σωτηριώδους εἰσβλέψεως, οὐ διεφθείροντο μὲν, ἐν δὲ τῷ πάθει ἐχρόνιζον, ἀλλ' εὐέλπιδες ἦσαν ἀκούσαντες παρὰ τοῦ ἑωρακότος, ὅτι ὅλως κἂν μετὰ λύπης ἐπισκοπῆς ἠξιώθησαν. Ἐπίστευον δὲ τῷ λέγοντι ταῦτα ἐκ τοῦ τοὺς λεγομένους μὴ ἐπισκεφθῆναι παραχρῆμα τελευτᾷν, καὶ πάλιν τοὺς ὑποδεικνυμένους ἐν ἱλαρότητι κατασφραγισθῆναι, ἕωθεν εὐθὺ τὰ τῆς ὑγιείας ἐπιφέρεσθαι σήμαντρα, ὡς μηδὲ τοὺς ἰατροὺς τολμᾷν τοὺς τοιούτους λοιπὸν προσεγγίζειν δεδιότας μετὰ τὴν σφραγῖδα τοῦ μάρτυρος ἀνθρωπίνης τέχνης προσαγαγεῖν βοηθήματα.

ληʹ. Αὐτὸς δὲ, ὁ ταῦτα καταξιωθεὶς ἰδεῖν, εἷς ἦν τῶν χρονισάντων ἐν τῷ νοσήματι, καὶ τὰς ἑκάστου τῶν εἰρημένων πραγμάτων ἐκβάσεις ἑώρα. Τοῖς τε γὰρ εὐθὺς ἀπροσδοκήτως ῥωννυμένοις συνέχαιρε, τούς τε παρ' εὐθὺ τὸν βίον ἀπολιμπάνοντας, εἰ καὶ ὀλίγοι τινὲς οἱ τοιοῦτοι ἦσαν διὰ τὸ τοῦ μάρτυρος εὐμενὲς, ὅμως κατὰ τὸ πρέπον τῇ φύσει ἐδάκρυσε, τούς τε σὺν αὐτῷ τοῖς πάθεσιν ἐγχρονίζοντας τοῖς λόγοις παρεμυθεῖτο, τὴν ὑπομονὴν ἐντιθεὶς καὶ ἅμα σὺν αὐτοῖς κατακείμενος ἀξιοπιστότατος ἐφαίνετο σύμβουλος, τοῦ δεῖν μετ' εὐχαριστίας τὰ ἐπαγόμενα φέρειν. Ἔλεγε γὰρ τοῖς συγκατακειμένοις αὐτῷ· Θαῤῥεῖτε, ἀδελφοί· πιστεύω γὰρ τῷ Θεῷ, ὅτι καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμᾶς ἐλευθεροῖ διὰ τοῦ χρονισμοῦ τῶν νοσημάτων, καὶ βλέπων ὡς εὐχαρίστως μετὰ προθυμίας τὴν παιδείαν αὐτοῦ δεχόμεθα καὶ ἀγογγυστὶ, οὐ βραδύνει τοῦ ἀναλαβεῖν τὰς ἀσθενείας ἡμῶν, καὶ βαστάσαι τὰς νόσους ἡμῶν. Διατί οὖν, ἔχεις εἰπεῖν, ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ ἐνεχρόνισε τῇ νόσῳ καὶ μέχρι πολλοῦ διέμεινε κατακείμενος ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ, ὁ τοιαύτης θεοπτίας ἄξιος φανεὶς, καὶ προφητείας σχεδὸν εἰπεῖν δεξάμενος χάρισμα· οὐδὲ γὰρ, εἰ ἁμαρτίαις οὗτος ἐπεφόρτιστο, τοῦ πανενδόξου μάρτυρος ἐγίνετο θεωρός;

λθʹ. Οὐ μέμνη τῶν εἰρημένων, ἀγαπητὲ, ὡς οὐδὲν τῶν δεόντων ἐξ αὐτομάτου καθίσταται, ἀλλὰ προνοίᾳ Θεοῦ διοικεῖται τὸ πᾶν; Ἵνα οὖν, ὡς ἔφημεν εἰπόντες, μὴ νομίσειέ τις, ὡς ἔτυχε, γεγενῆσθαι τὰ προειρημένα, λέγω δὴ τούς τε διαφθαρέντας θᾶττον θανεῖν, καὶ τοὺς ἰαθέντας εὐθὺς ἀναστῆναι, καὶ τοὺς

ἐγχρονίσαντας ταῖς νόσοις βασανισθῆναι τῷ διαστήματι, καὶ μὴ διὰ τῆς τοῦ μάρτυρος ἐν διακρίσει ἐπισκοπῆς θεαρέστῳ οἰκονομηθῆναι τηνικαῦτα τὰ ἐκεῖσε γενόμενα, τούτου χάριν ὁ λεχθεὶς ἀνὴρ ἐφυλάχθη τῇ νόσῳ, ἵνα τῇ παραμονῇ τὸ πᾶν θεωρήσας ἐξηγήσηται τοῖς μετ' ἔπειτα. Τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ἐγχρονίζων τῇ νόσῳ ἐθαύμαζε, πῶς τοῦτο πάσχει καίτοι σφραγιζόμενος ὑπὸ τῆς παναγίας ἐκείνης χειρός· μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν κἀκείνων αὐθωρὸν ὑγιαινόντων, αὐτὸς ἔτι τῷ πάθει συνείχετο. Οὐδὲ γὰρ ἰάσεως ἔτυχεν, εἰ μὴ πάντων εἶδε τὸ τέλος τῶν τε ῥωννυμένων, τῶν τε παραπεμπομένων εἰς θάνατον. Τίνα οὖν αἶνον δῶμεν τῷ κηδεμόνι μετὰ Θεὸν τῶν ψυχῶν ἡμῶν τῷ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς δεδοξασμένῳ μάρτυρι Δημητρίῳ, τῷ πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, τοῖς περιλειφθεῖσιν ἐν τῇ πόλει καὶ διαφυγοῦσι τὴν θεήλατον ἐκείνην ὀργὴν αἰτίῳ τῆς σωτηρίας γεγενημένῳ;

μ'. Οὐδὲ γὰρ τόπῳ ἢ χρόνῳ τὴν οἰκείαν ἐπίσκεψιν περιώρισέ ποτε, ἀλλὰ καὶ κατ' οἴκους τῶν πασχόντων ἐπιφοιτῶν, τοὺς χρείαν ἔχοντας ἰᾶται, διαπαντὸς καὶ τοὺς ἐν τῷ πανσέπτῳ αὐτοῦ ναῷ μετὰ πίστεως παραγινομένους χαίροντας καὶ ῥωννυμένους τῇ πίστει μᾶλλον ὑπὲρ τὰ σώματα τοῖς οἰκείοις ἀποδίδωσι. Τὸ γὰρ πιστευθὲν αὐτῷ παρὰ Θεοῦ τῆς διδασκαλίας τάλαντον, ὡς εὐγνώμων καὶ διάπυρος δοῦλος, μέχρι νῦν καλῶς ἐργαζόμενος τῶν ψυχῶν τὴν ὠφέλειαν διὰ τῆς τῶν σωμάτων ἰάσεως πραγματεύεται. Ἀναζωπυρῶν γὰρ τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν αἰσθάνεσθαι ποιεῖ τῆς εὐεργεσίας, κἀντεῦθεν ἐκζητεῖν ἀνενδότως τρέπεσθαι, τίς ἡ δύναμις ἡ ἐνεργήσ, καὶ πείρᾳ μαθοῦσα, ὡς ὁ μόνος Θεὸς ἐπίσταται ὁ τὰς τοῦ μάρτυρος αὐτοῦ πρεσβείας ἔργῳ περατῶν, φυσικῶς ἕλκεσθαι λοιπὸν πρὸς τὸν θεογνωσίας λογισμὸν παρασκευάζει, ὅπερ ἐστὶν ἴαμα ψυχῶν ἐκ τῶν πτερύγων τῆς δικαιοσύνης ἡλίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀκτινοβολούμενον θεοπρεπῶς, ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ δόξα, κ. τ. λ.

sanati sunt, statim surrexisse, et qui morbis immorabantur, per intervallum discruciatos fuisse, nec per martyris discretam e Dei voluntate visitationem, quæ ibidem tunc evenere, ordinata fuisse: ideo vir prædictus morbo servatus fuit superstes, ut omnia conspicatus posteris ea in vivis manens superstes narraret. Etenim etiam ipsemet, qui morbo diu immorabatur, stupebat, qui id, utut a sanctissima illa manu signatus, pateretur, ipseque adhuc, multis etiam illorum aliis illico sanatis, morbo detineretur. Sanitatem enim consecutus non est, nisi cum omnium et sanitati restitutorum et morte sublatorum finem vidisset. Quam igitur laudem demus animarum nostrarum post Deum curatori, in cœlis et in terra glorificato martyri Demetrio, qui omnibus, ut ita dicam, qui in civitate manserunt superstites, illamque a Deo immissam castigationem vitarunt, salutis causa exstitit (20)?

40. Neque enim loco vel tempore visitationem suam unquam circumscripsit, sed eorum etiam, qui patiuntur, domos adiens, sanitati illos, quibus id convenit, semper restituit, eosque, qui ad suum maxime venerandum templum cum fiducia accedunt, lætantes fideque adhuc magis quam corpore roboratos domesticis restituit. Sibi enim creditum a Deo doctrinæ talentum recte usque nunc, velut prudens ac fidelis servus administrans, corporum sanatione animarum studet utilitati. Corpus enim sanans facit, ut beneficium anima sentiat, hincque moveatur, ut haud perfunctorie inquirat, quæ sit beneficium conferens potentia, experientiaque, solum Deum opere complere sui intercessiones martyris, edoctam parat, ut naturaliter ad Dei cognitionis confessionem tandem trahatur; quod est animarum sanatio, ex justitiæ illius solis, secundum quod scriptum est, alis emissa a Deo, quia ejus est gloria, etc

CAPUT IV.

De energumenis Sancti patrocinio sanatis (21).

μα. Οὐ σωμάτων δὲ μόνον ἰάμασιν ὁ καλλίνικος οὗτος ἐναβρύνεται μάρτυς, ἀλλὰ καὶ δαίμοσι κτωμένας ψυχὰς, καὶ φρενῶν ἀλλοτρίας εἰς τὸ κατὰ φύσιν τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾷ καὶ πολλὰς καὶ πολλάκις ἀνεκαλέσατο, οὕτως ὡς μηδὲ τολμᾷν ῥῆξαι φωνὴν τὰ δαιμόνια τοσαύτην σφοδρότητα κατ' αὐτῶν ἐξελαστικὴν ἡ τοῦ ἀθλοφόρου χάρις ἀποστίλβει.

41. Non solum hic pulchris victoriis condecoratus martyr corporum sanationibus effulsit, sed animas etiam, a dæmonibus obsessas atque a mente alienas et multas et sæpe ad naturalem statum Spiritus sancti gratia revocavit, ita ut nec verbum mutire dæmonia auderent; tantam expultricem adversus eos vim certaminum victoris gratia emittebat. Uti

(20) Ut Thessalonicensibus non paucis, peste correptis, sanitatem fuisse, sancto Demetrio pro iis apud Deum intercedente, prodigiose restitutam, ostendat, multum enimvero toto fere hoc capite huc usque laborat Joannes Thessalonicensis. Verum an sat felici successu? Erit sane, cur ita appareat, maxime si, quod sanationibus prodigiosis, ab illustri hoc scriptore assertis, fundamentum præcipuum præbet, quodque ego tanquam certo falsum rejicere non ausim, locum habuerit, nec vana, quod absit ut asseverem, illusio exstiterit, narrata ab illo nocturna apparitio, qua visitare ægros, prospero sanationis eventu visitationem proxime excipiente, viro cuidam probo Demetrius fuerit conspectus.

(21) Caput hoc e ms., e quo et hic id damus, codice olim Mazarinæo, nunc regio Parisiensi, integrum descriptum habemus; in hoc autem a pag. 52 usque ad pag. 55 extenditur, sequentemque hunc præfert titulum: Περὶ τῶν δαιμονώντων, id est, *De dæmoniacis* seu possessis a dæmone.

enim etiam gladius fulgens acuteque ad scindendum redditus damnatum, qui feriendus est, præ metus vehementia caligine occupans, neque ut solitas in angustiis supplicationes faciat permittit, ita etiam cœlitus accepta martyris gratia spiritualiter effulgens solarium, qui lucem afferunt, radiorum adinstar luminis quamdam speciem præferentes diaboli potentias, veluti tenebras ex instituto diligentes, longiusque a divino lumine remotas, caligine involvit.

42. Sed cum personæ, quibus mens, a dæmonum possessione per invisibilem beatissimi divinique martyris curam liberata, rediit, multæ sint atque fere, ut ita dicam, innumeræ, eas, ne sermo fastidium creet, prætereamus, ad aliam, quæ animos magis movere nata sit, narrationem properantes. Ne tamen prodigiorum hujusmodi omnino fiamus immemores, age, quod recens factum est, in medium, tanquam in superiori veste universum, quod intra latet, certaminum victricis potentiæ argumentum exhibentes, adducamus. Milites quidam, numero plures, generosique ac fortes, e legione sua quempiam apprehensum, bini quidem ambas patientis manus constringentes, bini autem, capite ejus correpto, tantum, quantum poterant, ne eos morderet impedientes, alii vero, medium tenaciter tenentes trudentesque, ad gloriosissimi martyris templum ire compulerunt, ducentes eum, qui nec, quo ferretur, sciebat, nec trudentes, utut sibi quam maxime familiares, noscebat, nec quidquam omnino sanæ mentis habebat.

43. Ita enim malevolorum spirituum inhabitatione destitutum effecerat miserum, ut animalia irrationalia, profectis a sentiendi facultate motibus rationalem ipsius sese circumagendi rationem vincentia, tantum illum superarent, quantum viri, mentis compotes, inordinatam animalium irrationalium vivendi rationem rationali gubernatione exsuperant. Cum autem vix nec nisi magna trudentium vi ad templum miser ductus fuisset, id ei ingredi non dabatur, dæmonibus insania sua ita invalescentibus, ut ab eo milites omnes percussi ante portam una cum eo proni in terram caderent. Cum autem factum esset murmur, sacrique templi famuli cum aliis pluribus accurrissent, multa vi sublatum intro ferunt, atque in humi stratum, qui paratus ei erat, lectum conjiciunt, a pluribus iterum, quam ab octo, constrictum.

44. Quid igitur hinc mirabor, aut quid martyris laudabo? An hospitalitatem? an simpliciter humanitatem? an promptam in exaudiendis, a quibus cum fide invocatur, facilitatem, seu potius neque etiam invocatam erga eos qui in angustiis sunt, misericordiam? Hic enim ipse, de quo nunc sermo, neque, si voluisset, opem implorare poterat, quod lingua a morbo esset ligata, seu potius quod præter rationem etiam ipsum velle a malevolis spiritibus ei erat sublatum. Verum ut Deus, Moyse etiam,

A Καὶ γὰρ ὥσπερ ξίφος ἐξαστράπτον καὶ τομῶς ἠκονημένον τῇ σφοδρότητι τοῦ φόβου περισκοτοῦσαν τὸν κατάκριτον μέλλοντα κρούεσθαι, οὐδὲ τὰς εἰωθυίας ἱκετηρίας τῶν ἐν ἀνάγκαις ἐνδίδωσιν αὐτῷ ἀναπέμψασθαι, οὕτως ἡ τοῦ μάρτυρος οὐρανόφοιτος χάρις ὑπερλάμπουσα πνευματικῶς καὶ τῶν σελασφόρων ἡλιακῶν ἀκτίνων τὰς ζοφώδεις τοῦ διαβόλου δυνάμεις ἐτύφλωσεν, ὡς προαιρέσει τὴν σκότωσιν ἐκλεξαμένας, καὶ τοῦ θεϊκοῦ φωτὸς ἀποικισθείσας μακρότερον.

μβʹ. Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὰ καὶ, σχεδὸν εἰπεῖν, ἀναρίθμητα τῶν ἰαθέντων τὰ πρόσωπα, οἷς ὁ νοῦς ἐσωφρόνησεν, ἐλευθερωθεὶς τῆς τῶν δαιμόνων κατακρατήσεως ὑπὸ τῆς τοῦ παμμακαρίστου καὶ θεοφόρου μάρτυρος ἀοράτου ἐπιστασίας, διὰ τὸ προσ- B κορὲς τοῦ λόγου ταῦτα παρέλθωμεν, ἐφ' ἑτέραν κατανυκτικωτέραν διήγησιν σπεύδοντες. Ἵνα δὲ μὴ πάντη τῆς τοιαύτης θαυματουργίας καταστῶμεν ἀμνήμονες, φέρε, τὸ νεωστὶ γεγονὸς εἰς μέσον ἀγάγωμεν, ὡς ἐξ ἄκρου τῆς ὤας τὴν ὅλην τῆς κροκῆς ὑπόστασιν τῆς ἀθλοφορικῆς παριστῶντες δυνάμεως. Πλείους τινὲς στρατιῶται γενναῖοί τε καὶ ἀνδρεῖοι ἕνα τινὰ τῆς αὐτῆς λεγεῶνος κατέχοντες ἀνὰ δύο μὲν ἑκάστην χεῖρα τοῦ πάσχοντος ἐγκρατῶς περισφίγγοντες, δύο δὲ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἀντειλημμένοι τὸ δάκνειν αὐτοὺς καθ' ὅσον οἷοί τε ἦσαν ἀπείργοντες, ἄλλοι δὲ τῶν μέσων ἀπρὶξ λαβόντες καὶ συνωθοῦντες βαδίζειν ἠνάγκαζον, τὴν ἐπὶ τὸν ναὸν τοῦ πανενδόξου μάρτυρος ἄγοντες οὐκ εἰδότα ποῦ φέροιτο, C οὐδὲ τοὺς ὠθοῦντας γνωρίζοντα, καίτοι λίαν οἰκείους τυγχάνοντας, οὐδ' ὅλως τῶν φρενῶν ἔχοντά τι ὑγιές.

μγʹ. Οὕτω γὰρ ἡ τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἐνοίκησις τὸν δείλαιον ἔστησε φροῦδον τοῦ λογισμοῦ, ὡς τοσοῦτον ὑπερφέρειν αὐτοῦ τὰ ζῶα τὰ ἄλογα ταῖς αἰσθητικαῖς ὁρμαῖς τὴν λογικὴν ἐκείνου νικῶντα περιφοράν, ὅσον οἱ σώφρονες ἄνδρες τῇ λογικῇ κυβερνήσει τὰς τῶν ἀλόγων ζώων ἀσυγκρίτῳ διαίτης ὑπερβαλλούσῃ καλλονῇ. Ἀχθεὶς δὲ μόλις καὶ ἀνάγκῃ πολλῇ τῶν ὠθούντων ὁ δείλαιος ὅτι τὸν ναὸν οὐ συνεχωρεῖτο εἰσέρχεσθαι, τῶν δαιμονίων ἐνισχυσάντων οὕτως αὐτῶν τῇ μανίᾳ, ὡς ἅπαντας τοὺς ἐμπεπληγμένους αὐτῷ στρατιώτας πρηνεῖς πρὸ τοῦ πυλῶνος σὺν ἑαυτῷ καταστρέψασθαι. Θορύβου δὲ γενο- D μένου καὶ τῶν ὑπηρετῶν τοῦ ἁγίου τεμένους σὺν ἄλλοις πλείοσι συνδεδραμηκότων, βίᾳ πολλῇ διαβαστάσαντες εἴσω φέρουσι, καὶ ῥίπτουσιν ἐπὶ τῆς ἑτοιμασθείσης αὐτῷ χαμαιστρώτου εὐνῆς, πλείους ἢ ὀκτὼ πάλιν αὐτὸν περισφίγγοντες.

μδʹ. Τί τοίνυν ἀπεντεῦθεν θαυμάσω, τί δὲ δοξάσω τοῦ μάρτυρος; Τὸ φιλόξενον; Ἀλλὰ τὸ ἁπλῶς φιλάνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ταχυήκοον πρὸς τοὺς ἐπικαλουμένους ἐν πίστει; Ἢ μᾶλλον τὸ μηδὲ καλούμενον ἐλεεῖν τοὺς ἐν ἀνάγκαις; Οὗτος γὰρ δὴ, οὗτος ὁ νῦν προκείμενος τῷ λόγῳ οὐδὲ βουλόμενος ἐπικαλεῖσθαι ἐδύνατο διὰ τὸ δεδέσθαι τὴν γλῶτταν ὑπὸ τοῦ πάθους, μᾶλλον δὲ πρὸ τοῦ λόγου καὶ αὐτὸ τὸ βούλεσθαι ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἀφῃρημένος· ἀλλ' ὥσπερ ὁ Θεὸς καὶ σιωπῶντος τοῦ Μωϋσέως, ὅτε τὸν Ἰσραὴλ

ἥ τε θάλασσα καὶ ὁ στρατὸς τῶν Αἰγυπτίων εἰς μέσον συνέκλειον, ὅμως ἀπεκρίθη λέγων πρὸς αὐτὸν, « Τί βοᾷς πρός με ; »

με'. Ἔβλεπε γὰρ τῇ καρδιογνωστικῇ αὐτοῦ δυνάμει τὴν τοῦ προφήτου ψυχὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνιπταμένην καὶ προσπίπτουσαν αὐτῷ νοερῶς διὰ τὴν ἐκ τῆς θαλάσσης καὶ τῶν πολεμίων ἀπόγνωσιν. Οὕτως ὁ τὴν ἐκ Θεοῦ γνωστικὴν χάριν τῷ οἰκείῳ τῆς μαρτυρίας αἵματι δικαίως ἐμπορευσάμενος καὶ σιωπώντων ἀκούει, καὶ ἀκούων οὐ καταμελεῖ. Ὑπὲρ γὰρ τῆς ἐκείνων ἀδυναμίας ἢ ἀναισθησίας ἡ φιλανθρωπία τὴν ἑαυτοῦ καθικέτευε ψυχὴν, ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ νέῳ τοῦ λεγεῶνος ἐργαστηρίῳ γεγένηται· μηδὲν γὰρ τοῦ δαιμονιῶντος πρεσβευτικὸν φθεγξαμένου (μετὰ γὰρ τοῦ δύνασθαι, ὡς εἴρηται, ἀφῄρητο καὶ τὸ βούλεσθαι διὰ τὸ μὴ σώαν εἶναι τὴν ἔννοιαν), αὐτὸς ὁ ἅγιος εἴσω βραχυτάτου λίαν καιροῦ σῶον τὸν στρατιώτην τοῖς ἰδίοις ἀπέδωκεν.

μς'. Οὕτως, ὡς εἴρηται, τῶν δαιμόνων ἀπελαθέντων αὐτοῦ, ὡς μηδὲ ψόφον ἐν τῷ ἐξιέναι, μηδὲ κραυγήν τινα πεποιηκέναι, καθάπερ ἄλλοις εἰώθεισαν, τοῦτο τῆς ὑπερβαλλούσης δυνάμεως τοῦ ἀθλοφόρου ἐμποιησάσης, ὥσπερ αὐτὰ τῷ ἀμέτρῳ φόβῳ, πρωῒ καὶ πάλιν ἐπέπιπτον κατὰ τὸ εἰωθὸς οἱ οἰκεῖοι τῷ πάσχοντι, χεῖρας αὐτοῦ καὶ ὤμους καὶ κεφαλὴν καὶ τὰ γόνατα περισφίγγοντες. Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς εἰσβλέψας οὐχ αἱματιώδει, καθὼς ἔμπροσθεν καὶ τεταραγμένῳ τῷ βλέμματι, ἀλλ' εὐσταθεῖ λίαν τὴν τῆς ψυχῆς γαλήνην ἐμφαίνοντι, ἔκπληξιν αὐτοῖς ἐνεποίει χαρμονῇ μεμιγμένην· ὡς δὲ ἐπιπολὺ καθηδυνόμενοι τῇ θέᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν τοῦ φθέξασθαί τι πυσματικὸν ἐπελάθοντο, αὐτάρκως τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς διὰ τῆς ὁράσεως καὶ μόνης εὐφραίνοντες, ἔφθασεν αὐτὸς τῇ Ῥωμαϊκῇ γλώττῃ ἐρωτῶν αὐτοὺς ἀπροσδοκήτως.

μζ'. Τί, φησί, ἐμπίπτειν ἐπιχειρεῖτέ μοι καὶ κατέχειν, ὥσπερ τοὺς ἐν ψύχει σφοδρῷ σφενδονουμένους ὑπὲρ τὴν κλίνην, ἢ τοὺς ἐν πνεύματι δαιμονίῳ στρεβλουμένους τὰ σώματα; Οἱ δὲ καὶ τὴν ἐρώτησιν καταπλαγέντες ὡς σώφρονα καὶ τὴν τοῦ πράγματος ἀλήθειαν εἰπεῖν αἰσχυνόμενοι ἀπεκρίθησαν οὕτως· Κατέχομέν σε ὅπως ἀναστὰς ἐνδύσῃ, καὶ ἀπέλθωμεν εἰς τὸν οἶκόν σου. Ὁ δὲ πρὸς αὐτούς· Τίνος γὰρ χάριν ἐνταῦθα παρεγενόμεθα, μήτε ἑορτῆς οὔσης, μήτε ἄλλου τινὸς κατεπείγοντος; οὕτω γὰρ, ὡς εἴρηται, ἠλλοιωμένος ἐτύγχανε τὰς φρένας τὸ πρότερον, ὡς μηδὲ διάλειμμα ἔχοντα διαγνῶναι κἂν ὅτι νοσεῖ. Οἱ δὲ περὶ αὐτὸν ἐκπλαγέντες τὴν σφοδρότητα τοῦ πάθους καὶ ὑπερθαυμάσαντες τὴν θεοφόρον ἐνέργειαν τοῦ μάρτυρος φιλάνθρωπον εἶπον πρὸς αὐτόν· Διὰ τί μὲν ἦλθες ἐνταῦθα, οὐ χρή σε νῦν μαθεῖν· εὐχαρίστει δὲ τῷ Θεῷ, καὶ δόξαζε τὸν ἅγιον αὐτοῦ μάρτυρα, ὅτι σὲ μὴ γνόντα διότι ἦλθες ἐνταῦθα, νῦν ἀποστέλλει γινώσκοντα τὴν εἰς τὸν οἶκον ἐπάνοδον. Τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν ἡ δόξα, κ. τ. λ.

A dum Israel et mare et Ægyptiorum exercitus in medio tenebant inclusum, silente, respondit tamen dicens ad eum : « Quid clamas ad me *? »

45. Sua enim, quæ corda novit, potentia conspexit prophetæ animam cœlos versus volantem atque ante ipsum præorta ex mari et inimicis desperatione in spiritu concidentem. Ita ille, qui cognoscendi, quæ ad Deum spectant, gratiam proprio martyrii sui sanguine juste emit, silentes etiam audit, nec audiens spernit. Pro eorum enim impotentia sensuumve defectu animæ ipsiusmet supplicat misericordia, quod et in nova illa legionis officina est factum. Nihil enim, quod deprecationem sonet, energumeno (cum posse enim, ut dictum est, etiam velle, quod mens ei sana non esset, amise- B rat) loquente, ipse Sanctus intra breve admodum tempus suis sanum militem restituit.

46. Dæmonibus sic, ut dictum est, ex eo ejectis, ita ut nec, quemadmodum ab aliis fieri soluerat, in exeundo strepitum, nec clamorem ullum, eximia certaminum victoris virtute id impediente, osque quodammodo iis præ immenso timore occludente, ediderint, mane iterum de more in patientem familiares, manus ejus et humeros et caput et genua constringentes, irruebant. Hic autem illos non cruento, ut ante, turbatoque vultu, sed tranquillo admodum, animæque pacem manifestante intuitus, stuporem gaudio mistum iis injecit, adeo ut, cum maxima ex sibi in illo oblato spectaculo voluptate C accepta, quidquam, quod eum interrogarent, proferre, solo etiam visu animos sufficienter oblectantes obliviscerentur, ipse prius illos Romana lingua inexspectato interrogarit.

47. Quid, inquit, me invadere, nec aliter, quam qui præ algoris vehementia in lecto contorti jacent, corporibusve in dæmoniaco spiritu distorquentur, continere conamini? Illi vero interrogatione, utpote quæ sanæ esset mentis, obstupefacti, reique veritatem dicere erubescentes, hunc responderunt in modum : Detinemus te, ut surgens vestiaris atque abeamus in domum tuam. Hic autem illis respondit : Ut quid vero, cum nec dies festus sit, nec aliud quidquam urgeat, huc nos (ita enim prius, ut D dictum est, a mente alienatus erat, ut neque, quo sese ægrotare cognosceret, interstitium haberet) advenimus? Illi autem, qui prope illum erant, morbi vehementia obstupefacti, misericordemque, quæ divinum quid præferret, martyris virtutem supra modum admirantes dixerunt ad eum : Quam quidem ob causam huc veneris, non oportet te scire modo; gratias autem age Deo, sanctumque ejus martyrem lauda, quod te, cur huc veneris, non noscentem, domum modo rediro noscentem, dimittat. (22). Deo nostro gloria, etc.

* Exod. XIV, 15.

(22) Cum miraculum, hic relatum, haud dudum tunc, cum hæc scriberet, accidisse, Joannes Thessalonicensis supra num. 42 indicet, non est sane cur id revocetur in dubium, nec etiam ambigendum videtur, quin sancti Demetrii virtute, uti quidam scriptor asseverat, fuerit patratum.

CAPUT V.

Qui Sancti reliquias postularit, easque tamen haud impetrarit imperator Mauritius (23).

Dilecti, ad magni etiam, si placet, deiferique martyris, prætermissis iis quæ vulgaria sunt, apparitiones, eximiam etiam per eas magnificæ illius ineffabilisque potentiæ gloriam ostendentes, veniamus. Quoniam enim semper quidem, maxime autem idololatriæ tempore, qui civitatem hanc Deo dilectam incoluerunt, Christiani accurati constantissimique martyrum amatores fuerunt, præ metu, ne sanctorum martyrio coronatorum corpora idololatrarum furori committerentur, tacite illa ac mysteriose in terra absconderunt, adeo ut usque in præsens tempus ex iis qui martyrium in hac subierunt, nullius prorsus, præterquam celeberrimæ ac sanctissimæ virginis Matronæ (24), sacrum conditorium, quo depositi fuerunt, certo noscatur.

48. Cum hæc piæ memoriæ Mauritius imperator didicisset (25), ac partim quidem, verane esset, quæ celebrabatur, civium erga martyres sollicitudo, experiri vellet, partim autem divino gloriosissimi martyris Demetrii, quod multa de eo scripta esse audivisset, amore esset correptus, ad eum, qui tunc civitatis Thessalonicensis populum pastor moderabatur, sacris usus apicibus, tanquam pius imperator petiit, ut e Christiferi martyris Demetrii reliquiis aliquid sibi, auxilium inde per fidem in bello obtinere desideranti, mitteretur. Ad quem, qui archiepiscopalem cathedram feliciter occupabat, Eusebius (26) (ipse enim prædictam imperatoris petitionem acceperat) hujusmodi usus est litteris:

49. Non ita, imperator, quemadmodum certe in aliis regionibus usuvenit, Deo dilectæ Thessalonicæ alumni sanctorum, qui martyrium subierunt, corpora palam, ut eorum aspectu et tactu insensibiliter ac continuo ad pietatem animas excitent, solent exponere; sed contra fidem in cordibus suis intellectualiter servantes, rerumque hujusmodi aspectum præ pietate eximia metuentes, eis, ut Deo placeant, fidei sinceritas sufficere existimata est. Martyrum autem lipsana ita sese abscondere debere putarunt, ut nulli omnino præterquam iis ipsis, qui

Ἀγαπητοὶ, ἔλθωμεν, εἰ δοκεῖ, τὰ πολλὰ παραδραμόντες, καὶ εἰς ὀπτασίας τοῦ μεγάλου καὶ θεοφόρου μάρτυρος, δεικνύντες καὶ δι' αὐτῶν τὴν ὑπερμεγέθη δόξαν τῆς μεγαλοπρεπείας αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνεκφράστου δυνάμεως. Ἐπειδὴ γὰρ φιλομάρτυρες ἀκριβεῖς τε καὶ ἀσφαλέστατοι ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ οἱ κατὰ τὸν τῆς εἰδωλομανίας καιρὸν τὴν θεοφιλῆ ταύτην Θεσσαλονίκην οἰκοῦντες Χριστιανοὶ καθειστήκεσαν καὶ δέει τοῦ μὴ τὰ τίμια σώματα τῶν μαρτυρούντων ἁγίων τοῖς τῶν εἰδωλολατρῶν προδοῦναι θυμοῖς, ἐχεμύθως ταῦτα καὶ μυστηριωδῶς ἐν γῇ κατετίθεσαν, ὡς μηδὲ μέχρι νῦν τηλαυγῶς μηδενὸς τῶν ἐν αὐτῇ μαρτυρησάντων ἁγιοδόχως θήκας γνωσθῆναι, ὅποι τυγχάνοιεν ἀποκείμεναι, πλὴν τῆς σεμνοτάτης καὶ παναγίας παρθένου Ματρώνης.

μη'. Ταῦτα μαθὼν ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως Μαυρίκιος ὁ βασιλεὺς, καὶ τοῦτο μὲν τὴν τῶν πολιτῶν περὶ τοὺς μάρτυρας βοωμένην ἀκρίβειαν πειρᾶσθαι βουλόμενος, εἰ πέφυκεν ἀληθὴς, τοῦτο δὲ καὶ θείῳ ἔρωτι ληφθεὶς τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου διὰ τὸ ἀκούειν καταγεγράφθαι πολλὰ περὶ αὐτοῦ, ὡς φιλευσεβὴς βασιλεὺς ᾐτήσατο θείαις χρησάμενος κεραίαις πρὸς τὸν τηνικαῦτα τὸν Χριστιανὸν λαὸν τῆς Θεσσαλονικέων ποιμαίνοντα πόλεως, ὥστε πεμφθῆναι αὐτῷ λείψανόν τι τοῦ Χριστοφόρου μάρτυρος Δημητρίου πίστει τὴν ἐξ αὐτοῦ συμμαχίαν βουλομένῳ καρπώσασθαι. Πρὸς ὃν ὁ μακάριος ἀρχιερατεύσας Εὐσέβιος (αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ τὴν προλεχθεῖσαν τοῦ βασιλέως δεξάμενος αἴτησιν) τοιοῖσδέ τισιν ἐχρήσατο γράμμασιν·

μθ'. Οὐχ οὕτως, ὦ βασιλεῦ, τῆς θεοφιλοῦς Θεσσαλονίκης τὰ θρέμματα, καθάπερ ἀμέλει κἀν ταῖς ἄλλαις χώραις εἰώθασι τῶν μαρτυρούντων ἁγίων ἀναφανδὸν τιθέναι τὰ σώματα, ὡς ἀναισθήτως καὶ συνεχῶς τῇ θέᾳ τούτων καὶ τῇ ἀφῇ πρὸς εὐσέβειαν τὰς ψυχὰς διεγείρωσιν· ἐκ δὲ τοὐναντίου τὴν πίστιν νοερῶς ἐν ταῖς ἑαυτῶν καρδίαις ἱδρύσαντες, καὶ τὴν αἰσθητὴν τῶν τοιούτων θέαν δι' ὑπερβάλλουσαν εὐλάβειαν ὀρρωδοῦντες, ἀρκεῖν μὲν αὐτοῖς εἰς θεαρέσκειαν τὸ εἰλικρινὲς ἐνομίσθη τῆς πίστεως. Τὰ δὲ τῶν μαρτύρων λείψανα κατακρύψαι δεῖν ᾠήθησαν

(23) Quod hoc capite narratur, aut, si mavis, hoc ipsum caput e ms. pariter codice olim Mazarinæo, nunc regio Parisiensi, in quo a pag. 55, seu potius (bis enim hæc per errorem in illo notantur) a pag 56 usque ad pag. 58 extenditur, integrum penes nos exstat exscriptum sequenti in capite, quem et in dicto codice præfert, titulo insignitum: Περὶ τῆς αἰτήσεως τῶν λειψάνων τοῦ μάρτυρος, *De postulatione reliquiarum martyris.*

(24) De hac sancta martyre ad diem 15 Martii, quo exstat Martyrologio Romano inscripta, actum apud nos jam est, ibidemque, virginem eam non fuisse, a Bollando in historica, quam de eadem contexuit, Sylloge tanquam probabilius num. 8 fuit propositum. Quod nescio an ab eo Operis nostri conditore factum fuisset, si luculentissimum, quod pro sanctæ illius martyris virginitate hic occurrit, Joannis, Thessalonicensis sæculo septimo archiepiscopi, testimonium habuisset perspectum.

(25) Hic ab anno 582 ad annum usque 602, uti inter eruditos modo convenit, imperii habenas moderatus est; ut, quod hic mox de postulatis per eum sancti Demetrii reliquiis narratur, nec citius quam anno 582, nec serius quam anno 602 accidisse necesse sit.

(26) Nihil uspiam, quod aditæ ab hoc Thessalonicensis cathedræ annum determinem, invenire hactenus licuit; hanc tamen illum, Mauritio imperante seu eo tempore, quod ab anno 582 ad annum usque 602 excurrit, reipsa, uti hic Joannis narratio exigit, tenuisse, vel ex eo liquet, quod scripta ad illum, jam Thessalonicensem archiepiscopum, Gregorii Magni (adi Labbeum tom. V *Concil.* col. 1293) exstet epistola, indictione I notata, quæ, ut calculos ineunti patebit, annum 598 designat.

οὕτως, ὡς μηδενὶ τῶν πάντων τὸν τόπον γινώσκεσθαι, πλὴν ἐκείνων αὐτῶν τῶν τῆς ἁγίας κοινωνησάντων ταφῆς.

ν'. Ἀμέλει, βασιλεῦ, καὶ ὁ τῆς θείας λήξεως αὐτοκράτωρ ἡμῶν γεγονὼς Ἰουστινιανὸς ταῖς ὁμοίαις ἐχρήσατο συλλαβαῖς πρὸς τοὺς τηνικαῦτα τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον ἐνταῦθα διέποντας, αἷς καὶ νῦν πρὸς ἡμᾶς τὸ ὑμέτερον κράτος. Ἐφαμίλλως γὰρ ὑμῖν κἀκεῖνος πρὸς τὸν ὑπερένδοξον ἀθλοφόρον θείῳ κόθῳ καὶ διαπύρῳ κατείχετο ἔρωτι. Οἳ καὶ βουληθέντες τὴν βασιλικὴν καὶ θεάρεστον ἀποθεραπεῦσαι ἱκετηρίαν ἔν τινι τοῦ πανσέπτου αὐτοῦ ναοῦ διορύξαντες τόπῳ, ἐν ᾧ καὶ τὸ πανάγιον εὑρίσκειν ᾤοντο λείψανον, ὕμνοις χρώμενοι καὶ λαμπάσι καὶ θυμιάμασι κατῄεσαν συμπαραλαβόντες καὶ ἄλλους ἱερεῖς ἀξιοθέους. Ὡς δὲ μέρος οἱ τοῦ διορύγματος ἤνυσαν, καὶ προθυμότερον ἐπεχείρουν εἰσέρχεσθαι, ἄφνω πῦρ ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ὁρῶσιν ἐξιὸν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτούς· ἤκουσαν δὲ καὶ φωνῆς· Παύσασθε περαιτέρω πειράζοντες.

να'. Οἱ δὲ φόβῳ καὶ τρόμῳ ληφθέντες ὑπέστρεψαν ἐν τάχει· πίστεως δὲ ὑπερβολῇ τοῦ παραστῆσαι τῷ βασιλεῖ τήν τε οἰκείαν ὑπακοὴν καὶ τοῦ πράγματος τὸ ἐπικίνδυνον, κύψαντες, τὸν ἐν γῇ χοῦν πρὸ τοῦ φθάσαι τὸ πῦρ, ὅσον οἷόν τε γεγόνασιν, ἀνεδέξαντο τοῦ πυρὸς τὴν ὀσμὴν μετ' εὐωδίας ἀφάτου συνεφελκόμενον, ὃν καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ σκευοφυλακίῳ τῆς Μεγάλης ἡμῶν ἐκκλησίας δεόντως ἀπέθεντο, μέρος ἐξ αὐτοῦ στείλαντες τῷ εὐσεβῶς αἰτησαμένῳ, καὶ τὰ συμβεβηκότα μηνύσαντες, ὅπερ πάσης ἀπέλαβε χαρᾶς, ὡς αὐτὸ τοῦ μάρτυρος τὸ σῶμα δεξάμενος. Καὶ ἡμεῖς οὖν οἱ βραχεῖς τοῖς κατὰ τὴν βασιλείαν ἴσοις, κατὰ δὲ τὴν εὐσέβειαν ὑπερβάλλουσι τοὺς προγόνους ἐστείλαμεν ὑμῖν ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ ἁγίου χοὸς εὐλογίας· πειράσαι γάρ τι πλέον καὶ μετὰ τὴν τοιαύτην, ὡς προλέλεκται, θεοσημείαν οὐ μόνον ἄβουλον, ἀλλὰ καὶ κινδυνῶδες ἐγνώκαμεν. Τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν ἡ δόξα.

A sacræ sepulturæ participes fuissent, locus, quo esseut recondita, esset cognitus.

50. Sane, imperator, beatæ recordationis Justinianus (27), qui et ipse imperator noster fuit, tales etiam, quales modo ad nos potentia vestra litteras misit ad eos qui summi sacerdotii thronum tunc moderabantur. Ille enim etiam, æque ac vos, divino valde atque incenso erga gloriosissimum certaminum victorem amore ferebatur. Atque illi, cum imperatoriam Deoque placentem supplicationem revereri vellent, in quodam, in quo et sacras sese inventuros reliquias existimabant, venerandi templi loco fodientes, in terram, hymnis et canticis et lampadibus et thymiamatibus utentes, descendebant, secum etiam aliis sacerdotibus Deo gratis B assumptis. Cum autem illi fossæ partem absolvissent, alacriusque ingredi conarentur, ignem subito e locis anterioribus exeuntem ac contra se venientem vident. Audiverunt et vocem : Desistite ulterius tentare (28).

51. Illi vero, metu ac tremore correpti, statim retrocessere, præ fidei autem præstantia, atque, ut imperatori suam obedientiam reique periculum probarent sese inclinantes, in terra, antequam ignis adveniret, quantum potuerunt, accepere pulverem, qui ignis nidorem una cum fragrantia ineffabili contraxerat; quem et in Magnæ nostræ ecclesiæ loco, sacris vasis custodiendis destinato, decenter C deposuerunt, partem ejusdem ad illum, qui pie postularat, mittentes, eaque quæ acciderant, significantes : quam is, non secus atque si ipsum martyris accepisset corpus, cum omni lætitia suscepit. Et nos igitur exigui vobis, secundum imperium æqualibus, secundum pietatem autem majores superantibus, ex eodem benedicto sancti pulveris munere partem misimus. Amplius enim quid post tale etiam, ut prædictum est, divinitus editum signum tentare, non solum inconsultum, sed et periculosum esse cognovimus. Deo autem nostro gloria

CAPUT VI.

De argenteo quem Sanctus, ciborio suo exusto instituendo destrui noluit throno (29).

νβ'. Τοῦ φιλαλήθους τούτου ἀρχιερέως ἀκηκόαμεν καὶ τοῦτο διηγουμένου διὰ μεγίστην τοῦ ἀθλοφόρου

D 52. Illum veritatis amantem archiepiscopum (30) etiam hoc de maxima certaminum victoris providen-

(27) Cum hic, uti ex contextu liquet, de Justiniano, qui ante Mauritium imperavit, sermo sit, Justinianus, hujus nominis primus, indubie designatur; quare, cum hic ab anno 527 ad annum usque 565 imperio Romano præfuerit, consectarium est, ut, quod hic de postulatis pariter per illum sancti Demetrii reliquiis, prodigioque, quod ne has consequeretur, obstitit, mox subjungitur, certo inter annum 526 et annum 566 acciderit.

(28) Refert pariter in ms., supra in Comment. prævio sæpius laudato, qui penes nos exstat, codice † ms. 193 idem isthoc prodigium Joannes Stauracius, Thessalonicensis chartophylax ; verum id scriptor iste auget adjunctis, e quibus consequitur, ut jam tum, cum illud accideret, e Thessalonicensi Sancti nostri tumulo unguentum seu oleum, morbis sanandis prodigiose salutare, stillarit; qua de re quid censendum sit, in Commentario prævio § 8 invenies.

(29) Quæ hoc capite continentur, hicque e solo bibliothecæ Vaticanæ codice 821, quod e codice ms., olim Mazarinæo, descripta penes nos non exstent, traduntur, a folio 58 usque ad fol. 63 in litterario isthoc monumento occurrunt, sequenti isthoc, Περὶ τοῦ ἀργυρέου θρόνου, *De throno argenteo*, titulo eis præfixo ; hunc porro ego in alium, hic positum, qui, quid in subjecta narratione memoriæ prodatur, nonnihil distinctius exponat, mutavi, quod et ante pleraque alia, quæ conscriptos de Sancti miraculis libros constituunt, capita faciendum eodem ex fine duxi.

(30) Cum ex antecedentibus omnibus capp., eodem, quo in codice olim Mazarinæo, ordine hic a nobis exhibitis, unicum proxime præcedens archie-

tia civitatisque curatione, quam, Deo volente, in subsequentibus exponere conabimur (31), narrantem audivimus. Contigit, inquit, ut, quod in sanctissimo ipsius templo erat, ciborium, totum ex argento splendidum exsistens, noctu incenderetur, ita ut omne dissolveretur argentum, ac pars quædam ejusdem corrumperetur. Cum ergo prædictus sanctissimus archiepiscopus (32) de novo exstruere præfatum sacrum ciborium valde cuperet, nec argenti fusi pondus, operi toti perficiendo respondens, inveniret, thronum (33) argenteum, qui in eodem templo maxime venerando est, solvere, dictique ciborii structuram, utpote, quod id et sacratum martyris monumentum complecti dicatur, et maximum alioquin totius domus ornamentum vere sit, necessarium magis, perficere volebat.

53. Cum vero id apud se, nemine alio (neque enim alterius, unde argenti reliquum suppleretur, materiæ veniebat in mentem) consilium noscente, statuisset, viro cuidam, vita probissimo presbyterique dignitate digno habito, cui Demetrio nomen erat, nostrum omnium auxiliator, magnus Christi martyr Demetrius, in somno apparet dicens : Abi, dic civitatis episcopo : Ne domus meæ thronum solvere audeas. Atque id faciente presbytero, primum quidem archiepiscopus, quod cogitatio sua manifesta (neque enim, ut dicebat, de quo apud semetipsum occulte deliberasset, ullus alius norat) facta esset, obstupuit ; deinde vero presbyterum (prædicti enim venerandi templi administrator erat) e suspicione quapiam ista finxisse ratus, statim ipsum dimisit, verbis etiam quodammodo iratis dicens : Quid enim ex me audivisti, frater?

54. Rursus autem post aliquot dies, cum multa esset scrutatus consilia, nec ullum, quo reliquum operis conficeretur, invenisset, in eodem, quod de throno habuerat, consilio est confirmatus, cumque fabrum argentarium, quo ei, ut thronum tolleret, in mandatis daret, advocari jussisset, ea ipsa hora aliquis renuntiavit dicens : Demetrius presbyter ad sanctitatem tuam ingredi desiderat. Qui ingressus dixit ei : Certaminum victor, qui nos tuetur, rursus mihi peccatori in somniis vultu quodammodo tristi visus est, præcepitque, ut beatitudini tuæ isthæc nuntiarem verbis hisce : Propter charitatem ne

A πρόνοιαν, καὶ κηδεμονίαν τῆς πόλεως, ἣν Θεοῦ βουλήσει ἐν τοῖς κατόπιν ἡμεῖς διασαφηνίσαι σπουδάσομεν. Συνέβη, φησὶν, τὸ ἐν τῷ παναγίῳ αὐτοῦ τεμένει κιβώριον ὅλον ὑπάρχον ἐξ ἀργύρου λελαμπρυσμένον, ἐμπρησθῆναι νυκτὸς, ὡς διαλυθῆναι πάντα τὸν ἄργυρον, καί τι μέρος αὐτοῦ μιανθῆναι. Ὁ γοῦν εἰρημένος ἀρχιεπίσκοπος ὁσιώτατος σπεύδων ἐκ καινῆς κατασκευάσαι τὸ προλεχθὲν ἅγιον κιβώριον, καὶ μὴ εὑρίσκων ἀναλογοῦσαν τὴν ὁλκὴν τοῦ χωνευθέντος ἀργύρου πρὸς τὴν τοῦ παντὸς ἔργου συμπλήρωσιν, ἐβουλεύετο τὸν ἐν τῷ αὐτῷ πανσέπτῳ ναῷ ἀργύρεον θρόνον λῦσαι, καὶ ἀποτελέσαι ὡς ἀναγκαιοτέραν τὴν τοῦ λεχθέντος κιβωρίου κατασκευὴν, διότι καὶ τὸ ἡγιασμένον μνημεῖον τοῦ μάρτυρος λέγεται περιέχειν, ἄλλως δὲ καὶ τοῦ παντὸς οἴ-
B κου ἐτύγχανεν ὡς ἀληθῶς μεγίστη εὐπρέπεια.

νγ'. Καὶ δὴ ταύτην αὐτοῦ στήσαντος παρ' ἑαυτῷ, μηδενὸς ἄλλου εἰδότος, τὴν βουλὴν (οὐδὲ γὰρ ἄλλη πρόφασις ὑπῆν, ὅθεν τὸ λοιπὸν τοῦ ἀργύρου τὴν ἀναπλήρωσιν δέξηται) φαίνεται κατ' ὄναρ ὁ πάντων ἡμῶν ἀρωγὸς, ὁ μέγας τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Δημήτριος ἀνδρί τινι καλλίστῳ τὸν βίον, καὶ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου κατηξιωμένῳ τιμῆς, τοὔνομα Δημητρίῳ, λέγων· Ἄπελθε, λάλησον τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως· Μὴ τολμήσῃς λῦσαι τὸν θρόνον τοῦ οἴκου μου. Καὶ δὴ τοῦτο πράξαντος τοῦ πρεσβυτέρου, πρῶτον μὲν ὁ ἀρχιερεὺς κατεπλάγη, διὰ τὸ φανερωθῆναι αὐτοῦ τὴν ἐνθύμησιν· οὐδεὶς γὰρ, ὡς εἶπεν, ἄλλος ἠπίστατο τὸ κρυπτῶς αὐτῷ βεβουλευμένον·
C εἶτα δὲ, δόξας κατά τινα ὑπόνοιαν ταῦτα τὸν πρεσβύτερον πλάσασθαι (ἐτύγχανε γὰρ καὶ διοικητὴς τοῦ εἰρημένου πανσέπτου ναοῦ), ἀπέλυσεν αὐτὸν μικρὸν, πῶς καὶ λελυπημένοις ῥήμασι φήσας, Τί γὰρ ἤκουσας ἐνδός μοι, ἀδελφέ ;

νδ'. Πάλιν δὲ μεθ' ἡμέρας τινὰς πολλὰς ἐρευνήσας, καὶ μηδεμίαν εὑρὼν, ἐξ ἧς τὸ λοιπὸν τοῦ ἔργου γενήσεται, τῇ αὐτῇ συνεσχέθη βουλῇ τῇ περὶ τοῦ θρόνου, καὶ ὡς ἐκέλευσε κληθῆναι τὸν ἀργυροῦργὸν ἐπὶ τὸ ἐντείλασθαι αὐτῷ λαβεῖν τὸν θρόνον, αὐθωρὸν ἐμήνυσέ τις λέγων· Δημήτριος ὁ πρεσβύτερος εἰσελθεῖν ἀξιοῖ πρὸς τὴν ἁγιωσύνην σου. Ὡς εἰσελθὼν εἶπεν αὐτῷ· Ὁ σκέπων ἡμᾶς ἀθλοφόρος ὤφθη μοι πάλιν τῷ ἁμαρτωλῷ ἐν ὕπνῳ τρόπον τινὰ καὶ σκυ-
D θρωπῷ τῷ προσώπῳ, καὶ προσέταξεν ἀναγγεῖλαι τῇ μακαριότητί σου αὐταῖς λέξεσι ταῦτα· Διὰ τὴν ἀγάπην μὴ λυπήσῃς με τῇ ἀφαιρέσει τοῦ θρόνου. Ὁ δὲ

piscopi cujuspiam meminerit, in eoque non de alio, quam de Eusebio, cathedram Thessalonicensem, Mauritio imperante, seu ante annum 602, quo hic obiit, moderato, sermo instituatur, consectarium sit, ut per archiepiscopum illum, e quo, quæ hic narrat, sese audivisse Joannes ait, non alium, quam eumdem Eusebium, Thessalonicensem archiepiscopum, intelligat, licet interim id e nostro, in quo e dicto bibliothecæ Vaticanæ codice caput præsens descriptum tantummodo habemus, codice † ms. 193 palam esse haud possit, quod hic nec omnia, quæ codex Mazarinæus, suppeditat, nec cum hoc convenit in ordine, quo, quæ suppeditat, proponit.

(31) Altarium tegmina, quatuor columnis innixa atque in fastigiatam formam educta, sub quibus et sanctorum corpora (adi Cangium in Glossario mediæ et infimæ Latinitatis ad vocabulum *ciborium*) recondi solerent, communiter quidem olim ciboria fuerunt; verum quale, quod in Thessalonicensi Sancti nostri templo erat exstructum, ciborium exstiterit, infra a Joanne cap. 10 graphice exponitur.

(32) Eusebius nempe, Mauritio imperante, Thessalonicensis archiepiscopus ; neque enim de alio archiepiscopo antea locutus fuit Joannes.

(33) Per hoc vocabulum verosimillime hic intelligitur sedes seu cathedra, quam Thessalonicenses archiepiscopi, cum ædem, sancto Demetrio Thessalonicæ sacram, adirent, occupare in hac solerent.

ἀκούσας, ἠχθέσθη μὲν πρὸς τὸν πρεσβύτερον (ἐδόκει γὰρ αὐτὸν πλάττεσθαι), ἀπέλυσε δὲ αὐτὸν αὐστηρότερον, φανερώσας λοιπὸν, καὶ τὸν σκοπὸν αὐτοῦ εἰπών. Καὶ πόθεν κελεύεις δοθῆναι τὸ ἐλλεῖπον τῇ ὁλκῇ τοῦ ἀργύρου; Οἶδας ὅτι ὕπεστιν ἄλλος τρόπος; Εἰπέ· εἰ δὲ οὐ λέγεις, μὴ κατάκρινε προπετῶς, φιλοσοφῶν εἰς τὰς ἀλλοτρίας θλίψεις.

νε'. Ὁ δὲ ἀνὴρ συγκεχυμένος ἐξῆλθεν· οὔπω γὰρ ἦν αὐτῷ λαλήσας ὁ ἅγιος τὸ τί δεῖ γενέσθαι, ἀλλὰ μόνον τὸ λυθῆναι τὸν θρόνον ἀπέτρεπεν· κἀντεῦθεν ὁ πρεσβύτερος ἀναξιόπιστος ἐδοκιμάζετο σύμβουλος. Τὸ μὲν γὰρ μὴ ἀρθῆναι τὸν θρόνον ἐκ τοῦ τόπου ἔλεγε κελεύειν τὸν ἅγιον· πόθεν δὲ ἡ τοῦ κιβωρίου συμπλήρωσις γένηται, οὐκ εἶχε λέγειν. Ὡς δὲ περί που μηνῶν δέκα καὶ ὀκτὼ ὑπέρθεσις ἐν τῷ πράγματι γέγονε, καὶ τρόπος ἄλλος οὐκ ἀνεφαίνετο ἀναπληρῶν τὸ ἐλλεῖπον, ἔστησε λοιπὸν ὁ ἀρχιερεὺς παρ' ἑαυτῷ πάντως τὸ βεβουλευμένον ποιῆσαι, καὶ μὴ παραβλέπειν οὕτως ἄσχημον ὅλον τὸν ναὸν, διὰ τὸ σβέσαι τὸ τῆς αὐτοῦ εὐκοσμίας ἀπλήρωτον. Τότε δὴ λοιπὸν εὐδοκίᾳ Θεοῦ καὶ ὁ πανένδοξος ἀθλοφόρος ἤνοιξε τὴν χεῖρα τὴν ἄφθονον, καὶ ὀπτάνεται τὸ τρίτον τῷ πρεσβυτέρῳ λέγων· Ἀπελθὼν λάλησον τῷ ἐπισκόπῳ· Μὴ ὀλιγώρει, πλέον σου μέλει μοι περὶ τοῦ οἴκου μου καὶ τῆς πόλεως, μηδὲν μεριμνήσῃς.

νς'. Ταῦτα ὁ πρεσβύτερος ἀκούσας, δρόμῳ ταχεῖ σὺν πολλῇ χαρᾷ μηνυθεὶς τῷ ἀρχιεπισκόπῳ, ἀνήγγειλεν αὐτῷ, καὶ εὐηγγελίσατο ἀμέριμνον αὐτὸν διαμένειν. Δακρύσας οὖν ὁ ἀρχιεπίσκοπος, καὶ καταπλαγεὶς τὴν τηλικαύτην τοῦ ἀθλοφόρου συγκατάβασίν τε καὶ πρόνοιαν, καὶ πιστεύσας ἐξ ὅλης καρδίας τῇ ὑποσχέσει αὐτοῦ, ἣν πρότερον οὐκ ἐφανέρου, διὰ τὸ μείζονι, οἶμαι, ἀγωνίᾳ τὰς ψυχὰς ἡμῶν δοκιμάζεσθαι· βραχύ τι τοῦ πρεσβυτέρου ὑπεξελθόντος, καὶ μικρᾶς ὥρας περιπλευσάσης, λέγει τοῖς πλησίον ἀκούσασιν τῶν τηνικαῦτα ῥηθέντων παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου ῥημάτων· Μείνωμεν ὀλίγον, ἀδελφοί· ἀψευδὴς γὰρ ἡ τοῦ ἀθλοφόρου ὑπόσχεσις. Οὔπω δὲ σχεδὸν τὸ ῥῆμα πεπληρώκει, καί τις τῶν αὐτοῦ φησιν, Ὁ κύριος Μηνᾶς ἵσταται κάτω, καὶ τὰ ὑμέτερα ἴχνη κατασπάσασθαι βούλεται, φάσκων ἰδίᾳ θέλειν προσανοῖξαι ὑμῖν τινα· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῷ παρόντι καιρῷ ἐληλυθέναι· ἦν δὲ ὥρα πέμπτη τῆς ἡμέρας.

νζ'. Ὡς ἀνελθὼν λέγει τῷ ἀρχιεπισκόπῳ· Ἐπειδὴ πολλὰ χρεωστῶ τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ, πολλάκις με ἐκ κινδύνων καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου ῥυσαμένῳ, πλεονάκις ὥρμησα ἐκ τῆς ὑπὸ Θεοῦ δωρηθείσης μοι περιουσίας μέτριόν τι προσαγαγεῖν τῷ πανσέπτῳ αὐτοῦ ναῷ, καὶ ᾐσθανόμην κατὰ ψυχὴν ὥσπερ τινὰ συλλαλοῦντά μοι, ὅτι Ἀνάμεινον, οὐκ ἔστι καιρός. Σήμερον δὲ, παμμακάριστε Πάτερ, ἀπὸ πρωῒ μέχρι ταύτης τῆς ὥρας οἱ λογισμοί με συνωθοῦσι λέγοντες, ὅτι Προσάγαγε ἃ πολλάκις ἐπηγγείλω τῷ ἀθλοφόρῳ, ὅτι νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, καὶ τὸ δῶρον ἐν ἀργύρῳ ἤτω, καὶ μὴ ἐν χρυσῷ. Δέομαι οὖν τῆς ἁγιωσύνης σου, μὴ ἀπο-

A throni ademptione me contristes. Ille audiens presbytero quidem (eum enim fingere existimabat) succensuit; ipsum autem austerius dimisit, tandem etiam, intentione sua declarata, dicens: Et unde, quod ponderi argenti deest, dari facias? Aliumne modum subesse nosti? Dic: si autem non subesse reponas, ne temere, in alienas tribulationes philosophatus, judicium feras.

55. Vir autem confusus exivit: necdum enim, quid fieri oporteret, Sanctus ei dixerat, sed tantum thronum destrui prohibuerat, atque hinc presbyter suasor censebatur fide indignus. Sanctum enim, ne thronus e loco tolleretur, imperare dicebat, unde autem ciborium perficeretur, dicere non
B habebat. Cum autem mensium circiter decem et octo dilatio in re facta fuisset, nec modus alius, qui suppleret, quod deerat, appareret, archiepiscopus apud se tandem id, de quo deliberarat, omnino exsequi, nec totum templum ex eo quod, quæ ad illius ornatum spectarent, perfectionis defectus obscuraret, ita indecorum cernere, constituit. Tunc autem Dei benevolentia gloriosissimus etiam certaminum victor manum abundantem aperuit, tertioque presbytero apparuit, dicens: Abiens dic episcopo: Ne animum despondeas, magis mihi, quam tibi, domus mea et civitas curæ est, nulla de re sis sollicitus.

56. Hæc cum presbyter audivisset, celeri simul cursu et multa lætitia, cum archiepiscopo renun-
C tiatus fuisset, ei exposuit, edixitque, ut absque cura maneret. Lacrymans igitur archiepiscopus ac talem certaminum victoris demissionem et curam admirans, totoque ex corde promissioni ejus, quam prius, ut majori, puto, animæ nostræ anxietate probarentur, palam haud fecerat, fidem adhibens, presbytero paulum egresso brevique tempore elapso, præsentibus, qui verba, a presbytero tunc dicta, audiverant, dixit: Exspectemus paulisper, fratres; vera enim est certaminum victoris promissio. Necdum autem fere sermonem absolverat, atque aliquis e domesticis ejus ait: Dominus Mennas infra stat, vestraque vestigia vult amplecti, affirmans sese vobis sua quædam velle offerre; ideo enim præsenti tempore (erat
D autem diei hora quinta) sese venisse.

57. Qui cum ascendisset, dixit archiepiscopo: Cum gloriosissimo martyri Demetrio, qui me sæpe ex periculis atque ipsa morte eripuit, multa debeam, modicum quid e datis mihi a Deo facultatibus templo ejus quam maxime venerando offerre sæpe desideravi, atque aliquem velut ad animam, Exspecta, quoniam tempus opportunum non est, mihi dicentem sensi. Hodie vero, beatissime Pater, a mane usque ad hanc horam cogitationes me impellunt dicentes: Quæ sæpe certaminum victori promisisti, quia nunc tempus acceptabile est, fer, donumque tuum in argento, nec in auro sit. Oro igitur sanctitatem tuam, ne avertas servum tuum,

sed ut duos viduæ obolos, quod a me allatum est, A accipe, nostræque post Deum civitatis Domini ciborio applica; id enim martyri placere omnino persuasum habeo. Atque, advocato famulo, septuaginta quinque argenti libras detulit, dicens: Sit tibi adversus Deum res, nisi ea illic impendas.

στρέψῃς τὸν παῖδά σου, ἀλλ' ὡς τὸ δυόβολον τῆς χήρας πρόσδεξαι τὸ κομισθὲν παρ' ἐμοῦ, καὶ εἰς τὸ κιβώριον τοῦ μετὰ Θεὸν δεσπότου τῆς πόλεως ἡμῶν πρόσμιξον· τοῦτο γὰρ ἀκριβῶς πέπεισμαι θεραπεύειν τὸν μάρτυρα. Καὶ φωνήσας τὸν παῖδα προσήγαγεν ἑβδομήκοντα πέντε λίτρας ἀργύρου φήσας, Ἔστω σοι πρὸς τὸν Θεὸν, ἐὰν μὴ ἐκεῖ αὐτὰ δαπανήσῃς.

58. Ille vero Dei providentiam diligentissimamque certaminum victoris curam cognoscens respondit dicens: Dominus, fili, tibi benedicat, ita faciam, ut petiisti, eumque dimisit. Cum autem brevi quodam tempore exspectasset parumque, ut abiret, es et progressus, quemdam, qui alloquium petebat, Joannem antiquorum illustris Thessalonicæ causidicorum unum, similibus iis quibus B dominus Mennas usus erat, verbis utentem ac pro eadem sacrati ciborii causa quadraginta argenti libras offerentem excipit. Atque alii, quorum Deus spiritum excitavit, clam, nec nisi archiepiscopo noti obtulerunt, ex quibus statim pulcherrimum illud, quod hodieque cernitur, opus fuit exstructum (34), ita ut tandem per omnem civitatem divulgaretur diversa certaminum victoris cura providentiaque. Deo accepta in Christo Jesu Domino nostro. Quia eidem convenit gloria, honor et adoratio cum Patre immortali et sanctissimo vivificanteque Spiritu nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

νη'. Ὁ δὲ γνοὺς τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν τοῦ ἀθλοφόρου ταχίστην πρόνοιαν, ἀπεκρίνατο λέγων· Ὁ Κύριος, τέκνον, εὐλογήσαι σε, οὕτω ποιήσω καθὼς ᾐτήσω· καὶ ἀπέλυσεν αὐτόν. Βραχὺ δέ τι μεταλαβὼν τῆς ὥρας ἐχούσης, καὶ μικρὸν διαστήσας πρὸ τοῦ ἐλθεῖν, δέχεται μηνύοντά τινα Ἰωάννην, ἕνα τῶν παλαιῶν δικολόγων τῆς περιφανοῦς Θεσσαλονίκης τυγχάνοντα, παραπλησίοις τῷ κυρίῳ Μηνᾷ ῥήμασι κεχρημένον, καὶ προσάγοντα ὑπὲρ τῆς αὐτῆς τοῦ ἡγιασμένου κιβωρίου αἰτίας ἀργύρου λίτρας τεσσαράκοντα. Καὶ ἄλλοι δὲ ὧν ὁ Θεὸς ἤγειρε τὸ πνεῦμα λεληθότως προσήγαγον, μηδὲ γνωσθέντες πλὴν τοῦ ἀρχιερέως, ἐξ ὧν παραχρῆμα κατεσκευάσθη τὸ περικαλλὲς τοῦτο καὶ νῦν φαινόμενον ἔργον, ὡς διαφημισθῆναι λοιπὸν κατὰ πάσης τῆς πόλεως τὴν ποικίλην τοῦ ἀθλοφόρου κηδεμονίαν, καὶ τὴν θεάρεστον πρόνοιαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἀθανάτῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

CAPUT VII.

Qui Onesiphorus templi custos in Sanctum peccarit, ab eoque idcirco fuerit punitus (35).

59. Sed nec illud, quod a prædicto beatissimo ar- C chiepiscopo in ipsa veritate narratum est, præteriri oportet (36). Audientium enim cum intellectu Deique timore animas incitat, ut ea quæ sursum sunt, et non quæ supra terram, sapiant. Cum vero etiam ineffabilem gloriosissimi certaminum victoris curam commonstret, varie eorum, qui eidem serviunt, salutem, summa in opera animadversione proposita, certo modo operatur, ne minimum quidem eos offendere permittens. Onesiphorus quidam templi Demetrii martyris, pulchris victoriis decorati, erat custos. Hic pietatis suæ et illud habuerat signum, quod germanus prædicti beatissimi archiepiscopi, tunc autem lectoris esset amicus.

νθ'. Ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνο παραλεῖψαι χρεὼν ὑπὸ τοῦ προμνημονευθέντος ὁσιωτάτου ἀρχιερέως ἐπ' αὐτῆς ἀληθείας ἀφηγηθέν. Ἐνάγει γὰρ τὰς ψυχὰς τῶν μετὰ συνέσεως καὶ φόβου Θεοῦ κατακουόντων εἰς τὰ ἄνω φρονεῖν, καὶ μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ὥστε καὶ τὴν ἄφατον τοῦ πανενδόξου ἀθλοφόρου κηδεμονίαν παρίστησιν, πῶς ποικίλως ἐργάζεται τὴν τῶν αὐτῷ δουλευόντων σωτηρίαν δι' ἄκρας τῶν ἔργων παρὰ φυλακῆς, μηδὲ τοὐλάχιστον προσκόπτειν αὐτοὺς συγχωρῶν. Ὀνησιφόρος ἐτύγχανε παραμονάριος τοῦ ναοῦ τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Δημητρίου. Οὗτος δεῖγμα τῆς εὐλαβείας αὐτοῦ καὶ τοῦτο ἐκέκτητο, τὸ φίλον εἶναι γνήσιον τοῦ προλεχθέντος ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, τηνικαῦτα δὲ ἀναγνώστου τυγχάνοντος.

60. Una igitur dierum, cum in sanctissimam D

ξ'. Μιᾷ γοῦν τῶν ἡμερῶν πορευθεὶς εἰς τὸν παν-

(34) Quidquid hucusque cap. præsenti Joannes narrat, totum id apud Mabillonium tom. I *Veterum Analectorum*, pag 74 et binis seqq. paulo contractius expositum invenies. Ut porro et de tempore, quo id evenerit, aliquid dicam, sub Eusebio, qui Thessalonicensem cathedram, Mauritio imperante, moderatus est, evenisse, ex iis quæ mox ad litt. *b* et *d* adnotavi, manifestum est, ut proinde sæculo sexto senescente verosimillime evenerit.

(35) Caput hoc in codice olim Mazarinæo a fol. 63 usque ad fol. versum 66 suppeditatur sub brevi hoc titulo: Περὶ Ὀνησιφόρου τοῦ παραμοναρίου, *De Onesiphoro, templi custode*; hic autem titulo paulo prolixiori insignitum e bibliothecæ Vaticanæ codice 821 a nobis exhibetur ob rationem in Adnotatis. cap. præcedenti ad litt. *a* subnexis adductam.

(36) Non alium hic, qui, cum præsenti cap. narrata evenere, lector duntaxat esset, archiepiscopum, quam Eusebium, in Adnotatis cap. præcedenti subnexis memoratum, designari, facile ex ibidem dictis colliges, uti et ex narrationis serie hic subjecta, utpote in qua is ab Onesiphoro diserte appellatur Eusebius. Jam vero, cum res ita habeat, hicque certe ante sæculi sexti finem ad sedem Thessalonicensem fuerit evectus, ante ejusdem pariter sæculi finem, quod hic de Onesiphoro refertur, evenisse necesse est.

ἅγιον οἶκον τοῦ πανσέπτου ἀθλοφόρου, εὗρε τὸν εἰρημένον ἔμπροσθεν τῶν ἀργυρέων θυρῶν τοῦ ἐκεῖσε λεγομένου κιβωρίου, ἀχανῆ καὶ σχεδὸν ἄπνουν, καὶ τῶν νεκρωθέντων οὐδὲν διαφέροντα. Ὡς δὲ τεθορύβητο περὶ τοῦ φίλου ὁ ἀνὴρ συμπάσχων καὶ πενθῶν ἐπὶ τῷ συμβάντι μάλα, μόλις μετὰ πλείονας ὥρας εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν ὁ Ὀνησιφόρος, καὶ γνωρίσας τὸν ἀναγνώστην ὡς φίλον γνήσιον πενθοῦντα, καὶ πεφυρμένον τοῖς δάκρυσι λέγει πρὸς αὐτὸν, Διὰ τὸ συμβάν μοι, κύριέ μου Εὐσέβιε, δακρύεις; Τοῦ δὲ κατανεύσαντος, οὐδὲ γὰρ λαλῆσαι διὰ τὴν λύπην ἐξίσχυσεν, λέγει αὐτῷ, Οὐκ ὀφείλεις δακρύειν, ἀλλ' εἰ ἀγαπᾷς με, ὄρυξον μνημεῖον, καὶ ζῶντά με κατάχωσον.

ξα'. Τοῦ δὲ διαταραχθέντος ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τοῦ λόγου, καὶ σκυθρωπῶς εἰρηκότος, Τίνος χάριν, ἀδελφέ; ἐκεῖνος ἀπεκρίνατο, ὅτι Περιέπεσα σφάλματι, οἵῳ μηδὲ μειρακίῳ δὴ νοῦν περιπεπτωκέναι ποτὲ πιστεύσεις ἂν, ὑφ' οὗ καὶ μεγάλως τὸν ἀθλοφόρον παρώξυνα, ὡς μηδὲ πρόσωπόν με τοῦ λοιποῦ ἔχειν τὰ πρόπυλα τοῦ ναοῦ αὐτοῦ θεωρῆσαι, μήτι γε τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ καὶ ἡγιασμένῳ κιβωρίῳ προσψαῦσαι. Τοῦ δὲ ἀναγνώστου τηνικαῦτα καταστείλαντος τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀθυμίαν καὶ σύγχυσιν διὰ τῶν πραέων καὶ παραινετικῶν αὐτοῦ ῥημάτων, καὶ πείσας ἀφηγήσασθαι τὸ συμβὰν, οὕτως ἤρξατο λέγειν· Οἶσθα, προσφιλέστατε, τὴν συνήθειαν, ὅτιπερ δεῖ πάντως κηροῖς καταλάμπεσθαι τὸ ἔνδον τοῦ ἡγιασμένου τούτου κιβωρίου;

ξβ'. Οἶδα, φησίν. Καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀγνοεῖς, ὁ Ὀνησιφόρος ἔφη, ὡς ἕκαστος καθ' ὃ ἂν ἔχῃ προθέσεως, μικροὺς ἢ μεγάλους αὐτόθι προσφέρει κηρούς; Καὶ ὁ ἀναγνώστης, Ἀληθὲς καὶ τοῦτο. Ἐγὼ οὖν, φησὶν, ὡς παραμονάριος νομίσας χρηματικώτερον περιποιεῖν τι καὶ τῷ ἁγίῳ καὶ ἐμαυτῷ, τὰ ἀληθῆ γὰρ ἐρῶ, ἐπεὶ καὶ ἅπαντα γνωστὰ τῷ Θεῷ, τοὺς μὲν μεγάλους τῶν προσφερομένων κηρῶν παραχρῆμα ἐσβέννυον, λεπτοὺς δὲ ἀντ' αὐτῶν καὶ μικροὺς ἐπήγνυον καίεσθαι. Ὤφθη μοι οὖν ἐν ὕπνοις ὁ ἅγιος τῷ ἁμαρτωλῷ, καί φησι τῇ γλυκείᾳ φωνῇ τῆς ἀμέτρου αὐτοῦ συγκαταβάσεως, Ἀδελφὲ Ὀνησιφόρε, οὐκ ἀρέσκει μοι ὃ ἐργάζῃ· οὐδὲ γὰρ μυρίαις λίτραις χρυσοῦ θεραπεύομαι, ὡς μιᾶς ψυχῆς σωτηρίᾳ, ἢ οὐκ οἶδας ὅτι τὸ προσφερόμενον πρᾶγμα, ὅσον ἐπιμένει λειτουργοῦν καὶ φαινόμενον, τοσοῦτον παρορμᾷ τοὺς ἁγίους πρεσβεύειν ὑπὲρ τοῦ προσενέγκαντος;

ξγ'. Ἔα οὖν τὰ προσφερόμενα τῶν κηρίων καίεσθαι ἄχρις ἂν ἄλλος προσαγάγοι. Ἐγὼ δὲ ὁ τάλας διυπνισθεὶς, καὶ λογισάμενος τὰς ἐμαυτοῦ ἁμαρτίας, ἐνόμιζα φαντασίαν ἑωρακέναι· ἁμαρτωλῷ γὰρ, φα-

certaminum victoris maxime venerandi domum hic esset ingressus, prædictum invenit ante argenteas ibidem exsistentis, ut vocatur, ciborii januas mutum ac fere exanimem nihilque a mortuis differentem. Cum autem vir, amici commiserescens, deque re, quæ acciderat, dolens, esset turbatus, ægre admodum post plures horas Onesiphorus ad se reversus, lectoremque, ut genuinum amicum lamentantem lacrymisque fœdatum conspicatus dixit ad eum: Ob idne, quod mihi accidit, mi domine Eusebi, lacrymaris? Eidem autem capite (neque enim præ dolore loqui poterat) annuenti dixit: Lacrymari haud debes, sed, si me amas, sepulcrum fode, vivumque me sepeli.

61. Illo vero per mirum sermonem turbato tristique vultu dicente: Cujusnam rei gratia, frater? is respondit: Quia in delictum, quali mentem nec juveni aliquando fuisse conspurcatam credas, prolapsus sum, quo etiam certaminum victorem magnopere irritavi, adeo ut frontem, quo templi ejus vestibulum aspiciam, nedum sanctum ejusdem ac sacratum ciborium attingam, de cætero haud habeam. Cum autem lector, magna ejus de ectione animi conturbationeque mitibus suis adhortatoriisque verbis tunc repressa, ei etiam, ut quod acciderat narraret, suasisset, ita dicere incepit: Consuetudinemne, amantissime, qua sacratum illud ciborium cereis intro illuminari oportet, nosti?

62. Novi, ait. Nec illud, dixit Onesiphorus, ignoras, ut quisque, secundum quod habuerit propositum, parvos vel magnos cereos isthic offerat? Ac lector: Et illud verum est. Ego igitur, inquit, ut templi custos, utilius quid et Sancto et mihi (vera enim, cum et Deo cuncta sint nota, prædicabo) comparaturum me ratus, majores quidem cereorum oblatorum statim exstinxi, eorum autem loco tenues et parvos comburendos defixi. Mihi igitur peccatori Sanctus in somnis est visus, dulcique immensæ ejus demissionis voce dixit, Onesiphore frater, non placet mihi, quod operaris: neque enim, ut unius animæ salus, infinita auri pondera mihi placent; nescisne rem, quæ offertur, quantum ministerio suo fungens visuique objecta manet, tantum sanctos, ut pro eo, qui illam obtulit, intercedant, movere (37)?

63. Cereos igitur, qui offeruntur, ardere sinas, donec alius accedat. Ego autem miser expergefactus moxque peccata recogitans, vanam me vidisse imaginem existimabam. Sanctus enim, aiunt, pecca-

(37) In magnis Græcorum Menæis, in quibus, quæ hic de Onesiphoro etiam narrantur, loco huic respondentia, quæ una cum adornata a me versione Latina huc transfero, sequentia ad 26 Octobris leguntur: Ἐπὶ πολὺ καὶ τῶν λαμπάδων ἡμμένων, ἐπὶ πλέον ἱλεοῦται καὶ τὸ Θεῖον τῷ προσάγοντι, θᾶττον δὲ ἀφαιρουμένων, ὑποτέμνεται.... ἐκείνου τὸ ἔλαιον τὸ πρᾶγμα· « Multis lampadibus accensis, Deus copiosius illi, qui eas offert, fit propitius; celerius autem ablatis, illius misericordiæ opus succiditur. » Rederus autem in adornata a sese, quæ penes nos ms. exstat Latina Menæorum versione ita in hunc illorum locum, nec immerito, in margine observat: « Non videtur hoc ex fide dictum. Deus enim acceptat oblata, prout ab offerentibus fiunt, quibus aliena malitia nihil potest nocere, etiamsi dona furto subducantur. » Hinc, quid de Joannis textu, cujus occasione hæc observo, statuendum sit, facile colliges.

tori haud apparet. Postquam autem bis ac ter similem denuntiationem in somno accepi, observare eam studui, quod et faciens usque in hodiernum diem mansi. Nocte autem illa quispiam advenit maximos etiam offerens cereos; cum autem orasset, discessitque vir, cereis, ut Achar Dei donario (38), inhiavi, cumque, ut eos tollerem ac exstinguerem minoresque eorumdem loco accenderem, gressum moverem, ipsemet Sanctus e sacro conditorio vocem quam maximam emisit, ita clamans ad me: Iterumne eadem?

64. Ego autem miser vocis timore ita de terra ex agitatione sum levatus, ut extra fores fuerim conjectus, ubi et veniens me exanimem et mutum nullumque vitæ indicium habentem invenisti. Hæc quidem sese et vidisse et audivisse beatus noster et Pater et archiepiscopus narravit (39); nos autem attendere debemus, quia iis quæ Dei voluntate a sanctis ejus præcipiuntur, morem gerere nos oportet; si autem id non facimus, eos in propriam jacturam contristamus. Videtis enim, ad qualem sensum res Sanctum commoverit, ut etiam voce sensibili ad offendentem, cum præsens astaret, manifeste clamarit. Nobis autem propitia erit ejus bonitas, obedientes nos omni ex parte faciens benignis ejus voluntatibus in Christo Jesu Domino, qui a eum decet gloria, honor et virtus in sæcula sæculorum. Amen.

σὶν, ὁ ἅγιος οὐ κατοπτάνεται. Ἐπεὶ δὲ καὶ δὶς καὶ τρὶς τὴν τοιαύτην παραγγελίαν καθ' ὕπνους ἐδεξάμην, ἔσπευσα ταύτην παραφυλάξασθαι, ὃ καὶ ποιῶν μεμένηκα μέχρι τῆς σήμερον. Τῇ δὲ νυκτὶ ταύτῃ ἦκέ τις, καὶ μεγίστους λίαν προσάγων κηρούς· μετὰ δὲ τὸ εὔξασθαι, καὶ ἀναχωρῆσαι τὸν ἄνδρα ἐνεθυμήθην τῶν κηρῶν, ὡς ὁ Ἄχαρ τοῦ ἀναθήματος, καὶ δὴ ὁρμήσαντός μου τοῦ ἐπᾶραι καὶ σβέσαι αὐτοὺς, καὶ ἀντ' αὐτῶν ἅψαι μικροτέρους, αὐτὸς ὁ ἅγιος ἐκ τοῦ ἁγίου σκίμποδος φωνὴν ἀφῆκε πάνυ μεγίστην, οὕτω βοήσας πρός με· Πάλιν αὐτά;

ξδ'. Ἐγὼ δὲ ὁ ἄθλιος φόβῳ τῆς φωνῆς οὕτως ὑψώθην ἐκ τῆς γῆς τῷ παλμῷ, ὡς ἔξω τῶν θυρῶν ἐκριφῆναί με, ἔνθα καὶ ἐλθὼν εὗρές με ἄπνουν καὶ ἀχανῆ, καὶ μηδεμιᾶς ζωῆς ἔμφασιν ἔχοντα. Ταῦτα μὲν ἐξηγήσατο ἰδεῖν τε καὶ ἀκηκοέναι ὁ μακάριος ἡμῶν Πατήρ τε καὶ ἀρχιεπίσκοπος· ἡμεῖς δὲ προσέχειν ὀφείλομεν, ὅτι δεῖ πειθαρχεῖν τοῖς εὐδοκίᾳ Θεοῦ παρὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ προστεταγμένοις· εἰ δὲ μή γε, λυποῦμεν αὐτοὺς ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν ὀλέθρῳ. Ὁρᾶτε γὰρ εἰς οἵαν ἔξαψιν ἐκίνησε τὸ πρᾶγμα τὸν ἅγιον, ὡς καὶ ἀναφανδὸν κράξαι φωνῇ αἰσθητῇ παρισταμένῳ τῷ παροργήσαντι. Ἡμῖν δὲ ἵλεως ἔσται ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ, ὑπηκόους καθιστῶσα πάντοτε τοῖς αὐτοῦ φιλανθρώποις θελήμασιν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

CAPUT VIII.

De magna, qua Thessalonicensibus famis tempore Sanctus prodigiose succurrit, sollicitudine ac cura (40).

65. Non solum enimvero privatim multis, sed et omni in commune suæ simul et civitati et regioni diversis temporibus suum ex charitate patrocinium providentiamque gloriosissimum certaminum Christi victorem supra modum exhibuisse, illud, quod hic iterum (neque enim ejus aliquando erga nos, uti nec erga peccatores pœnitentes Dei misericordia, cessat benignitas) narrandum occurrit, specimen præbet. Cum multos adhuc veritatis testes æquales habeam, paucis rem declarabo. Postquam in hanc custoditam a Deo Thessalonicensium civitatem impetum aliquando, qua de re, dante Deo, in subsequentibus suo tempore dicere instituemus, gens barbara multitudine infinita fecisset (41),

ξε'. Ὅτι δὲ οὐ μόνον ἰδίᾳ πολλοῖς, ἀλλὰ καὶ κοινῇ περὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν αὐτοῦ πόλιν τε καὶ χώραν ἐν διαφόροις καιροῖς ἄμετρον ἐκ φιλοστοργίας τὴν προστασίαν αὐτοῦ καὶ πρόνοιαν ὁ πανένδοξος ἀθλοφόρος Χριστοῦ ἐπεδείξατο, τὸ καὶ πάλιν ἐνδείκνυται· οὐδὲ γὰρ λήγει ποτὲ ἡ πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ εὐσπλαγχνία, ὡς οὐδὲ ὁ πρὸς τοὺς μετανοοῦντας ἁμαρτωλοὺς ἔλεος τοῦ Θεοῦ. Διὰ βραχέων σαφηνίσω τῆς ἀληθείας ἔχων ἔτι μάρτυρας συνήλικας πολλούς. Βαρβαρικοῦ γὰρ ἔθνους ἀφάτου ποτὲ τῷ πλήθει τῇ θεοφυλάκτῳ ταύτῃ τῶν Θεσσαλονικέων ἐπιβρίσαντος πόλει, περὶ οὗ σὺν Θεῷ φάναι εὐκαίρως ἐν τοῖς κατόπιν διαληψόμεθα. Κἀντεῦθεν μετὰ τὴν ἐκείνων ἀναχώρησιν ἀθρόου λιμοῦ τὴν πόλιν ἅμα καὶ τὴν

(38) Achar seu, ut communius scribitur, Acham e spoliis Jerichuntinis (adi libri Josue caput VII) contra Dei præceptum, qui et Jericho et quæcunque in ea fuerant, anathemate devovenda jusserat, nonnulla subripuit, hincque gravissime, mandante Deo, fuit punitus.

(39) Quidquid ad hunc usque cap. præsentis locum narratur, apud Mabillonium tom. I *Veterum Analectorum*, pag. 77 et binis seqq. narratione nonnihil contractiori etiam suppeditatur. Cæterum, cum ob cereos, qui in sancti Demetrii honorem accensi fuissent, exstinctos atque ablatos punitus fuisse Onesiphorus hic narretur, idque certe, uti ex mox ad litt. *b* notatis liquet, ante sæculi sexti finem acciderit, consectarium et ex hoc de Sancti miraculis capite est, ut magno is in honore apud Thessalonicenses jam inde ab eodem sæculo sexto exstiterit.

(40) Eadem, quæ hic, in codice olim Mazarinæo, supra sæpissime laudato, a fol. verso 66 usque ad fol. 69 narrantur, brevemque hunc sequentem, cui paulo auctiorem ob rationes, in Adnotatis, quæ duobus proxime prægressis capp. subtexui, adductas, hic substitui, titulum habent sibi præfixum: Περὶ τῆς ἐν λιμῷ προνοίας τοῦ μεγαλομάρτυρος, « *De magni martyris in fame providentia.* »

(41) Dubitandum non apparet, quin hic Joannes de Avarum contra Thessalonicenses expeditione, de qua infra cap. 13 ex instituto tractat, sermonem faciat; quare, cum hæc, Mauritio imperante seu

ὅλην χώραν συνέχοντος διὰ τὸ πρῶτον μὲν τὴν ἰσόψαμμον ἐκείνην τῶν βαρβάρων πληθὺν ἅπαντα τὰ ἐκτὸς τῆς πόλεως καταδεδηχέναι, ὡς καὶ τὸν χοῦν ἐκλῆξαι τῆς γῆς κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἔπειτα δὲ καὶ φημισθέντος ἁπανταχοῦ, ὡς ἡ πόλις ἑάλω, μηδένα τῶν ἐν πλοίοις ἐμπορευομένων ἐνταῦθα κατᾶραι, κίνδυνος ἰσοπαλὴς τῷ πολέμῳ μετὰ τὴν ἐκεῖθεν διάσωσιν αὖθις ἐπήρτητο, πάντων ὁμοῦ τῷ λιμῷ σχεδὸν φθειρομένων οἴκοι τε καὶ δημοσίᾳ.

A hincque post eorum discessum fames valida civitatem simul ac totam regionem premeret, primum quidem quod illa barbarorum multitudo, arenæ similis, quæ extra civitatem erant, omnia ita ut nec terræ pulverem, secundum quod scriptum est, intactum reliquerit, devastasset, deinde vero, quod, cum ubique civitatem captam esse esset divulgatum, nemo eorum qui navigiis mercaturam faciunt, huc respiceret, periculum bello æquale post obtentam ex hoc incolumitatem, omnibus simul fame et domi et publice fere pereuntibus, rursus impendebat.

ξς'. Ἀλλ' ὁ φιλόπολις καὶ φιλάνθρωπος καὶ πάσης ἔμπλεως ἀγαθότητος, ὁ ὑπερένδοξος ἀθλοφόρος, οὐκ ἐνύσταξεν ἐπὶ τῇ συμφορᾷ, οὐδὲ κατημέλησε τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, καίτοι ἀναξίων ὄντων ἡμῶν διὰ τὸ πλῆθος τῶν πεπλημμελημένων ἡμῖν φειδοῦς καὶ B συμπαθείας, καὶ δὴ Στεφάνῳ τινὶ ναυκλήρῳ, φόρτον ἐπιφερομένῳ σίτου καὶ λίαν πολὺν, καὶ ἐπὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων πλέοντι ὀπτάνεται κατὰ τὸ μέρος Χίου τῆς νήσου ἐν ἡμέρᾳ τηλαυγῶς, ἐν ᾧ καὶ γράφεται σχήματι ἐν ταῖς εἰκόσι, μέλλοντι τὴν δεξιὰν τῆς νηὸς ὀθόνην ἀνέλκειν καὶ ἐπὶ τὸ Βυζάντιον, ὡς εἴρηται, ποντοπορεῖν. Παραστὰς οὖν ἐν τῷ πλοίῳ φησὶ τῷ Στεφάνῳ· Ἄκουσόν μου καὶ τὸ ἀριστερὸν ὕψωσον ἄρμενον, καὶ πλεῦσον εἰς Θεσσαλονίκην ἀχειμάστως καὶ διὰ τάχους.

66. Verum, qui civitatis amans et misericors et omni bonitate plenus est, gloriosissimus certaminum victor calamitati haud indormivit, nec nos servos suos, utut ob multitudinem eorum quæ a nobis erant peccata, venia et commiseratione indignos, neglexit, ac Stephano cuidam nauclero, qui maximum frumenti onus vehebat, civitatumque reginam (42) versus navigabat, ad insulæ Chii plagam (43), habitu, quo in imaginibus pingitur, assumpto, clare in die apparet, cum is dextrum navis velum levaturus, Byzantiumque versus, ut dictum est, navigaturus esset. Astans igitur in navi dicit Stephano : Audi me, et sinistrum leva velum, tranquilleque et velociter Thessalonicam naviga.

ξζ'. Χρῄζει γὰρ τοῦ εἴδους, καὶ καλῶς ἔχεις πρᾶξαι, ἅμα κἀμοῦ προλαμβάνοντός σε ἐκεῖ. Τοῦ δὲ ὡς ἐν ἐκστάσει γεγονότος διὰ τὸ παράδοξον τῆς θέας τοῦ μάρτυρος, καὶ μόλις πρὸς αὐτὸν φθεγξαμένου, ὅτι Ἠκούσαμεν, δέσποτα, τὴν πόλιν ἐκείνην C ὑπὸ βαρβάρων κατασχεθῆναι, καὶ πῶς ἐκεῖ με κελεύεις γενέσθαι; ὁ ἀθλοφόρος ἀπεκρίνατο· Ἀληθῶς παρὰ ἀνθρώποις ἐλήφθη, ἀλλ' οὐ παρὰ Θεῷ. Πάντα γὰρ δυνατὰ τῷ Θεῷ. Ἐκεῖ οὖν πλεῦσον, καὶ ταῖς ὁλκάσι ταῖς ὑπαντώσαις σοι μήνυσον, ὅτι τοῖς οἰκτιρμοῖς τοῦ Θεοῦ Θεσσαλονίκη σέσωσται. Καὶ ταῦτα εἰπὼν κατῆλθεν ἐκ τοῦ πλοίου εἰς τὴν θάλασσαν, περιπατῶν ἐπὶ τοῦ ὕδατος, λέγων τῷ Στεφάνῳ· Ἰδοὺ ταύτην πλεῦσον, ὡς ὁρᾷς με προπορευόμενόν σου.

67. Frumento enim indiget, facileque id facere potes, eo me simul præcedente te. Cum autem is mira martyris visione veluti extra se raptus esset, ægreque illi dixisset : Audivimus, domine, civitatem illam a barbaris captam esse, et qui eo ire me jubes? Certaminum victor respondit : Vere apud homines capta est, at non apud Deum. Omnia enim Deo sunt possibilia. Illuc ergo naviga navibusque tibi occurrentibus nuntia, Thessalonicam Dei misericordia salvatam esse. Atque, his dictis, e navi in mare descendit, supra aquam dum ambulat, Stephano dicens : Ecce eadem, qua me præeuntem vides, via naviga.

ξη'. Καὶ δὴ παραχρῆμα ὁ Στέφανος διαναστὰς τὴν ἄλλην ὀθόνην τοῦ πλοίου ἀνείλκυσε, καὶ ἔπλευσεν ἐπὶ Θεσσαλονίκην, μέχρι πολλοῦ θεώμενος τὸν πανένδοξον μάρτυρα κατὰ τοῦ πελάγους ὁδεύοντα. D Ἀλλὰ καὶ ἄλλους πλείστους ἀναπλέοντας ὁ Στέφανος θεασάμενος ἔκραζεν αὐτοῖς κατὰ τὴν παραγγελίαν τοῦ ἀθλοφόρου, ὡς ἡ πόλις συμμαχίᾳ Θεοῦ διασέσωσται, καὶ ἔπεισε μεταστρέψαντας εἰς αὐτὴν κατᾶραι. Αὐτὸς πρὸ πάντων ἐλθὼν ταῦτα πολλοῖς τῶν

68. Atque Stephanus statim surgens aliud navis velum levavit Thessalonicamque navigavit, gloriosissimum martyrem diu supra mare euntem cernens. Sed et alios prænavigantes cum Stephanus vidisset, Thessalonicam Dei auxilio esse salvatam iis secundum certaminum victoris præceptum clamavit, utque ad illam, converso cursu, appellerent suasit. Hæc ille, cum ante omnes advenisset, multis civitatis narravit, juramento ipsisque operi-

inter annum 582 et annum 603, uti in Adnotatis cap. isti subdendis docebo, evenerit, quo tempore circiter, quæ hic mox narrantur dictamque expeditionem proxime excepere, acciderint, quisque haud difficulter statuet.

(42) Per *civitatem reginam* apud scriptores Græcos *Constantinopolis* non raro intelligitur, idque hic nominatim apud Joannem fieri, ex iis quæ mox subduntur, manifestum est.

(43) Insula hæc in mari Ægæo, hodie Archipelago, haud procul ab Ionia sinuque Smyrnæo sita est, ita ut, qui inde Constantinopolim cogitat, dextram versus, qui vero Thessalonicam navigat, sinistram versus cursum debeat dirigere, quemadmodum e geographicis insularum Archipelagi tabulis inspectis patescet. Hæc ad eorum, quæ mox hic subduntur, intelligentiam.

bus narrationi fidem faciens (44). Statim enim gloriosissimus martyr benignissima sua cura civitatis luctum in gaudium convertit, multis intra paucos dies mercatoribus adnavigantibus, qui diversos afferebant cibos, legatorumque civitatis, qui ob famis calamitatem ad imperatorem iverant, reditum præveniebant. Unde et in vobis id recogitantes discite, quanta fuerit vehementia mali, ob quod etiam imperatoris aures per legationem civitas tunc turbarit. Deo nostro gloria, etc.

A τῆς πόλεως ἐξηγήσατο, ὅρκῳ καὶ αὐτοῖς ἔργοις πιστωσάμενος τὸ διήγημα. Εὐθὺς γὰρ ὁ πανένδοξος μάρτυς τῇ φιλανθρωποτάτῃ αὐτοῦ κηδεμονίᾳ ἔστρεψε τὴν κοπετὸν τῆς πόλεως εἰς χαρὰν, ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν πολλῶν προσπλευσάντων ἐμπόρων, φερόντων εἴδη διάφορα, καὶ προφθασάντων τὴν ἐπάνοδον τῶν πρὸς βασιλέα τῆς πόλεως πρεσβευτῶν περὶ τῆς ἀνάγκης τοῦ λιμοῦ φοιτησάντων. Ὅθεν καὶ συμβάλλοντες ἐν ἑαυτοῖς καταμάθετε, πόση ἡ σφοδρότης ἐτύγχανε τοῦ κακοῦ, ὅτι καὶ βασιλέως ἀκοὰς ἡ πόλις τότε διὰ πρεσβείας ἠνώχλησε. Τῷ δὲ Θεῷ ἡ δόξα, κ. τ. λ.

CAPUT IX.

Qui Sanctus alio adhuc tempore Thessalonicæ fame pressæ prodigiose succurrerit (45).

69. Quot alia similia martyris beneficia enumeranda habemus! Quantum vero, ut hujusmodi munera litteris consignentur, tempus sufficiat? Solum igitur, nuper modo factum, quod per se, ut sanæ mentis hominibus jugem de feri martyris curam manifesto commonstret, sufficiens est, narrabo. Nostis omnes frumenti penuriam, quæ brevissimum ante tempus non solum in hac custodita a Deo civitate, sed et ubique fere fuit (46), adeo ut et ad ipsam civitatum reginam malum sit progressum, utque omnes præ gravi animi dejectione contabescerent, aliis simul omnibus cibis veluti penuriæ in frumento similitudinem consectantibus; quod et sagaciores famem proprie appellant. Quando enim, gravem animosque tabe acientem frumenti penuriam cibis aliis, ut par est, supplentibus, necessaria emere (47) in foris possibile est, famem proprie tunc non esse cordati judicarunt. Quod si autem in promptu haud fuerit, unde frumenti angustiæ methodo quadam in populis occurri videatur, tunc ipsum illud nihil esse in promptu, quo id fiat, et opere et nomine proprie famem facit.

B ξθ'. Ἄλλας πόσας ἔχομεν ἀπαριθμεῖν τοῦ μάρτυρος ὁμοιοτρόπους εὐεργεσίας! Πόσος δὲ χρόνος ἀρκέσει τοῦ συγγράφειν τὰ τοιαῦτα δωρήματα; Οὐκοῦν μόνον τὸ πρὸ βραχέος ἄρτι γενόμενον διηγήσομαι, αὔταρκες ὑπάρχον ἐναργῶς παραστῆσαι τοῖς νήφουσι τῆς θεοφόρου προνοίας τοῦ μάρτυρος τὸ ἀέναον. Ἅπαντες ἴστε τὴν πρὸ βραχέος λίαν καιροῦ γενομένην τοῦ σίτου σπάνιν, οὐ κατὰ ταύτην μόνον τὴν θεοφρούρητον πόλιν, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ σχεδὸν, ὡς καὶ εἰς αὐτὴν φθάσαι τὸ κακὸν τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων, ὅπως τε πάντες ἐν ἀθυμίᾳ δεινῇ κατετήκοντο, πάντων ἅμα καὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν συνακολουθησάντων ὥσπερ τῷ ὁμοιώματι τῆς τοῦ σίτου στενώσεως· ὅπερ καὶ κυρίως λιμὸν οἱ ἀκριβέστεροι ὀνομάζουσιν. Ὅτ' ἂν γὰρ τὸ βαρὺ καὶ C τηκόψυχον τῆς τοῦ σίτου σπάνεως ἑτέρων εἰδῶν, ὡς εἰκὸς, ὑπόντων, δυνατὸν εἴη κατὰ τὰς ἀγορὰς μεταδεύεσθαι, οὐκ εἶναι λιμὸν τὸν τοιοῦτον τεθεσπίκασιν οἱ ἐχέφρονες· εἰ δὲ μὴ εὔπορον ἔσοιτο, ὅθεν ἡ περὶ τὸν σῖτον ἀνία μεθόδῳ τινὶ δόξει διοικονομεῖσθαι κατὰ τοὺς δήμους, τότε τὸ ἀμήχανον τοῦ μηδὲν ὑπεῖναι ἔργῳ καὶ ὀνόματι κυρίως τὸν λιμὸν ἀπεργάζεται.

70. Cum malo hujusmodi magno premeretur Thessalonicensium civitas, exspectatumque, quod præsenti tunc fame majus malum erat, tumultum omnes timerent, communis regionis totius apud Deum intercessor, civitatis amans peccatorumque nostrorum immemor, qui ineffabiles misericordissimi Dei ac Servatoris nostri Jesu Christi misericordias commiseratione exprimit, intellectualeque misericordiæ suæ pectus dilucide omnibus ostendit, gloriosissimus martyr Demetrius nutu divino e plu-

ο'. Τοιαύτῃ κακίᾳ τότε τῆς Θεσσαλονικέων πιεζομένης μεγαλοπόλεως, καὶ μεῖζον κακὸν τοῦ παρόντος τότε λιμοῦ τὴν προσδοκωμένην ταραχὴν κατορρωδούντων ἁπάντων, ὁ κοινὸς τῆς χώρας ἁπάσης παρὰ Θεῷ πρεσβευτὴς, ὁ φιλόπολις καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἀμνήμων, ὁ τοὺς ἀφάτους οἰκτιρμοὺς τοῦ D πολυευσπλάγχνου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ νοητῶς ἐκμαξάμενος καὶ στήθη νοερὰ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας ἐναργῶς δεικνύμενος πᾶσιν, ὁ πανένδοξος μάρτυς Δημήτριος νεύματι θείῳ ἐκ πλεί-

(44) Et hæc, quæ hucusque cap. præsenti narrantur, apud Mabillonium tom. I *Analectorum veterum*, pag. 79 et binis seqq. compendio ab Anastasio Bibliothecario exposita invenies.

(45) Caput hoc in codice olim Mazarinæo, e quo hic editur, pag. 69 et quinque seqq. recensetur, contractiori isthoc titulo insignitum : Ἕτερον περὶ τῆς ἐν λιμῷ προνοίας τοῦ μάρτυρος : *Aliud*, (miraculum nimirum) *de martyris in fame cura*. Apud Mabillonium porro tom. I *Veterum Analectorum*, pag. 81 et seqq. exhibetur etiam compendio, per Anastasium Bibliothecarium concinnato.

(46) Licet ordinem, quo quæque gesta sunt, Joannes Thessalonicensis in narrando non accurate ubique observet, serius tamen, quæ hoc, quam quæ præcedenti cap. refert, accidisse reor, quod illa, at non item hæc, brevi admodum tempore, antequam ab eo litteris consignarentur, evenisse tradat.

(47) Cum tam verbum Δεύεσθαι quam Δεῖσθαι *egere* seu *necessariis carere* significet, verbum μεταδεύεσθαι, quod frustra in Lexicis quæsivi, idem hic, quod *necessaria emere*, seu *comparare*, verosimillime significare, modove certe haud multum absimili exponendum, spectato sensu, existimo.

στων καὶ διαφόρων χωρῶν ὁλκάδας ὑπερφερῶς με- A μεστωμένας τῇ θρεψαμένῃ ἀπέστειλε ποικίλων καρπῶν ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν καὶ πάσης πρὸς ἀνθρωπίνην δίαιταν ἀγαθωσύνης, ὡς εὐθὺ τὴν ἐλπίδα μὲν τῶν ὅσον οὔπω προσδοκωμένων θλιβερῶν διαῤῥαγῆναι, καίτοι χειμερίου καιροῦ πλησιάζοντος· εἰς ὕμνους δὲ Θεοῦ τραπῆναι τὴν πόλιν, ὡς οὐκ ἀνθρωπίνῃ προνοίᾳ διασωθεῖσαν, μόνῃ δὲ κηδεμονίᾳ καὶ χάριτι πλείστῃ τοῦ μάρτυρος.

οα'. Ἀλλὰ ναὶ φὴς τὸ πρᾶγμα γεγενῆσθαι; Φαμέν· οὐ γὰρ ἅπερ ὀφθαλμοῖς εἴδομεν, δυνάμεθα μὴ ὁμολογεῖν. Πῶς δὲ πεισθῶμεν προνοίᾳ τοῦ ἀθλοφόρου ταῦτα γεγενῆσθαι, μηδενὸς τῶν τηνικαῦτα προσπλευσάντων ἐμπόρων ὀπτασίαν τινὰ παρὰ τοῦ μάρτυρος αὐτοῖς γεγενημένην ὁμολογήσαντος ἐπὶ τῷ τὰ ἐνθάδε καταλαβεῖν; Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ τοῖς προσ- B πλεύσασιν, ὡς ἔφης, ἐμπόροις τηλαυγῶς ὁ μάρτυς ἑαυτὸν ἐνεφάνισεν, ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν νοητῶς συλλαλήσας θειοτέρᾳ ἐπισκιάσει πρὸς ἡμᾶς ἔπεισε στείλασθαι, καὶ τοῦτο πληροφορήσει τὴν πιστὴν ἀκοὴν τὸ γεγονὸς τότε σὺν ἀληθείᾳ πάσῃ. Ἀνὴρ γὰρ πιστὸς τῷ κατὰ τὴν Ἄβυδον μεγαλοπρεπεῖ ἐξυπηρετούμενος κόμητι, καὶ τὴν Χίων νῆσον αὐτοῦ κελεύσει καταλαβὼν, ἐπὶ τῇ τῶν πλοίων προτροπῇ τε ἅμα καὶ κατεπείξει ἀσχάλλων καὶ λίαν ἀθυμῶν ἐπὶ τῇ σπάνῃ τῶν ἀναπλεόντων, ὁρᾷ καθ' ὕπνους, ἔπειτα καὶ ἐγρηγορὼς φωνὴν ἀκούει παραπλησίαν τοῖς ὀνείρασι, τοιάδε πρὸς αὐτὸν φθεγγομένην·

οβ'. Τί, φὴς, ἀθυμεῖς καὶ ὀδύρῃ; Ἀκριβῶς ἴσθι, ὡς ὁ Δημήτριος κάθηται προαῤῥαβωνιζόμενος τὰς C νῆας ἁπάσας καὶ πέμπων εἰς Θεσσαλονίκην. Ὁ δὲ διαναστὰς καὶ πορευθεὶς ἐπὶ τὸ μαρτύριον τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Ἰσιδώρου, ὀφείλων ἀκριβέστερον καταμαθεῖν ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων τίς ὁ Δημήτριος οὗτος· ἅμα δὲ καὶ τῷ ἀρτίως λεχθέντι ἁγίῳ μάρτυρι μετὰ δακρύων εὐξάμενος φανερωθῆναι αὐτῷ τοῦ πράγματος τὴν ἀκρίβειαν, ἵνα μὴ ἀδόκιμος παρὰ τῷ στείλαντι αὐτὸν δοκιμασθῇ καὶ ἀπόβλητος, ἀκούει πάλιν παρὰ τῶν ἐκεῖσε πασχόντων ὑπὸ τῆς κρείττονος δυνάμεως διαλεγομένων τῶν ἐν αὐτοῖς δαιμονίων, καὶ ἀκουσίως φανερούντων αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν· ἐκραύγαζον γὰρ, ὅτι Ὁ Δημήτριος ἐκεῖνος (ὠνείδιζον δὲ αὐτῷ καὶ τὸν διὰ λόγχης βίαιον θάνατον, ὥσπερ καί ποτε τῷ ἁγίῳ προδρόμῳ καὶ Βαπτιστῇ D τοῦ Χριστοῦ Ἰωάννῃ τὴν ἀποκοπὴν τῆς κεφαλῆς

rimis ac variis regionibus naves, diversis fructibus, et humidis et siccis, reque omni, quæ ad victum humanum conducit, præstanter repletas, civitati altrici (48) submisit, adeo ut tantum non exspectatis afflictionibus spes quidem major, utut tempore hiemali instante, efficeretur statim, ad Dei autem laudes civitas, veluti non humana providentia, sola autem martyris cura maximaque charitate servata, converteretur.

71. Itane vero, ais, res facta fuerit? Ita affirmamus: non enim, quæ oculis vidimus, possumus non confiteri. Quomodo autem certaminum victoris providentia, cum mercatorum, qui tunc adnavigarunt, nemo, dum huc appulit, visionem sibi a martyre fuisse oblatam, agnorit, facta esse illa, inducamus in animum? Verum, etsi quidem, ut dixisti, mercatoribus adnavigantibus dilucide sese martyr spectandum haud dederit, in cordibus eorum intellectualiter loquens diviniori obumbratione, ut ad nos navigarent, suasit, reique, quod tunc omni cum veritate factum est, fidelem auditum convincet. Vir fidelis, qui magno Abydi (49) inserviebat comiti, Chiumque (50) insulam hujus jussu moderandam acceperat, de navium digressione moraque dolens, ac animum ob navigantium raritatem despondens, in somno visionem habuit ac deinde etiam vigilans audivit vocem, quæ visioni respondebat, hæc ad illum dicentem:

72. Dic, quid animum despondes, doloreque consumeris? Certo scito, Demetrium naves omnes, datis arrhis, præripere Thessalonicamque mittere. Ille autem surgens, seque ad Isidori martyris (51), pulchris victoriis decorati, ædem conferens, cum ab indigenis, quis iste esset Demetrius, exactius discere vellet, simul autem et dicto sancto martyri cum lacrymis supplicaret, ut sibi, ne ab eo, qui illum misisset, reprobus ac vilis æstimaretur, accuratam rei veritatem aperiret, audivit id rursus ex iis qui ibidem a potentia majori patiebantur, loquentibus per eos dæmonibus, inviteque veritatem ei manifestantibus. Exclamabant enim, Demetrium illum (exprobrabant autem ei violentam, quam hasta subierat, necem, uti etiam olim sancto præcursori ac Baptistæ Christi Joanni capitis abscissionem objiciebant, cum magno ac fideli impera-

(48) Cum sanctus, uti in Commentario prævio § III docui, Thessalonicæ educatus fuerit, Græcumque verbum τρέφειν idem, quod Latinum *educare* seu alere, significet, ideo hic deductum ab hoc verbo aoristi primi participium medium θρεψαμένη, in dativo positum, quod ei præterea vocem πόλει subintellectam putem, *Civitati altrici* interpretatus sum.

(49) Hoc nomine olim fuit distincta, quæ hodie *Aveo*, Turcis *Aidos*, dicitur, urbs Thraciæ, in ora Bosphori Thracii sita, arceque valida, quæ una ex Dardanellis est, munita. Adi ad vocabulum *Abydus* Baudrandum in Dictionario geographico.

(50) Pro hujus insulæ qualicumque notitia videsis Annotata, cap. præcedenti in not. 43 subnexa.

(51) De sancto Isidoro, martyre in insula Chio, ad 25 Maii diem, quod in Martyrologio Romano annuntiatur, actum apud nos est; is autem, uti ex ibidem in medium adductis liquet, ecclesiam nomini suo sacram in insula Chio habuit, ut certe hic ipse sanctus Isidorus martyr apud Joannem Thessalonicensem hoc loco memoretur. Verum num ecclesia mox dicta, alterave in insula Chio pariter exsistens, ei simul et sancto Victori martyri fuit sacrata? Est sane, cur ita ex Anastasii Bibliothecarii apud Mabillonium loco proxime citato existimes; ibi enim Anastasius, quæ Græcis hisce, Ὁ καὶ διαναστὰς καὶ πορευθεὶς ἐπὶ τὸ μαρτύριον τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Ἰσιδώρου, Joannis verbis respondent, sequentia Latina suppeditat: « Qui surgens perrexit ad ecclesiam sanctorum Victoris et Isidori; » verum prava interpretatione usus hic est Anastasius. Adi Commentarium prævium num. 79.

ture Theodosio, contra Eugenium tyrannum bellum gerenti, auxiliator fuisset) (52), illum igitur, ut dictum est, exclamabant, lancea confossum vique occisum, prolato etiam sancto martyris nomine, naves omnes in Thessalonicam abduxisse.

73. Cum autem vir hæc una cum eis qui ei aderant, audivisset, firmius quidem, somnium suum vocemque, quam audierat, vera esse existimabat; veritatem autem non discernens, sed Illyrici præfectos hominem suum, Demetrium, ut verosimile erat, nominatum, qui mercatores omnes occurrentes suasione sua, vel etiam necessitate Thessalonicam proficisci cogeret, misisse suspicatus, statim ad illum qui tunc erat præfecti munere Illyrici principatum administrans, litteras dedit, injustitiam inclamans, nomenque illius, Demetrii nimirum, qui ab eo, ut naves cogeret, missus erat, adjiciens. Nec hic quievit, sed et ad illum, qui eum in Chium miserat, Abydique principatum obtinebat, litteras, quibus Thessalonicæ præsides criminabatur, scripsit, ei etiam, quæ ad actum et nomen missi Demetrii spectarent, nota faciens, quo is, ira commotus, imperatori ista significaret, rursusque imperator Christi amans increpatoria de iis mandata præsidibus daret.

74. Tantum autem e Dei ordinatione hac in re fuit turbatum, ut Deo placens gloriosissimi certaminum victoris providentia misericorsque cura in finibus vulgaretur, universaque terra nosceret, neque parentem, filiorum amantem, ita aliquando genuinos filios curasse, ut multum misericors Deumque imitans martyris clementia nobis peccatoribus ejusque servis post Deum prospexit, periculoque hujusmodi nec cogitantes evulsit. Hæc ipsi nobis multisque aliis narrarunt, gloriosissimi præfecti, juramento asseverantes, nobis quidem coram, viro autem in insula Chio constituto per litteras, ipsique porro imperatori convenienti jurataque, ut dictum est, relatione, a nullo ad istud quemquam, præterquam in solam Siciliam, qui nec adhuc, dicebant, reversus esset, sed nec omnino hominem, sibi ministrantem, qui Demetrius appellatus esset, haberet, e mandato imperatorio missum fuisse.

75. Ast ipsum civitatis Thessalonicensis post Deum dominum, gloriosissimum Christi martyrem Demetrium, cum civitatem suam fame afflictam vidisset, illius fuisse misertum, curaque sua, ne omnes penitus morerentur, effecisse (53). Verum quid ad majora properantes minimis hisce inhæremus? Esse enimvero et illa magna et mira, manife-

A ἐπετώθαζον, ἐπεὶ βοηθὸς ἐγεγόνει τῷ μεγάλῳ καὶ πιστῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ κατ' Εὐγενίου τοῦ τυράννου στρατευσαμένῳ πρὸς πόλεμον) κἀνταῦθα τοίνυν ἐβόων, ὡς εἴρηται, ὅτι ὁ λογχόπληκτος καὶ βιαιοθάνατος ἐκεῖνος, προσθέντες καὶ τὸ ἅγιον τοῦ μάρτυρος ὄνομα, ἐκεῖνος, φασὶν, ἅπαντα τὰ πλοῖα εἰς Θεσσαλονίκην ἀπέστρεψεν.

ογ'. Ὁ δὲ ἀνὴρ τούτων ἀκούσας μετὰ καὶ τῶν συνόντων αὐτῷ ἐπεσφράγισε μὲν ὡς ἀληθῆ τὸν ὄνειρον αὐτοῦ, καὶ ἣν ἤκουσε φωνὴν, μὴ διακρίνας δὲ τὸ ἀληθὲς, ἀλλ' ὑποτοπάσας τοὺς ὑπάρχους τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἄνθρωπον ἴδιον στεῖλαι Δημήτριον ὡς εἰκὸς ὀνομαζόμενον, τοὺς προστυγχάνοντας ἐμπόρους πειθοῖ ἢ καὶ ἀνάγκῃ τὴν ἐπὶ Θεσσαλονίκην στέλλεσθαι βιαζόμενον, γράμμασι παραχρῆμα κέχρηται πρὸς B τὸν τηνικαῦτα τὴν ἔπαρχον ἐγκεχειρισμένον ἀρχὴν τοῦ Ἰλλυρικοῦ καταβοῶν τὴν ἀδικίαν, προσθεὶς καὶ τὸ ὄνομα τοῦ πεμφθέντος δῆθεν παρ' αὐτοῦ Δημητρίου ἐπὶ τῇ τῶν πλοίων ἀναγκαστικῇ προτροπῇ. Οὐκ ἠμέλησε δὲ, ἀλλὰ καὶ τῷ στείλαντι αὐτὸν ἐν Χίῳ, καὶ τῆς Ἀβύδου προκαθημένῳ γεγράφηκε διαβάλλων τοὺς ἐπάρχους Θεσσαλονίκης, γνωρίσας αὐτῷ τὰ κατὰ λεπτὸν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ πεμφθέντος Δημητρίου, ὡς ἐκεῖνον κινηθέντα θυμῷ βασιλεῖ ταῦτα προσανοῖξαι, καὶ βασιλέα πάλιν τὸν φιλόχριστον ἐπιπληκτικαῖς πρὸς τοὺς ἐπάρχους κελεύσεσι χρήσασθαι περὶ τούτων.

οδ'. Ταῦτα δὲ ἐξ ὁμολογίας Θεοῦ ταραχὴν τοσαύτην ἐδέξατο, ἵνα ἡ θεάρεστος πρόνοια καὶ φιλάνθρωπος C κηδεμονία τοῦ πανενδόξου ἀθλοφόρου κηρυχθῇ ἐν τοῖς πέρασι, καὶ γνῷ πᾶσα ἡ οἰκουμένη, ὅτι οὐδὲ τοκεὺς φιλόπαις τῶν γνησίων υἱῶν ἐπεμελήσατο οὕτω ποτὲ, ὡς ὁ πολύσπλαγχνος καὶ χριστομίμητος τοῦ μάρτυρος φιλανθρωπία τῶν ἁμαρτωλῶν ἡμῶν καὶ δούλων αὐτοῦ μετὰ Θεὸν προενόησε καὶ τηλικούτου κινδύνου, μηδὲν ἡμῶν μεριμνησάντων ἀπέσπασεν. Αὐτοὶ ἡμῖν ταῦτα καὶ ἑτέροις πολλοῖς οἱ ἐνδοξότατοι ὕπαρχοι διηγήσαντο, πείσαντες μεθ' ὅρκων, ἡμᾶς μὲν αὐτοψεὶ, τὸν δὲ ἐν Χίῳ ἄνδρα διὰ γραμμάτων, καὶ αὐτὸν δὲ βασιλέα δι' ἀναφορᾶς πρεπούσης, ὡς εἴρηται, καὶ ἐνωμότου, ὡς οὐδείς πέπομφέ τινα ἐπὶ τούτῳ, πλὴν ἐν μόνῃ Σικελίᾳ κατὰ κέλευσιν βασιλικήν· ὃς οὐδὲ ὑπέστρεψεν ἔτι, ἔφασαν, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ἔχει ἄνθρωπον αὐτῷ ἐξυπηρε- D τούμενον Δημήτριον προσονομαζόμενον.

οε'. Ἀλλ' ὅτι ὁ δεσπότης μετὰ Θεὸν τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης, ὁ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Δημήτριος ὁ πανένδοξος, αὐτὸς λεηλατουμένην λιμῷ τὴν αὐτοῦ πόλιν θεασάμενος κατηλέησε, καὶ τὴν πρόνοιαν τοῦ μὴ πάντας ἄρδην ἀποθανεῖν ἐποιήσατο. Ἀλλὰ τί περὶ τὰ μείζονα σπεύδοντες τοῖς ἐλαχίστοις τούτοις ἐνδιατρίβομεν; Ὅτι μὲν γὰρ καὶ ταῦτα με-

(52) Ad 24 Junii diem, quo sancti Joannis Baptistæ nativitas in Martyrologio Romano celebratur, actum apud nos de hoc sancto Præcursore Domini jam est; ex iis autem quæ ibidem in concinnato de eo Commentario historico num. 106 et binis seqq. e Sozomeno in medium adducta sunt, confirmantur, quæ hic apud Joannem narrantur de jactis a dæmone in Joannem Baptistam conviciis, quod hic Theodosio imperatori, adversus Eugenium tyrannum, quod anno 394 evenit, bellum gerenti, esset auxilio.

(53) Multum enimvero Joannes Thessalonicensis, ut prodigiose a Sancto Thessalonicensibus fame pressis iterum fuisse succursum, ostendat, hoc pariter capite ad hunc usque locum laborat, nec, ut apparet, infelici prorsus successu.

γάλα, καὶ θαυμαστὰ. προφανές· πῶς γὰρ οὐ μεγάλα τὸ κινδύνων καὶ θανάτων αὐτῶν ἀπροσδοκήτως οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πάλιν, καὶ πολλάκις ῥυσθῆναι πόλιν τε καὶ χώραν ἔθνους σὺν Θεῷ φάναι τοσούτου; ἀλλὰ πρὸς τὰ μέλλοντα λέγεσθαι συγκρινόμενα ταῦτα, λίαν ἐξευτελίζειν τὴν ὑπερφυᾶ δόξαν τοῦ μάρτυρος νομισθήσονται· ὅθεν δύο τινῶν κεφαλαίων ἐπιδρομάδην μνησθεὶς ἐπὶ τὰ ἐπηγγελμένα τρέψω τὸν λόγον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, τιμὴ, κ. τ. λ.

A stum est. Quomodo enim, periculis ipsaque morte inexspectato non semel, neque bis, sed et iteratis vicibus et sæpe civitatemque et tam numerosæ gentis regionem fuisse, Deo dante, liberatam, magna haud dicamus (54)? Verum si ad ea quæ dicenda sunt, comparentur, nimium attenuare eximiam martyris gloriam videbuntur: quare, cum duo adhuc quæpiam capita cursim memorabo, ad ea quæ promisi (55), convertam sermonem in Christo Jesu Domino nostro, quia ipsi convenit gloria et honor, etc.

CAPUT X.

Qui Sanctus in bello intestino populique seditionibus Thessalonicæ etiam sucurrerit (56).

ος'. Οὐ γὰρ μόνον ἐν λοιμοῖς καὶ λιμοῖς μυριάκις ὁ φιλόπολις οὗτος καὶ ὑπερένδοξος ἀθλοφόρος ἐκ παλαιοῦ καὶ μέχρι τοῦ νῦν τὸ περὶ τὴν χώραν εὔσπλαγχνον πρακτικῶς ἐπεδείξατο, ἀλλὰ καὶ ἐμφυλίων πολέμων, καὶ δημώδους ζάλης ἀναρίθμητα κύματα κατὰ διαφόρους καιροὺς ἐν αὐτῇ διεσκέδασε τῇ πρὸς Θεὸν παῤῥησίᾳ τὰς μαινομένων θυμῶν φλυκτίδας ἐπιδροσίζων. Ἑκάστοτε ἑνὸς δὲ κἀπὶ τούτων καὶ μόνου μνησθήσομαι διηγήματος ἀναζωπυρῶν τὰς καρδίας ὑμῶν πρὸς ὕμνον Θεοῦ, καὶ δόξαν τοῦ μάρτυρος· τῷ γὰρ εὐπεριγράπτῳ καὶ ταχυφράστῳ τῶν μεγαλείων αὐτοῦ τὴν πνευματικὴν ὑμῶν ἀναφλέγων δίψαν οὐ παύσομαι.

οζ'. Ἐπὶ τῆς μετὰ Μαυρίκιον τὸν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως βασιλείας ἴστε σχεδὸν ἅπαντες, οἵους κατὰ πόλιν ἤγειρε κονιορτοὺς ὁ διάβολος, ψύξας τὴν ἀγάπην, καὶ μισαλληλίαν σπείρας κατὰ τὴν Ἀνατολὴν πᾶσαν, καὶ Κιλικίαν, καὶ Ἀσίαν, καὶ Παλαιστίνην, καὶ πάσας τὰς ἀμφὶ τὰ ἐκεῖσε μέρη πατρίδας ἕως καὶ αὐτῆς τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, οὕτως ὡς μὴ μόνον ἐξαρκεῖν τοῖς δήμοις τὸ κατ' ἀγορὰν αἵμασιν ἐμφυλίοις μεθύσκεσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὰς ἀλλήλων οἰκίας ἐπεισπηδᾷν, καὶ τοὺς αὐτόθι μὲν ἀποσφάττειν ἐλεεινῶς, ἢ καὶ διὰ τῶν ὑψηλοτέρων δωμάτων ἔτι ζῶντας ἀκοντίζειν ἐπὶ τὸ ἔδαφος γύναιά τε, καὶ παῖδας, καὶ γέροντας, καὶ νέους ὡς εἰκὸς ἀσθενεῖς, ὅσοι διὰ ἀδρανίαν σωμάτων ἐκφυ-

B 76. Non solum in peste et fame sæpissime amans ille civitatis gloriosissimusque certaminum victor a tempore antiquo in hodiernam etiam usque diem misericordiam erga regionem efficaciter exhibuit, sed et intestinorum bellorum, popularisque tempestatis fluctus diversis temporibus in ea dissipavit, commotorum animorum æstus (57) fiducia in Deum irrorans. Unum autem duntaxat et de his singilatim memorabo, corda vestra ad Dei laudem martyrisque gloriam accendens; recta enim magnalium ejus descriptione promptaque commemoratione spiritualem vestram sitim excitare non desinam.

77. Sub imperio, quod piæ recordationis Mauritius excepit, omnes prope scitis, quantos in civi- C tate tumultus diabolus excitarit (58), charitatem refrigerans, mutuumque per Orientem universum, et Ciliciam et Asiam et Palæstinam et omnes, quæ circa partes illas sitæ sunt, regiones ad ipsam usque urbium reginam odium disseminans, adeo ut populis contribulium sanguine in foro inebriari non solum non sufficeret, sed jam etiam in ædes mutuas irruerent, atque eos quidem, qui ibidem erant, miserabiliter occiderent, vel in altioribus domuum tabulatis viventes adhuc mulieresque et pueros et senes et juvenes, uti conjicere licet, infirmos, qui præ corporum imbecillitate cædem

(54) Suppeditatus hoc loco a Joanne textus Græcus paulo videtur obscurior; ei tamen, quam hic vides, interpretationem adaptandam, e sensus contextu existimavi; si quis interim meliorem attulerit, eam ego libenter amplectar.

(55) Sese in subsequentibus de bello, a gente barbara, multitudine infinita, adversus Thessalonicam gesto, acturum, Joannes supra cap. 8, sub initium, promisit, reque ipsa infra, duobus adhuc, quibus res aliæ tractantur, præmissis capitibus, de eo agit; ut adeo, dum, duobus memoratis capitibus, sermonem ad promissa sese conversurum hic dicit, de illo loqui existimandus sit.

(56) Caput hoc, quod e bibliothecæ Vaticanæ codice 821 descriptum hic damus, in codice olim Mazarinæo a fol. verso 55 usque ad fol. versum 58 excurrit, tituloque sequenti afficitur: Περὶ τῆς Κυριακῆς εὐταξίας; *De recta rerum per Deum ordinatione*; ego autem, quod is, quæ capite subjecto continentur, non satis exponat, alium iterum, quem hic vides, substitui.

(57) Ita substantivum Græcum φλυκτίς, quod in D nullis prorsus Lexicis invenire licuit, interpretatus hic sum, tum quod id exigere sensus videatur, tum quod illud hic adhiberi videatur pro substantivo φλύκταινα, quod cum a verbo Græco φλύειν, idem etiam significante, quod Latine *ferrere* seu *bullire*, deductum videri queat, non omnino ut apparet, inepte ad significandum idem, apud Latinos *æstus* adhiberi potest.

(58) Orientale imperium, cum id, occiso Imperatore Mauritio, Phocas anno 602 invasisset, miserrime internis etiam bellis seditionibusque, uti e Nicephoro Callisto, Cedreno aliisque Græcorum historicis, passim obviis, videre licet, ad annum usque 610, quo et ipse dictus Phocas interiit, fuit afflictum; Joannes autem, uti ex ipsis ejus verbis hic occurrentibus satis liquet, et hoc loco et in subsequentibus de misero illo imperii statu loquitur; quod cum ita sit, statuque rerum, de quo sermonem facit, durante, visionem, cujus infra meminit, viro cuidam fuisse oblatam, haud obscure tradat, oportet sane, ut hæc non serius quam anno 610 evenerit.

ascendentium effugere non poluerant, in pavimentum dejicerent, Barbarorum autem in morem contubernales suos et notos, et, ut credere fas est, cognatos exspoliarent, præterque hæc omnia ipsas domos incenderent, ut, quemadmodum conjicere licet, neque illi qui attriti fuissent, victum etiam mendicando quærentes, laterent.

78. Erant igitur, ut dictum est, omnia in tractibus illis loca dæmoniacis illis cædibus direptionibusque plena, et secundum quod scriptum est, speluncæ latronum. Uti autem loco quopiam incenso flammaque adversus eos qui aqua ei resistunt, prævalente, ipsæ etiam domus circumjectæ, fumi vehementia calefactæ, titionis ad instar nigrescunt, atque ut parva etiam quapiam causa eaque haud inexspectata actæ accendantur, paratissimæ evadunt, ita etiam omnes in Illyrico civitates pervadens malorum Orientalium fama aliquas quidem avaritiæ cupiditatibus obtenebravit, intestinasque in ipsis tribuum virgultis flammas accendit, deinde vero et custoditam a martyribus Thessalonicensium metropolim finitimorum facinora rumorum auris circumdabant, charitatisque fulgor, quem Apostolus in Epistolis beatum vocavit, invidiæ ingressu repressus nigrescebat.

79. Miserandum in modum videre erat concordiæ metropolim dissensionis mare tunc factam. Nemo in posterum amico vultu (o malum inexspectatum!) proximum intuebatur; morbum autem, qui irruerat, lux congenita sanare haud poterat. Verum quemadmodum abscondita in palearum acervo flamma solo præpedita fumo iners manet, parvaque palearum incumbentium, ut omnivora vis ejus excitata omnia adjacentia comburat atque in cinerem redigat, motione indiget, ita civitas, sub dæmone abdita, mutuum interitum sic parturiebat, ut etiam ad palearum exemplum parva, quo cædes mutuas susscitaret, ensemque, qui interitum utrimque afferret, adversus omnes emitteret, causa indigeret.

80. At vero, civitate ita male affecta, quod speratum haud fuerat, fieri gloriosissimus certaminum Christi victor concessit, itaque dum mala molirentur populi, iræ exstinctæ sunt. Cum itaque inexspectatæ irarum sedationis celerem adventum iis qui mentis forent compotes, comparare esset sufficiens, non secus ac divina quædam providentia ineffabilisque sanctorum obumbratio, id fecit. Qui enim solus corda creavit, ea, ut aquam, quo voluerit, inflectit. Ne vero eorum qui de hisce consilia conferunt, dubius hæreat animus, audite quod factum est; audite, quæso, nec solum ad admirandum, sed et ad laudandum usque martyrem cogitationem excitate; quin imo quid gratum et acceptum certaminum victori sit, diligenter examinantes, id ipsum et vos ex tota anima virtu-

A γεῖν τὰς τῶν ἀνελθόντων μιαιφονίας οὐκ ἴσχυσαν, λεηλατεῖν δὲ βαρβάρων δίκην τοὺς ὁμοδιαίτους, καὶ γνωρίμους, καὶ ὡς εἰκὸς συγγενεῖς, καὶ καθ' ἅπαντα ταῦτα καὶ τὰς οἰκίας αὐτὰς πυρπολεῖν, ἵνα μηδὲ οἱ τριβέντες ὡς εἰκὸς, καὶ ἐν πτωχείᾳ τὴν ζωὴν ποριζόμενοι διαλάθωσιν.

οη'. Ἦσαν μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, πάντες οἱ κατ' ἐκεῖνα τὰ κλίματα χῶροι τῆς δαιμονικῆς ταύτης ἀνδροκτασίας καὶ λεηλασίας ἀνάπλεοι, καὶ κατὰ τὸ γεγραμμένον σπήλαια λῃστῶν. Ὥσπερ δέ τινος πυρποληθέντος τόπου, καὶ τῆς φλογὸς καταχρατούσης τῶν ἀπομαχομένων τῷ ὕδατι αἱ πέριξ οἰκίαι τῇ σφοδρότητι θερμαινόμεναι τοῦ καπνοῦ, αὐταί τε μελαίνονται δαλοῦ δίκην, καὶ πρὸς ἄναψιν ἑτοιμόταται B γίνονται, μιᾶς τινος καὶ βραχείας προφάσεως, καὶ ταύτης προσδοκησίμου δρασσόμεναι· οὕτω καὶ τὰς περὶ τὸ Ἰλλυρικὸν ἁπάσας πόλεις ἡ τῶν ἀνατολικῶν φήμη διανεμηθεῖσα κακῶν, τινὰς μὲν κατεζόφωσε τοῖς τῆς φιλαργυρίας θυμοῖς, καὶ τὰς ἐμφυλίους φλόγας ἐν αὐταῖς τοῖς φυλικοῖς φρυγάνοις ἀνῆψεν· ἤδη δὲ καὶ τὴν μαρτυροφύλακτον τῶν Θεσσαλονικέων μητρόπολιν ἀνεκύκλουν ταῖς αὔραις τὰ τῶν πλησιοχώρων δραματουργήματα, καὶ τὸ τῆς ἀγάπης αὐτῶν τηλαυγὲς, ὃ καὶ ὁ Ἀπόστολος δι' ἐπιστολῶν ἐμακάρισε, τῇ τοῦ φθόνου παρεισδύσει καταχρατηθὲν ἐμελαίνετο.

οθ'. Ἦν τε βλέπειν ἐλεεινῶς τηνικαῦτα τὴν τῆς ὁμοφροσύνης μητρόπολιν θάλασσαν διχονοίας γεγεC νημένην. Οὐδεὶς λοιπὸν ὑγιῶς τῷ πλησίον προσέβλεπεν, ὢ τοῦ ἀπροσδοκήτου κακοῦ! οὐδὲ συγγενικὸς θεσμὸς τὴν ἐπισκήψασαν νόσον ἰατρεύειν ἐξισχύων. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἀχύρων σωρείᾳ φλὸξ κεκρυμμένη μόνῳ διασμύχεται τῷ καπνῷ τυφομένη, καὶ μικρᾶς ἐπιθυμεῖ διασκαλεύσεως τῶν ἐπικειμένων ἀχύρων, εἰς τὸ τὴν αὐτῆς παμφάγον ὁρμὴν διεγερθεῖσαν πάντα διακαῦσαι, καὶ κατατεφρῶσαι τὰ περικείμενα· οὕτως ἡ πόλις ὑπὸ τοῦ δαίμονος ὕπουλος οὕτως ὤδινε τὴν κατ' ἀλλήλων διαφθορὰν, καὶ μικρᾶς ὡς ἐπὶ τοῦ παραδείγματος τῶν ἀχύρων ἐδεῖτο προφάσεως εἰς τὸ ἀναρριπίσαι, καὶ κατὰ πάντων ἀστράψαι τὴν ἀλληλοφθόρον μάχαιραν.

π'. Ἀλλ' οὖν οὕτω κακοῦ διακειμένης τῆς πόλεως, D οὐδὲν τῶν ἐλπιζομένων γενέσθαι ὁ πανένδοξος ἀθλοφόρος τοῦ Χριστοῦ συνεχώρησεν, ἀλλ' οὕτως ἐν τῷ βουλεύεσθαι τὰ κακὰ τοὺς δήμους συνεσβέσθησαν οἱ θυμοί. Ἱκανὸς μὲν οὖν καὶ τὸ ἀθρόον τῆς ἀπροσδοκήτου τῶν ὀργῶν καταπαύσεως τοῖς νοῦν ἔχουσι παραστῆσαι, ὡς θεία τις πρόνοια, καὶ ἁγίων ἄῤῥητος ἐπισκίασις τὸ τοιοῦτον κατώρθωσεν. Ὁ γὰρ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας, τρέπει ταύτας ὡς ὕδωρ ὅπου καὶ βούλεται. Ἵνα δὲ μὴ διαμφοδίζῃ τῶν περὶ ταῦτα βουλευομένων ὁ νοῦς, ἀκούσατε τὸ γενόμενον, ἀκούσατε, παρακαλῶ, καὶ μὴ μόνον ἕως τοῦ θαυμάσαι, καὶ δοξολογῆσαι τὸν μάρτυρα, τὴν διάνοιαν διαγείρητε· ἀλλὰ τὸ αἱρετὸν καὶ φίλον τῷ ἀθλοφόρῳ κατασκοπήσαντες ἀκριβῶς, αὐτὸ καὶ ὑμεῖς ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ δυνάμεως κατὰ τὴν ἔννοιαν περισφίγξαν-

τες, ὑπήκοοι ἀκριβεῖς, καὶ διὰ τοῦτο γνήσιοι φίλοι τῆς ἀγαθωσύνης αὐτοῦ ἀναδειχθῆτε.

πα'. Ἵνα γὰρ μὴ ἀμφοδίζῃ, ὡς εἴρηται, τῶν περὶ ταῦτα βουλευομένων ὁ νοῦς, πότερον αὐτομάτως ἡ τῶν τηλικούτων κακῶν φορὰ, ὅσον οὔπω προσδοκωμένη, κατεκοιμίσθη, ἢ τίνος προνοίᾳ τοῦτο γεγένηται· καὶ πάλιν, ἵνα μὴ διαμφιβάλληται τῇ τίνος πρεσβείᾳ ἡ πόλις ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου ἀνεσπάσθη, ὤφθη τινὶ καθ' ὕπνους νεωστὶ ἐκ τῆς Ἑλλάδος τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐπιδημήσαντι, ἀνδρὶ κοσμίῳ, καὶ τῶν τηνικαῦτα τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἐπάρχων συγγενεῖ, πρώτως τῇ πόλει προσπλεύσαντι, καὶ μηδὲ τὰ κινούμενα ἐν αὐτῇ καὶ λαλούμενα ἀπογινώσκοντι, τοιαύτη τις ὄψις ὀνείρων. Εἶδεν ἑαυτὸν ἀναβαίνοντα ἐπὶ τὴν πηγὴν τῶν ἰαμάτων, λέγω δὴ τὸ τοῦ ἀθλοφόρου πάνσεπτον τέμενος, ἐθάδι νόμῳ τῶν προσπλεόντων τῇ πόλει, ἅτε δὴ καὶ αὐτὸς πρώτως εἰσβαλὼν αὐτῇ.

πβ'. Εἶτα εἰσελθὼν δῆθεν ἐν τῷ ναῷ, καὶ προσευξάμενος, ὁρᾷ τὸ ἱερόσκευον ἐκεῖνο, καὶ περικαλλὲς δημιούργημα κατὰ μέσον τοῦ ναοῦ πρὸς τοῖς λαιοῖς πλευροῖς ἐφιδρυμένον ἑξαγώνῳ σχήματι, κίοσιν ἓξ καὶ τοίχοις ἰσαρίθμοις, ἐξ ἀργύρου δοκίμου καὶ διαγεγλυμμένου μεμορφωμένον, καὶ τὴν ὀροφὴν ὡσαύτως, ἀπὸ τῶν ἑξαγώνων πλευρῶν κυκλοφορικῶς ἀνίσχουσαν καὶ εἰς μίαν στρογγύλην ὡς ἐκ ποδὸς ἀπολήγουσαν σύνδεσιν, σφαῖράν τε ἀργυρέαν μεγέθους οὐ μικροῦ φέρουσαν ἄνωθεν, ὑφ' ἣν ὡς κρίνου βλαστοὶ θαυμάσιοι περιέχονται, ὧν πάντων ἐπάνω τὸ κατὰ τοῦ θανάτου πεπηγὸς τρόπαιον ἀκτινοβολεῖ, τῷ μὲν ἀργυρέῳ δημιουργήματι τὰς τοῦ σώματος ὄψεις παρασκευάζον ἐκπλήττεσθαι, τῇ δὲ τοῦ Χριστοῦ νοήσει τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς τοῖς οὐρανίοις καταυγάζον χαρίσμασιν, ὁ ζωοποιὸς, φημὶ, καὶ τίμιος τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν σταυρός.

πγ'. Τοῦτο δὴ τὸ θεοδώρητον τέχνασμα κατὰ τοὺς ὕπνους ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ ναῷ θεασάμενος τὸ παρ' ἡμῖν καλούμενον ἁγιασμένον κιβώριον, ἐπηρώτα δῆθεν τοὺς πλησίον, Τί τοῦτο, ἀδελφοὶ, τὸ καινοθαύμαστον ποίημα, κατὰ τὸ μῆκος τοῦ ναοῦ μέσον ἐφίδρυται; οὐ γὰρ ἂν ταύτην εἰλήφει τὴν χώραν, εἰ μὴ μεγάλης τινὸς ἠξίωτο τῆς προφάσεως. Τῶν δὲ φησάντων, ὡς Ἐκεῖσε παρὰ τῶν πατέρων ἠκούσαμεν κεῖσθαι θεοπρεπῶς ὑπερένδοξον ἀθλοφόρον Δημήτριον, Ἐπεθύμουν, ἔφη ὁ ἀνὴρ, τῆς κατὰ τὸ ἔνδον ὁράσεως. Οἱ δὲ ὑπεδείκνυον αὐτῷ τὸν πρὸς ταῖς ἀργυρέαις θύραις ἱστάμενον ὑπηρέτην μὴ ἄνευ τούτου φάσκοντες οἷόν τε εἶναί τινα τῶν ἔνδον τυχεῖν· ᾧ καὶ προσελθὼν ὁ ἀνὴρ ἠξίου ἀνοιχθῆναι αὐτῷ, προσκυνῆσαι βουλομένῳ καὶ ἁγιασθῆναι τῇ θεοπαρόχῳ τοῦ μνήματος χάριτι.

πδ'. Τοῦ δὲ διανοίξαντος τὰς θύρας, μήπω εἰσελθὼν ὁ ἀνὴρ, εἶδεν μὲν τὸ καὶ ἡμῖν ὁρώμενον ἀργύρεον κατὰ τὸ μέσον ἱδρυμένον ὥσπερ σκιμπόδιον, τοῦ κατὰ τὸ πρὸς κεφαλῆς μέρους θρόνον τινὰ λαμπρὸν ἐκ χρυσίου καὶ λίθων πολυτελῶν κατεσκευασμένον, καὶ τὸν πανένδοξον ἀθλοφόρον τοῦ Χριστοῦ Δημήτριον ἐφεζόμενον, οὕτως ὁποίῳ σχήματι κατὰ

A teque amplectentes, adamussim obedientes germanique per id bonitatis ejus amici appareatis.

81. Ne enim, ut dictum est, eorum qui de iis deliberant, dubius hæreat animus, malorumne hujusmodi cursus, qui tantum non exspectatus obvenit, sponte sua, an cujuspiam providentia acciderit; ac denuo ne dubitet, cujusnam intercessione e mortis portis civitas fuerit educta, cuidam in somno, qui Thessalonicam e Græcia recens advenerat, viro modesto eorumque, qui tunc Illyrici præfecti erant, cognato, cum primum ad civitatem appulisset, nec quæ in ea turbata essent ac dicta, perspecta haberet, hujusmodi somniorum visio apparuit. Seipsum in curationum fontem, dico autem in venerandum maxime certaminum victoris B templum, ex more eorum qui civitati adnavigant, ingredientem (erat enim et ipse primum in hanc veniens) conspexit.

82. Deinde vero cum in templum esset ingressus, orassetque, vidit sacrum illud pulcherrimumque opus, in medio templi ad sinistram figura sexangulari erectum, columnis sex totidemque lateribus e probato sculptoque argento formatum, similiterque et fastigium, sexangularibus in circuitu lateribus suffultum, et quasi a basi in rotundam colligaturam desinens, argenteamque magnitudinis haud parvæ sphæram superius ferens, sub qua mira, velut cucurbitæ, germina continentur, supra quæ omnia defixum adversus mortem tropæum, C vivifica, dico, ac veneranda Dei et Servatoris nostri crux, radios ejaculatur, argentea quidem structura corporis oculos percelli faciens, Christi autem consideratione cœlestibus gratiis mentis oculos illuminans.

83. Hoc autem divinitus datum artis opus, quod sacrum apud nos ciborium vocatur, vir in templo cum vidisset, eos qui prope erant, rogabat, Quid illud, fratres, novum mirandum opus ad mediam templi (neque enim, nisi magna causa subesset, locum illum accepisset) longitudinem est exstructum? Illis autem dicentibus: Quia ibidem gloriosissimum certaminum victorem Demetrium, ut D Sanctum decet, jacere, e majoribus audivimus; desiderem, dixit vir, quæ intra sunt, videre. Illi autem famulum, qui ante argenteas januas stabat, ei ostenderunt, quemquam ea quæ intra sunt, obtinere absque illo posse negantes; ad quem etiam vir accedens, sibi, adorare præstitaque a Deo monumenti gratia sanctificari volenti, aperiri petebat.

84. Cum autem is januas aperuisset, vir nondum ingressus vidit quidem, qui et a nobis visus fuit, quasi lectulum argenteum in medio exstructum, hujus ad eam quæ ad caput est, partem thronum quempiam, auro splendidum, pretiosisque e lapidibus paratum, ac gloriosissimum certaminum Christi victorem Demetrium tali, quali in imaginibus

Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἔπαρχος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ συνῆκαν καλῶς διακριθέντα τὸν ὄνειρον, καὶ διεφήμισαν τὸ πρᾶγμα ἐν τῇ πόλει, καὶ τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ, καὶ τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου ἀπείραστος ἡ πόλις τοῦ τοιούτου κινδύνου μεμένηκε, καίτοι ἐπὶ ἑτέρους δύο ἐνιαυτοὺς μυρίας ὅσας προφάσεις ἀνασκαλεύσαντος τοῦ ἐχθροῦ ἐπὶ τῷ τὴν εὐταξίαν διακόψαι τῆς πόλεως, ἥτις διέμεινεν ἐῤῥιζωμένη διὰ Χριστοῦ, ὡς ὑπὸ τῆς τοῦ μάρτυρος δεξιᾶς φυλαττομένη τῇ πόλει. Τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A credo. Præfectus, cum hæc audiret, iique qui cum eo erant, recte esse expositum somnium, intellexerunt, remque in civitate divulgarunt, Christique et Dei gloriosissimi martyris Demetrii charitate civitas periculo hujusmodi, utut duobus annis aliis infinitas prope, quo rectam Dei ordinationem, quæ civitati, veluti per martyris dextram custoditæ, irradicata per Christum inhæsit, civitate expelleret, occasiones inimico suscitante, intentata permansit (60). Deo nostro sit gloria et virtus in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XI.

De Illyrici præfecto, qui Sanctum blasphemavit atque ab eo idcirco fuit punitus (61).

πη'. Ἐπειδὴ δὲ Πέτρος καὶ Παῦλος, οἱ τῶν ἀποστόλων ἀκρότατοι οὐκ εὐεργετοῦντες μόνον καὶ ἰώμενοι τὴν ἐν αὐτοῖς ἐνεφάνιζον χάριν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ καὶ τιμωρούμενοι τοὺς ἀξίους κολάσεως, καὶ καταφρονητικῶς περὶ τὸ θεῖον διαγινομένους, ὡς Πέτρος μὲν Ἀνανίαν καὶ Σάπφειραν καὶ Σίμωνα, Ἐλύμαν δὲ Παῦλος τὸν μάγον καὶ πλείονας ἄλλους, φέρε, κἀπὶ τοῦ τῶν ἀποστόλων γνησιωτάτου θρέμματος, τοῦ πανενδόξου, λέγω, μάρτυρος ἴδωμεν, εἰ γεγένηταί τι τοιοῦτον. Διὰ γὰρ τὴν ἄφατον αὐτοῦ ἀνεξικακίαν καὶ τὴν θεομίμητον ἀγαθότητα δυσχερὲς ἡμῖν γέγονεν ὁμοιότροπόν τι ζητήσασι περὶ αὐτὸν ἐξευρεῖν, πᾶσιν αὐτοῦ συγχωροῦντος, ὡς ὁ Θεὸς τῷ κόσμῳ, τὰ πολλὰ παραπτώματα.

B 88. Cum sane Petrus et Paulus, apostolorum principes, non solum benefaciendo sanandoque, sed et castigatione dignos numenque spernentes, ut Ananiam quidem et Saphiram et Simonem Petrus (62), Elymam autem magum aliosque plures Paulus (63), puniendo, Spiritus, qui eis inerat, gratiam manifestarent, age, num et a maxime genuino apostolorum alumno, gloriosissimo, inquam, martyre, simile quid gestum sit, videamus. Etenim propter ineffabilem suam malorum tolerantiam, atque qua Deum imitatur, bonitatem simile quid de eo reperire nobis quærentibus fuit difficile, cum multa omnibus, ut Deus mundo, delicta condonet.

πθ'. Ἀλλ' ἐπεὶ ἕκαστος πρὸς τὴν ἐμπιστευθεῖσαν αὐτῷ τῶν τῆς διανοίας ταλάντων ποσότητα, καὶ τὴν ἐργασίαν παραιτεῖται παρὰ Θεοῦ, καὶ τοῖς μὲν ἀκεραιοτέροις συγγνώμη πλείστη παρέχεται, τοῖς δὲ πανουργοτέροις ἐπ' αὐτοφώρῳ τῆς πλημμελείας ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἡ ἐπεξέλευσις γίνεται, εἰκότως ἐπ' ἀνδρὶ μεγίστην ἔχειν τῶν φρενῶν νομιζομένῳ τὴν δύναμιν, παραπλησίως δὲ νηπίοις σφαλέντι, μίαν καὶ ταύτην μόλις παρὰ τοῦ ἀθλοφόρου γενομένην ἐκδίκησιν δυνηθέντες καταμαθεῖν, ταῖς εὐλαβέσιν ὑμῶν ἀκοαῖς παραθήσομεν, προτρέποντες ἅμα καὶ παρεγγυῶντες, μὴ τῇ ἀγαθότητι τῶν ἁγίων βουλομένους κατορχεῖσθαι τῆς αὐτῶν θεομιμήτου μακροθυμίας, ἀλλὰ πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν κατὰ τὸ γεγραμμένον πρῶτον μὲν τὰς ἑαυτῶν καρδίας· εἰ δὲ μὴ κἂν γοῦν τὸ διὰ γλώσσης ἐξενεγκεῖν τι ῥῆμα βλασφημίας ἢ ἀφροσύνης ἐχόμενον.

C 89. Verum cum quisque pro talentorum animi quantitate sibi credita et operationem a Deo rogetur, ac simplicioribus quidem venia ut plurimum concedatur, astutioribus autem in criminis deprehensione etiam vindicta quam sæpissime obveniat, merito in virum, qui maximam mentis vim habere existimabatur, puerorum autem more peccabat, vindicta unica, hacque ægre, a certaminum victore fuisse animadversum, perdiscere valentes, piis vestris id auribus proponemus, hortantes simul atque admonentes, ne sanctorum benignitate lactati, eorumdem, quæ Deum imitatur, longanimitatem contumelia afficiamus; sed omni, secundum quod scriptum est, custodia servemus, primum quidem corda nostra; sin minus, ne ore saltem blasphemum D quod insipiensve verbum proferamus.

ϟ'. Ἀκούσατε γὰρ εἰς ὅσην ὑπερβολὴν θυμοῦ τὸν ὑπερένδοξον μάρτυρα λόγος παραφροσύνης ἐκίνησεν, ὡς καὶ τῆς ἐμφύτου ἡμερότητος ὥσπερ ἐκλαθόμενον παραχρῆμα τὴν ἐκδίκησιν τῷ ἡμαρτηκότι προσ-

90. Audite enim, ad quantam iræ magnitudinem gloriosissimum martyrem dementiæ verbum commoverit, ut statim, ingenitæ velut clementiæ oblitus, ei qui peccarat, vindictam inflixerit. Vir qui-

(60) Hæc omnia Joannes, ut Thessalonicam intestinis etiam motibus Sancti patrocinio evasisse liberam, suadeat; verum cum omnia, quæ hunc in finem affert, uni fere innitantur visioni, viro cuidam oblatæ, fierique queat, ut hæc, non vera apparitio, sed illusio duntaxat, fuerit, studiosus lector, quidquid etiam hac in parte statuerit, haud facile me refragantem habebit.

(61) Caput hoc, quod hic, prout apud nos e codice olim Mazarinæo descriptum exstat, lectoris oculis subjicimus, a fol. 82 usque ad fol. versum 85 in monumento isto litterario recensetur, sequenti isthoc paulo breviori, quam hic noster sit, titulo affectum: Περὶ τοῦ βλασφημήσαντος ἐπάρχου, *De præfecto, qui blasphemavit;* exstat porro et apud Mabillonium tom. I *Veterum Analect.* pag. 82 et seq., per Anastasium Bibliothecarium Compendio relatum.

(62) Adi Actus apostolorum, cap. V et VIII.

(63) Vide eosdem Actus, cap. XIII.

dam (quid enim quod nomen ei, in æterno opprobrio manenti, fuerit, dicere oporteat?) præfectorum gentis Illyricæ principatum tenens, nihilominus quidem maxima sese pollere intelligentia glorians, supraque propinquos, veluti supra superfœturæ portus, sese (id enim, cum et tentationes ut plurimum per superbiam nostram induci didicerimus, ei, opinor, et dementem in ore blasphemiam posuit) efferens, quibusdam ex iis qui celebris civitatis administrationi præerant, accessitis, postulavit, ut quædam ab iis ordinatio fieret.

91. Illis autem de præcepti gravitate dolentibus, seque id facere non posse cum lacrymis ad genua contestantibus, nullo modo is cess't, impossibilitatem ipsos, re facili, si vellent, exsistente, fingere asseverans. Illis autem dicentibus, — certe modus alius, ut magnificentiæ tuæ, nobis volentibus potentiam non suppetere, suadeamus, haud superest, nisi per terribilem incomparabilemque gloriosissimi martyris Demetrii potentiam præclarum thronum vestrum veritatis convincamus,—inimicus per illum (neque enim ipse enormem blasphemiam, verbis expressam, proferre velim) vocem emisit: illis enim, veluti in verenda rei per juramentum probatione, certaminum victoris timorem in medium adducentibus, ita præfectus respondit (verum, misericordissime Christi martyr, propitius mihi sis; blasphemiæ enim magnitudinem, non dico labiis, sed nec litteris exprimi fero; aliter autem qui circumloquens cogitationem aperiam?) Fraudem enim quamdam esse, dixit, gloriosissimum martyrem civibus suis, per eum certam rei occurrentis fidem facere volentibus, adminiculari. Illi vero, blasphemiæ magnitudinem non ferentes, obturatis auribus, exierunt.

92. Post duos vero dies, forte autem nec duos plenos, totum viri corpus ab humeris ad pedum usque extremitatem morbo gravissimo est correptum, ita ut nec ab artis medicæ peritis morbus cognosceretur; cumque menses circi er octo in prædicto morbo omnivoro perdurasset, tandem, adhibitis quibuscumque medelis, meliusque ipso quodammodo habente, desiit in id pœna, ut media totius corporis parte esset debilitatus, ita ut specie quidem omnia membra, effectu autem manum unam et humerum unum, pectorisque et ventris dimidium, similiter et femur unum et genu et pedem duntaxat haberet; cum porro quatuor menses alios, quo ei impleretur annus, ita mansisset, non prius certaminum victoris, utut misericordissimi, visitatione dignus est habitus, quam multis lacrymis in venerando quam maxime illius templo mente tota esset confessus, sese peccasse eique spondere, fore ut illius quidem non contemnendam potentiam agnosceret, insanum autem verbum hujusmodi deinceps, nec ore etiam, proferre auderet. Deo, etc.

A τρίψασθαι· τὴν γὰρ τῶν ὑπάρχων τοῦ Ἰλλυριῶν ἔθνους ἀρχὴν διὰ χειρὸς ἔχων ἀνήρ τις (τί γὰρ καὶ τοὔνομα λέγειν ἐπ' ὀνειδισμῷ αἰωνίζοντι;) πλὴν ἀλλὰ γοῦν φρόνησιν μεγίστην ἔχειν καυχώμενος, καὶ τῶν πέλας ὥσπερ ἐπιχνωδάλων κατεπαιρόμενος (τοῦτο γὰρ οἶμαι αὐτῷ, καὶ τῆς ἀφροσύνης ἐν γλώττῃ τὴν βλασφημίαν ἀπέτεκεν, ἐπεὶ καὶ τοὺς πειρασμοὺς ὡς τὰ πολλὰ διὰ τὴν ὑπερηφανίαν ἡμῶν ἐπάγεσθαι μεμαθήκαμεν), τινὰς τῶν τῆς πόλεως ῥητῆς πραγματείας προϊσταμένων μεταστειλάμενος ἀπῄτει τινὰ παρ' αὐτῶν γενέσθαι διοίκησιν.

ϞΑ'. Τῶν δὲ τὸ φορτικὸν τοῦ ἐπιτάγματος ἀποδυρομένων, καὶ μὴ οἷόν τε εἶναι τοῦτο πράττειν μετὰ δακρύων γονυπετούντων, οὐδοτιοῦν ἐκεῖνος ἐνεδίδου φάσκων πλάττεσθαι αὐτοὺς τὸ ἀδύνατον, εὐχεροῦς
B τοῦ πράγματος καθεστηκότος, εἴπερ ἐθέλοιεν. Τῶν δὲ φησάντων,— ὡς Οὐκ ἔστιν ἑτέρως πεισθῆναι ὑμῶν τὴν ἐνδοξότητα, ὅτιπερ οὐ θέλουσιν ἡμῖν τὸ δύνασθαι πρόσεστιν, εἰ μὴ πληροφορούντων ἡμῶν τὸν ὑπέρλαμπρον ὑμῶν θρόνον ἐπὶ τῆς φρικτῆς καὶ ἀπαραβλήτου δυνάμεως τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, — ὁ ἐχθρὸς δι' αὐτοῦ φωνὴν ἀφῆκεν. Οὐ γὰρ ἔχω λέγειν αὐτὸς ἄμετρον τὴν βλασφημίαν ἠμφιεσμένην· ἐκείνων γάρ, ὡς ἐν ὑπερβαλλούσῃ ὅρκου πληροφορίᾳ, τὸ φοβερὸν τοῦ ἀθλοφόρου παραγαγόντων εἰς μέσον, οὕτως ὁ ἔπαρχος ἀπεκρίνατο· (ἀλλ' ἵλεώς μοι γενοῦ, φιλανθρωπότατε μάρτυς Χριστοῦ. Οὐ φέρω γάρ, οὐ λέγω τοῖς χείλεσιν, ἀλλ' οὐδὲ γράμμασιν ἐγχαράξαι τῆς βλασφημίας τὸ
C μέγεθος· ἑτέρως δὲ πῶς περιφράσας δηλώσω τὴν ἔννοιαν;) Ἔλεγε γὰρ συμπαιγνίαν τινὰ τοῖς πολίταις αὐτοῦ συνεργεῖν τὸν ὑπερένδοξον μάρτυρα, κατ' αὐτοῦ πληροφορεῖν βουλομένοις τοῦ προστυγχάνοντος. Οἱ δέ, τὸ ἄκρον τῆς βλασφημίας οὐχ ὑπομείναντες, βύσαντες τὰ ὦτα ἐξῇεσαν.

ϞΒ'. Μετὰ δὲ ἡμέρας δύο, τάχα δὲ οὐδὲ πλήρεις δύο, τὸ πᾶν σῶμα τοῦ ἀνδρὸς ἀπάνωθεν ὤμων ἕως ἄκρων ποδῶν νόσῳ δεινοτάτῃ κατεσχέθη οὕτως, ὡς μηδὲ διαγνωσθῆναι τὸ σῶμα παρὰ τῶν τῆς ἰατρικῆς ἐμπείρων, καὶ μῆνας περί που ὀκτὼ ἐν τῷ προλεχθέντι παμφάγῳ διατελέσας νοσήματι, τέλος πολλῶν ὅσων γενομένων, καὶ ῥᾷον ὥσπερ ἐσχηκότος αὐτοῦ, εἰς τοῦτο κατέληξε τὰ τῆς ὀργῆς, ὡς τὸ ἥμισυ μέρος τοῦ ὅλου σώματος παρεθῆναι, ὡς ἔχειν
D μὲν αὐτὸν τῇ θέᾳ πάντα τὰ μέλη, τῇ δὲ ἐνεργείᾳ μίαν χεῖρα, καὶ ὦμον ἕνα, καὶ στήθους καὶ κοιλίας τὸ ἥμισυ, καὶ μηρὸν ὡσαύτως ἕνα, καὶ γόνυ καὶ πόδα. Καὶ διαμεμενηκὼς οὕτως ἐπὶ μῆνας ἑτέρους τέσσαρας, ὡς πληρωθῆναι αὐτῷ τὸν ἐνιαυτόν, οὐ πρότερον ἐπισκέψεως τοῦ ἀθλοφόρου κατηξιώθη, καίτοι φιλανθρωποτάτου ὑπάρχοντος, πρὶν ἢ μετὰ δακρύων πολλῶν ἐν τῷ αὐτοῦ πανσέπτῳ ναῷ πάσῃ δυνάμει ἐξωμολογήσατο ἐπταικέναι καὶ συνθήκας θεῖναι πρὸς αὐτόν· ἐπεγνωκέναι μὲν τὴν αὐτοῦ ἀκαταφρόνητον δύναμιν, μὴ τολμῆσαι δὲ τὸ λοιπὸν ἀφροσύνης ῥῆμα τοιοῦτον μηδὲ κἂν διὰ γλώττης ἐξενεγκεῖν. Τῷ δὲ Θεῷ, κ. τ. λ.

CAPUT XII.

Qui excitato ciborii incendio hostibus fuerit Thessalonica per Sancti providentiam liberata (64).

ϟγ'. Ἀλλ' ὁ πᾶς ἡμῖν χρόνος τὰ τοῦ μάρτυρος οὐκ A ἐπαρκέσει διηγουμένοις θαύματα, καὶ δέδοικα μὴ τὸν φιλομάρτυρα πόθον ὑμῶν σπεύδων ἀνάπτειν τοῖς διηγήμασι, τῷ πλήθει τῆς γραφῆς τὸν κόρον ἐπάξωμαι, καὶ παραδώσω τὴν πρόθυμον ἀκοὴν ἀκυβερνήτῳ ναυτιασμῷ. Πάντα γάρ, ὡς λόγος, ὑποίσει ἀνθρώπου φύσις, κόρον δὲ οὐδαμῶς. Εἰ καὶ ὅτι κόρος τῶν θείων διηγημάτων οὐδεὶς τοῖς ἐχέφροσι διὰ τὸ μᾶλλον τὴν δίψαν τοῦ ἡγεμονικοῦ διακαίεσθαι, τῶν χανδὸν δι' ἀκοῆς τὰ τοιαῦτα ἐκπεπωκότων, πλὴν καὶ μὴ τινων τὴν ἀπιστίαν ἐξαμαρτάνειν, φειδόμενοι δείξωμεν τῶν ἀμέτρων θαυματουργημάτων τοῦ μάρτυρος, κἀπὶ τὸν κολοφῶνα τούτων ἑαυτοὺς ἀνατείναντες, τὰς ἐν πολέμοις αὐτοῦ προνοίας, καὶ βοηθείας συγγράψωμεν. B

ϟδ'. Ἀλλὰ κἀνταῦθα πάλιν, ὧν ἔγνωμεν καὶ ἠκούσαμεν, μνημονεῦσαι προθώμεθα, μῆκος ἄφατον τῇ γραφῇ περιθήσομεν. Ἐν ᾧ γὰρ τὰ παρελθόντα συντάττομεν, καταλαμβάνουσιν ἐφ' ἑκάστης ἀνδραγαθήματα, καὶ μᾶλλον οὐ λήξουσί ποτε προσγινόμενα, εἰ καὶ διὰ βίου παντὸς ὑμεῖς τε καὶ οἱ μεθ' ἡμᾶς συγγράφειν ἑλοίμεθα. Οὐκοῦν δύο καὶ μόνα κεφάλαια πολεμικῆς ἐπικουρίας προθέντες σιγήσομεν. Τῇ διηγήσει γὰρ ἐπιμένοντες περατῶσαι τὸν σκοπὸν οὐκ ἰσχύσομεν. Χαίρω δέ, ἀγαπητοί, παρ' ὑμῖν τὰ τοῦ πανενδόξου ἀθλοφόρου προτιθεὶς κατορθώματα, τοὺς αὐτοὺς ἀκροατὰς τῶν γενομένων, καὶ μάρτυρας κεκτημένος, ὡς μὴ κόπου μοι δεῖν περὶ τὴν πειθὼ τῶν ἀκουόντων ὑμῶν (θεαταὶ γὰρ τούτων οἱ πλεῖστοι γεγόνατε), εἰ καὶ τὸ μέγεθος τῶν ῥηθησομένων C ἐκπλήξει πάντως καὶ τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν ἔννοιαν.

ϟε'. Τοῦ καλλινίκου τούτου καὶ φιλοπόλιδος μάρτυρος Δημητρίου ἦγον ἑορτὴν ἡ χώρα πᾶσα, καθὼς εἰώθει, τῇ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς εἰκάδι ἕκτῃ ἡμέρᾳ· καὶ δὴ πάντων εὐφραινομένων πνευματικῶς, ὡς πληρώσαντος τοῦ Κυρίου τὴν εὐχὴν τῶν δούλων αὐτοῦ, καὶ ἀξιώσαντος αὐτοὺς τῆς χαρᾶς τοῦ μάρτυρος ἐν εἰρήνῃ πλατείᾳ, καὶ βαρβαρικῆς ὀμφῆς μηδόλως μηδαμοῦ τηνικαῦτα κατηχουμένης, τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς ἄφνω μέσης νυκτὸς κατ' οἰκονομίαν τοῦ Ἀθλοφόρου (οὕτω γάρ με λέγειν τὸ

93. Enimvero nobis, Sancti mirabilia narrantibus, nec omne tempus sufficiet, timeoque, ne vestrum erga martyrem affectum narrando accendere studens scripturæ multitudine satietatem inducam auditumque alacrem nauseæ immoderatæ tradam. Omnia enim, ut aiunt, natura humana sufferet, satietatem autem nequaquam. Etsi vero iis qui sanæ mentis sunt, earum quæ de rebus sacris sunt narrationum, quod animi sitim potius, avide talia, qui capaces sunt, per auditum imbibentibus, accendant, satietas nulla sit, tamen, ne etiam quorumdam incredulitatem peccare faciamus, martyris absque numero miracula parce commemoremus, nosque ad horum finem extendentes, ejusdem in bellis curas, præstitaque auxilia conscribamus.

94. Verum si hæc rursus, quæ novimus atque audivimus, memorare institerimus, prolixitatem immodicam scriptioni tribuemus. Dum enim prætcrita ordine exponimus, gesta diebus singulis facinora occurrunt, seu potius, quæ gesta aliquando fuerunt, occurrere non desinent, etiamsi per vitam omnem nosque et qui post nos venturi sunt, scribere aggrediamur. Duobus igitur, iisque solis auxilii in bello lati, capitibus propositis, silebimus (65). Narrationi enim inhærentes propositum terminare haud possemus. Gaudeo autem, dilecti, quod grandia vobis gloriosissimi certaminum victoris facta proponens, ipsos eorum quæ gesta sunt, auditores testesque (spectatores enim illorum plurimi fuistis) nactus sim, ita ut, etiamsi eorum quæ dicentur, magnitudo omnino et auditum et mentem perculsura sit, laborare mihi, quo vobis audientibus fidem faciam, opus futurum non sit.

95. Decorati illius pulchris victoriis civitatemque amantis martyris Demetrii festivitatem vicesima sexta Octobris die, ut consuevit, regio tota celebrabat, cumque omnes, utpote Domino servorum suorum desiderium implente gaudioque martyris ampla in pace illos dignante, nec ullo tunc insonante in loco voce barbarica, spiritualiter lætarentur, secunda festivitatis die (66) subito nocte media e certaminum Victoris (ita enim me loqui rei exitus suasit) dispensatione sacrum illius argenteum cibo-

(64) Caput hoc, quod hic, prout in codice nostro † ms 193 e bibliothecæ Vaticanæ codice ms. 821 descriptum exstat, lectori proponimus, in codice olim Mazarinæo a fol. verso 85 usque ad fol. 96 exhibetur, sequentemque, cui ego hic ob rationem supra plus semel jam memoratam, alium substitui, titulum hunc in capite præfert : Περὶ τοῦ ἐν τῷ κιβωρίῳ γενομένου ἐμπρησμοῦ, *De facto in ciborio incendio.*

(65) Potuisset sane Joannes, prout jam mox indicavit, plura quam duo a se hic memorata, quorum alterum præsenti, alterum seq. cap. seu potius, uti ex adnotatis, cap. huic posteriori subjungendis intelligas, duobus seqq. suppeditat, spectantia ad bellum capita, auxilioque, Thessalonicensibus a D sancto Demetrio prodigiose allato, illustrata, commemorare. Res ex iis, quæ infra in adnotatis, libri hujus, a Joanne de Sancti miraculis conscripti, cap. 15 et ultimo subdendis, in medium adducam, patescet.

(66) Liquet ex hoc loco, Sancti festivitatem, cum ciborii Demetriani cap. præsenti memoratum incendium accidit, seu, quemadmodum ex iis quæ ad lit. seq. notabo, patescet, sæculo sexto senescente sequentisve initio, fuisse quotannis Thessalonicæ non per unum duntaxat diem celebratam; ut Sanctum proinde jam tum in hac sua urbe natali insigni plane cultu gaudere contigerit. Adi Commentarium prævium, § 8.

rium, cujus superius sæpe meminimus (67), igne incensum est. Hoc autem brevi per totam civitatem audito, omnes præcipue ætate juvenes, somno expedite per vigorem excusso, congregati sunt, adeo ut numero tam multi fuerint, ut templum maxime venerandum obstrueretur. Argentum omne, igne liquefactum, in pavimento, ut aqua, jacebat; fluminis autem in modum id circumluebat amphorarum multitudo, quibus et Dei providentia flammæ periculum superatum est.

96. Non enim animi dejectione in consilii inopiam ciborii incendium tantum immergebat, quantum metus, ne flamma ad templi lacunar progrederetur, spectantium corda torquebat. Quod cum etiam (timor enim, quem timuerant, super eos, ut scriptum est, irruit) ex eo quod appensa e ciborii vertice catena ferrea, e qua quidam multum lucens argenteusque crater tunc dependebat, ignis per hunc smilacis in modum diffusus lacunar attigisset, redigereque in cinerem calathos ita dictos incepisset, factum fuisset, continuo tunc quidam per aera vasis pluribus aquiferis bene instructi in trabes currentes ignem, Deo cooperante, superarunt. Post hæc igitur, cum turbarum multitudo non exiret, sed intra maneret, iique qui eam abigebant aut etiam per noctem intempestam discedere jubebant, suadere id populo non possent, quosdam templi maxime venerandi curatores, ne aliqui, quod et populi frequentia et nox adesset, haud noti argentum, non tantum, quod igne combustum erat, sed et omne, quod ob festivitatis decorem erat appensum, surripere studerent, timor subiit.

67. Ac vir quidem aliquis memorari dignus, spectabilique, quo Dacico, ut vocatur, perillustrium Illyrici præfectorum scrinio præerat, munere fungens (68), cum modum, quo absque animi ægritudine molestiaque, nisi quis subitaneam Barbarorum incursionem prætexeret, e templo expelli turba posset, non suppetere consideraret, vociferari, certaminum victore cor ejus ad hoc incitante (69), incepit : Barbari ad muros, o viri cives, inexspectate apparuerunt, sed omnes cum armis pro patria erumpite. Atque hæc quidem fingens ille, tantumque e templo turbas exigere, portasque, quo fusi argenti quiete fieret collectio, firmiter occludere intendens, clamabat; id autem, ne noctium errore civitas periclitaretur, gloriosissimi martyris provi-

A πέρας τοῦ πράγματος ἔπεισεν) ἀνήφθη πυρὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ κιβώριον τὸ ἀργύρεον, περὶ οὗ πολλάκις ἀνωτέρω ἐμνημονεύσαμεν. Τούτου δὲ κατὰ πάσης τῆς πόλεως ἐν βραχεῖ καιρῷ διανουσθέντος, συνήχθη πᾶν τὸ νέον ὡς μάλιστα τῆς ἡλικίας, τὸ καὶ τὸν ὕπνον εὐχερῶς δι' εὐσθένειαν ἀποβάλλον. Ὡς δὲ τοσοῦτοι γεγόνασιν, ὡς ἀποβυσθῆναι τῷ πλήθει τὸ πανάγιον τέμενος, ὁ μὲν ἄργυρος χαυθεὶς τῷ πυρὶ ἦν ἅπας ἐπὶ ἐδάφους ὡς ὕδωρ· τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἀμφορέων περιέκλυζε τοῦτον ποταμηδὸν, ὑφ' ὧν καὶ προνοίᾳ Θεοῦ νενίκητο τὸ τῆς φλογὸς ἐπικίνδυνον.

ϞϚʹ. Οὐ τοσοῦτον γὰρ τῇ ἀθυμίᾳ πάντας εἰς ἀμηχανίαν ἐβάπτισεν ἡ τοῦ κιβωρίου πυρπόλησις, ὅσον ἡ προσδοκία τοῦ φθάνειν τὴν φλόγα περὶ τὴν ὀροφὴν τοῦ ναοῦ τὰς καρδίας τῶν θεωμένων ἐξέτηκεν· οὗπερ B καὶ γενομένου (φόβος γὰρ, ὃν ἐδεδοίκεσαν, ἐπῆλθεν αὐτοῖς, καθὼς γέγραπται) ἐκ τῆς διὰ τῆς κορυφῆς τοῦ κιβωρίου κρεμαμένης ἁλύσεως σιδηρᾶς, ἐξ ἧς πολύφωτός τις ἀπῃωρεῖτο καὶ ἀργύρεος τηνικαῦτα κρατὴρ, δι' οὗ δίκην σμίλακος τὸ πῦρ ἀνανεμηθὲν φθάσαι τὴν ὀροφὴν, καὶ τοὺς καλουμένους καλάθους ἄρξασθαι περιτεφροῦν· καὶ δὴ τότε τινὲς, ἀεροδρομήσαντες εὐσκύλτως κατὰ τῶν δοκῶν σὺν ἀγγείοις πλείοσιν ὑδατοφόροις, Θεοῦ συνεργείᾳ περιεγένοντο τοῦ φλογμοῦ. Μετὰ γοῦν ταῦτα, τοῦ πλήθους τῶν ὄχλων οὐ διεκχωροῦντος, ἀλλ' ἐπιμένοντος ἔνδον, καὶ τῶν ἀποσοβούντων, ἢ καὶ ὑποχωρεῖν διὰ τὸ ἄωρον τῆς νυκτὸς κελευόντων, οὐκ ἰσχυόντων πεῖσαι τὴν πληθὺν, δέος ὑπεισῆλθε τινὰς τῶν κηδεμόνων τοῦ πανσέπτου ναοῦ, μή τινες ἀγνῶτες διά τε τὸ C πλῆθος τοῦ ὄχλου, διά τε τὸ νύκτα τυγχάνειν, ἐπιχειρήσαιεν εἰς ἁρπαγὴν τοῦ ἀργύρου, οὐ τοῦ καταφλεχθέντος μόνου τῷ πυρὶ, ἀλλὰ καὶ παντὸς τοῦ κρεμαμένου πρὸς εὐκοσμίαν τῆς ἑορτῆς.

ϞΖʹ. Καὶ δὴ βουλευσάμενός τις ἀξιομνημόνευτος ἀνὴρ, καὶ τὴν ἔντιμον στρατιὰν τοῦ Δακικοῦ καλουμένου σκρινίου τῶν ὑπερλάμπρων ὑπάρχων τοῦ Ἰλλυρικοῦ στρατευόμενος, ὡς οὐκ ἔσται τρόπος ὁ δυνάμενος ἀλύπως, καὶ εὐπροφασίστως ἐξωθῆσαι τὸν ὄχλον ἐκ τοῦ ναοῦ, εἰ μὴ προφασίσοιτό τις αἰφνιδίαν βαρβάρων ἐπιδρομὴν, τοῦ ἀθλοφόρου τὴν ἐκείνου καρδίαν εἰς τοῦτο κινήσαντος, ἤρξατο βοᾷν, Βάρβαροι περὶ τὸ τεῖχος, ὦ ἄνδρες πολῖται, ἀπροσδοκήτως ἐφάνησαν, ἀλλὰ σὺν ὅπλοις ἅπαντες ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὁρμήσατε. Καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος δῆθεν ἐβόα πλαττόμενος, καὶ μόνον γινόμενος τοῦ ἐξαγαγεῖν τοὺς ὄχλους ἐκ τοῦ ναοῦ, καὶ κατασφαλίσαι τοὺς D πυλεῶνας, ὡς ἂν μεθ' ἡσυχίας ἡ συλλογὴ τοῦ χωνευθέντος ἀργύρου προσγένηται· τὸ δὲ προμηθείᾳ

(67) Nimirum cap. 7, 10 ac præsertim 6, quo etiam, ut dubitandum non apparet, de ciborii hujus eodem, de quo hic, incendio sermo fit; quare, cum hoc, uti in adnotatis, capiti isti subjectis, docui, sæculo sexto senescente verosimillime, certeque sub Eusebio, qui Thessalonicensem cathedram forte etiam ad sæculi usque sequentis initium moderatus est, evenerit, incendii, quod præsenti cap. memorat Joannes, epocha habetur sat prope comperta.

(68) Utique virum, de quo hic, apud Illyrici præfectos functum fuisse officio, intelligas, adi Pancirolum in suis in Imperii Orientalis Notitiam Commentariis, cap. 76 et aliquot seqq., uti etiam, ac præcipue quidem, cap. 23 et 93.

(69) Cum vir, qui Barbaros, quo populum ad exeundum e templo induceret, ad civitatis muros inexspectato, uti mox subditur, advenisse, finxit, facere id absque mendacio haud potuerit, in fictione illa partem habuisse sanctus Demetrius non potest; ut hic benigna interpretatione Joannes Thessalonicensis indigeat, potiusque e populi, qui, Sancto agente, rem factam, crediderit, quam e sua opinione locutus esse existimandus sit.

καθειστήκει τοῦ πανενδόξου μάρτυρος εἰς τὸ μὴ νυκτῶν ὑπ' ἀγνοίας κινδυνεῦσαι τὴν πόλιν· ὁ γὰρ δῆμος ἅπας, τῆς ἀπροσδοκήτου ταύτης βοῆς κατακούσαντες, ἔδραμον εἰς οἴκους, καὶ ὁπλισθέντες ἐπὶ τὰ τείχη ἀνῆεσαν.

ϞΗ'. Εἶτα καθορῶσιν ἐπὶ τὸ πεδίον τοῦ σεβασμίου ναοῦ τοῦ χριστοφόρου μάρτυρος Ματρώνης πληθὺν βαρβαρικὴν οὐκ ἄγαν μὲν πολλὴν (ἄχρι γὰρ πέντε χιλιάδων παρ' ἡμῖν ἐλογίσθησαν), σφοδρὰν δὲ τῇ ἰσχύϊ διὰ τὸ ἐπιλέκτους τε ἅπαντας, καὶ ἐμπειροπολέμους καθεστηκέναι. Οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἀθρόᾳ πόλει τηλικαύτῃ προσέβαλλον, εἰ μὴ ῥώμῃ καὶ θάρσει τῶν πώποτε κατ' αὐτοὺς στρατευσαμένων διενηνοχότες ἐτύγχανον. Ὡς δὲ ἀνέκραξεν ἀπὸ τοῦ τείχους ἡ πόλις αὐτοψεὶ τοὺς ἀντιπάλους εἰσβλέψασα (ὄρθρος γὰρ λοιπὸν ἦν, καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ἐπέφωσκεν), οἱ πλεῖστοι κατελθόντες, καὶ τὰς πύλας ἀνοίξαντες, ἔξω τὴν συμπλοκὴν πρὸς ἐκείνους, τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ ἀθλοφόρου αὐτοὺς ἐνισχύσαντος, ἐποιήσαντο ἤδη λοιπὸν φθάσαντας τῇ μανίᾳ τῆς θηριωδίας αὐτῶν καὶ μέχρι τοῦ σεβασμίου τεμένους τῶν τριῶν ἁγίων μαρτύρων Χιόνης, Εἰρήνης, καὶ Ἀγάπης, ὅπερ, ὡς ἴστε, βραχυτάτῳ διαστήματι τοῦ τῆς πόλεως τείχους ἀφέστηκεν.

ϞΘ'. Καὶ δὴ μέχρι πολλοῦ τῆς ἡμέρας συῤῥηγνυμένων ἀμφοτέρων ἀλλήλοις, καὶ τὰς διώξεις καὶ τὰς ὑφέσεις ἐπικινδυνότερον οἱ τοῦ ἀθλοφόρου στρατοποιησάμενοι διὰ τὸ παντὸς τοῦ τῶν Σκλαβίνων ἔθνους τὸ ἐπίλεκτον ἄνθος, ὡς εἴρηται, τοὺς ἀντιπαρατασσομένους καθεστηκέναι, τέλος αὐτῆς τοῦ μάρτυρος τῆς ἐπιστασίας ἐπιφανείσης, ἀπεδιώχθη τὸ βάρβαρον αὐτῆς ἡμέρας, τῶν τῇδε μερῶν οὐ παρ' ὀλίγους ὑποχωρήσαν, ἧπερ εἰσέβαλεν. Καὶ τὰ μὲν τῆς τότε γεγενημένης ἀπροσδοκήτου καὶ θηριώδους ἐπιδρομῆς οὕτω συνετελέσθη· ἐπανέλθωμεν δὲ τῷ λόγῳ πρὸς τὸν καιρὸν τῆς νυκτὸς, ὅτε τὸ πλῆθος ἅπαν τῆς πόλεως, τὸ ἅγιον τέμενος τοῦ πανενδόξου μάρτυρος καταλιπὼν ὥρμησεν ἐπὶ τὰ τείχη, τῷ κράξαντι πιστεύσαντες, ὡς οἱ βάρβαροι παρεγένοντο. Ἡ γὰρ ἀκολουθία τοῦ διηγήματος, καὶ τὴν τοῦ ἀθλοφόρου περὶ ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς κηδεμονίαν ἀποδείξειεν ἀναντίῤῥητον, καὶ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς εἰς τὸν αὐτοῦ πόθον ἀναφλέξειε τῆς πατρικῆς ὥσπερ ἀντιλήψεως ἀναμιμνησκομένην ἑκάστοτε.

Ρ'. Ὁ γὰρ λαμπρὸς καὶ φιλόμαρτυς ἐκεῖνος ἀνὴρ ὁ βοήσας ἐν τῷ ναῷ, καὶ τὴν τῶν βαρβάρων δῆθεν πλασάμενος ἄφιξιν, ὡς εἶδεν ἅπαντας ἐξορμήσαν-

dentia erat. Omnis enim populus, cum vocem hanc inexspectatam audivisset, ad ædes suas cucurrit, assumptisque armis, muros conscendit.

98. Tum in Christiferæ martyris Matronæ venerandi templi (70) area Barbarorum videt multitudinem, non admodum quidem (quinque enim millium duntaxat apud nos existimati sunt) numerosam; robore autem, quod omnes essent et selecti et bellicæ (neque enim, nisi robore animique audacia omnibus qui cum eis unquam bellarant, præstitissent, civitatem tantam ita confestim invasissent) artis periti, vehementem. Ut porro, e muris sese suismet oculis (aurora enim tandem advenerat diesque illucescebat) inimicos conspicatam, civitas succlamavit, plurimi descendentes portasque aperientes foris adversus eos, jam tandem feritatis suæ furore usque ad venerandum etiam, quod, quemadmodum nostis, brevissimo intervallo a civitatis muro distat, trium sanctarum martyrum Chiones, Irenes et Agapes templum progressos (71), conflictum, Christo ac certaminum Victore illos corroborante, commisere.

99. Cum vero et per magnam diei partem conflictu mutuo sese ambo attrivissent, iique qui certaminum Victoris erant, majori cum periculo, quod qui adversus eos pugnabant, totius Sclavinorum gentis (72) selectus, ut dictum est, flos esset, et in inimicos irruerent, et eorum impetum exciperent, tandem ipsa martyris sese manifestante cura, Barbarorum exercitus, non paucis ea ipsa, qua irruperant, parte retrocedentibus, eadem die fuit fugatus. Atque ita quidem tunc inexspectata feraque, quæ evenit, terminata fuit incursio; sermone autem ad noctis tempus, quando omnis civitatis multitudo, sacrum gloriosissimi martyris templum relinquens, ad mœnia, fide ei qui Barbaros advenisse clamabat, adhibita, cucurrit, revertamur. Narrationis enim ordo et manifesto certaminum Victoris de nobis peccatoribus curam ostendere, et paterni veluti subsidii memoriam frequenter reducens animas nostras ipsius amore incendere potest.

100. Præclarus enim martyrisque amans vir ille qui Barbarorum nempe adventum simulans, in templo clamarat, cum omnes egressos, certami-

(70) De hac sancta martyre videsis, quæ in adnotatis, cap. 5 subnexis, ad not. 23 observavi.

(71) De tribus hisce sanctis martyribus ad tertiam Aprilis diem cum Martyrologio Romano jam egit Henschenius noster; templi tamen, hic memorati, quod Sanctæ istæ nomini suo sacratum prope Thessalonicam habuerunt, non meminit; quod indubie nihilominus fuisset facturus, si sacri illius ædificii in Joannis Thessalonicensis, quam modo edimus, lucubratione fieri mentionem, habuisset perspectum.

(72) Barbari ergo supra memorati, qui, cum incendium, de quo cap. præsenti tractatur, evenit, Thessalonicam inexspectato assultu occupare sunt meditati, Sclavi fuerunt. Hæc autem natio certe non serius, quam sæculo sexto, uti vel ex iis quæ Procopius, lib. III *De bello Gothico*, cap. 40 memoriæ prodit, manifestum fit, in Romani imperii ditiones, trajecto Istro, irrupit; variis autem deinceps cladibus longissimo annorum spatio imperium, subinde etiam ad muros longos, qui Byzantio, duntaxat diei itinere paulo amplius distabant, armis prolatis, attrivit, a depopulandis regionibus nondum etiam tunc omnino abstinens, cum in imperii terris, ut temporis lapsu factum, sedes ab imperatoribus obtinuissent. Res ex iis quæ tum. ad duo capp. proxime sequentia, tum ad secundi miraculorum libri cap. 3 adnotanda erunt, elucescet.

numque Victoris templum, solis iis qui e ministerio ejus erant, paucisque etiam quibusdam prædicti viri, quos ultro hic retinuerat, genuinis amicis intra remanentibus, quietum videret, iis qui in templo supererant, utpote rem quæ acciderat perspectam habens, dixit : Ecce, Christo ac Deo juvante gloriosissimoque martyre cooperante, et ignis exstinctus est, et nihil eorum quæ ad locum hunc spectant, interiit. Templi igitur portas claudentes quiete argentum, quod fusum est, colligite. Iterum enim, recte novi, loci hujus decor per sanctum martyrem excitabitur; cum autem illi, obseratis portis, et argentum colligerent, et ab exustione purgarent, Barbarorum phalangis, civitatisque exercitus tumultuarie congredientium clamor gravis et qui procul audiretur, excitatus est.

101. Cum vero qui in templo erant, clamore essent turbati, eaque quæ præ manibus habebant, negligerent, mirabilis vir ille dixit eis : Vos, fratres, opus vestrum facite, nullumque de Barbaris sermonem habete. Ex eo enim, quod ego illud divulgarim, turbatum auditum habetis, editumque modo clamorem, qui unde factus sit, nescitis, Barbarorum similiter esse, e præconcepta opinione existimatis. Non ita autem, non ita est. Ego enim, suggerente martyre, Barbarorum famam, ut hinc turbam abigerem, vosque, quæ ad templi cultum securitatemque spectarent, tranquille curaretis, confinxi. Sacræ autem ædis ministri, virique, qui hæc dixerat, amici uno veluti ore dixerunt : Deus sancti gloriosissimique martyris Demetrii benedicat et in bonis producat vitam tuam, primum quidem quod sacra vasa templique securitatem ut genuinus Christianus sedulo curaris, deinde vero quod animas nostras, fictione tua ex vero manifestata, veluti ex inferno ad lumen reduxeris.

102. Cum enim vera te de Barbaris clamare, existimaremus, oculis (testis sit veritas) neque ea quæ præ manibus erant, tota mente, quæ ad bellum existimatum spectabant, videbamus : nunc autem omnes iis quibus studemus, manum alacriter admovebimus. Dum vero cum templi ministris et hi qui cum eo erant, juvenes fida alacritate ad ea quæ adusta erant, purganda eaque quæ in carbones redacta erant efferenda operam suam conferret, belli clamorem apertius percepere quædamque per assuetum auditum barbaricæ vociferationis signa cognovere (73). Ille autem, cum hos rursus turbatos videret : Quid, ait, amentes statis, operis nullam curam habentes? Dixi vobis, templum curate nullumque de bello sermonem habete. Illud ego, ut ante dixi, fictione ultro, ut

A τας, καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἀθλοφόρου καθησυχάσαντα, μόνων τῶν τῆς ὑπηρεσίας αὐτοῦ ἔνδον ἀπομεινάντων, καὶ τινων ὀλίγων καὶ γνησίων φίλων τοῦ προλεχθέντος ἀνδρὸς, οὓς αὐτὸς ἑκοντὶ παρακατέσχεν, ὡς εἰδὼς τὸ γενόμενον, εἶπε τοῖς ἐν τῷ ναῷ παραμένουσιν· Ἰδοὺ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ βοηθήσαντος, καὶ τοῦ πανενδόξου μάρτυρος συνεργήσαντος καὶ τὸ πῦρ ἐσβέσθη, καὶ οὐδὲν τῶν ἐντεῦθεν ἀπώλε. Κλείσαντες οὖν τοῦ ναοῦ τὰς θύρας, μεθ' ἡσυχίας τὸν χωνευθέντα συλλέξατε ἄργυρον· πάλιν γὰρ εὖ οἶδα ὅτι ἡ εὐπρέπεια τοῦ τόπου τούτου διὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος ἀναστήσεται· τῶν δὲ ἀσφαλισαμένων τὰς θύρας, καὶ συλλεγόντων τὸν ἄργυρον, καὶ τὰ τῆς πυρκαϊᾶς διακαθαιρόντων, ἐγείρεται δεινὴ βοὴ καὶ B μακράκουστος τῆς τῶν βαρβάρων φάλαγγος καὶ τοῦ στρατοῦ τῆς πόλεως ἐξ αὐτοσχεδίου συῤῥηγνυμένων.

ρα'. Ὡς δὲ κατεθορυβήθησαν οἱ ἐν τῷ ναῷ τῇ βοῇ καὶ τῶν ἐν χερσὶ κατημέλησε, λέγει αὐτοῖς ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος ἀνήρ· Ὑμεῖς, ἀδελφοὶ, τὸ ἔργον ὑμῶν ποιεῖτε, καὶ μηδένα λόγον ἔχετε περὶ βαρβάρων· ἐκ γὰρ τοῦ ἐμὲ τοῦτο διαβοῆσαι τεταραγμένην ἔχετε τὴν ἀκοὴν, καὶ τὴν νῦν βοὴν οὐκ οἴδατ' ὅθεν γεγενημένην εἰκότως διὰ τὴν πρόληψιν βαρβάρων εἶναι νομίζετε. Οὐκ ἔστι δὲ οὕτως, οὐκ ἔστιν· ἐγὼ γὰρ, τοῦ ἁγίου μάρτυρος ὑποβαλόντος, τὴν τῶν βαρβάρων φήμην ἀνεπλασάμην, ὡς ἂν διασκεδάσω τὸν ὄχλον ἐντεῦθεν, καὶ μεθ' ἡσυχίας ὑμεῖς τὰ περὶ τὴν κόσμησιν καὶ τὴν ἀσφάλειαν τοῦ ναοῦ μεριμ- C νήσητε. Οἱ δὲ τοῦ ἁγίου οἴκου λειτουργοὶ, καὶ οἱ φίλοι τοῦ ταῦτα εἰρηκότος ἀνδρὸς ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος εἶπον· Ὁ Θεὸς τοῦ ἁγίου καὶ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου εὐλογῆσαι καὶ πληθῦναι τὴν ζωήν σου ἐν ἀγαθοῖς· πρῶτον μὲν ὅτι τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ τῆς ἀσφαλείας τοῦ ναοῦ ὡς τέλειος Χριστιανὸς μεγάλως ἐφρόντισας· εἶτα δὲ ὅτι καὶ τὰς ἡμετέρας νῦν ψυχὰς ὡς ἐξ ᾅδου εἰς φῶς ἀνεζώγρησας, μηνύσας κατ' ἀληθὲς τῆς σῆς προσποιήσεως.

ρβ'. Νομίσαντες γὰρ ἀψευδῶς σε περὶ τῶν βαρβάρων διαβοῆσαι, μάρτυς ἡ ἀλήθεια, οὐδὲ τὰ ἐν χερσὶν ἑωρῶμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὅλῳ τῷ νοῒ τὰ περὶ τὸν πόλεμον φανταζόμενον· καὶ νῦν δὲ μετὰ προ- D θυμίας ἅπαντες τῶν ἐσπουδασμένων ἀντιληψόμεθα· ὡς δὲ σὺν τοῖς ὑπηρέταις τοῦ ναοῦ καὶ οἱ μετ' ἐκείνου νεώτεροι πιστῇ προθυμίᾳ περὶ τὴν κάθαρσιν τῶν κεκαυμένων, καὶ τὴν ἐκβολὴν τῶν ἀπηνθρακωμένων ἐπεβοήθουν, μειζόνως ᾐσθάνοντο τῆς βοῆς τοῦ πολέμου, καὶ τινὰ τῆς βαρβαρικῆς κραυγῆς σημεῖα διὰ τῆς εἰθάδος ἀκοῆς ἐπεγίνωσκον. Ὁ δὲ καὶ πάλιν αὐτοὺς θορυβουμένους ἰδὼν, Τί, φησὶν, ἵστασθε τοῦ ἔργου καταμελήσαντες ἐνεοί; Εἶπον ὑμῖν, τοῦ ναοῦ φροντίσατε, καὶ περὶ τοῦ πολέμου μηδένα λόγον ἔχετε. Ἐγὼ τοῦτον, ὡς προείρηκα, διευφήμησα, πλασάμενος ἑκοντὶ διὰ τὸ ἠρεμῆσαι

(73) Tum scilicet, cum incendium hoc cap. memoratum evenit, seu sæculo sexto senescente sequentisve initio Thessalonicam usque Sclavi non raro jam excurrerant, editisque pro more, apud Barbaros illos recepto, clamore celeberrimo illius civitatis incolas terruerant.

τοῦ ὄχλου τὸν οἶκον· νῦν οὖν ἀμεριμνοῦντες τῶν ἐν χερσὶν ὡς δοῦλοι τοῦ ἀθλοφόρου φροντίσατε.

cujus autem rei causa venistis ad me? Dicunt viri : Nos Dominus ad sanctitatem tuam misit, hæc tibi significans : Ocius exiens veni ad me ; civitas enim inimicis tradetur. Ego vero , cum id audivissem, turbatus, reique dictæ dolore confusus in manus meas surrexi, sursumque paulisper suspiciens misericordem illum ac commiserantem martyris, vere clementis civitatemque amantis, vultum mœstitia turbatum ac tristem esse aspicio, inclinatumque in terram, cumque multum temporis transiisset, silentiumque ineffabile factum esset, lacrymas ejus per genas illas, quæ divinitatis quamdam speciem præferunt, cadentes vidi, ita ut famulus viris diceret : Ut quid dominum meum dolore obruistis? Vere, si intentionem vestram præscivissem, vos ipsi haud denuntiassem. Tunc sanctus os suum, de Deo loqui solitum, aperiens, famulo dixit : Dimitte illos, conservi mei sunt, ac, quæ imperata sunt, ea et nuntiarunt.

152. Dixit autem eis : Verene hæc mihi significavit Dominus? Itane potentiæ ejus, ut talis civitas, tanto tempore ejus sudoribus venerandique lateris sanguine in fide ædificata, ab immitibus illis feris dilaceretur, est placitum? Hæccine misericordiæ ejus arrident? Responderunt viri : Nisi hæc ei essent placita, nos ad venerandam strenuitatem tuam haud misisset. Tunc Sanctus, vultum magis præ dolore demittens, caputque quietum, ac si deliberaret, longo tempore tenens , hoc magna cum anxietate dedit responsum ; gemebunda enim ejus loquela, remissaque linguæ vox ejus erga patriam commiserationem, quæ immodicam ei tristitiam ciebat, manifestam faciebat. Viris igitur respondit : Abeuntes , fratres, dicite misericordi Domino : Hæc dilectus tuus genuinusque servus Demetrius dicit :

153. Tu, Domine, et meus et civitatis et mundi universi es dominus, ac tanquam dominatum obtinens, mihi, ut hic cum servis tuis habitarem, injunxisti : qui igitur eos in tali necessitate relinquere ac abire possim, vel quo vultu patriæ meæ interitum aspiciam? Qualis autem mihi, civibus meis pereuntibus, vita est futura? Enimvero, uti iis gaudentibus spiritualiter aderam, ita nec eosdem periclitantes relinquam, imo vel iis servatis, servabor incolumis, vel pereuntibus commoriar. Etenim et tu ipsemet, ut ut Dominus exsistens, animam tuam pro ovibus, ut pastor, posuisti ; peccatis autem nostris, quia misericordia tua supra nos magna, itaque justa conversionem nostram, non mortem , vult, misericordiam tuam haud superari probe novi. Cum igitur, optime Domine, res omnes in potestate tua habeas, nobis, quod vis, facias ; ego enim, ut ante dixi, vel iis servatis, servabor incolumis, vel pereuntibus iisdem commorior.

154. Hæc benigno dicente martyre, anima mea

A ὑμῶν· τίνος δὲ ἕνεκεν ἐσκύλητε [ἐληλύθατε?] πρός με; Λέγουσιν οἱ ἄνδρες· Ὁ Δεσπότης ἀπέστειλεν ἡμᾶς πρὸς τὴν ἁγιωσύνην σου, ταῦτά σοι δηλώσας, Ταχέως ἐξελθὼν δεῦρο πρός με· ἡ πόλις γὰρ τοῖς ἐχθροῖς παραδίδοται. Ἐγὼ δὲ ἀκούσας ταραχθεὶς, καὶ συγχυθεὶς τῇ ὀδύνῃ τοῦ λόγου, ἀνέστην ἐπὶ τὰς χεῖράς μου, καὶ ἀνακύψας ὀλίγον, ὁρῶ τὸ φιλάνθρωπον καὶ συμπαθὲς ἐκεῖνο πρόσωπον τοῦ ὄντως οἰκτίρμονος καὶ φιλοπόλιδος μάρτυρος συγκεχυμένον τῇ λύπῃ καὶ κατάστυγνον, καὶ εἰς γῆν νενυκὸς, καὶ πολλῆς παρῳχηκυίας τῆς ὥρας, καὶ ἀφάτου γενομένης σιγῆς, εἶδον αὐτοῦ τὰ δάκρυα διὰ τῶν θεοειδῶν ἐκείνων παρειῶν καταβαίνοντα, ὡς τὸν ὑπηρέτην εἰπεῖν πρὸς τοὺς ἄνδρας, Τί τὸν κύριόν μου τῇ θλίψει κατεβαπτίσατε; Ἀληθῶς εἰ προεγνώκειν τὸν σκοπὸν ὑμῶν, B οὐκ ἐμήνυον ὑμᾶς αὐτῷ. Τότε τὸ θεολόγον αὐτοῦ ἀνοίξας στόμα ὁ ἅγιος, εἶπε τῷ ὑπηρέτῃ, Ἄφες αὐτούς· σύνδουλοί μού εἰσι, καὶ ἃ ἐκελεύσθησαν, ταῦτα καὶ ἀπήγγειλαν.

ρνβ'. Λέγει δὲ πρὸς ἐκείνους· Ἀληθῶς ταῦτά μοι δεδήλωκεν ὁ Δεσπότης; Οὕτω παρέστη τῷ κράτει αὐτοῦ, ἵνα τηλικαύτη πόλις, τοσαύταις γενεαῖς τοῖς ἱδρῶσιν αὐτοῦ, καὶ τῷ αἵματι τῆς τιμίας αὐτοῦ πλευρᾶς οἰκοδομηθεῖσα τῇ πίστει, νῦν ὑπὸ τῶν ἀνημέρων θηρίων τούτων διασπασθῇ; Ταῦτα τῇ φιλανθρωπίᾳ αὐτοῦ ἤρεσεν; Ἀπεκρίθησαν οἱ ἄνδρες, Εἰ μὴ ταῦτα παρέστη αὐτῇ, οὐκ ἂν ἀπέστειλεν ἡμᾶς πρὸς τὸ θεοτίμητον τῆς ψυχῆς σου. Τότε πλέον τῇ κατηφείᾳ σκυθρωπάσας ὁ ἅγιος, καὶ ἐν πολλῇ ὥρᾳ C κινῶν τὴν κεφαλὴν ὥσπερ ἦν βουλευόμενος, σὺν θλίψει πολλῇ ταύτην ἔδωκε τὴν ἀπόκρισιν· ἡ γὰρ πολυστένακτος αὐτοῦ λαλιὰ, καὶ ἡ κατισχνωμένη τῆς γλώττης φωνὴ ἐδήλου τὴν περὶ τῆς πατρίδος αὐτοῦ συμπάθειαν, ἄμετρον αὐτῷ τὴν λύπην γεννήσασαν· ἀπεκρίθη οὖν τοῖς ἀνδράσιν· Πορευθέντες, ἀδελφοὶ, εἴπατε τῷ ἀγαθῷ Δεσπότῃ· Ταῦτα λέγει ὁ οἰκεῖός σου καὶ γνήσιος δοῦλος Δημήτριος·

ρνγ'. Σὺ, Δέσποτα, κύριος εἶ κἀμοῦ καὶ τῆς πόλεως, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ ὡς ἔχων ἐξουσίαν ἐκέλευσάς μοι οἰκεῖν ἐνταῦθα μετὰ τῶν δούλων σου· πῶς οὖν δύναμαι καταλιπεῖν αὐτοὺς ἐν τηλικαύτῃ ἀνάγκῃ, καὶ ἀναχωρῆσαι, ἢ ποίῳ προσώπῳ θεάσωμαι τὴν ἀνάλωσιν τῆς πατρίδος μου; Ποία δὲ μοὶ ζωὴ τῶν πολιτῶν μου ἀπολλυμένων; Ἀλλὰ μᾶλλον D ὥσπερ, εὐωχουμένων αὐτῶν, πνευματικῶς συνήμην αὐτοῖς, οὕτω καὶ κινδυνευόντων αὐτῶν οὐκ ἀπολειφθήσομαι αὐτῶν· ἀλλ' ἢ σωζομένων αὐτῶν, συσσώζομαι, ἢ φθειρομένων αὐτῶν, συναποθνήσκω αὐτοῖς· καὶ σὺ γὰρ αὐτὸς, καίτοι Δεσπότης ὑπάρχων, τὴν ψυχήν σου τέθεικας ὡς ποιμὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων· ἐπίσταμαι δὲ ἀκριβῶς ὅτι οὐ νικήσουσιν αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν τὴν εὐσπλαγχνίαν σου, ὅτι τὸ ἔλεός σου μέγα ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ὁ θυμός σου ὁ δίκαιος τῆς ἐπιστροφῆς ἡμῶν χρῄζει, οὐδὲ τῆς φθορᾶς· ἔχων οὖν τὴν ἐξουσίαν ἁπάντων, ἀγαθὲ Δέσποτα, ὃ κελεύεις ποίησον εἰς ἡμᾶς· ἐγὼ γὰρ, ὡς προεῖπον, ἢ σωζομένων αὐτῶν, σώζομαι, ἢ διαφθειρομένων αὐτῶν, συναποθνήσκω αὐτοῖς.

ρνδ'. Ταῦτα τοῦ εὐσπλάγχνου λαλήσαντος μάρ-

τυρος, ἀνέσφηλε μικρὸν ἡ ταλαίπωρός μου ψυχὴ τῆς περιεχούσης αὐτὴν ὀδύνης. Ἀποκριθέντες δὲ δῆθεν οἱ ἄνδρες, λέγουσι τῷ ἁγίῳ· Ταῦτα κελεύεις εἰπεῖν ἡμᾶς τῷ Δεσπότῃ; Λέγει ὁ ἅγιος, Ναὶ, παρακαλῶ. Ἠρώτησαν ἐκεῖνοι, Τί οὖν οὐκ ἔρχῃ μεθ' ἡμῶν; Σκόπησον μὴ λυπηθῇ ὁ ἀποστείλας ἡμᾶς ὡς παρακουσθείς. Ἀπεκρίθη ὁ ἅγιος· Ἐγὼ οἶδα ὅτι ἀεὶ τὴν ὀργὴν αὐτοῦ προλαμβάνει ἡ φιλανθρωπία, καὶ τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ ἠκριβωμένος ἁρμόδιον αὐτῇ δέδωκα τὴν ἀπόκρισιν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἠσπάσατο τοὺς ἄνδρας, καὶ τὰς ἀργυρίας θύρας ἀποκλείσας, ἐν αἷς καὶ ἑστήκει, ἔνδον ἔμεινε, μὴ ἀναχωρήσας ἡμῶν χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. Καὶ εὐθέως ἐγὼ, ὁ ἁμαρτωλὸς, ἦλθον εἰς ἐμαυτόν· οὐδὲ γὰρ τέλεον ἐκοιμώμην. Ταῦτα τεθέατο ὁ κάλλιστος ἐκεῖνος ἀνὴρ καὶ φιλόθεος· παραχρῆμά τε διὰ τοῦ τείχους παντὸς διαδραμὼν, παρεθάῤῥυνε τοὺς πολίτας, τοῦτο μόνον λέγων αὐτοῖς, Θαρσεῖτε, ἀδελφοὶ, ὁ ἀθλοφόρος μεθ' ὑμῶν ἐστιν· ἐλπίζωμεν δὲ εἰς Χριστὸν, οὐχ ἅψεται ἡμῶν κακόν. Ἔκτοτε, ὡς προγέγραπται, καὶ τόλμαν ἀνδρείας οἱ τῆς πόλεως ἠμφιέσαντο, καὶ τῶν ἐχθρῶν κατεπειρῶντο οἱ μὴ τὴν φωνὴν πρῶτον ἀφιέναι δυνάμενοι τῷ μεγέθει τοῦ φόβου.

ρνε'. Εἰς ὕστερον δὲ τοῖς συνοικοτέροις ἰδίαν πᾶσαν τὴν ῥηθεῖσαν ὀπτασίαν τηλαυγῶς ἐξηγήσατο· καὶ τοῦτο ἀναγκασθεὶς, καὶ θλιβεὶς παρ' ἡμῶν εἰπεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν κατὰ τοῦ τείχους βαδίζων διεβεβαιοῦτο πᾶσι τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως. Ταῦτα ἐνδειξαμένου περὶ ἡμᾶς τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, καὶ ἀληθῆ τὴν ὀπτασίαν τοῦ πέρατος ἀποδείξαντος, τίνα αἶνον ἢ δοξολογίαν περὶ αὐτοῦ τῷ Θεῷ ἀντιδώσωμεν, ποίαν δὲ τιμὴν, ἢ εὔνοιαν τῷ μάρτυρι προσαγάγωμεν, ἰσόῤῥοπον τῆς αὐτοῦ πολυευσπλάγχνου προθέσεως, ὃς διὰ τοὺς ἀπείρους αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς οἰκτιρμοὺς τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐμιμήσατο, καὶ τὴν ψυχὴν τέθεικεν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀναξίων καὶ ἁμαρτωλῶν, καὶ οὐ μόνον τὴν Δεσποτικὴν κέλευσιν εἰς τὴν θεϊκὴν ἀφορῶν φιλανθρωπίαν διανεβάλετο, ἀλλὰ καὶ σὺν αὐτῷ θνήσκειν ἡμῖν ὁ πολυεύσπλαγχνος ἀπεκρίνατο; Ὢ ψυχῆς ἁγίας, καὶ φιλοπόλιδος, καὶ οἰκτίρμονος! Ὢ συνέσεως θεοπαρέσχου (?), καὶ βουλῆς θεαρέστου, καὶ οἰκονομίας ἁγιοπρεποῦς!

ρνς'. Ἐπειδὴ γὰρ ἠπίστατο τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην Θεὸν μὴ συναπολλύντα τὸν δίκαιον μετὰ ἀσεβῶν, μηδὲ ἐῶντα τὴν ῥάβδον τῶν [ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τῷ κλήρῳ τῶν δικαίων· ἑώρα δὲ καὶ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας, πᾶσαν ὑπερβαινούσας πρεσβείας δύναμιν, καὶ εὐλαβηθεὶς, ὡς οἶμαι, μὴ περὶ ἡμῶν ἱκετεύσας, παρακουσθῇ τὴν θεόδοτον ταύτην γνώμην, ἐβουλεύσατό τε καὶ διεπράξατο, μείνας ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ καὶ μὴ ἀναχωρήσας τῆς πόλεως, ἵνα μὴ αὐτὸς πάθῃ τι τῶν ἀτόπων, μηδὲ ἡ πόλις πειραθῇ τῶν ἐπηρτημένων κακῶν· ἀλλ' ὥσπερ στέφανον ἐκ χρυσίου νενοθευμένου γενόμενον, ἔχοντα λίθον τίμιον, ἕνα καὶ

A misera a dolore, qui eam detinebat, paulo convaluit. Respondentes autem, viri nempe, Sancto dixerunt: Hæcne Domino dicere nos jubes? Respondit Sanctus: Ita, obsecro. Rogarunt illi: Ut quid igitur haud venis nobiscum? Vide, ne qui nos misit, ad iram velut contemptus provocetur. Respondit Sanctus: Iram ejus semper a misericordia præoccupari novi, benignitatemque ejus perspectam habens, responsum huic accommodatum dedi. Ac cum hæc dixisset, viros salutavit, argenteisque, in quibus et steterat, portis clausis, intro mansit, a nobis Christi Dei gratia haud recedens (15). Atque ego peccator, statim ad me (neque enim omnino dormiebam) redii. Hæc vidit ornatissimus Deumque amans vir ille, statimque per domos omnes discur-
B rens civibus fiduciam addebat, eis duntaxat dicens: Confidite, fratres, certaminum Victor vobiscum est; speremus autem in Christum, nec tanget nos malum. Ex tunc, ut supra scriptum est, qui civitatis erant, et fortitudinis audaciam induerunt, et, cum vocem primum præ timoris magnitudine edere haud potuisent, inimicos invadebant.

155. Tandem autem familiarioribus suam omnem visionem prædictam luculenter exposuit, idque, cum a nobis, ut causam, ob quam mœnia adiens civitatis salutem omnibus affirmasset, edicere coactus atque impulsus fuisset. Cum hæc nobis gloriosissimus martyr Demetrius exhibuerit, veramque
C fuisse visionem finis ostenderit, quam ea de re laudem gloriamve Deo retribuamus? Quem vero honorem affectumve ob misericordis voluntatis ejus magnitudinem deferamus martyri, qui per infinitas suas erga nos miserationes Dominum nostrum ac Deum Jesum Christum imitatus est, animamque pro nobis indignis ac peccatoribus posuit, nec tantum Dominico decreto ad divinam misericordiam respiciens moras injecit, verum etiam una cum hoc nobiscum se moriturum multum misericors respondit? O sancta civitatemque amans ac misericors anima! o intellectus Deo gratus, voluntasque Deo placens, ac, quæ Sanctum decet, providentia!

156. Cum enim, rerum omnium Dominum Deum
D una cum injustis justum non perdere, nec in justorum sorte relinquere peccatorum virgam, perspectum haberet; esse autem et peccata nostra omnem intercessionis vim excedentia videret, atque, ut opinor, ne pro nobis intercedens non audiretur, veritus, datum illud divinitus in domo sua manendi civitateque non excedendi, ne quid ipse insolitum pateretur, civitasque quidquam malorum impendentium experiretur, consilium et inivit et exsecutioni mandavit. Verum, quemadmodum coronam, quæ lapidem pretiosum unum ac solum in parte ante-

(15) Hic præsens caput, prout apud nos e bibliotheca Vaticana codice 797 descriptum exstat, terminatur; verum, prout ex altero Vaticanæ itidem bibliothecæ codice 821, e quo hic editur, descriptum pariter apud nos exstat, ea præterea, quæ hic sequuntur, complectitur, uti etiam prout in codice olim Mazarinæo exhibetur.

riori habet, ex auro adulterino factam, igne id expurgnare procuratore domus volente, domus dominus ad auri adulterini expurgationem, ne ignis, aurum purgans, margaritæ simul splendori officiat, haud tradiderit, ita et tunc, cum infinitis nos mortibus propter multa scelera nostra digni essemus, civitatem Dominus haud perdidit, ne quid indigni cohabitanti nobis certaminum Victori accideret.

A μόνον κατὰ τὸ ἔμπροσθεν, θέλοντος τοῦ διοικητοῦ τῆς οἰκίας πυρὶ τοῦτον καταχωνεῦσαι πρὸς κάθαρσιν τοῦ κεκιβδηλευμένου χρυσοῦ, ὁ οἰκοδεσπότης οὐ συνεχώρησεν, ἵνα μὴ τὸν χρυσὸν καθαῖρον τὸ πῦρ τῇ λαμπρότητι τοῦ λίθου διαλυμαίνοιτο· οὕτω καὶ τότε, μυρίων θανάτων ἀξίων ὄντων ἡμῶν διὰ τὰ πολλὰ ἡμῶν πλημμελήματα, οὐ κατέφθειρε τὴν πόλιν ὁ Κύριος, ἵνα μή τι τῶν ἀναξίων συνοικοῦντι ἡμῖν τῷ ἀθλοφόρῳ προσγένηται.

157. At vero, dilecti, impense omnes oremus, viasque nostras secundum Dei voluntatem ambulemus, quo ad finem usque precibus atque operibus certaminum Victorem cohabitatorem retineamus. Nos enim. hoc facto, et divinam assidue, quæ nos servet, contraque inimicos primum quidem spirituales, deinde vero etiam sensibiles muniat, ac pœna æterna eripiat regnoque cœlesti donet, benevolentiam habebimus. Obsecro autem, fratres, ut cœtus vester, a Deo congregatus, ad misericordem Deum et pro civitate nostra, a Deo custodita, et pro universa pia Christianorum republica e tota anima ac virtute clamet, utque etiam. veluti abortivi, humilitatis meæ recordemini, maximam mihi hanc gratiam retribuentes, quod civis nostri et patroni ac post Deum domini, gloriosissimi dico martyris Demetrii, misericordes perenniterque memorandas miraculorum patrationes, etsi ex parte tantum, veritate tamen, prout fas fuit, servata, a me conscriptas, auribus vestris, Deum martyresque amantibus, proposuerim, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo regi Deo et Patri cum ipsius vivificante et sancto Spiritu gloria et honor et adoratio ab omni creatura tribuitur ab initio et nunc et semper et in sæcula sæculorum (16). Amen.

ρνζ'. Ἀλλ' ἐκτενῶς ἅπαντες δεηθῶμεν, ἀγαπητοὶ, καὶ τὰς πορείας ἡμῶν εἰς θεαρεσκίαν ὁδηγήσωμεν, ὡς ἂν μέχρι τέλους εὐχαῖς καὶ ἔργοις τὸν ἀθλοφόρον περικρατήσωμεν σύνοικον. Τούτου γὰρ ἡμῖν κατωρθωμένου, καὶ τὴν θείαν ἀνενδοιάστως εὐμένειαν ἕξομεν σώζουσαν ἡμᾶς, καὶ τειχίζουσαν κατὰ τῶν νοητῶν
B πρῶτον πολεμίων, ἔπειτα καὶ τῶν αἰσθητῶν, καὶ ῥυομένην ἡμᾶς τῆς αἰωνίου κολάσεως, καὶ προξενοῦσαν τὴν βασιλείαν ἡμῖν τὴν οὐράνιον. Παρακαλῶ δὲ ὑμῶν, ἀδελφοὶ, τὴν θεοσύλλεκτον ἐκκλησίαν ἐκ πάσης ψυχῆς καὶ δυνάμεως ἐκβοῆσαι πρὸς Θεὸν τὸν οἰκτίρμονα περί τε τῆς θεοφυλάκτου ἡμῶν πόλεως, καὶ περὶ τοῦ παντὸς τῶν Χριστιανῶν εὐσεβοῦς πολιτεύματος, καὶ ὡς περὶ τοῦ ἐκτρώματος μνήσθητε καὶ τῆς ἐμῆς ταπεινώσεως, ταύτην μοι μεγίστην ἀντιδόντες τὴν χάριν, ἀνθ' ὧν τοῦ πολίτου καὶ προστάτου καὶ μετὰ Θεὸν δεσπότου ἡμῶν, τοῦ πανενδόξου, λέγω, μάρτυρος Δημητρίου, τὰς φιλανθρώπους καὶ ἀειμνήστους θαυματουργίας, κἂν ἐν μέρει, πλὴν φιλαληθῶς ὡς ἐνέστη, συγγραψάμενος, ταῖς φιλοθέοις ὑμῶν παρεθέ-
C μην καὶ φιλομάρτυσιν ἀκοαῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ βασιλεῖ Θεῷ καὶ Πατρὶ, σὺν τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις ὑπὸ πάσης κτίσεως ἀναπέμπεται ἀπ' ἀρχῆς, καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(16) Ita Joannes Thessalonicensis lucubrationem suam terminat, binis duntaxat, quæ ad bellum spectant sanctumque Demetrium illustrant, argumentis expositis, quorum alterum quidem cap. 12, alterum vero cap. præsenti, hocque proxime prægressis duobus aliis absolvit. Atque ea quidem, quæ ibidem tractat, Joanne nondum episcopo, gesta fuere; plura autem, cum jam episcopus esset, in Thessalonicensium, ab inimicis pressorum, gratiam a sancto Demetrio patrata fuere prodigia quæ tamen auctor ille in litteras haud misit. Ita ipsemet supra cap. 12 non obscure declarat. Audi etiam, qui auctor, qui Joannis Thessalonicensis lucubrationem continuavit, in codice olim Mazarinæo, pag. 135, statim post verba, quibus hanc terminatam hic vides, loquatur : Διανύσας, inquit, παμμακάριστος Πατὴρ, ὁ ὁμώνυμος καὶ τρόποις καὶ ἔργοις καὶ ζηλωτὴς τοῦ παρθένου καὶ ἠγαπημένου Ἰωάννου μετὰ τὰς πλείστας αὐτοῦ διδασκαλίας, τὰς θεοδότους καὶ πάντα ὑπερβαινούσας λόγον θαυματουργίας τοῦ ὡς ἀληθῶς σωσιπόλιδος καὶ ἀθλοφόρου τοῦ Χριστοῦ Δημητρίου, ὡς ἐν αὐτῇ αὐτοῦ ἐμφέρεται θέσει, ἐν μέρει συνεγράψατο, ὡς οἶμαι, μὴ φθάσας καὶ τὰς ἐπὶ τῶν χρόνων αὐτοῦ γεγεννημένας τῇ καθ' ἡμᾶς μεγαλοπόλει τῶν βαρβάρων ἀφάτους πολιορκίας συντάξαι, ἢ διὰ τὸ πλησίον τῆς αὐτοῦ ἀφ' ἡμῶν πρὸς Θεὸν ἀποδημίας ταύτας γεγενῆσθαι, ἢ μᾶλλον καὶ ταύτας παρ' αὐτοῦ συγγραφείσας τοὺς μετ' αὐτὸν ἱερέας ἀποκρύψαι. « Beatissimus Pater noster, qui nominis ejusdem est, moribusque et operibus virginem dilectumque Joannem secundum ejus dogmata, numero plurima, æmulatur, datas a Deo sermonemque omnem superantes civitatis vere Servatoris Christique certaminum victoris Demetrii miraculorum patrationes terminans, eas duntaxat, uti ex ipsa ejus depositione intelligitur, ex parte conscripsit, ad ineffabiles etiam, ut opinor, quæ temporibus ejus magnæ civitati nostræ obvenere, Barbarorum obsidiones conscribendas non veniens, vel quod prope ejus a nobis ad Deum migrationem gestæ sint, vel potius quod illas, ab eo conscriptas, archiepiscopi, qui eum excepere, absconderint. » Joannes ergo obsidiones Thessalo-
D nicenses temporibus suis factas, miraculisque sancti Demetrii illustratas, in litteras haud misit, uti ex hisce jam recitatis scriptoris anonymi, qui eum continuavit, verbis liquet; cum autem, per tempora Joannis. non ea, quæ integram ejus ætatem, sed quemadmodum ex iis quæ infra lucubrationis suæ, proxime hic subjectæ, initio scribit, colligere fas est, episcopatus ejus durationem fuerint complexa, duntaxat intelligat, apertissime sane indicat, civitatis Thessalonicensis obsidiones, cum Joannes jam esset Thessalonicensis archiepiscopus, evenisse, easque tamen ab eo omnes litteris haud esse commendatas. Cæterum Joannem Thessalonicensem lucubrationis, quam ejus nomine jam dedimus, vere esse auctorem, etiam collige e verbis proxime recitatis scriptoris anonymi, qui ea præfationis in modum lucubrationi suæ præmittit una cum aliquot aliis. hic non transcribendis, quibus sese Joannis Thessalonicensis lucubrationem jam datam continuaturum edicit.

MIRACULORUM LIBER II

AUCTORE ANONYMO.

CAPUT PRIMUM.

Sclavi ab obsidione Thessalonicensi, apparente sancto Demetrio, deturbantur, duxque illorum capitur, ac deinde etiam occiditur (17).

ρνη'. Ἐγένετο τοίνυν, ὡς εἴρηται, ἐπὶ τῆς τοῦ A ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ ἐπισκοπῆς Ἰωάννου τὸ τῶν Σκλαβίνων ἐπαρθῆναι ἔθνος, πλῆθος ἄπειρον συναχθὲν ἀπό τε τῶν Δρογουβιτῶν, Σαγουδατῶν, Βελεγεζητῶν, Βαιουνητῶν, Βερζητῶν, καὶ λοιπῶν ἐθνῶν, πρώτως ἐφευρόντων ἐξ ἑνὸς ξύλου γλυπτὰς νῆας κατασκευάσαι κατὰ θάλασσαν ὁπλισαμένους, καὶ πᾶσαν τὴν Θετταλίαν καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους καὶ τῆς Ἑλλάδος, ἔτι μὴν καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους καὶ τὴν Ἀχαΐαν πᾶσαν, τήν τε Ἤπειρον καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ Ἰλλυρικοῦ καὶ μέρος τῆς Ἀσίας ἐκπορθῆσαι, καὶ ἀοικήτους . . . . . πλείστας πόλεις καὶ ἐπαρχίας ποιῆσαι, βουλεύσασθαί τε ὁμοθυμαδὸν καὶ κατὰ τῆς εἰρημένης ἡμῶν φιλοχρίστου ταύτης πόλεως παρατάξασθαι, καὶ ταύτην, ὡς τὰς λοιπὰς, ἐκπορθῆσαι· B εἶτα δὲ καὶ ἐπὶ τούτοις ὁμογνώμονες γενόμενοι, ἅσπερ κατεσκεύασαν ἐκ μονοδένδρων γλυπτὰς νῆας, ἀπείρους τὸν ἀριθμὸν ὑπαρχούσας, κατὰ τὸ πρὸς θάλατταν κατεστρατοπέδευσαν μέρος· τὸ δὲ λοιπὸν ἀναρίθμητον πλῆθος διά τε ἀνατολῆς, ἄρκτου καὶ δύσεως, δι' ὅλων τῶν μερῶν τὴν θεοφρούρητον ταύτην περιστοιχῆσαι πόλιν μεθ' ἑαυτῶν ἐπιξύνους ἔχοντες τὰς ἑαυτῶν γενεὰς μετὰ καὶ τῆς αὐτῶν ἀποσκευῆς, ὀφείλοντας ἐν τῇ πόλει μετὰ τὴν ἅλωσιν τούτους ἐγκαταστῆσαι.

158. Sub beatæ igitur memoriæ Joannis (18) episcopatu est factum ut, quemadmodum dictum est, Sclavorum gens, numero infinito et ex Drogobitis, Sagodatis, Belegezetis, Bæonitis, Berzitis, reliquisque quæ primum uno ex ligno naves præparare didicerant nationibus (19) congregata insolesceret, adeo ut per mare pugnans Thessaliamque omnem ac sitas prope illam et Græciæ insulas, quin adhuc et Cycladas insulas omnemque Achaiam atque Epirum totumque fere Illyricum atque..... civitates ac provincias habitatoribus vacuas efficeret (20), simulque universa et præfatam hanc nostram Christi amantem civitatem oppugnare, eamque, ut reliquas, deprædari meditaretur. Deinde vero, cum et in hisce ejusdem essent opinionis facti, naves, numero exsistentes infinitas, quarum singulas uno ex ligno pararant, juxta plagam, quæ ad mare sita est, locarunt; reliqua vero multitudo innumera et ab oriente, septemtrione et occidente custoditam hanc a Deo civitatem omni ex parte circumdare cœpit, familias suas promiscuas una cum earumdem supellectile, in civitate post expugnationem sedem fixuras (21), secum habens.

(17) Ut quo tempore anonymus libri hujus auctor floruit, exploratum utcunque habeas, adi C Commentarium prævium num. 24. Caput præsens, a quo lucubrationem suam inchoat, in codice olim Mazarinæo, e quo hic lectori id exhibetur, a fol. 136 usque ad fol. versum 144 extenditur, sequentemque hunc, Περὶ τῆς κατασκευῆς τῶν Δραγουβιτῶν, Σαγουδατῶν, Βελεγιζιτῶν, καὶ τῶν λοιπῶν, *De Dragobitarum, Sagodatarum, Belegizitarum reliquorumque navium apparatu*, præfert in capite titulum; ego autem, quem argumento aptius congruere existimavi, alium ei substitui.

(18) Auctor certe non de alio Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo, quam de quo verbis, ad not. 16, col. 1323, insertis, unaque cum aliquot aliis lucubrationi suæ præfationis in modum præmissis, fuit locutus, sermonem hic instituit; quare cum jam dati de sancti Demetrii miraculis libri Joannes ille (adi mox dictum Adnotatum) auctor sit, hicque certe, uti apud Lequienum tom. II *Orientis sacri*, col. 40 et binis seqq., videre licet, non citius, quam anno 650 ad cathedram Thessalonicensem fuerit promotus, verosimillimeque ante annum 700 obierit, consectarium ex hoc loco fit, ut, quæ præsenti capite narrantur, sæculo septimo, media sui parte jam elapso, evenerint. Et vero vel sub Constantino Pogonato vel Justiniano, hujus nominis secundo, qui tunc Romani imperii habenas moderati sunt, isthæc collocanda esse, vel ex eo verosimillimum evadit, quod duo hi principes contra nationes barbaras, imperio Romano in Europa infestas, bellum gesserint, uti ex Theophane, Cedreno, Zonara, aliisque Græcorum historicis passim obviis intelligitur.

(19) Hæc diversarum Sclavicæ gentis nationum seu tribuum nomina, nec apud historiæ Byzantinæ seu imperii Orientalis scriptores, nec alibi uspiam expressa invenire quivi. Nec est tamen, cur propterea auctoris anonymi, qui ea hic commemorat, fides suspecta habeatur, maxime cum dubitandum non sit, quin amplissima lateque extensa Sclavorum gens varias in nationes seu tribus distributa fuerit, nec ullus inveniatur auctor, qui ea recensere aut ex instituto debuerit, aut etiam qualicunque ex causa propositum sibi habuerit.

(20) Quam veritati consona exsistant, quæ hic scriptor noster memoriæ prodit, haud difficulter quisque deprehendet, qui res, sub Constantio tertio, Constantino Pogonato et Justiniano secundo, D Orientis imperatoribus, gestas atque a Simocatta aliisque scriptoribus ad posteritatem transmissas, evolverit, pauloque accuratius expenderit.

(21) Et hoc, quod hic auctor noster anonymus memoriæ prodit, a veritate historica neutiquam abhorret, cum nationes Sclavicas iis in locis, quæ seu armis seu aliter occupassent, non raro etiam, inquilinis pulsis, sedes fixisse, e supra laudatis aliisque historicis habeatur compertum.

159. Lacrymæ tunc erant fluminis in modum A effusæ, ejulatusque omnis civitatis populi, quod ineffabiles civitatum devastationes cædesque ac captivitates infinitas factas, de suo etiam interitu omni prorsus ex parte inaudiens, intellexisset, solo auditu emortui, præsertim quidem quod neque indigenarum navigia, vel ad ea ex locis quæ vicina erant, servanda, vel ad portus, hic exsistentis, ostium custodiendum relicta essent residua; timor vero civibus a Christianis iis qui, cum in crudelis illius conflictus experimento captivi facti fuissent, aufugerant magis incuteretur. Ac tunc et timidorum et fortium unus erat animus, præque oculis quisque vel captivitatis acerbitatem vel mortem habebat, aliter secundum divinum Eloquium: « Si quis B vos persequatur, e civitate illa fugite in aliam [11], » quo fugeret non habens, quod omnis Sclavorum gens barbara civitatem non secus ac corona mortifera cinxisset. Verum qui nostrum peccatorum mortem non vult, sed conversionem et vitam, neque hac in re servi sui vere genuini nostrum indignorum curatoris, memorandi perpetuo martyris Demetrii preces despexit, sed et in tali obsidione miracula ante patrata iteravit.

ρνθ'. Καὶ ἦν τότε δάκρυα ποταμόῤῥειθρα ἐκχεόμενα καὶ οἰμωγαὶ τοῦ παντὸς τῆς πόλεως λαοῦ, ἐκ τῆς ἀκοῆς μόνης νεκρωθέντος, διὰ τὸ ἀκηκοέναι αὐτοὺς τὰς ἀφάτους τῶν πόλεων ἐκπορθήσεις καὶ τὰς γεγενημένας ἀπείρους κατασφαγὰς καὶ αἰχμαλωσίας, καὶ ὅτιπερ παντὶ πανταχοῦ ἐπὶ τῇ ἑαυτῶν ἀπωλείᾳ εὐδοκιμήσαντας· ἄλλως τε δὲ μὴ ὑπολειφθῆναι πλοῖα τῶν ἐγχωρίων, ἢ ἐκ τῶν γεγενημένων πλησίον χώρων σεσῶσθαι, ἢ ὑπάρχειν πρὸς παραφυλαχὴν τοῦ στομίου τοῦ ἐνταῦθα λιμένος· δειλίαν δὲ πλείω θέσθαι τοῖς πολίταις ἐκ τῶν ἀποφύγων Χριστιανῶν τῶν ἐν πείρᾳ τῆς αὐτῆς ἀνηλεοῦς παρατάξεως γεγενημένων αἰχμαλώτων· καὶ ἦν τότε καὶ τῶν δειλῶν καὶ τῶν ἀνδρείων ἡ ψυχὴ μία, καὶ ἕκαστος πρὸ ὀφθαλμῶν τὸ πικρὸν τῆς αἰχμαλωσίας ἑώρα ἢ θάνατον, οὐκ ἐχόντων ἑτέρως ποῦ φυγεῖν κατὰ τὸ θεῖον λόγιον τὸ φάσκον· « Ἐάν τις ὑμᾶς διώκῃ, ἐκ τῆς πόλεως ταύτης φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν, » διότι καθάπερ στεφάνη θανατηφόρος τὸ βάρβαρον ἅπαν Σκλαβίνων τὴν πόλιν περιετείχει. Ἀλλ' ὁ μὴ βουλόμενος ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὸν θάνατον, ἀλλὰ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ τὴν ζωήν, οὐδὲ ἐν τούτῳ ὡς ἀληθῶς γνησίου αὐτοῦ δούλου, τοῦ κηδεμόνος ἡμῶν τῶν ἀναξίων, τοῦ ἀειμνήστου μάρτυρος Δημητρίου τῶν πρεσβειῶν παρήκουσεν, ἀλλὰ πρώτην καὶ τοιαύτῃ πολιορκίᾳ ἐπίσκεψιν τῶν θαυμάτων ἐποιήσατο.

160. Cum enim Sclavorum gens, ut simul universa ac improviso in murum irrumperet, omnia composuisset, Sclavi, qui in navibus erant, desuper hasce quo cum in murum essent moturæ, remiges illæsos ab iis qui e mœnibus lapides telave adversus eos ejacularentur, servarent, tabulisque, et ut C vocantur, pellibus cooperiendi consilium cepere. Atque hæc prima ipsis..... e superiori nutu per Martyrem injecta fuit stupiditas, ut haud recto cursu ad civitatem, sed ad sinuosum quemdam stationis Cellarion antiquitus vocatum locum accesserint, eo appellentes, ut quod meditati erant, fallaciæ opus executioni mandarent, cumque hoc ibidem Barbari detinentur, accidit ut qui civitatis erant, paulum audaciæ, utpote remissione quapiam ipsis facta, receperint, quosdamque in portu, quibus et catenam apposuerunt, e lignis gradus exstruxerint; cumque similiter et femora sua, acutas quasdam virgas, quarum aliæ e lignis spathæ in modum acuminatæ erant, manu ferentes, resoluto, nec fulgorem emittente ferro vestiissent, interius D autem ligneas ad transfretandum naves, quas cubaias vocabant, catenis contentas ad portus ostium defixissent, aditum ad futurum conflictum aperuerunt.

ρξ'. Σύνταξιν γὰρ τοῦ παντὸς τοῦ Σκλαβίνων ἔθνους ποιησαμένων, ὁμοθυμαδὸν καὶ αἴφνης προσβαλεῖν τῷ τείχει, οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν ὄντες Σκλαβῖνοι σκέψιν ταύτην ἐποιήσαντο ἐφ' ᾧ ταύτας ἐπάνωθεν σανίσι τε καὶ ταῖς λεγομέναις βύρσαις σκεπάσαι, ὅπως τῷ τείχει μελλούσας προσορμῆσαι, ἀπλήγας τοὺς ἐλάτας ἐκ τῶν ἀπὸ τῶν τειχέων λίθους ἢ ὅπλα ἀκοντιζόντων κατ' αὐτῶν φυλάξειν· καὶ αὕτη . . . . πρώτη ἐκ τῆς ἄνω ῥοπῆς δέδοται αὐτοῖς διὰ τοῦ μάρτυρος ἡ δειλία, εἰς τὸ μὴ εὐθυδρόμως προσπελάσαι τῇ πόλει, ἀλλ' εἰς τόπον κολπώδη ὁρμίσεώς τινος ὑπαρχούσης τὸ ἐπικληθὲν ἐξ ἀρχαίων Κελλάριον, ἐκεῖσε παραγενόμενοι ἐφ' ᾧ τὸ μελετηθὲν αὐτοῖς ἐκπληρῶσαι τῆς τέχνης ἔργον, κἀκεῖσε ἐπὶ τοῦτο τῶν βαρβάρων ἐνασχοληθέντων μικρὸν θάρσους τοὺς τῆς πόλεως ἀναλαβεῖν, ὡς βραχείας ἐνδόσεως αὐτοῖς γεγενημένης, καὶ κατασκευάσαι τινὰς ἐκ ξύλων βάσεις ἐν τῷ λιμένι, ἐν αἷς τὴν ἀπόθεσιν τῆς ἁλύσεως ἐποιήσαντο, καὶ μηροὺς δὲ ὡσαύτως ἐξ ἀναλύτων σιδήρων ἑαυτοὺς ἀμπέχοντας σκιοειδῶν τινας ὀξείας φέροντας ῥάβδους, ἑτέρας δὲ ἡλωτὰς σπαθοειδεῖς ἐκ ξύλων ἐξεστώσας, ἐνδότερον δὲ τούτοις τὰς ἐπὶ παρακομιδῇ ξυλᾶς [ξυλίνας] τυχούσας νῆας, ἅσπερ κυβαίας ἐκάλουν, ἀνάψαντες δι' ἀγκύρων συνεχομένας κατὰ τὸ στόμιον τοῦ λιμένος προσηλωθείσας, δίοδον πρὸς τὴν μέλλουσαν παράταξιν ἐποιήσαντο.

161. Vallem autem prope memorabile admodum incontaminatæ Deiparæ templum, cum locus ille, uti omnes norunt, muro munitus haud esset, ex-

ρξα'. Τάφρον δὲ τότε πρὸς τῷ πανυμνήτῳ τεμένει τῆς ἀχράντου Θεοτόκου τοῦ ὄντος πρὸς τῷ αὐτῷ λιμένι ἐποιήσαντο, ἀτειχίστου τοῦ τοιούτου καθεστῶ

[11] Matth. x, 23.

τος τόπου, ὡς ἅπαντες ἐπίστανται, καὶ ἡ τῶν πουλπίτων διὰ γωνατίων ἡλωτῶν μηχανὴ κατεσκεύαστο ἐν τῇ γῇ κρυφηδὸν ἀποτεθέντων, ἐξ ὀλίγης ὕλης τινὸς σκευασθέντων, ὅπως τῇ τῶν τοιούτων ὀργάνων ἀορασίᾳ οἱ τὴν ὁρμὴν τῆς ἐπιβάσεως ποιεῖσθαι μέλλοντες πολέμιοι ἐν αὐτοῖς ἐμπαρῶσι, καὶ ἐν τῷ ἐκεῖσε δὲ μόλῳ καὶ αὐτῷ ἀτειχίστῳ τότε διὰ σανίδων καὶ ξύλων τινῶν, ὡς μέχρι στήθους τειχίσαι, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τῶν ἄλλων μαγγάνων ἀμυντήρια τὰ πρὸς παράταξιν ἤτοι ὄργανα κατεσκευάσθησαν· καὶ λοιπὸν τὴν ἐλπίδα πᾶσαν εἰς Θεὸν καὶ εἰς τὸν ὑπερασπιστὴν τῆς πόλεως Δημήτριον ἀναθέμενοι, τῆς ἑαυτῶν προθυμίας τὸ σπουδαῖον ἐπεδείκνυντο παραθαῤῥύνοντες τοὺς ἀσθενεστέρους τὸν λογισμὸν ἐπὶ τῇ ἐλπιζομένῃ τοῦ πολέμου παρατάξει.

ρξβ'. Καὶ τριῶν οὕτω διαδραμουσῶν ἡμερῶν καὶ τῶν Σκλαβικῶν νηῶν, ὡς ἀπὸ μιλίων δύο τοῦ τείχους παραπλεουσῶν, καὶ τόπους εὐαλώτους ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας κατασκοπούντων, τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ σὺν τῇ τοῦ ἑωσφόρου ἀναβάσει ἅπαν τὸ βάρβαρον φῦλον ὁμοθυμαδὸν ἀνακράξαν ἐκπάντοθεν τῷ τείχει τῆς πόλεως προσέβαλον, οἱ μὲν διὰ πετροβόλων κατεσκευασμένων λίθους ἀκοντίζοντες, ἄλλοι προσάγοντες κλίμακας πρὸς τῷ τείχει ἐκπορθεῖν ἐπειρῶντο, ἄλλοι ἐν ταῖς πύλαις πῦρ ἀποκομίζοντες, ἕτεροι βέλη καθάπερ νιφάδας χειμερινὰς τοῖς τείχεσιν ἀπέπεμπον· καὶ ἦν θεωρεῖν τὸ παράδοξον ἐκεῖνο τῶν ὅπλων νέφος, καθάπερ χαλαζοτόκος πληθὺς τὰς τοῦ ἡλίου ἀκτῖνας συσκιάζει, οὕτω τὸν ἀέρα τοῖς τοξεύμασι καὶ ταῖς βολαῖς τῶν λίθων καλύψαν.

ρξγ'. Τῆς οὖν τοιαύτης καὶ τηλικαύτης προσβολῆς γενομένης, οἱ τῷ πλωΐμῳ τῶν βαρβάρων εὔτολμοι καὶ πρὸς παράταξιν ἀνδρειότεροι δρόμῳ σὺν ταῖς ναυσὶ πρὸς τοὺς παρ' αὐτῶν συνοραθέντας προσήγγισαν τόπους, οἱ μὲν εἰς τὸν πρὸς δύσιν τῆς ἐκκλησιαστικῆς σκάλας πύργον, ἔνθα καὶ παραπύλιον ὑπάρχει, οἱ δὲ πρὸς τὸ ἀτείχιστον μέρος, ἔνθα ἡ σούδα καὶ ἡ τῶν κρυπτῶν τῶν τελλων λεγομένων ἡλωτῶν ἐτύγχανεν μηχανή, οἱ μὲν ἐλπίδα προσδοκίας τεθεικότες, ὡς ἀγνώστων αὐτοῖς τῶν τοιούτων ὀργάνων, ἐκεῖθεν εἰσέρχεσθαι, οἱ δὲ ὡς εὐτελέστερον τὸ λεχθὲν ὑπάρχον παραπύλιον τοῦτο κατεάξαι καὶ δι' αὐτοῦ τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν ποιήσασθαι. Τότε δὴ τότε ἅπασα ἡ πόλις ἀντὶ πετρῶν καὶ βελῶν τὰ δάκρυα ὡς ὀμβροτόκους νεφέλας πρὸς τὸν πάντων Δεσπότην καὶ Θεὸν ἐξέχεον, λέγοντες· Καὶ τὰ νῦν ἐξελοῦ ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, ἐκ τῆς παγίδος τῶν θη-

struxerunt, pulpitorumque e clavatis muricibus (22), latenter in terra reconditis, exigua quadam e materia factis, machina, ut in eos inimici, cum agressionis impetum facturi essent, ferramenta hujusmodi haud videntes, impingerent, præparata fuit, atque in eo qui ibidem est, portu et ipso muris tunc haud munito, e tabulis lignisque quibusdam, ita ut et pectus tutarentur, instrumenta propulsatoria reliqua seu ad conflictum instrumenta fuere confecta, ac tandem, spe omni in Deum civitatisque defensorem Demetrium reposita, animo imbecillioribus sperato belli successu fiduciam addentes alacritatis suæ studium manifestum fecere.

162. Ac cum dies tres ita essent elapsi, Sclavicæque naves duorum circiter milliarium spatio a mœnibus navigarent, diebusque singulis loca expugnatu faciliora, unde eorum, quæ sperabant, deprædationem facerent, specularentur, die quarta, statim atque aurora illuxit, universa simul Barbarorum gens, clamore undique sublato, in civitatis murum irrupit, hi quidem e paratis petrobolis lapides ejaculantes, illi scalas adducentes, murum superare conabantur, alii portis ignem admovebant, alii tela, non secus ac hiemales nives, confertim cadentia in mœnia, emittebant, eratque videre mirandum illum telorum nimbum, quemadmodum grandinis multitudo solis radios offuscat, ita aerem sagittis lapidumque ejectionibus obtegere.

163. Cum itaque talis ac tantus impetus factus esset, illi qui e Barbaris navigatione audaciores atque ad pugnandum fortiores erant, navibus ad loca quæ ab ipsis conspecta erant, cursim accesserunt, alii quidem ad ecclesiasticæ scalæ (23), ubi et portella exsistit, turrim, occidentem versus sitam; alii vero ubi et suda (24), et quæ occulta erant, teilorum (25), ut vocantur, clavatorum machina exsistebat, ad plagam muris destitutam, hi quidem, utpote instrumentis hujusmodi eos latentibus, exspectationis spe concepta, fore ut illac ingrederentur; illi vero, quod prædictam illam portellam perrumpere facile esset, fore ut per illam civitatis expugnationem perficerent. Tum illico civitas tota lapidum ac telorum loco lacrymas velut imbriferas nebulas ad rerum omnium Dominum ac Deum effudit dicens : Et nunc, o Deus, e venantium laqueo

(22) Significationem, quæ vocabulis πούλπιτον et γωνάτιον hoc in sensu conveniat, nuspiam hisce adaptatam inveni; ex orationis tamen contextu visum est postremum vocabulum Latine interpretari *murex*; cujus vocis significationem ut apprime explanatam invenias, adi Lipsium Poliorceuticωn lib. v, dialog. 3, inveniesque etiam ex iis quæ ibidem is scriptor in medium adducit, primum e dictis vocabulis idem fortassis, quod Latine *vallum cæcum*, significare.

(23) Ita indubie locus quispiam, qui vel intra vel extra Thessalonicam situs erat, appellatus fuerit.

(24) Thessalonicenses eo loco, quo destituta muro Thessalonica erat, contra Sclavorum vim exstruxisse vallum, num. 171 auctor retulit; vallum autem tribus constabat, fossa nempe, aggere, et sudeto seu facto e sudibus acutis sepimento; quare cum hic auctor loquatur de *souda*, eo loco, quo muris destituta erat Thessalonica, exsistente, vocabulum illud idem significare autumo, quod *sudetum*; licet autem nec hoc in Lexicis occurrat, apud scriptores tamen id in usu esse, liquet ex iis, quæ laudatus Lipsius loco cit. profert.

(25) Idem fere hic per vocem τελλον, quod supra per vocem γωνάτιον, significari existimo. Adi interim Lipsium Poliorceuticωn loco proxime cit. et lib. II, dialog. 2.

nos eripe, ne inimici nostri dicant, Ubi est Deus eorum, in quem speraverunt? Clamabimus et nos etiam per tuum certaminum victorem, Domine: « Anima nostra, ut passer ex insidiantium laqueo liberata est; laqueus contritus est, et nos liberati sumus. In nomine Domini, qui cœlum et terram fecit, auxilium nostrum [18]. »

164. Tunc autem a plurimis propugnator ille patriæque vere amator, gloriosissimus martyr Demetrius, chlamydem albam ferens, ac primum quidem murum percurrens, deinde vero supra mare, veluti supra solum, cursim ambulans dilucide fuit conspectus. Atque hæc quidem non solum plurimi, sacro baptismate initiati, tanquam digni viderunt, verum etiam et genuini Hebræorum filii in Gutturum, ut loquuntur, plaga fuere conspicati. Cum enim inordinatus navium prædictarum jactus, simili ex causa natus, per martyrem supervenisset, atque in seipsas hæ incurrerent, aliquas ex iisdem sursum volvi, exsistentesque in illis Sclavos dejici contigit. Qui vero natando alio in navigio (26) servari volebat, illud a se apprehensum subvertit, eosque, qui in eodem erant in mare conjecit. Ac jam ex aliis naucleris fuere, qui confugientium ad eos manus ensibus amputabant; alter alteri in caput gladium adigebat, alius autem alium hasta vulnerabat, ac quisque suiipsius saluti studens alterius inimicus fiebat, ac his quidem, qui in Tribolos (27) occultatos inciderant, ibidem detentis, illis vero magna e navium agitatione extra mare in littore hærentibus, easque retrahere haud valentibus, alii e civibus, qui viribus valebant, desilientes, alii vero portellam, per quam inimici sese civitatem expugnaturos sperarant, confringentes, victoriam per eamdem, certaminum Victore commilitante, obtinuere.

165. At tunc videre erat mare totum Barbarorum e sanguine rubro colore tinctum, Pharaonisque cum Ægyptiis in mari submersionem referens. Ea ipsa enim hora Dei misericordia scaturiit. Cum enim venti (erat enim ad summum hora diei secunda) tempus nondum esset, statim ventus peregrinus afflavit, ut jam quæ permanserant, Barbarorum naves movere ad revertendum haud possent. Verum alii quidem vix ad Orientalem, alii vero ad Occidentalem plagam exierunt. Plurima porro Barbarorum occisorum corpora prope murum ac littus mare ejecit. Tandem, qui prope mare habitabant, omnes armati egressi abscissa infestissimorum capita supra portam terrestrem Barbaris ostendere; nautæ vero, qui incolumes supererant, divinitus

A ρευόντων, μὴ εἴπωσιν οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν, Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν, ἐφ' ὃν ἤλπισαν; Καὶ κραξόμεθα καὶ ἡμεῖς διὰ τοῦ ἀθλοφόρου σου, Κύριε· « Ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ὡς στρουθίον, ἐῤῥύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων· ἡ παγὶς συνετρίβη, καὶ ἡμεῖς ἐῤῥύσθημεν. ἡ βοήθεια ἡμῶν ἐν ὀνόματι Κυρίου, τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. »

ρξδ'. Τότε δὲ προφανῶς παρὰ πλείστων τεθέαται ὁ ὑπέρμαχος οὗτος καὶ φιλόπατρις ὄντως Δημήτριος, ὁ πανένδοξος μάρτυς, χλαμύδα λευκὴν φέρων, καὶ πρῶτον μὲν τὸ τεῖχος διατρέχων, εἶτα δὲ καὶ ἐπὶ τῆς θαλάττης, ὡς ἐπὶ ἐδάφους, δρομαίως περιπατῶν. Καὶ ταῦτα μὲν οὐ μόνον οἱ τῶν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος μεμυημένοι, ὡς ἄξιοι, πλεῖστοι ἐθεάσαντο, ἀλλὰ γὰρ καὶ παῖδες Ἑβραίων ἄφθοροι κατὰ
B τὸ τῶν λεγομένων Βρόχθων μέρος ἐθεάσαντο· καὶ ὁμοιοτόχου φορᾶς τῶν λεχθεισῶν νηῶν ἀκανονίστου διὰ τοῦ μάρτυρος ἐπελθούσης, καὶ εἰς ἑαυτὰς προσπιπτουσῶν, τινὰς ἐξ αὐτῶν ἀνακυλῆσαι συνέβη καὶ τοὺς ἐν αὐταῖς ἀποβαλέσθαι Σκλάβους. Ἀλλ' ὁ κολυμβῶν βουλόμενος ἐν ἑτέρῳ σώζεσθαι, τοῦτο κατέχων ἔστρεφε, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπέῤῥιπτεν· καὶ λοιπὸν οἱ τῶν ἑτέρων ναυκλήρων τῶν πρὸς αὐτοὺς προϊεμένων τὰς χεῖρας μετὰ ξιφῶν ἀπέτεμνον· ἄλλος ἄλλῳ κατὰ τῆς κεφαλῆς τὸ ξίφος ἀπέπεμπεν· ἕτερος δὲ τὸν ἕτερον λόγχῃ ἐτίτρωσκε, καὶ ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν πραγματευόμενος τοῦ ἑτέρου ἐχθρὸς ἐγίνετο, καὶ τῶν μὲν πρὸς τοῖς κρυπτοῖς παντήλοις εἰσβαλόντων ἐκεῖσε καταπαρέν-
C των, τῶν δὲ νηῶν ἐκ μεγάλης ἐλάσεως ἔξω πρὸς τῷ αἰγιαλῷ ἀποστομωσάντων, καὶ μὴ δυνηθέντων ταύτας ἀνακαλέσασθαι, οἱ σθεναροὶ τῶν πολιτῶν καταπηδήσαντες, ἕτεροι δὲ δι' οὗ ἤλπιζον οἱ πολέμιοι παραπυλίου πορθεῖν τὴν πόλιν, τοῦτο οἱ πολῖται κατεάξαντες, δι' αὐτοῦ τὸ νῖκος συμπολεμήσαντος τοῦ ἀθλοφόρου ἐκληρώσαντο.

ρξε'. Καὶ ἦν τότε θεωρεῖν τὴν θάλατταν πᾶσαν τῷ τῶν βαρβάρων αἵματι ἐρυθρωθεῖσαν, καὶ τὴν τοῦ Φαραὼ ἐπὶ τῶν Αἰγυπτίων καταπόντισιν ἀνακαλύψασαν· αὐθωρὸν γὰρ τὸ τοῦ Θεοῦ ἀνέβλυσε ἔλεος· οὔπω γὰρ τῆς ὥρας τοῦ ἀνέμου ὑπαρχούσης (ἦν γὰρ λοιπὸν ὥρα δευτέρα) εὐθέως ἄνεμος ἐξωτικὸς κατέπνει. ὡς λοιπὸν μηδὲ τὰς ἐναπομεινάσας
D τῶν βαρβάρων ναυκέλλας δύνασθαι πρὸς ὑποστροφὴν ἐλάσαι· ἀλλ' οἱ μὲν μόλις πρὸς τῷ ἀνατολικῷ μέρει, οἱ δὲ πρὸς τῷ δυτικῷ ἐξῄεσαν· τὰ δὲ τῶν τεθνεώτων βαρβάρων πάμπολλα σώματα πρὸς τῷ τείχει καὶ τῷ αἰγιαλῷ ἡ θάλαττα ἀπεκρούετο. Λοιπὸν οἱ τοῦ παραλίου παντὸς ὁπλῖται ἐξελθόντες, τὰς τῶν δυσμενεστάτων κεφαλὰς ἀποτέμνοντες, διὰ τοῦ χερσαίου τείχους τοῖς βαρβάροις ὑπεδείκνυον· οἱ δὲ

[18] Psal. cxxiii, 7, 8.

(26) Cum nomina ἕτερος et οὗτος in neutro genere hic ponantur, generisque feminini substantivum ναῦς, navis, ad quod referuntur, præcedat, necesse est, ut aut dicta nomina in neutro genere perperam ponantur, aut ut post primum ex his omissum sit generis neutrius substantivum πλοῖον, quod idem, quod ναῦς, significat.

(27) Vocabulum πάντηλον seu πάντηλος idem hic, ni fallar, quod *murex* seu *tribolus*, significat; ita scilicet murex, cum clavis undique sit confixus, vocari Græce haud inepte posse videtur, formato scilicet nomine e voce πάντῃ, *undique*, et voce ἧλος, *clavus*.

διασωθέντες πλωτῆρες τὸν θεόθεν αὐτοῖς γενόμενον A ὄλεθρον διὰ τοῦ ἀθλοφόρου ἀφηγήσαντο, καὶ ἄπρακτοι μετὰ πένθους μεγίστου τὰ πλεῖστα τῶν μαγγάνων καὶ τῶν σκύλων καταλιπόντες μετ' αἰσχύνης ᾤχοντο.

ρξϛʹ. Οἱ δὲ τῆς θεοσώτου ταύτης τῆς καθ' ἡμᾶς τῶν Θεσσαλονικέων πόλεως δρόμῳ τὸ πανάγιον τέμενος τοῦ αὐτῶν προστάτου καὶ ὑπερμάχου καὶ ὑπερενδόξου καταλαβόντες μάρτυρος Δημητρίου τῷ Θεῷ εὐχαριστηρίους ὕμνους ἀνέπεμπον λέγοντες· Εὐχαριστοῦμέν σοι, Δέσποτα οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὅτι ἀναξίων ὄντων ἡμῶν τῆς παρὰ σοῦ σωτηρίας διὰ τὰς ἐνούσας ἡμῖν ἁμαρτίας οὐκ ἔδωκας ἡμᾶς εἰς θήραν ὀδοῦσι τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν· ἀλλ' ἔσωσας ἡμᾶς προσδεξάμενος τὰς αἰτήσεις τοῦ γνησίου θεράποντος Δημητρίου. B Καὶ τοῦτο δὲ τεράστιον μέγιστον καὶ μνήμης ὄντως δεῖξαι ἄξιον, ὅτι ὁ τῶν αὐτῶν Σκλαβίνων ἔξαρχος, τοὔνομα Χάτζων, κατὰ τὸ αὐτῷ εἰθισμένον διὰ μαντείας ᾐτήσατο μαθεῖν, εἰ εἰσελθεῖν ἔχοι ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ ἡμῶν πόλει, καὶ ἐῤῥήθη αὐτῷ, ὅτι εἰσελθεῖν ἔχει· τὸ δὲ πῶς οὐχ ὑπεδείχθη αὐτῷ, καὶ λοιπὸν ὡς ἀπὸ τῆς δοθείσης αὐτῷ μαντείας, χρηστὰς ἔχων τῷ δοκεῖν τὰς ἐλπίδας, θάρσει τὸ δρᾶμα παρώξυνεν.

ρξζʹ. Ἀλλ' ὁ ἀλλοιῶν καιροὺς καὶ χρόνους, καὶ διασκεδάζων βουλὰς ἐχθρῶν, τοῦτον ζῶντα αἰχμάλωτον τοῖς πολίταις διὰ τοῦ προσημανθέντος παραπυλίου παρέδωκεν· τινὲς δὲ τῶν τὰ πρῶτα φερόντων τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως οἴκοι τοῦτον κατέκρυπτον C κέρδους τινὸς καὶ τρόπων οὐκ εὐλόγων χάριν· ἀλλ' οὐδὲ ἐν τούτῳ ἤργησεν ἡ χριστόδουλος τοῦ ἀθλοφόρου προμήθεια· ἀλλὰ γύναια πρὸς ἀνδρείαν ἀναστήσας τόλμαν τοῦτον ἐκ τοῦ οἴκου, ἔνθα κατεκρύπτετο, ἐξήγαγον, καὶ σύρασαι διὰ τῆς πόλεως ἐλιθοβόλησαν· καὶ οὕτως ἀξίως τῆς αὐτοῦ δυσμενεστάτης γνώμης ἐπάξιον ἀπηνέγκατο θάνατον. Μηδεὶς οὖν τῶν φιλομαρτύρων ὑμῶν ἀπιστοίτο τοῖς ἀγροίκως ἐν βραχέσι περὶ τούτων ἱστορηθεῖσιν· εἰ γάρ καί τις ὡς ψευδῆ με ταῦτα συγγράψαι λογίζεται, σκοπείτω, ὡς ἐν γραφῇ τυγχάνουσι πρὸ τοῦ παναγίου τεμένους τοῦ ἀειμνήστου μάρτυρος Δημητρίου τοῦ πρὸς τῷ μέρει τοῦ καλουμένου ξύλου, δηλοῦντα τὴν ἅπασαν τοῦ πολέμου παράταξιν, καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς διὰ τοῦ D ἀθλοφόρου σωτηρίαν, δι' οὗ ἀναπέμπεται δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ.

sibi per certaminum Victorem cladem fuisse illatam, narrarunt, reque infecta, majorem instrumentorum spoliorumque partem maximo cum luctu relinquentes cum dedecore abierunt.

166. Qui vero hujus a Deo servatæ Thessalonicensis nostræ civitatis erant, sanctissimum patroni sui ac propugnatoris martyrisque gloriosissimi Demetrii templum festinato adeuntes, laudes Deo cum gratiarum actione conjunctas dederunt, dicentes : Tibi, Domine cœli et terræ, gratias agimus, quod nos propter adhærentia nobis peccata salute a te obtinenda indignos inimicorum nostrorum dentibus in prædam haud tradideris, sed genuini servi Demetrii preces suscipiens servaris. Hoc porro etiam maximum, memoriaque, ut id exhibeamus, vere dignum fuit miraculum, eorumdem Sclavorum principem qui Chatzon vocabatur (28), pro more suo, foretne in custoditam a Deo civitatem nostram ingressurus, oraculi petitione discere studuisse, eique fore ut ingrederetur, responsum fuisse; quo autem modo ei ostensum haud erat, tandem etiam, utpote e dato sibi vaticinio bonam, ut apparebat, spem habens, rem audacter fuit aggressus.

167. Verum qui occasiones ac tempora mutat, inimicorumque consilia dissipat, vivum illum civibus per præfatam portellam captivum tradidit; quidam autem civitatis nostræ primores domi suæ illum lucri alicujus studiorumque, rationi haud consentaneorum, causa absconderunt; verum neque hac in re Christi consiliis sapiens certaminum Victoris providentia otiata est; verum mulieres ad fortem audaciam ab eo excitatæ, e domo, ubi latebat, illum eduxerunt, tractumque per civitatem lapidibus oppresserunt; atque ita merito mortem voluntate sua infestissima dignam subiit (29). Nemo igitur vestrum, qui martyrem amatis, iis quæ de illis rustico sermone narrata paucis sunt, fidem deneget (30). Quod si enim quis hæc, ut falsa, scripsisse me autumet, videat qui ante sanctissimum semper memorandi martyris Demetrii templum ad ligni, ut vocatur, locum in scriptis ostendant omnem belli ordinem, salutemque nobis collatam per certaminum Victorem, per quem tribuitur gloria, honor et adoratio Patri et Filio, etc.

CAPUT II.

Sclavi iterum Thessalonicam aggrediuntur, Denuoque ac sanctum Demetrium sibi contrarios experti, re infecta, recedere coguntur (31).

ρξηʹ. Καὶ θαυμάτων θαύματα τυγχάνει ἀνώτερα, καὶ πραγμάτων πράγματα ὑπάρχει ὑπέρτερα, καὶ

168. Et miracula miraculis majora sunt et res rebus præstantiores, et bella a bellis differunt, et scripta

(28) Nec hoc ducis Sclavorum nomen uspiam alibi invenio.

(29) In nece Chatzoni tam indigne illata partem quampiam, uti hic auctor indicat, habuisse sanctum Demetrium, multum dubito.

(30) Quæ hactenus cap. præsenti de Sclavorum contra Thessalonicam expeditione, hujusque infelici successu auctor retulit, facile quidem, quantum opinor, apud omnes fidem invenient; verum qui miraculo id factum, visionemque supra relatam, qua sese sanctus Demetrius plurimis spectandum tum dederit, haud facile admittant, non defuturos existimo.

(31) Caput hoc in codice olim Mazarinæo, e quo hic typis primum excuditur, a fol. verso 144 usque ad fol. 155 excurrit; ac sequentem quidem hunc

scriptorum discrimen ostendunt, et studia studiis utiliora exsistunt, et magistri magistris docendi peritia præcellunt; quodlibet autem, quæ proprio suo statui conveniunt, vires sibi ex ipsa recta habitudine consequitur. Ut præsens igitur argumentum tractemus, occasio causaque est a nobis nominatus habitusque Pater noster Joannes, qui post suam hinc ad Deum migrationem, una cum populari suo genuinoque amico, Dei, inquam, martyre, maxime venerando Demetrio, supplices ad Deum misericordem preces pro nobis dirigens, nobiscum non secus ac præsens loquitur, dum Christo acceptas animæque salutares illius ad nos admonitiones recordatione continua, prout par est, legimus. Ut nos igitur illius assidue reminiscamur, est æquum. Divinitus enim ei promissa confirmataque fuit assidua patriæ salus; ex quo autem civitati a Servatore Christo in ejus curatorem datum esse Demetrium, cognovit, continuam hanc a nobis, dum civitas nostra immota atque inconcussa per Deum semper staret, retributionem postulavit; hincque opinor, non scripsisse illum tandem, uti alio loco diximus, alias obsidiones (32).

169. Post jam narratam ergo Sclavorum seu Chatzonis numeroso cum exercitu aggressionem, factamque in iis per certaminum Victorem facili negotio justam cædem, ut bellum adversus nos motum ipsismet jam probrosum esset, damnumque haud modicum ex eo quod capti ab eis, fugientes ad civitatem nostram, a Deo servatam, per istorum viæ ducem sospitatoremque nostrum ac curatorem Demetrium liberati essent, sufferrent, evenit. Hinc igitur id illis amaritudinis fomes est factum, quod præterquam quod mancipiis orbarentur, aliis etiam quibusdam, quæ illi prædati fuerant, surreptis, ad eos qui hic sunt, aufugerent. E dolore itaque maximo consilium iniere, plurimaque congregata dona per apocrisiarios (33) ad Avarum chaganum miserunt, sese præterea plurimi pecuniarum ponderis una cum iis quæ, ut ipsi dicebant, e civitate nostra prædaturi essent, promissionem adjungere annuntiantes, si ipsis ad hoc socia arma vellet præbere: cum civitas apud ipsummet facilis expugnatu agnosceretur, fore ut ea per illos caperetur, dicebant, nec solam et medio eorum relinquendam (34), quod

A πολέμων πόλεμοι διαφέρουσι, καὶ συγγραφαὶ συγγραμμάτων δεικνύουσι τὸ διάφορον, καὶ πόνοι πόνων εἰσὶν εὐχρηστότεροι, καὶ διδάσκαλοι διδασκάλων εἰσὶ διδακτικώτεροι· ἕκαστον δὲ τῇ οἰκείᾳ ἐπακόλουθον ἁρμονίᾳ τὴν ἀπ' αὐτῆς τεύξεται ἀκολούθου εὐεξίας τὴν ἀρετήν. Ἀφορμὴ τοίνυν καὶ ταύτῃ (*sic*) τοῖς παροῦσι καὶ αἴτιος γεγένηται ὁ πρόσθεν ἡμῖν λεχθεὶς καὶ γενόμενος ἡμῶν πατὴρ Ἰωάννης, ὃς καὶ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν πρὸς Θεὸν ἄφιξιν, ὡς παρὼν ἡμῖν διαλέγεται, συνικετεύων τῷ συμπατριώτῃ καὶ γνησίῳ αὐτοῦ φίλῳ, τῷ πανσέπτῳ, λέγω δὴ μάρτυρι τοῦ Θεοῦ Δημητρίῳ, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν ἀναπέμπων τῷ εὐσπλάγχνῳ Θεῷ ἱκεσίας, οὗπερ διὰ μνήμης διηνεκοῦς ἄξιόν ἐστι λέγειν τὰς πρὸς ἡμᾶς χριστοτερπεῖς αὐτοῦ καὶ ψυχοσώστους παραινέσεις. Δίκαιον οὖν ἐστιν ἡμᾶς B μεμνῆσθαι αὐτοῦ διηνεκῶς· θεόθεν γὰρ κατησφάλιστο, καὶ ἐν βεβαίῳ εἶχε τῆς οἰκείας πατρίδος τὴν διηνεκῆ σωτηρίαν· ἀφ' ἧς γὰρ ἠκρίβωτο κεχαρίσθαι τῇ πόλει τὸν αὐτῆς προμηθέα Δημήτριον παρὰ Σωτῆρος Χριστοῦ, ταύτην παρ' ἡμῶν ἀντιμισθίαν διηνεκῆ ᾐτήσατο, ὡς ἀτρόπου καὶ ἀσαλεύτου διαπαντὸς τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως ὑπὸ Θεοῦ ὑπαρχούσης· διὸ δὴ, ὡς οἶμαι, μὴ συγγράψασθαι λοιπὸν τὰς ἑτέρας, ὡς προείπομεν ἐν ἑτέρῳ, πολιορκίας.

ρξθ'. Μετὰ γὰρ τὴν ἤδη ἀφηγηθεῖσαν τῶν Σκλαβίνων, ἤτοι τοῦ Χάτζωνος, πάμπληθον ὁρμὴν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς γεγενημένην διὰ τοῦ ἀθλοφόρου εὐάλωτον δικαίαν κατασφαγὴν, καὶ λοιπὸν ὡς ἐπονείδιστον αὐτοῖς τὸν καθ' ἡμᾶς γενέσθαι πόλεμον, C βλάβην τε οὐ μικρὰν αὐτοὺς ὑπομένειν, ἐκ τοῦ τοὺς ὑπ' αὐτῶν αἰχμαλωτισθέντας εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς ἀποφεύγοντας θεόσωστον πόλιν ἐλευθεροῦσθαι διὰ τοῦ ὁδηγοῦ καὶ λυτρωτοῦ αὐτῶν καὶ ἡμῶν κηδεμόνος Δημητρίου. Ἔνθεν οὖν πικρίας αὐτοῖς ὑπέκκαυμα τοῦτο γίνεται, ὅτιπερ πρὸς οἷς τῶν ἀνδραπόδων στεροῦνται, ἀλλὰ καί τινα τῶν σκύλων τῆς ἐξ αὐτῶν πορθήσεως λαμβάνοντες πρὸς τοὺς ἐνταῦθα ἀποδιδράσκουσιν. Σκέψις οὖν τούτοις ἐκ πόνου μεγίστου γεγένηται, καὶ δῶρα πάμπολλα συναθροίσαντες τῷ τῶν Ἀβάρων χαγάνῳ δι' ἀποκρισιαρίων ἔστειλαν ὑπόσχεσιν πλείστης ὁλκῆς χρημάτων μετὰ καὶ τῶν μελλόντων πορθῆσαι, ὡς αὐτοὶ διεβεβαιοῦντο, ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως παρέχειν ἐπαγγειλάμενοι, εἴ γε τὴν αὐτοῦ ἐπὶ τοῦτο παράσχοιεν αὐτοῖς συμμαχίαν· D ὡς εὐαλώτου τῆς πόλεως παρ' αὐτῷ καθομολογηθείσης, ταύτης φασκόντων παρ' αὐτοῖς ληφθησομένης,

titulum: Περὶ τοῦ πολέμου τοῦ Χαγάνου, *De bello Chagani*, ibidem in capite præfert; licet autem in titulorum elencho, qui in laudato codice toti operi seu capitum lucubrationumve fere omnium, in eo contentarum, collectioni a fol. verso 10 usque ad fol. verso XI præfigitur, Χάτζωνος legatur, Χαγάνου tamen retinendum esse, apparet e capite subjecto, ad quod prædictus titulus spectat. Huic interim alium, quem hic cernis, ob rationem supra plus semel memoratam, substitui.

(32) Qui hinc, quemadmodum auctor noster anonymus mox hic indicat, Joannes Thessalonicensis obsidiones, ætate sua seu, ipso jam episcopo, factas, atque ab ea, quam lib. præcedenti verbis ejus dedimus, distinctas, silentio præteriret, moveri potuerit, haud satis intelligo. Nec video etiam, ab eodem nostro auctore anonymo, quæ huc usque cap. præsenti occurrunt, præfationis seu exordii in modum iis quæ sequuntur, recte præmitti.

(33) Id est, nuntios seu legatos; vocem autem Græcam ἀποκρισιάριος, quæ ad nuntium seu legatum significandum a Theophane, Cedreno, Niceta, aliisque plus semel adhibetur, Latine hic interpretatus sum *apocrisiarius*, quod vox hæc in eadem, in qua apud dictos scriptores Græcos vox ἀποκρισιάριος, significatione apud mediæ et infimæ latinitatis (adi ad vocabulum istud in Glossario Cangium) scriptores adhibita inveniatur, itaque quodammodo textui Græco versio Latina reddatur conformior.

(34) Quæ huc usque a vocibus ὡς εὐαλώτου in textu Græco occurrunt, sensum magis, quam verba

καὶ μὴ μόνον εἰς μέσον αὐτῶν καθεστάναι, διότι τὰς ὑπ' αὐτὴν πάσας πόλεις καὶ ἐπαρχίας ἐξ αὐτῶν ἀοικήτους γενέσθαι, ταύτην δὲ μόνην, καθὼς εἴρηται, ἐν μέσῳ αὐτῶν ὑπάρχειν, καὶ αὐτὴν ὑποδέχεσθαι πάντας τοὺς ἀποφύγους τῶν ἐκ τοῦ Δανουβίου μερῶν, Πανονίας τε καὶ Δακίας καὶ Δαρδανίας, καὶ τῶν λοιπῶν ἐπαρχιῶν τε καὶ πόλεων, καὶ ἐν αὐτῇ ἐπερείδεσθαι.

ρο'. Προθύμως οὖν ὁ λεχθεὶς τῶν Ἀβάρων χάγανος τὸ αἰτηθὲν παρ' αὐτῶν ἐκπληρῶσαι σπουδάζων, τὰ ἐνδότερον αὐτοῦ πάντα βάρβαρα φῦλα συναθροίσας, ἅμα τε τῶν πάντων Σκλαβίνων καὶ Βουλγάρων καὶ ἀπείρων ἐθνῶν ἀναριθμήτῳ λαῷ, παρετάξατο μετὰ διετῆ χρόνον τῇ μαρτυροφυλάκτῳ ταύτῃ ἡμῶν πόλει, καὶ ἱππέας ἐπιλέκτους ἐγκαθοπλίσας δρόμῳ ταχυτάτῳ προέπεμψεν ἀγνώστως ἐπιβῆναι ἀθρόον τῇ πόλει, καὶ τὸν αὐτῆς λαὸν ἔξω λαβόντας ἢ καὶ κατασφάξαντας, τότε μετὰ ἀναμονῆς τὸν λεχθέντα χάγανον καταλαμβάνειν μετὰ καὶ τοῦ παρ' αὐτοῦ κατασυναχθέντος λαοῦ τοῦ ἐπιφερομένου διαφόρους κατασκευὰς μαγγάνων πολεμιστηρίων πρὸς πόρθησιν τῆς καθ' ἡμᾶς πατρίδος. Καὶ ταύτῃ τῇ βουλῇ καὶ τῷ τρόπῳ τὸ ἅπαν βάρβαρον ὁπλισθὲν ὥρμησαν, ὥραν πέμπτην ἐξαίφνης οἱ ἱππεῖς ἐκπάντοθεν σιδηρένδυτοι ἐπιῤῥίψαντες, διὰ τὸ τοὺς τῆς πόλεως μὴ προεγνωκότας τοὺς ἐν ἀμητῷ πάντας, τοὺς μὲν κατέσφαξαν, ἑτέρους δὲ αἰχμαλώτους ἔλαβον, μεθ' ὧνπερ εὗρον ἀγελαίων πλείστων ζώων, καὶ λοιπῶν τῶν ἐπὶ ἐργασίᾳ τοῦ ἀμητοῦ σκευῶν.

ροα'. Ὡς λοιπὸν ἐγνωκέναι τοὺς τῆς πόλεως τὴν ἠπειλημμένην αὐτοῖς τῶν βαρβάρων ἀπροσδόκητον ἐπὶ πολιορκίᾳ ἐπέλευσιν, καὶ ἐν ἀθυμίᾳ πολλῇ γενέσθαι, διόπερ καὶ τῶν πρὸς παράταξιν ἀπορούντων, ἄλλος ἄλλῳ πρὸς εὐθυμίαν ἐχαρίζετο λόγος, ἕτεροι δὲ τῶν ἀπὸ Ναϊσσοῦ καὶ Σαρδικῆς ὑπαρχόντων, ὡς πεῖραν τῆς αὐτῶν τειχομαχίας εἰληφότες μετὰ θρήνων ἔλεγον, ὅτι Ἐκεῖθεν φυγόντες ἐνταῦθα ἥκομεν μεθ' ὑμῶν ἀπολέσθαι, μία γὰρ τούτων λίθου βολὴ τὸ τεῖχος κατεάξει. Ὁ δὲ τὴν ἐπισκοπὴν μετὰ χεῖρας ἔχων ὁ προονομασθεὶς Πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης μὴ ῥαθυμεῖν παρῄνει, ἀλλὰ προθύμως τῶν δεόντων ἀνθοπλίζεσθαι, διαβεβαιούμενος μηδὲν λυπηρὸν ἢ ὀκνηρὸν φέρειν, τῷ Θεῷ δὲ μᾶλλον καὶ τῷ μάρτυρι τὰς ἐλπίδας ἐπιῤῥίπτειν. Τούτοις δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις τὸ θάρσος διὰ τῆς παραινέσεώς τε καὶ βεβαιώσεως ὁ ὅσιος Πατὴρ τοῖς τῆς πόλεως παρέχων καὶ

A omnes circa illam civitates ac provinciæ habitatoribus vacuæ essent effectæ, hæc autem sola, ut dictum est, superesset, omnesque a Danubii partibus, Pannoniaque et Dacia et Dardania, reliquisque et provinciis et urbibus, transfugas reciperet atque in sinu suo foveret.

170. Alacriter igitur præfatus Avarum chaganus, quod postulatum per illos erat, adimplere studens, interiores omnes ditionis suæ nationes barbaras una cum Sclavorum omnium et Bulgarorum gentiumque numero infinitorum populo congregatas post duorum annorum spatium in hanc nostram a martyribus custoditam civitatem instruxit (35),
B cumque equites selectos armasset, eos ut subito contra civitatem procederent, forisque hujus populo apprehenso occisove, suo deinde commodo dictum chaganum una cum congregato ab eo populo, qui diversum machinarum bellicarum apparatum ad patriam nostram expugnandam ducebat, accederent, celeri cursu præmisit. Atque hoc consilio modoque omnis Barbarorum gens armata movit, hora quinta ex improviso equites, ferro undequaque instructi, irrumpentes, propterea quod, qui civitatis erant, id non prænoscentes in messe essent, alios quidem occiderunt, alios vero captivos abduxerunt, quibuscum et plurima jumenta reliquaque messis operi subservientia utensilia invenere.
C

171. Cum tandem, qui civitatis erant, inexspectatum, qui ipsos minabatur, Barbarorum ad obsidionem accessum cognovissent, magnaque, quod et iis quæ ad conflictum necessaria erant, destituerentur, in animi dejectione essent, alter alteri ad alacritatem sermo jungebatur, alii autem ex iis, qui ex Naisso (36) et Sardica (37) erant, veluti illorum muros oppugnandi artis experientiam nacti cum lamentis dixerunt: Inde fugientes, vobiscum ut pereamus huc venimus, unus enim illorum lapidis jactus murum confringet. Verum supra nominatus, qui tunc episcopatum in manibus habebat, Pater noster Joannes, ne animos desponderent, sed ut alacriter, quæ necessaria erant,
D ex opposito ad bellum pararentur, monebat, rem sese acerbe gravateque haud ferre, in Deum vero et martyrem spem conjicere præ se ferens. Hæc

sequendo Latine hic interpretatus sum, quod, ut verbum verbo reddatur, hoc loco haud sufferat Græca constructio, aut etiam, ut sensum omnino perfectum gignat, aliquid ex amanuensium vitio deesse videtur.

(35) Cum suscepta a Sclavis, de qua cap. præced., contra Thessalonicam expeditio sub Constante tertio aut altero e binis ejus successoribus (adi Adnotata supra col. 1326, not. 18 et 20 evenerit, pariter sub aliquo e tribus istis imperatoribus expeditionem, cap. præsenti narratam, verosimillime evenisse, ex hoc hujus loco, utpote quo, spectatis simul antecedentibus, duorum duntaxat annorum spatio post priorem illam accidisse innuitur, consectarium fit.

(36) Urbs hæc, quæ Italis modo *Nissa*, Gallis *Nicée* dicitur, in Mysia superiori sita est, habeturque e Serviæ præcipuis. Adi ad vocabulum *Naissus* in lexico Geographico Baudrandum.

(37) In laudato ad not. præced. Lexico Geographico duæ nominis hujus civitates, altera nempe in Dacia ad Istrum fluvium, altera in Thracia, Naissum inter et Philippopolim sita, assignantur; utra autem ab auctore nostro anonymo hic memoretur, pro certo asseverare non ausim, licet interim magis propendeam, ut de posteriori sermonem ei esse existimem.

autem ac similia monendo affirmandoque beatus A Pater audaciam eis qui civitatis erant, subjiciebat, atque cum iis in mœnibus manebat, cumque paucos post dies omnia ad resistendum essent parata, ipse etiam Barbarorum chaganus cum alia et Bulgarorum (38) et omnium prædictarum nationum multitudine custoditæ huic a Sancto civitati, velut procella hiberna, ex universa continentis plaga ad mœnia applicuit, universam etiam civitatem circumdans, ita ut unum duntaxat undequaque caput cerneretur, nec terra invasionis eorum multitudinem ferret, nec cibaria, vel eorum qui in circuitu sunt, fluviorum aut puteorum aquæ usibus eorum atque eorumdem animalium irrationalium sufficerent.

τῷ τείχει μετ' αὐτῶν ἐνδιατρίβων, καὶ τῶν πρὸς ἀντιμαχίαν εὐτρεπιζόντων μετ' ὀλίγας ἡμέρας καὶ αὐτὸς ὁ τῶν βαρβάρων χάγανος μετὰ τοῦ ἑτέρου πλήθους τῶν τε Βουλγάρων καὶ τῶν προλελεγμένων πάντων ἐθνῶν, καθάπερ λαῖλαψ χειμερινή, τῇ ἁγιοφυλάκτῳ ταύτῃ πόλει διὰ πάσης τῆς χερσαίας προσῆψε τῷ τείχει, καὶ περιστοιχίσας ἅπασαν τὴν πόλιν, ὡς μίαν ὁρᾶσθαι ἐκπάντοθεν τὴν πάντων κεφαλὴν, καὶ μηδὲ τὴν γῆν ὑποφέρειν τῆς αὐτῶν ἐπιβάσεως τὴν πληθὺν, μηδὲ αὐταρκεῖν τῶν ἀγωγῶν, ἢ τῶν φρεάτων τὰ ὕδατα πρὸς τὴν τούτων καὶ τῶν ἀλόγων ζώων αὐτῶν δαπάνην.

172. Tunc, qui civitatis erant, Barbarorum B omnem multitudinem incomparabilem, ferro munitam, petroboloruinque ad cœlum usque undequaque sublimem, ita ut altitudo interiorum murorum pinnas superaret, apparatum viderunt; alios quidem qui, ut vocantur, e cratibus coriisque testudines, alios qui contra portas e lignis maximis rotisque facile versatilibus arietes, alios vero qui ligneas muri altitudinem excedentes, ætateque luxurianti juvenibus armatis sursum instructas turres præparabant, alios rursus, qui, ut vocantur, jacula missilia (39), alios qui scalas rotis subjectis mobiles adducebant, alios qui machinas candentes moliebantur, adeo ut ex iis quæ cernebantur, immodico mœrore civitas detenta diceret, quia C Tametsi prioribus obsidionibus civitatem liberarit Dominus, ex hac tamen (nunquam enim tantam Barbarorum multitudinem, civitati imminentem, quisquis viderat) servandos nos esse incolumes, haud putamus. Atque hæc et plurima ii maxime, qui bellum haud erant experti.

ροβ'. Τότε δὴ ἑωρακότες οἱ τῆς πόλεως τὸ ἀνείκαστον τῶν βαρβάρων πλῆθος ἅπαν σεσιδηρωμένον, καὶ τὴν τῶν πετροβόλων ἐκπάντοθεν οὐρανομήκη παράστασιν, ὡς ὑπερβαίνειν τῷ ὕψει τὰς τῶν ἔσω τειχῶν ἐπάλξεις, ἄλλους δὲ τὰς καλουμένας ἐκ πλοκῶν καὶ βυρσῶν χελώνας, ἄλλους πρὸς ταῖς πύλαις κριοὺς ἐκ ξύλων μεγίστων, καὶ τροχῶν εὐπεριχυλίστων, ἑτέρους δὲ πύργους ὑπερμεγέθεις ξυλοκατασκευάστους, ὑπερβαίνοντας τὸ ὕψος τοῦ τείχους κατασκευάσαντας, ἔχοντας κατεπάνω νεανίας σφριγῶντας καθωπλισμένους, ἑτέρους δὲ τοὺς καλουμένους ὀρπηκας ἐμπεπηγότας, ἄλλους ὑποτρόχους κλίμακας ἐπιφερομένους, ἑτέρους διαπύρους μαγγανείας ἐπινοοῦντας, ὡς ἐκ τῶν ὁρωμένων ἐν ἀμέτρῳ θλίψει τὴν πόλιν συσχεθεῖσαν λέγειν, ὅτι Εἰ καὶ ἐκ τῶν προτέρων πολιορκιῶν τὴν πόλιν ἐλυτρώσατο ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐκ ταύτης οὐκ οἰόμεθα σώζεσθαι· οὐδέποτε γὰρ τοσαύτην πληθὺν βαρβάρων τις τῇ πόλει προσβαλεῖν τεθέαται. Καὶ ταῦτα καὶ πλεῖστα οἱ μάλιστα ἄπειροι πόλεμοι.

173. Prædictus autem Pater ac episcopus, ne languido quid animo ferrent, sed ut certaminum Victorem, quo et nunc pro illis decertaret, deprecarentur, monebat. Tunc autem beatissimus ille Pater virum quemdam fulgidum in somno vidit, dicentem sibique quodammodo, ut læto esset animo, imperantem : Ne tristitia dejiciaris, te moneo, dicebat, quia si universa simul civitas, Domine, miserere, exclamarit, hac etiam obsidione liberabitur. D Cum hinc porro deinceps maxima cura reique visæ anxietate afficeretur, modosque diversos animo revolveret, ac quomodo (populo omni per civitatis mœnia disperso Barbarisque alias aliorsum tumultuantibus) fieri id posset, diceret, solum tunc lacrymis rigabat, Deum multum misericordem orans ac dicens :

ρογ'. Ὁ δὲ προῤῥηθεὶς Πατὴρ καὶ ἐπίσκοπος παρῄνει μηδὲν ῥάθυμον φέρειν, ἀλλὰ τὸν ἀθλοφόρον αἰτεῖσθαι καὶ τὰ νῦν συμμαχεῖν. Τότε δὲ κατ' ὄναρ ὁρᾷ ὁ παμμακάριστος ἐκεῖνος Πατὴρ τινα λαμπρὸν ἄνδρα λέγοντα καὶ ὡς εὐθυμοῦντα αὐτόν· Μὴ ἀθυμεῖν σε παραινῶ, φήσας, διότι, ἐὰν ἅπασα ἡ πόλις ὁμοθυμαδὸν ἀνακράξῃ τὸ Κύριε, ἐλέησον, καὶ ἐκ ταύτης τῆς πολιορκίας διασωθήσεσθε. Ὅθεν λοιπὸν τότε ἐν πλείστῃ φροντίδι καὶ ἀδημονίᾳ τοῦ ὁραθέντος γενόμενος, καὶ διαφόρους τρόπους ἐν βουλαῖς ἀνιχνεύων καὶ λέγων· Πῶς δυνήσεται τοῦτο γενέσθαι; τοῦ γὰρ παντὸς λαοῦ διὰ τοῦ τείχους τῆς πόλεως σποράδην ὑπάρχοντος, καὶ τῶν βαρβάρων ἄλλως ἀλλαχόσε θορυβούντων, κατέῤῥει τοῖς δάκρυσι τὸ ἔδαφος, δυσωπῶν τὸν πολυέλεον Θεὸν καὶ λέγων·

(38) Cum sub tribus imperatoribus proxime memoratis Bulgari haud raro, uti apud Theophanem, Cedrenum et Zonaram videre licet, in imperii Romani terras excurrerint, aliquos saltem ex iis Avarum Chagano, expeditionem adversus Thessalonicam tunc suscipienti, sibi adjungere, difficile sane haud exstiterit.

(39) Ita hic duo vocabula Græca ὄρπηκας ἐμπεπηγότας interpretatus sum, quod, cum vocabulum ὅρπηξ præter alias ei attributas significationes idem etiam, quod Latine *jaculum*, significet, non perspiciam, quænam illis queat potior hoc loco significatio quadrare.

ροδ'. Σὺ, Δέσποτα τῶν ἁπάντων, φιλάνθρωπος ὢν, ηὐδόκησας δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπῆσαι, καὶ σταυρὸν καὶ θάνατον ὑπὲρ τοῦ γένους ἡμῶν ὑπομεῖναι, σὺ προσήγαγες ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν θυσίαν καθαρὰν τῷ σῷ Πατρὶ, σὺ ἐξηγόρασας ἡμᾶς σεαυτῷ τῷ οἰκείῳ αἵματι, ἐκλεξάμενος ἡμᾶς λαόν σου περιούσιον, ἔθνος ἅγιον, μὴ εἰσέλθωσιν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, μὴ μιαίνωσι τοὺς ἁγίους, οὓς αὐτὸς ηὐδόκησας ἐν αὐτοῖς ἐνοικῆσαι, μὴ ἐπαιρέσθωσαν καθ' ἡμῶν, ὡς πάλαι ἐπὶ τοῦ Δαυῒδ ὁ μεγαλοῤῥήμων Γολιὰθ, ἀλλὰ δὸς ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς καὶ ἀναξίοις δούλοις σου, ὡς τῷ σῷ παιδὶ Δαυῒδ λίθον σωτήριον, τὴν σὴν ἀόρατον συμμαχίαν, ὅπως δι' αὐτῆς σφενδονίσαντες τὰς κατοτέχνους καθ' ἡμῶν τῶν βαρβάρων ἀποκρουσώμεθα φάλαγγας, μὴ ἀπράκτους τὰς ὑπὲρ ἡμῶν διὰ τοῦ ἀθλοφόρου σου προσαγομένας δεήσεις ποιήσῃς, B μὴ ἰσχύσῃ καθ' ἡμῶν τὸ εἰδωλόπηκτον καὶ ἀθεμιτόγαμον καὶ παράνομον ἔθνος, μὴ, Δέσποτα· δεῖξον ἡμᾶς καὶ νῦν νέον σου λαὸν Ἰσραὴλ, ὡς ἐκ τῶν Αἰγυπτίων διασωθέντα.

ροε'. Καὶ ταῦτα καὶ πλεῖστα εὐχόμενος τοὺς πολίτας παρεθάῤῥυνεν ἀξίους παριστᾶν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ καὶ ὑπὲρ πατρίδος καὶ ναῶν παναγίων καὶ πίστεως διανίστασθαι, καὶ τῶν βαρβάρων ἐναντίον ἀντιπαρατάσσεσθαι. Τῆς οὖν πολιορκίας γινομένης, καὶ τῶν πετροβόλων πάντοθεν ἀκοντιζόντων οὐχὶ πέτρας, ἀλλ' ὄρη καὶ βουνοὺς, εἷς ἐν τῇ ἔνδον τῶν πολιτῶν πετραφέτῃ ὑπάρχων θεόθεν ἐμπνευσθεὶς μικρῷ κάχληκι ἐπιγράψας τὸ ὄνομα τοῦ ἁγίου Δημητρίου ἠκόντισε κράξας, Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ C ἁγίου Δημητρίου· καὶ ἀπολυθέντος τοῦ λίθου, ὁμοίως καὶ ἔξωθεν ἐκ τῶν βαρβάρων ὑπὲρ αὐτὸν τριπλοῦ καὶ ἐπέκεινα καθεστῶτος, ὑπαντῆσαι τοῦτον καὶ ἀνθυποστρέψαι εἰς τὴν χώραν τῆς βαρβαρικῆς πετροβόλου, ἀμφοτέρους κατελθόντας καὶ τοὺς ἐκεῖσε ἀποκτεῖναι μετὰ τοῦ ἐν αὐτῇ ὄντος μαγγαναρίου, καὶ μετὰ τοιοῦτον θαῦμα, μέσης ἤδη τῆς ἡμέρας γενομένης, ἄφνω σεισμὸς μέγας ἐγένετο, ὥστε πάντα τὸν λαὸν τῆς πόλεως ἀνακράξαι τὸ Κύριε, ἐλέησον.

ρος'. Τοῦ δὲ βαρβαρικοῦ πλήθους ἑωρακότος τὸ τεῖχος καταπεπτωκὸς ἅπαν, συνεφορμῆσαι πρὸς τὸ τὴν πόλιν ἑλεῖν, καὶ πλησιασάντων αὐτῶν ὁρᾷν τὸ τεῖχος καθάπερ τὸ πρῶτον ἑστὼς, ἔνθεν τε ἐπεγνωκέναι τὸν τὴν τοιαύτην ἑωρακότα ἐπαγγελίαν ἀρχιερέα, ὅτι ἐπέσκεπται τὴν πόλιν ὁ Κύριος διὰ τοῦ D ἀθλοφόρου αὐτοῦ. Εὕρηνται γὰρ, ὡς καὶ πλεῖστα τεθέανται, ἐκ τῶν παρὰ τῶν βαρβάρων ῥιφέντων, ὡς νιφάδων, βελῶν, τινὰ ἐξ αὐτῶν τὸ ἐπτερωμένον μέρος τῷ τείχει κολληθέντα, τὸν δὲ σίδηρον πρὸς τοὺς ὑπεναντίους τρέπειν. Ἔκτοτε οὖν τοῦ προέδρου τὴν γεγενημένην τῇ πόλει παρὰ Θεοῦ ἐπισκοπὴν διὰ τῆς τοῦ σεισμοῦ ταραχῆς σαφηνίσαντος, καὶ τῶν βαρβάρων ἔξωθεν καταπλαγέντων, ἐπιπλείω οἱ τῆς πόλεως ἀνδρίαν κατὰ τῶν ἐναντίων ἠμφιέσαντο· τινὲς

174. Tu, rerum omnium Domine, misericors cum sis, propter nos naturam humanam assumere, crucemque ac mortem pro genere nostro sufferre voluisti, tu teipsum pro nobis obtulisti Patri tuo sacrificium mundum, tu nos tibi propriis sanguine emisti, eligens nos populum tuum peculiarem, gentem sanctam : non intrent gentes in hæreditatem tuam, ne commaculent sancta templa tua, quæ ipse inter eam inhabitare voluisti; ne adversus nos, uti quondam arrogans Goliath adversus David, exaltentur; sed nobis humilibus atque indignis servis tuis, ut famulo tuo David, da lapidem salutarem, tuam invisibilem in bello opem, ut per eam funda utentes dolo adversus nos instructas Barbarorum phalanges repellamus, ne fusas a tuo certaminum Victore pro nobis preces irritas facias, ne adversus nos, ne, Domine, idolis addicta ac incesta impiaque natio prævaleat, exhibe nos etiam nunc novum tuum ab Ægyptiis quodammodo servatum, populum Israel.

175. Atque hæc et plurima orans civibus fiduciam addebat, quo seipsos dignos Deo exhiberent, ut et pro patria et templis sanctissimis et fide insurgerent, acieque contra Barbaros decertarent. Obsidione igitur incepta, petrobolisque undequaque, non lapides, sed montes et colles, ejaculantibus, unus in civitate e civibus lapidum jactor, divinitus inspiratus, cum parvo lapillo sancti Demetrii nomen inscripsisset, eum emisit clamans : In Dei et sancti Demetrii nomine, cumque lapis, similiterque extrinsecus a Barbaris alter, qui triplo et amplius major erat, fuisset emissus, accidit ut hic illi occurreret, atque ad locum quo barbarorum erat petrobolus reverteretur, utque ambo descendentes eos etiam qui ibidem erant, una cum artifice, qui in eo erat, occiderent. Ac post tale miraculum, cum media jam dies esset, subito terræ motus factus est magnus, ita ut omnis simul civitatis populus clamaret, Domine, miserere.

176. Cum autem barbarica multitudo murum omnem collabi vidisset, ut civitatem caperet, simul universa movit, cumque appropinquasset, murum ut ante stantem vidit, hincque, qui promissionem hujusmodi in visione acceperat, archiepiscopus, civitatem per suum certaminum Victorem visitasse Dominum, cognovit. E sagittis præterea, nivis confertim cadentis in modum per Barbaros emissis, nonnullæ, alata sui parte muro affixæ, ferrata autem versus hostes versæ, inventæ fuerunt atque etiam ut plurimum conspectæ (40). Ab eo ergo tempore e terræ motus tumultu visitationem a Deo civitati factam, archiepiscopo declarante, Barbarisque foris consternatis, fortitudine adversus inimicos maximam partem, qui civitatis erant,

(40) Talia sane sunt, quæ hic ab auctore nostro narrantur, ut, si modo locum obtinuerint, dubitare non sinant, quin tum Thessalonicensibus prodigiose a sancto Demetrio fuerit succursum. Orationem interim, quam a Joanne Thessalonicensi ad Deum fusam supra is refert, lapilli emissi miraculo post secuto esse accommodatam, mirari subit, eamque Joanni a laudato auctore pro arbitrio esse affictam vehementissime suspicor.

ρπ'. Ὡς δὲ λοιπὸν ἑώρα τὸ βάρβαρον ἀνίσχυρον A εἶναι τὴν παρ' αὐτῶν πρὸς τὴν πόλιν ὁρμὴν, ἤτουν δώροις τούτους ἀποπεμφθῆναι· οἱ δὲ ταύτην αὐτῶν μὴ προσηκάμενοι τὴν πεῦσιν, τῶν συνήθων λοιπὸν εἴχοντο ὁπλισμάτων, ὡς ἐξ ἄκρας τότε ὑπερβολῆς ὁ τῶν πολεμίων ἔξαρχος χαγάνος, ὡς παντελῶς ὑπὸ τῶν τῆς πόλεως καταπτυσθεὶς ἀκατασχέτῳ πικρίᾳ ἐκκαυθεὶς, προσέταξε πάντας τοὺς ἔξω σεβασμίους ναοὺς πυρὶ παραδοθῆναι, ὁμοίως δὲ καῦσαι καὶ πάσας τὰς τῶν προαστείων οἰκήσεις, ἐπαπειλῶν μὴ ἀναχωρεῖν ἐκ τῶν ἐνταῦθα, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πλεῖστα ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀπωλείᾳ πρὸς συμμαχίαν ἔθνη κατὰ τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως ἐπισπάσασθαι.

180. Cum autem tandem Barbari, adhibitam a se contra civitatem vim esse invalidam, viderunt, ut donis saltem dimitterentur, postulabant; illi vero, horum petitione haud admissa, consuetas post egerunt custodias, quando jam e supremo excessu inimicorum princeps chaganus, veluti ab iis qui civitatis erant, omnino spretus, amaritudine animi, coerceri haud valente, incensus, veneranda omnia, quæ foris erant, templa igni tradi, similiter autem et omnes suburbiorum domos comburi jussit, hisce sese ex partibus non abiturum, sed plurimas gentes alias contra civitatem nostram in auxilium advocaturum, ob cladem suam minatus.

ρπα'. Ἐπὶ τούτοις οὖν παρελθουσῶν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ἀνενδότῳ πολιορκίᾳ ἡμερῶν τριάκοντα τριῶν, B καὶ πρὸς τὸ ἐξαιτήσεως τῶν αὐτῶν βαρβάρων ἔθνους βουλῆς ἅπαντες οἱ τῆς πόλεως γεγονότες παρέσχοντό τινα τὰ πρὸς εἰρήνην προχωροῦντα, ὅπως τῆς κατ' αὐτοὺς ἀπαλλαγῶσιν ἀναιδοῦς προθέσεως, καὶ οὕτω τῆς εἰρήνης στοιχησάντων εἰς τὰς αὐτῶν τοποθεσίας ἀπίασιν. Μετὰ γὰρ τὴν στοίχησιν τῆς εἰρήνης τότε ἀδεῶς πρὸς τῷ τείχει ἐρχόμενοι τοὺς παρ' αὐτῶν γενομένους αἰχμαλώτους εἰς ὀλίγην πραγματείαν πιπράσκοντες ἀπέδοντο, καὶ εἴδη πρὸς συναλλαγὴν διάφορα, δημοσιεύοντες, τὴν θεόθεν τῇ πόλει σωτηρίαν καὶ τὴν τῶν τειχῶν ἐπὶ τοῦ σεισμοῦ γενομένην θαυματουργίαν, καὶ ὅτι κατ' ὀπτασίαν ἡ τῶν ὅπλων καὶ μαγγάνων ἄεργος καὶ ἀδόκιμος γεγένηται παράταξις, διότιπερ πρότερον ταῦτα παρ' αὐτῶν διαφόρως C γυμνασθέντα, ἐπιτήδεια, καὶ ἀναγκαῖα αὐτοῖς καταφαίνεσθαι, καὶ πρὸς τὴν τῆς πόλεως παράταξιν ἀπρόσφορα καὶ ἀνεπιτήδεια ἐκ τῆς τῶν ὁραθέντων αὐτοῖς ἁγίων ἐπιστασίας γέγονε. Καὶ ταῦτα δὲ πάντως ἀναγκαῖον ἱστορῆσαι, ὡς ἠκριβωμένους ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐπιμόνων πρεσβειῶν τοῦ μετὰ Θεὸν προμηθέως ἡμῶν καὶ συμμάχου καὶ ὁπλίτου καὶ λυτρωτοῦ ἡμῶν Δημητρίου ἡ πόλις ἐκ πάντων τῶν κινδύνων καὶ τῶν βαρβάρων διασώσεται, δοξάζουσα ἀπαύστως Πατέρα καὶ Υἱὸν κ. τ. λ.

181. Ob hæc igitur, cum in obstinata hujusmodi obsidione dies triginta tres præteriissent, universi, qui civitatis erant, consilio etiam, quo ipsorum Barbarorum gentem placarent, inito, quædam quæ ad pacem conducerent, obtulere, ut probrosum, quod statutum apud illos erat, consilium mutarent; atque ita iis quæ pacis erat compositis, ad loca sibi assignata abeunt. Cum porro pax fuisset stabilita, absque timore ad murum tunc accedentes pretio exiguo variisque in commutationem cibariis acceptis venditos, qui facti abs illis erant, captivos reddidere, salutem quæ civitati divinitus obtigerat, murorumque in terræ motu factum prodigium, armorumque suorum ac instrumentorum inanem ac invalidam vim factam esse, divulgantes, itaque per visionem sibi oblatam, quod illa quæ cum primum ab iis diversimode probata fuissent, idonea necessariaque visa fuerant, abs illo tempore quo sanctorum illis præsentia apparuit, ad civitatis expugnationem et inutilia et inepta evaserint. Atque hæc narrare (43) necessarium omnino fuit, ut apprime haberemus perspectum, per assiduas nostri post Deum curatoris et commilitonis et militis et servatoris Demetrii preces a periculis omnibus Barbarisque esse servatam civitatem, indesinenter laudantem Patrem et Filium, etc.

CAPUT III.

De terræ motibus divinitus immissis templique incendio (44).

ρπβ'. . . . Τὸν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον ἠτεῖτο

182. (45) Clementem ac misericordem Deum

(43) Rursus enimvero, quæ et hic et tribus præcedentibus numeris narrantur, sunt hujusmodi, ut Thessalonicam, prodigiose ei succurrente sancto Demetrio, a Barbarorum hoc cap. relata obsidione fuisse liberatam, non nemini persuadere sint nata. Ego interim rem totam prudenti lectoris judicio relinquo.

(44) Caput hoc unum est ex iis quæ per temporis brevitatem, quo codex olim Mazarinæus ad manum fuit, integra describi haud potuere. Ea interim, quæ descripta ex litterario illo monumento habemus, lectori hic exhibeo, quid reliqua, quæ locis, punctorum appositione hic distinctis, in dicto codice occurrit, narratione contineatur, in Adnotatis subjectis compendio edocens. Præfatum porro hoc caput in eodem codice, in quo a fol. 155 usque ad fol. vers. 162 excurrit, sequentem hunc a me etiam D hic retentum titulum in capite præfert: Περὶ τῶν γενομένων θεηλάτων σεισμῶν καὶ ἐμπρησμοῦ τοῦ ναοῦ.

(45) Auctor capitis initio, cujus loco puncta hic ponuntur, in codice olim Mazarinæo miraculorum omnigenorum, quæ sanctus Demetrius patrarit, et magnitudinem et multitudinem primum deprædicat, moxque ad miraculum seu potius miracula, quæ post supra a se jam relata evenere, gradum faciens, Joanni, Thessalonicensi a se jam sæpius nominato archiepiscopo, cum jam Thessalonica a binis supra narratis Sclavorum obsidionibus liberata fuisset, visionem cœlestem, qua terræ motibus Thessalonicam gravissime concutiendam intellexerit, divinitus fuisse oblatam, asseverat, ac tum, quæ hic modo sequuntur, subjungit.

ζομεν τρυφῶντες τῶν θείων μυστηρίων, καὶ τὴν ἐτήσιον αὐτοῦ ἑορτάζομεν μνήμην, τρυφῶντες ἀπαύστως τὰς θεοδότους αὐτοῦ χάριτας ἀνενδότως διὰ τῶν αὐτοῦ ἐπιστασιῶν, δοξολογοῦντες Πατέρα καὶ ἅγιον Πνεῦμα, κ. τ. λ.

A cedit; in qua etiam, cum divinis mysteriis communicamus, laudes divinas celebramus, annuamque illius memoriam agimus, gratiis illius divinitus datis indesinenter fruentes, atque per curas ejus absque intermissione laudantes Patrem et Spiritum sanctum (54), etc.

CAPUT IV.

Sclavi, uno e principibus suis in captivitatem indigne abducto, irati Thessalonicam, iterum a se obsidione pressam, ad famis angustias adigunt, atque ab ea tamen iterum, suis succurrente sancto Demetrio, recedere coguntur, parsque præterea illorum magna strage ab imperatoris exercitu post afficitur (55).

ρπε'. Τὴν ἤδη προτεθεῖσαν μερικῶς τῶν θαυμάτων πληθὺν τοῦ ἀοιδίμου καὶ συμμάχου καὶ κηδεμόνος ἡμῶν Δημητρίου, τοῦ γνησίου θεράποντος τοῦ ἀκαταλήπτου καὶ δημιουργοῦ τῶν ἁπάντων Θεοῦ ἐν βραχεῖ λόγῳ ἐκ τῶν πλείστων διεξελθών, μετελεύσομαι εἰς τὴν νῦν καθ' ἡμᾶς προελθοῦσαν παρ' αὐτοῦ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν προϊεμένου μάρτυρος Δημητρίου προμήθειαν, ὁπόσους κινδύνους καὶ ἱδρῶτας ὑπὲρ ἀναξίων δούλων προείλατο, καὶ ὡς τὴν πόλιν παρ' ἐλπίδας ἐξ ἀφεύκτων κινδύνων ἐῤῥύσατο. Τῶν γὰρ πολλάκις λελεγμένων τῶν προσπαρακειμένων τῇ θεοσώστῳ ταύτῃ πόλει Σκλαβίνων, τῷ δοκεῖν τὰ τῆς εἰρήνης κρατούντων, ὁ τότε τῆς τῶν ἐνταῦθα ἐπαρχότητος κρατεῖν κελευσθείς, ποίῳ τρόπῳ ἢ τίνος χάριν τὰς θεοσόφους τοῦ ὑπὸ Θεοῦ λαχόντος βασιλεύειν ἡμῖν, διὰ ἀναφορῶν ἐνήχησεν ἀκοὰς κατὰ τοῦ τῶν Ῥυγχίνων ῥηγὸς, τοὔνομα Περβούνδου, ὡς διαθέσει δολίᾳ καὶ γνώμῃ πονηρᾷ κατὰ τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως βουλευσαμένου.

185. Cum celebris nostri et propugnatoris et curatoris Demetrii, incomprehensibilis omniumque conditoris Dei servi genuini, miraculorum e plurimis
B multitudinem, quam ex parte proponere statueram, brevi sermone modo percurrerim, ad eam quæ nobis ab eo qui pro nobis animam posuit, martyre Demetrio ætate nostra (56) obvenit, curam transibo, quanta pericula ac sudores pro indignis servis subierit, et qui civitatem præter spem periculis inevitabilibus liberarit, exponens. Cum igitur sæpius dicti, qui custoditæ huic a Deo civitati adjacebant, Sclavi (57) ea quæ pacis erant, quemadmodum apparebat, servarent, is qui tunc horum locorum gerere præfecturam jussus erat, certo modo, quadamque ex causa rerum divinarum peritus illius qui tunc nobis imperare a Deo erat sortitus, aures adversus Runchinorum (58) regem, nomine Perbundum (59), veluti qui affectu animoque fraudu-
C lento mala adversus civitatem nostram meditaretur, per criminum delationes feriit.

ρπς'. Ὅστις θεοστεφὴς βασιλεὺς θείαν αὐτοῦ κεραίαν πρὸς τὴν ὕπαρχον ἐξουσίαν κατέπεμψε, κελεύσας τὸν αὐτὸν ῥῆγα, δι' οὗ νομίσει τρόπου δέσμιον πρὸς αὐτὸν ἀποστεῖλαι· καὶ τῶν τοιούτων εὐσεβῶν κεραιῶν τοῖς ἐξόχοις τῶν πρώτων ἰδίᾳ ἐμφανισθεισῶν, τοῦτον αὔθωρον ἐν τῇ πόλει διάγοντα κρατήσαντες ἔστειλαν σιδηροδέσμιον, καθὼς τὰ

186. Qui coronatus a Deo imperator (60) divinos suos apices ad præfecti potestatem misit, injungens ut regem illum, quo ei videretur modo, vinctum ad sese transmitteret; cum piæ hujusmodi litteræ iis qui inter primores eminebant, exhibitæ clam fuissent, statim illum in civitate versantem, comprehendentes, ferro vinctum, ut imperatoriæ

(54) Ita terminatur præsens anonymi nostri caput; sintne autem omnia prorsus, quæ isthoc suppeditat, ac maxime, quæ, in compendium utcunque contracta, in Adnotatis hic modo exhibui, veritati apprime consona, pro certo asseverare non ausim, remque proinde totam prudenti lectoris judicio permitto.

(55) Est et hoc caput ex iis quæ haud integra e codice olim Mazarinæo, in quo a fol. versu 162 usque ad fol. 187 extenditur, descripta habemus. Ea proinde, quæ in Adnotatis, cap. præcedenti ad not. 44 subnexis, de hujus edendi methodo lectorem monui, pro hic repetitis quantum ad caput præsens habenda sunt. Hoc porro in laudato Mazarinæo codice sequentem hunc præfert titulum: Περὶ τῆς κατὰ τὸν Περβοῦνδον λιμοῦ καὶ ἀνενδότου πολιορκίας, *De fame sub Perbundo obsidioneque obstinata.*

(56) Hic auctor noster anonymus iis quæ præsenti cap. narrat, sese æqualem luculentissime prodit; quandonam autem ista evenerint, studiosus lector intelliget ex iis quæ infra tum ad caput præsens, tum ad aliud proxime subsequens notabo.

(57) Sclavi ergo haud procul a Thessalonica cum civitatem hanc obsidione, cap. præsenti memorata, presserunt, sedes habebant. Nec est cur id mirum cuiquam appareat, cum obsidio ista sæculo octavo senescente, uti infra docebo, verosimiliter acciderit, hocque eodem sæculo, imo etiam citius, gens Sclavica, uti infra pariter docebo, in
D Romani imperii terris sedes habuerit.

(58) Unius hoc est e diversis, quibus Sclavica gens constabat, nationibus nomen, ei fortassis inditum, quod haud procul a Rusio, Thraciæ urbe, sedes haberet. Equidem eam aut in Macedonia aut in hujus regionis vicinia ac proin haud procul admodum a dicta civitate habitasse, e subdendis apparet.

(59) Hujus Sclavorum seu regis, uti hic vocatur, seu principis nomen nuspiam apud historicos sive Græcos sive Latinos invenire quivi.

(60) Utinam auctor noster imperatoris, a se hic memorati, nomen alicubi prodidisset! Ita de rerum, ab eo narratarum, epocha certius aliquid statui potuisset. Ego interim, quæ hic refert, Constantini septimi, qui sæculo octavo ad finem vergente imperii habenas tenuit, ætati innectenda, verosimile autumo; rectene, an secus, ex iis quæ infra notabo, studiosus lector statuet.

σθεναροὺς καὶ τῇ θέᾳ ὑπερλάμπρους ἀσπιδιώκτας τοῖς πολίταις ἐνέθηκεν. Ἕτεροι δὲ πάλιν ἑωράκεισαν τὸν εὐσθενῆ τοῦτον μάρτυρα καὶ σωσίπατριν διατρέχοντα ἔξεδρον τῷ τείχει καὶ ξένους τινὰς εὐτόλμους ἀξιοῦντα, καὶ εἰς τόπους τινὰς τῶν τειχέων ἑστάναι, παρατάσσεσθαί τε καὶ παραφυλάττειν . . . . . . Καὶ τούτου παρ' αὐτῶν γινομένου, καὶ τῆς ἔνδον ξυλείας πάσης καυθείσης, μηδ' ὅλως τὴν τῶν σιδήρων σύνθεσιν πρός τι χαυνῶσαι, ἀλλ' ὡς ἐγκεχωνιασμένα, ἢ ἐν ἑτέρῳ προσπεπηγότα εἴδει.

ρπθ'. Οὕτω τὸ αὐτὸ παραπύλιον καὶ καὲν σῶον διέμεινεν, ὡς τοὺς βαρβάρους ἐκπλαγέντας τοῦ τοιούτου ἀποστῆναι τόπου, πληγάς τε οὐκ ὀλίγας καὶ τραύματα καὶ φόνους ἐν τοῖς αὐτοῖς βαρβάροις ἀοράτως γεγενῆσθαι, οὐ μόνον ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, ἀλλὰ καὶ δι' ὅλης τῆς χερσαίας καὶ κατὰ θάλατταν. Ἐπεὶ οὖν τρεῖς ἡμέρας οὕτως . . . ταῖς πύλαις καὶ πρὸς τοῖς παρ' αὐτῶν συνορασθεῖσιν εὐαλώτοις καὶ εὐμαχιμωτάτοις τόποις κατὰ τὸν ὅμοιον πολεμήσαντες τρόπον τήν τε δυστυχίαν μετὰ θρήνου καὶ ὀλολυγμοῦ μεθ' ἑαυτῶν λαβόντες, καὶ τοὺς θεόθεν αὐτοῖς σφαγέντας ἄρχοντας διὰ τοῦ ἀθλοφόρου, καὶ τοὺς αὐτοῦ πληγέντας, μετ' ἀλλήλων μαχόμενοι εἰς τοὺς ἰδίους τόπους ἀπῆλθον . . . .

ρϟ'. Οἱ δὲ βάρβαροι πρὸς ἀλλήλους μαχόμενοι ἔλεγον τοῖς διεγείρασιν αὐτούς· Οὐκ ἐλέγετε ἡμῖν, μηδένα ἐν τῇ πόλει ὑπεῖναι, εἰ μή τινας γέροντας καὶ ὀλίγα γυναικάρια; Καὶ πόθεν ἡ τοσαύτη πληθὺς τοῦ ἐν τῇ πόλει λαοῦ ἡ ἀντιπαραταξαμένη ἡμῖν; Τοῦτο δὲ πᾶσι δῆλον καθέστηκεν, ὡς ἡ τῶν ἁγίων διὰ τοῦ ἀθλοφόρου γενομένη τῇ πόλει ὑπὲρ ἡμῶν συμμαχία . . . . Καὶ αὕτη δὲ πάλιν διὰ τῶν τοῦ φι-

A eium utut haud magnum indidit. Rursus autem al i viderunt benignum illum martyrem patriæque servatorem extra murum currentem, quosdamque peregrinos robustos, ac aspectu præfulgidos, scutiferos audaces, ut quibusdam etiam murorum locis starent, resisterent atque excubias agerent, adducentem... Ac cum illud factum ab iis fuisset, omnisque interior lignea materia esset combusta, nullo modo ferrorum commissuram laxari, sed ea velut in unum conflari seu alium in statum concrescere evenit.

189. Ita eadem portella, utut combusta, salva permansit, ita ut Barbari perculsi a loco hujusmodi recederent, plagæque haud paucæ vulne-
B raque ac cædes in ipsis Barbaris modo invisibili fierent, non modo in eodem loco, verum etiam per omnem terræ plagam atque in mari. Postquam igitur ita per dies tres (64)... prope portas, locaque quæ ab eis captu facilia laboreque nullo expugnabilia fuerant existimata, simili modo fortunaque adversa pugnassent, cum planctu ac ejulatu et principibus, qui divinitus eis a certaminum Victore fuerant occisi, et iis qui ab eo icti fuerant, secum acceptis, ad loca propria pugnantes adversus invicem abierunt (65)...

190. Barbari autem, cum invicem pugnabant, iis qui illos exstimularant, dicebant: Nonne nobis, neminem in civitate, nisi senes quosdam, paucasque mulierculas, superesse dixistis? Unde tanta
C quæ nobis restitit in civitate populi multitudo? Sanctorum id fuisse militare auxilium, civitati pro nobis per certaminum Victorem allatum, manifestum omnibus fuit (66)... Atque hoc rursus per-

(64) Voces aliquot in codice olim Mazarinæo hic exesæ sunt; ut autem e reliquis sensus perfectus formetur, esse puto supplendum πρὸς, Latinamque idcirco interpretationem sensui ita suppleto accommodavi.

(65) Atque ita, ut verbis jam præmissis ab auctore nostro narratur, per sanctum Demetrium seu potius per angelos, illo sancto nostro a Deo id impetrante, Sclavorum obsidione, cap. præsenti memorata, liberata fuit Thessalonicensis civitas; ut autem id vere per prodigium factum fuisse, auctor luculentius ostendat, mox etiam, postquam Thessalonicenses de felici isto successu summas Deo ac sospitatori sancto Demetrio egisse gratias, retulit, in cod. olim Mazarinæo fol. 180 subjungit, quæ punctorum interpositioni proxime hic subduntur.

(66) Hic modo in cod. olim Mazarinæo non pauca, a nobis iterum ob temporis brevitatem, quo is ad manum fuit, non descripta, auctor subjungit; ac primo quidem paucis post diebus etiam illos qui ad annonam a Bellegezitis emendam fuerant cum navibus emissi, incolumes, patrocinante suis sancto Demetrio, una cum haud parva, quam advehebant, frumenti copia esse reversos, cum jam Thessalonicæ obsidionem deserere compulsos fuisse Sclavos, apud Bellegizitas didicissent; deinde vero addit, liberatam quidem modo a se exposito Thessalonicam Sclavorum obsidione fuisse, haud tamen propterea cessasse quotidianas fere horum in loca Thessalonicæ vicina excursiones, factasque ex insidiis, quibus hæc ipsa civitas aliquando impeteretur, in loca alia civitatis ejusdem muris quam proxime adjacentia, irruptiones, quibus fiebat, ut et captivi abducerentur quam plurimi, et alia non pauca Thessalonicensibus inferrentur damna. Est porro, quemadmodum auctor prosequitur, præterea factum, ut, cum continuo de Thessalonica occupanda Barbari cogitarent, variique hunc in finem varia instrumenta bellica effingere niterentur, quispiam ex iis, instrumentorum hujusmodi, utut natione Sclavus, construendorum peritior, miri artificii turrim ligneam, qua Thessalonicam
D certo expugnandam asserebat, excogitarit. Verum cum, turris illius delineatione Sclavicæ gentis principibus proposita ac approbata, sibique per illos, qui jam civitati, quo adversus hanc machinæ exstruendæ periculum facerent, copias inexspectato admoverant, necessariis ad constructionem subministratis, manum operi, multis ei opem ferentibus, admoturus jamjam esset, subito ei spectandum sese obtulit sanctus Demetrius, alapaque in facie percussum mentis impotem reddidit, adeo ut fugam celerrime arripuerit, atque in montes desertos, frustra insequentibus aliis, opusque ut exordiretur, inclamantibus, ex hominum conspectu, non secus ac fera hunc vitans, secesserit. Ibi porro, donec Sclavi, machina bellica, qua Thessalonicam expugnatum iri sperarant, infecta ob architecti fugam manente, susceptæ in Thessalonicenses expeditioni nuntium remisere, commoratus est; tunc autem mentem sanam, quam,

καυσάντων καὶ διαζεύκτων ὅπλων, τοὺς θαλαττίους πλωτῆρας τοὺς ἐπὶ παρακομιδῇ καρπῶν ἐν τῇ βασιλευούσῃ ἀνιόντας πόλει παμπόλλους ἐκπορθήσαντες, ἀπό τε τῶν νήσων καὶ τῆς στενῆς θαλάττης, καὶ τῶν ἐπὶ τὸ Πάριον καὶ Προκόνησον τόπους καὶ αὐτοὺς τοὺς εἰς τὸ τελωνεῖον ἅμα τῶν πλοΐμων αἰχμαλωτίσαντες μετὰ πλείστων νηῶν οἴκοι ἐπὶ θυλάκους ἀπίασιν.

ρϞα'. Τότε δὲ ὁ τῶν πραγμάτων κύριος, ὁ χριστοστεφὴς ἡμῶν βασιλεύς, τὴν ἐπιμονὴν καὶ ἀλαζονείαν τῶν ἐχθρῶν ὁρῶν οὐ μόνον τὴν πρὸς τὴν καθ' ἡμᾶς πόλιν, ἔτι δὲ καὶ πρὸς αὐτοὺς τολμᾷν ἀντιπαρατάξασθαι τοὺς κρατοῦντας, ἠξίωσε τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ φιλοχρίστου στρατοῦ διὰ Θρᾴκης καὶ τῶν ἀντίων κατὰ τῶν τοῦ Στρυμῶνος καταστρατοπεδεῦσαι, οὐ κρυφηδὸν ἤτοι λαθραίως, ἀλλὰ καὶ προμηνύσας αὐτοῖς τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐξέλευσιν· οἵτινες προεγνωκότες, τὰς κλεισούρας καὶ τοὺς ὀχυροτέρους τόπους καταλαβόντες πρὸς ἀντίστασιν τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐκστρατευμάτων ἀνθωπλίζοντο, πᾶσαν τὴν βάρβαρον ἐκ διαφόρων ῥηγῶν βοήθειαν εἰς συμμαχίαν προτρεψάμενοι.

ρϞβ'. Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ τοῦ εὐσθενοῦς, ὡς λέλεκται, μάρτυρος μετὰ τῶν λοιπῶν ἁγίων καθοπλισαμένου, νίκαις τὸ Ῥωμαϊκὸν κατὰ τῶν Σκλαβίνων ἐνέδειξε στρατόπεδον καὶ εἰς ἃς αὐτοὶ πεποιήκασιν ἐνέδρας τοὺς αὐτῶν σθεναροὺς καὶ ἐξόχους καὶ ὁπλίτας κατέσφαξαν, καὶ ἔφυγεν πᾶσα ἡ βάρβαρος φυλή, ὥστε τινὰς εἰσδραμόντας τῇ καθ' ἡμᾶς θεοφυλάκτῳ πόλει κρυφηδὸν διήγειραν, ἐφ' ᾧ ἐξελθεῖν εἰς τὰς αὐτῶν κάσας τὰς πλησίον, καὶ καρποὺς τοὺς αὐτῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ἀφάτου φόβου, καὶ τῆς γενομένης ἐν αὐτοῖς κατασφαγῆς τὰς αὐτῶν φαμιλίας πάντα καταλιπόντας τοῖς μέρεσι προσπελάσαι, καὶ ἦν θεωρῆσαι τοὺς νικηθέντας καὶ φυγάδας πολίτας, ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις εἰς τὰς κάσας τῶν περὶ πόλιν καὶ λοιπῶν πλησιαζόντων τόπων ἀπιόντας καὶ φέρειν σῖτον, ὄσπρια, καὶ ἄλλας ἀποσκευὰς καὶ τὰ λοιπὰ τὰ πρὸς ἀποτροπὴν ἐπ' ὤμων ἀποκομίζοντας, ἀόπλους καὶ ὡς ἔνεστι διὰ τὴν ὁδὸν καὶ τὸν καύσωνα ἡμιχίτωνας, καὶ ὅπερ αὐτοὶ κατὰ τῆς πόλεως ἡμῶν ἐβουλεύσαντο, τοῦτο διὰ τοῦ μάρτυρος ἡ ἄνω πάντως πρόνοια εἰς αὐτοὺς ἐπανήγαγε.

ρϞγ'. Τοῦ γὰρ στρατοῦ ἐκεῖσε ἐκ τοῦ δικαίως καὶ εὐσεβῶς βασιλεύειν ἡμῖν λαχόντος σταλέντος ἐπὶ παρατάξει τῶν Σκλαβίνων, σιτοφόρα σκάφη καὶ πρὸ τῆς ἡμῶν αἰτήσεως ἐνταῦθα ἀπέστειλε. Τῶν κρατούντων καὶ ἐν τούτῳ ἀργησάντων διὰ τὸν φόβον, οὕπερ ἐποίησαν ἐκ τῶν ἐνταῦθα ἐκφορίου μήπως γνωσθέντες ἀγανακτήσει καὶ ὑποβληθῶσι, καὶ εἰ μὴ ἄχρι

harum partium sunt partim quiescentibus armisque disjunctis, nautas marinos plurimos, qui a devehendis ad civitatem imperantem fructibus revertebantur, diripientes, eosque qui in insulis marisque angustia ac locis iis quæ Parium ac Proconissum versus (69) sita sunt, habitabant, atque ipsosmet etiam qui a vectigalibus erant, una cum iis quæ ad navigationem spectabant, capientes, cum navibus plurimis ad casas (70) suas revertebantur.

191. Tunc autem rerum dominus, coronatus noster a Christo imperator, inimicorum obstinationem atque arrogantiam, non solum civitatem nostram, sed præterea etiam eos qui principatum obtinebant, aggredi audere conspiciens, contra eos qui ad exercitum suum Christi amantem spectabant, contra eos qui ad Strymonem sedes habebant non occulte aut furtim, sed et quæ adversus eos in procinctu erat, expeditione ante denuntiata, per Thraciam locaque vicina movere jussit. Qui rem praenoscentes, angustiis locisque firmioribus occupatis ut Romanis exercitibus resisterent, arma ex adverso, universis variorum regum barbaricis auxiliaribus copiis ad belli societatem vocatis, pararunt.

192. Verum et hac in re, potens, ut dictum est, martyr, reliquis cum sanctis arma subministrans, Romanum exercitum contra Sclavos victorem effecit, perque insidias, quas ipsimet struxerant, fortes eorum præstantioresque ac armatos occidit; atque omnis gens barbara fugam arripuit, adeo ut quosdam qui ad nostram custoditam a Deo civitatem confugerant, clanculum monuerit ut ad casas suas prope eam sitas exirent, fructusque earumdem colligerent, quo ob ineffabilem timorem tantamque in se cædem familias suas omnino relinquentes, ad partes illas accederent; popularesque, qui devicti erant ac fugiebant, cum uxoribus ac liberis ad sitorum prope illam reliquorumque vicinorum locorum casas abeuntes frumentumque ac olera ferentes, erat videre, uti etiam qui impedimenta reliquaque fugæ congrua humeris portabant, alios inermes, atque ut per viam ac ardorem licebat, semivestitos; ac quod ipsi contra civitatem nostram meditati erant, id per martyrem superna providentia supra eos omnino induxit.

193. Is porro, qui juste ac pie nobis imperare est sortitus, misso ad Sclavos oppugnandos exercitu, navigia etiam, frumento onusta, ad petitionem nostram huc misit. Cum et hac in re, qui rempublicam administrabant, ob timorem, ne qui terræ proventus distrahebant, rem noscentes contra se indignarentur, nihil omnino facerent dice-

regionibus, haud procul etiam, ut dictum, a Thessalonica remotis, ab ipsismet imperatoribus sedes subinde obtinuisse, et tamen haud raro contra hosce arma postea adhuc movisse, excursionibusque damna illis haud modica intulisse, facile agnoscent, qui vel Constantini Porphyrogeniti de Thematibus administrandoque imperio libros evolverint.

(69) Proconessus insula est Asiæ Minoris in Propontide, quæ aliis olim Proconnesus aut etiam Præconnesus appellata, Marmara modo nuncupatur. Videsis ad vocabulum *Proconnesus* in Lexico Geographico Baudrandum. Πάριον, Mysiæ Minoris in Asia ad Propontidis oram civitas est.

(70) Ita hic vocabulum θυλάκους, quod ejusdem proprie cum vocabulo Latino *saccus* significationis est, interpretandum e sensu duxi.

ἡ δὲ ἀκοὴ πρὸς παράλη[ψι]ν ἀτονοῦσα, ἡ δὲ τέχνη τῆς σαφηνείας τῷ μέτρῳ μὴ αὐταρκοῦσα· ὅσα γὰρ πρὸς Θεὸν οἰκειοῦται, ταῦτα παρὰ ἀνθρώποις ἀκατάληπτα· καὶ γὰρ καὶ τὰ τοῦ μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Δημητρίου θαύματα θεοπάροχα τυγχάνοντα τὰς τῶν ποιητῶν καὶ συγγραφέων ὑπερβάλλουσι τέχνας, ἀλλὰ τὰς ἐκ τῶν εἰρημένων λογογράφων καὶ φιλοσόφων εὐθέτους ὡσανεὶ ἐκθέσεις παραδραμόντες, πρὸς ὅπερ ἐσμὲν βραχεῖς, τὰ μεγάλα ἐν μικροῖς λέξομεν· ἐχρῆν γὰρ ὄντως, εἰ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν αὐτοῦ συμμαχιῶν καὶ ἰάσεων ἐν λήθῃ δεδώκασιν, ἀλλὰ καὶ ταύτην τοῦ ὑπερβαίνοντος πάντα νοῦν καὶ ἔννοιαν θαυματουργίαν τοῦ ὄντως φιλοικτίρμονος καὶ σωσιπόλιδος Δημητρίου καὶ ἐν μικροῖς λέξομεν μεγάλην ὑπάρχουσαν.

A ctum sunt, haud assequitur, sermo autem præ rerum copia, quid primum dicat, est anxius; auditus vero acceptioni est impar; ars porro aptæ explanationi per sese haud sufficit. Quæ enim apud Deum facilia sunt, ea apud homines incomprehensibilia exsistunt; miracula autem Christi martyris Demetrii, quæ Deo dante fuere patrata, oratorum philosophorumque artes exsuperant. Verum quo breves simus, quas dicti oratores philosophique concinarunt, appositas utcunque expositiones prætereuntes, maxima verbis paucis prosequemur. Id enim, etsi præstitorum ab eo auxiliorum curationumque factarum partem maximam oblivione obruant, omnino convenit, illudque adeo intellectum omnem ac cogitationem superantis, vere misericordis ac civitatis servatoris Demetrii, quod et ipsum magnum est, miraculum paucis expediemus (75).

ρϞε'. Ὡς ἴστε, φιλόχριστοι, ἐν τοῖς προτέροις B τὴν τῶν Σκλαβίνων, ἤγουν τοῦ κληθέντος Χάτζονος καὶ τῶν Ἀβάρων καὶ ἐν μέρει ἔκθεσιν ἐποιησάμεθα, καὶ ὅτιπερ τὸ Ἰλλυρικὸν σχεδὸν ἅπαν, ἤγουν τὰς αὐτοῦ ἐπαρχίας, λέγω δὴ Παννονίας δύο, Δακίας ὡσαύτως δύο, Δαρδανίας, Μυσίας, Τριβάλεως, Ῥοδώπης, καὶ πασῶν ἐπαρχιῶν, ἔτι μὴν καὶ Θρᾴκης, καὶ τοῦ πρὸς Βυζαντίου μακροῦ τείχους καὶ λοιπὰς πόλεις τε καὶ πολιτείας ἐκπορθήσαντες, ἅπαντα τὸν αὐτὸν λαὸν εἰς τὸ ἐκεῖθεν πρὸς Παννονίαν μέρος τὸ πρὸς τῷ Δανουβίῳ ποταμῷ, ἥστινος ἐπαρχίας πάλαι μητρόπολις ὑπῆρχεν τὸ λεχθὲν Σερμεῖον. Ἐκεῖσε οὖν, ὡς εἴρηται, τὸν ἅπαντα λαὸν τῆς αἰχμαλωσίας κατ- C

195. Supra, quemadmodum, Christi amantes, habetis perspectum, Sclavorum ducis, nomine Chatzonis, Avarumque etiam notitiam ex parte dedimus (76), eosque omne propemodum Illyricum, illius videlicet provincias, dico autem, Pannonias ambas, Dacias similiter ambas, Dardanias, Mysias, Trebalis, Rhodopes, omniumque etiam Thraciæ adhuc ad murum usque Byzantinum longum principatuum reliquas et urbes et respublicas devastantes ipsummet omnem populum ad eam, quæ hinc Pannoniam versus dissita est, abduxisse plagam, Danubio adjectam (77), cujus provinciæ, quod vocatur Sirmium, metropolis olim fuit (78). Ibidem

(75) Quæ toto fere hoc numero ac præsertim ejus initio auctor noster, non raro, etiam alibi, uti hic datam a nobis lucubrationem ejus evolventi patescet, intellectu admodum difficilis, modo suppeditat, adeo obscura atque implexa sunt, ut apposite ea in linguam Latinam convertere sit omnino difficile, nec ulla etiam ratione fieri forsan id a me potuisset, nisi sensus, quem abs illo intendi e contextu apparet, lucem attulisset.

(76) Duobus videlicet primis præsentis lucubrationis capp., ac præsertim horum priori.

(77) Locorum omnium ac singulorum, quæ ab auctore nostro hic nominantur, notitia in Baudrandi aliorumque Lexicis Geographicis passim est obvia, illamque adeo lectori hic exhibere, operæ pretium non reor. Verum quod jam pertinet ad assertum, quo auctor, eorumdem omnium locorum incolas captivos a Sclavis fuisse abductos memoriæ a se supra proditum hic ait, id omnino accuratum est, cum supra, videlicet num. 158, eadem loca per Sclavos habitatoribus vacua reddita fuisse duntaxat scripserit, idque etiam aliter, quam abductis ad plagam, Pannoniam versus sitam, in captivitatem incolis, fieri certo potuerit, ut nemo non videt. Et vero regionum, quas Sclavi aliique Barbari depopulati sunt, incolas omnes in captivitatem non fuisse abductos, sed alios etiam ex his occisos, alios fuga fuisse delapsos, e Theophane, Zonara aliisque, qui de rebus illis tractant, quisque haud difficulter comperiet; ut auxesi præterea auctor noster verosimillime, ne dicam indubie, usus hic fuerit.

(78) Vere olim, idque ante auctoris nostri ætatem, uti is hic indicat, Pannoniæ metropolis Sirmium exstiterat. Etenim ante sæculum quintum, quo celeberrima isthæc civitas ab Attila fuit eversa, Illyrici universi, non tantum caput, sed et illius qui amplissimæ huic regioni præfecti prætorii munere præerat, sedes aliquandiu exstitit, uti apud Farlatum *Illyrici sacri* tom. I, pag. 70 et quinque seqq. videre licet; Illyricum autem Pannoniam complectebatur, quemadmodum vel e solis Sexto Rufo et Jornande liquet. Prior enim in Breviario sic habet : « Provincias habet Illyricus septem et decem; Noricorum duas, Pannoniarum duas, Valeriam, Saviam, Dalmatiam, Mœsiam, Daciarum duas; et in diœcesi Macedonia sunt septem Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri duæ, Prævalis et Creta; » posterior vero *De success. reg. ac temp.* lib. I, ita scribit : « Illyricus autem cuncta per partes D quidem et membra devincta ad unum tamen corpus aptata est; quæ habet intra se provincias decem et octo; hæ sunt : Norici duæ, duæ Pannoniæ, duæ Valeriæ, Savia, Dalmatia, Mœsia superior, Dardania, Daciæ duæ, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epirus, Prævalis, Creta. » Licet porro Sextus Rufus, contra ac Jornandes facit, provinciis Illyrici Dardaniam, quod hæc forte illius ætate provinciæ nomen nondum obtinuisset, haud accenseat, ambo tamen Pannoniam, aut, si mavis, ambas Pannonias, inferiorem nempe ac superiorem, Illyrico adscribunt. Cæterum cum inter Illyrici provincias etiam recenseant Prævalim, supra hic errore, ex amanuensium incuria profecto, Τριβάλεως scriptum, puto, vocabuloque huic Πραιβάλεως aut certe Πρεβάλεως substituendum. Prævalis enim, uti e recitatis Sexti Rufi et Jornandis verbis liquet, nota est Illyrici provincia seu etiam, quæ pars Dalmatiæ aliquandiu fuuit, regio; Trebalis autem non item.

igitur, ut dictum est, captivum omnem populum, velut sibi deinceps subditum, prædictus Avarum Chaganus constituit (79). Ab eo ergo tempore cum Bulgaris et Avaribus reliquisque gentilibus fuit commistus, cumque sese inter liberos procrearent atque in populum infinitum maximumque excrescerent; filii autem singuli a patribus indolem generisque studium, moribus Romanis congruum, accepissent (80), quemadmodum sub Pharaone in Ægypto Hebræorum auctum est genus, ita et in illis modo haud absimili per fidem orthodoxam sacrumque ac vivificantem baptismum Christianorum aucta est tribus, aliique aliis de majorum suorum solo natali narrantes invicem in cordibus fugæ desiderium accenderunt.

A ἔστησεν ὁ λεχθεὶς χαγάνος, ὡς αὐτῷ λοιπὸν ὑποκειμένους· ἐξ ἐκείνου οὖν ἐπιμιγέντες μετὰ Βουλγάρων καὶ Ἀβάρων καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνικῶν καὶ παιδοποιησάντων ἀπ' ἀλλήλων καὶ λαοῦ ἀπείρου καὶ παμπόλλου γεγονότος, παῖς δὲ παρὰ πατρὸς ἕκαστος τὰς ἐνεγκαμένας παρειληφότων καὶ τὴν ὁρμὴν τοῦ γένους κατὰ τῶν ἠθῶν τῶν Ῥωμαίων, καὶ καθάπερ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐπὶ τοῦ Φαραὼ ηὐξάνετο τὸ τῶν Ἑβραίων γένος, οὕτω καὶ ἐν τούτοις κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον διὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ βαπτίσματος ηὔξετο τὸ τῶν Χριστιανῶν φῦλον, καὶ θάτερος θατέρῳ περὶ τῶν πατρίων τοποθεσιῶν ἀφηγούμενος, ἀλλήλοις πῦρ ἐν ταῖς καρδίαις τῆς ἀποδράσεως ὑφῆπτον.

*196. Cum enim ab eo tempore, quo in illorum progenitores a Barbaris patrata fuerat devastatio, sexaginta circiter ac amplius anni essent elapsi (81), aliusque jam ibidem novus populus exsurrexisset, maximam autem illius partem temporis lapsu liberam ac jam velut gentem peculiarem esse, Avarum chaganus concessisset, ut nationi mos est, principem, nomine Cuber (82), iis præfe-

B ρϞϛ'. Χρόνων γὰρ ἑξήκοντα ἤδη που καὶ πρὸς διαδραμόντων, ἀφ' ἧς εἰς τοὺς αὐτῶν γεννήτορας ἡ παρὰ τῶν βαρβάρων γεγένηται πόρθησις, καὶ λοιπὸν ἄλλος νέος ἐκεῖσε λαὸς ἀνεφαίνετο, ἐλευθέρους δὲ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐκ τοῦ χρόνου γεγονέναι καὶ λοιπὸν ὡς ἴδιον ἔθνος προσέχων ὁ Ἀβάρων χαγάνος, καθὼς τῷ γένει ἔθνος ὑπῆρχεν, ἄρχοντα τούτοις ἐπάνω κατέστησε, Κούβερ ὄνομα αὐτῷ, ὅστις

(79) Non Chatzonem, paulo ante hic memoratum, qui Sclavorum duntaxat, non autem etiam Avarum, dux fuisse videtur, sed eum ipsum Avarum chaganum, qui a Sclavis, cum a Thessalonica sub Chatzonis ductu a sese obsessa recedere fuissent compulsi, pollicitationibus ac donis (adi cap. 2) in auxilium fuit vocatus, ab auctore nostro hic designari existimo; licet autem hic, quod supra num. 158 a Sclavis factum scribit, Avaribus hoc loco eorumque chagano ascribat, sibimetipsi propterea contrarius æstimari haud debet; Sclavis enim, dum, quod num. 158 narratur, in Illyrico gesserunt, Avares etiam, quibus fœdere illi conjuncti partimque etiam paruisse videntur, numero non paucos fuisse admistos, eorumdemve saltem seu imperio seu impulsu Sclavos illud gessisse, verosimillimum fit ex iis quæ de ambabus illis nationibus apud scriptores proxime laudatos aliosque memoriæ prodita inveniuntur.

(80) In hæc auctoris nostri Græca verba, παῖς δὲ παρὰ πατρὸς ἕκαστος τὰς ἐνεγκαμένας παρειληφότων καὶ τὴν ὁρμὴν τοῦ γένους κατὰ τῶν ἠθῶν τῶν Ῥωμαίων, errorem irrepsisse ex amanuensium oscitantia, in animum induco; iis interim Latinam, quam sensus maxime exigere videbatur, interpretationem attribui; quod si quis meliorem attulerit, eam lubentissime amplectar.

(81) Devastatio ab auctore nostro et hic et supra cap. 1 memorata, qua innumera hominum multitudo ex imperii terris, uti hic mox is retulit, in captivitatem fuit abducta, verosimillime, uti in Annotatis, cap. isti subnexis, jam docui, sub Constante tertio, aut altero e binis ejus successoribus Constantino Pogonato et Justiniano Rhinotmeto seu secundo, evenit. Imo vero, quo etiam aliquanto propius eventus illius epocham utcumque modo determinem, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, indubie ad annum usque 681, uti ex iis quæ in Commentario prævio num. 23 in medium adduxi, liquet, vitam protraxit, eamque verosimillime, quemadmodum jam supra docui, ante annum 700, imo etiam, ne alioquin præsul ille (adnotata lucubrationis ejus cap. 14 [supra col. 1303] subnexa, consule) ad ætatem nimis provectam pervenisse sit dicendus, ante annum 690 terminarit: ex iis autem, quæ auctor noster anonymus tum præfationis in modum (adi quæ lucubrationis Joannis Thessalonicensis cap. ultimo [col. 1323] adnotatur) lucubrationi suæ præmittit, tum hujus cap. tertio refert, præfata devastatio tunc primum, cum dictus Thessalonicensis archiepiscopus ab obitu suo haud mul-

C tum esset remotus, accidisse videtur ac proin inter annum circiter 680 et annum 690. Jam vero, cum hæc ita habeant, eaque, quæ cap. præsenti auctor noster deinceps narrat, annis amplius post eamdem devastationem sexaginta, prout hoc loco ait, evenerint, conjectarium fit, ut ante annum circiter 740 horum epocha figenda haud sit. Imo vero nec ante sæculi octavi finem circiter seu tempus, quo Constantinus septimus, Irenes filius, imperii habenas tenuit, statuenda isthæc videtur. Ita autumo, quod ab ordine, quo quæque gesta sunt, auctor noster in narrando recedere nullo ex capite videatur, ea autem, quæ cap. præcedenti memoriæ prodit, sub Constantino, Irenes filio, seu sæculo octavo ad finem jam inclinante evenerint, uti docui in Adnotatis cap. isti (not. 73) subnexis.

(82) Principis hujus, qui, quemadmodum e capitis præsentis titulo (supra in nota) 74 recitato, intelligitur, Bulgarus exstitit, mentionem nuspiam apud scriptoris alios invenio; Cubrati

D quidem, genere Bulgari, qui sub Heraclio seu sæculo septimo, ad mediam sui partem nondum provecto, contra Avarum chaganum rebellavit, ac cum populo, quem ab eo acceperat, sedibus patriis relictis, ad Romanos seu Heraclium secessit, sanctus Nicephorus, patriarcha Constantinopolitanus, in Breviario historico, Parisiis anno 1648 edito, pag. 16 mentionem facit. Verum etsi ita non pauca sane Cubrato, quæ mox infra auctor noster anonymus Cubero, Nicephorus ascribat, satque præterea Cubrati et Cuberi nomina affinia sint; quo minus tamen hic cum illo unus idemque dicatur, ætatis, qua ambo floruerunt, diversitas impedit. Cubratus enim, uti ex jam dictis liquet, sæculo septimo floruit; Cuberus autem sæculo octavo et quidem verosimillime multum jam provecto, nisi forte quis velit, quæ mox de Cubero auctor noster anonymus subjungit, perperam abs hoc iis afflici notis chronicis, ex quibus, ut sæculo octavo mul-

ἔκ τινων τῶν ἀναγκαιοτέρων προσοικειουμένων αὐτῷ μαθὼν τὴν τοῦ τοιούτου λαοῦ τῶν πατρῴων πόλεων ἐπιθυμίαν, ἐν σκέψει γίνεται καὶ ἀνάστατον λαμβάνει τὸν πάντα Ῥωμαίων λαὸν μετὰ καὶ ἑτέρων ἐθνικῶν καθὰ ἐν τῇ Μωσαϊκῇ τῆς Ἐξόδου τῶν Ἰουδαίων ἐμφέρεται βίβλῳ, τουτέστιν προσηλύτους μετὰ καὶ τῆς αὐτῶν ἀποσκευῆς καὶ ὅπλων, καὶ ἀνάστατοι καὶ ἀντάρται καταλέλεκται [κατὰ λέλεχθαι?] τοῦ χαγάνου γίνονται, ὥστε ἐγνωκότα τὸν αὐτὸν χαγάνον διῶξαι ὄπισθεν αὐτῶν, καὶ συμβαλλόντων αὐτῶν καὶ ἐπὶ πέντε ἢ ἓξ πολέμους καὶ ἐπ' ἀμφοτέροις παρ' αὐτῶν ἡττηθέντος αὐτοῦ λαοῦ φυγῇ χρησάμενος ἐν τοῖς ἐνδοτέροις πρὸς ἄρκτον ἄπεισι τόπους, ὡς λοιπὸν μετὰ νίκης περάσαντα τὸν αὐτὸν Κούβερ μετὰ τοῦ εἰρημένου σὺν αὐτῷ παντὸς λαοῦ τὸν προαφηγηθέντα Δάνουβιν ποταμὸν καὶ ἐλθεῖν εἰς τὰ πρὸς ἡμᾶς μέρη, καὶ κρατῆσαι τὸν Κεραμήσιον κάμπον, κἀκεῖσε αὐτῶν ἐγκαθεσθέντων, τὰς πατρίους ἐζήτουν τὸ πόλεις, ὡς μάλιστα οἱ τῆς ὀρθοδόξου καθεστῶτες πίστεως, οἱ μὲν τὴν καθ' ἡμᾶς μαρτυροφύλακτον τὴν Θεσσαλονικέων πόλιν, ἄλλοι τὴν πανευδαίμονα καὶ βασιλίδα τῶν πόλεων, ἕτεροι δὲ τὰς ἀπομεινάσας τῆς Θρᾴκης πόλεις.

ρϟζ'. Ταῦτα δὲ τοῦ λαοῦ βουλευομένου, συμβουλευταὶ δολερᾶς γνώμης, ταύτης βουλῆς κακούργως γίνονται, ὥστε μή τινας ἐξ αὐτῶν τοῦ ποθουμένου τόπου ἀξιωθῆναι, ἀλλ' αὐτὸν Κούβερ πάντας ὡς συμμίκτως ἐξελθόντας ἐπικρατῆσαι καὶ τούτων ἄρχοντα καὶ χαγάνον γενέσθαι· εἰ γὰρ πρὸς τὸν ὑπὸ Θεοῦ βασιλεύειν ἡμῖν λαχόντα ἀπελθεῖν πειραθείη, τὸν λαὸν ἅπαντα παρ' αὐτοῦ ληψόμενος καὶ διασκορπίσας τοῦτον τῆς ἀρχῆς ἀλλότριον καθίστησι, καὶ τότε, τὸ δοκεῖν, ἔστειλε πρὸς τὸν κύριον τῶν σκήπτρων, πρεσβεύσων αὐτῷ, ἐφ' ᾧ μεῖναι μετὰ τοῦ σὺν αὐτῷ ὑπάρχοντος λαοῦ ἐκεῖσε, αἰτῶν κελευσθῆναι τὰ παρακείμενα ἡμῖν τῶν Δραγουβιτῶν ἔθνη δαπάνας κατὰ τὸ ἱκανὸν αὐτοῖς ἐπιχορηγῆσαι, ὃ δὴ καὶ γεγένηται· καὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ ἐπὶ σιτισμοῦ εἰσελθόντων πλείστων εἰς τὰς τῶν Σκλάβων σκηνὰς καὶ διερωτησάντων περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως καὶ ἀκριβωθέντες, ὡς ἐκ μήκους μὴ ὑπάρχειν ταύτας, ἤρξαντο πλεῖστοι λοιπὸν οἱ ἐκ τῶν Ῥωμαίων ὄντες μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων ἐν τῇ θεοσώστῳ ταύτῃ ἡμῶν εἰσιέναι πόλει, οὕστινας αὐτίκα οἱ τὴν ὕπαρχον

A cit; qui, cum e quibusdam, qui cum eo familiarius conversabantur, populi hujusmodi civitatum patriarum desiderium didicisset, quid agat, circumspicit, omnemque populum Romanum extorrem, aliosque gentiles, id est, secundum quod in Moysaico Judæorum Exodi libro continetur, proselytos una cum eorumdem supellectile atque armis ad sese assumit, hique discedunt ac rebelles chagano fiunt (83), ita ut idem chaganus, cum id cognovisset, a tergo ipsos insequeretur; cum vero manus conseruissent, ac post quinque aut sex prælia devictus etiam in duobus abs illis is fuisset, fugam cum relicto sibi populo arripiens ad partes interiores Septemtrionem versus sitas sese confert, adeo ut tandem idem Cuber, cum, relata victoria, præ-

B fatum Danubium fluvium cum omni prædicto populo suo trajecisset, ad nostras etiam partes venerit, campumque Ceramesium (84) occuparit, cumque ibidem consedissent, ii maxime qui fidei orthodoxæ erant, ad civitates patrias anhelabant, hi quidem ad custoditam nostram a martyribus Thessalonicensium urbem, alii ad fortunatissimam etiam urbium reginam (85), alii autem ad Thraciæ civitates reliquas.

197. Cum vero hæc populus vellet, dolosæ mentis consiliarii id fraudulenter cepere consilii, ne qui ex iis desideratum locum adirent, sed idem Cuber omnibus, veluti qui commistim essent egressi, imperaret, eorumque princeps ac chaganus fieret;

C quod si enim ad illum, qui nobis imperare sortitus a Deo erat, abire niteretur, fore ut populum omnem abs illo abstraheret, dissipatumque eumdem ab imperio alienum efficeret; tuncque ad sceptrorum dominum, quo ei, ut hic cum omni populo, secum exsistente, manere posset, in specie supplicaret, legavit, postulans etiam ut quæ nobis adjacent, Dragobitarum nationes sufficientia eis cibaria subministrare juberentur (86); quod et factum est. Atque ita cum plurimi Sclavorum tentoria, ut cibaria eis subministrarent, essent ingressi, hique illos de civitate nostra interrogantes, esse illa ab hac haud procul remota, diligenter didicissent, plurimi jam, qui e Romanis ducebant originem, cum uxoribus et liberis nostram a Deo servatam

D civitatem ingredi cœperunt; quos statim, qui præ-

tum jam promoto evenerint, consectarium fit, quemadmodum in Adnotatis ad not. præced. jam docui.

(83) Græca hæc verba, καὶ ἀντάρται καταλέλεκται τοῦ χαγάνου γίνονται, Latine interpretatus sum. *ac rebelles chagano fiunt*, nulla habita ratione vocabuli καταλέλεκται, quod quid hic significare queat, haud perspicio.

(84) Nominis hujus campum seu planitiem, quæ haud procul a Thessalonica sita fuerit, nuspiam invenio. Verum non est, cur id mirum cuiquam accidat, cum nec planities omnes seu campos commemorare soleant geographi, nec singulos suis nominibus distinctos tabulæ geographicæ, utut etiam accuratæ, exhibere.

(85) Ita etiam scriptores Græci alii Constantinopolim per tituli honorarii modum subinde appellant.

(86) Dragobitæ ergo, si vera hic memoret auctor noster anonymus, jam ante illud tempus, quo Cuberus cum suis in Campo Ceramesio consedit, haud procul a Thessalonica sedes habuerint. Illi porro Dragobitæ seu, ut supra etiam ab auctore nostro hoc nomen exaratur, Dragobitæ sclavica etiam, ut supra loco non uno tradit, natio fuerunt, ortique verosimillime ex iis quos Russis tributarios fuisse, Constantinus Porphyrogenitus lib. *De administrando imperio*, cap. 9, scribit, Drungubitarumque nomine distinguit, nullam interim Dragobitarum seu Drogobitarum, qui verosimillime, ut jam dixi, e Sclavis hisce orti sunt, mentionem vel ibidem vel alibi uspiam faciens.

fecturam administrabant, ad civitatem imperantem (87) navibus miserunt.

198. Cum vero id a prædicto principe illorum Cubero cognitum fuisset, isque latentem in corde fraudem celare non posset, cum consiliariis suis in proprium suum interitum ac judicium consilia contulit, hocque clanculum cepit, ut e principibus suis quempiam, qui præ cæteris vafer ac callidus esset, linguamque nostram et Romanorum, Sclavorum et Bulgarorum calleret, atque ut uno verbo dicam, qui in omnibus astutus omnigenaque diabolica arte esset instructus, extorris fieret, atque ad civitatem nostram a Deo custoditam, ut reliqui, in speciem aufugeret, ac seipsum fidi imperatoris servum fingeret, plurimumque ad nos, ut eadem quæ ille, velle deberemus, populum secum adduceret, hincque ac illis artibus, bello civili excitato, civitatem caperet, hic scilicet post hujus expugnationem prædicto Cubero cum familia sua cæterisque principibus sedem figere, hincque, auctis viribus, adversus populos circumjectos arma movere omnibusque dominari, ac bello insulas (88) et Asiam, adhuc autem et eum qui imperii habenas moderabatur, aggredi volente.

199. Cum hujus igitur consilii voluntatisque facti essent, juramentoque sese quod statuerant facturos fidem fecissent, unus ex eis, nomine Maurus, ad civitatem nostram profugus, ut apparebat, advenit, ac primum suavibus ac dolosis verbis una cum juramentis eos qui principatum obtinebant, induxit, ut optima approbationeque digna ad piissimum imperatorem de eo referrent; qui, in omnes beneficus, iis quæ per illos relata erant, impulsus, eisdem voluntatem suam, scripto honoris causa expressam, consulari ornatu vexilloque (89) eidem Mauro, quo illum cohonestaret, misso, statim significavit, præcipiens ut Cermesiani (90) omnes, qui a prædicto Cubero aufugerent, eidem Mauro subessent : cumque hujusmodi mandatum publicum factum, atque in scriptam ordinariam matriculam (91) relatum fuisset, exin omnis, qui huc confluxerat, populus eidem Mauro fuit commissus, ipseque eorum dux exstitit; cum vero quidam, qui e Romanorum gente erant, qualis Maurus esset, qui fidem nemini unquam servasset, sed semper præ

ἔχοντες φροντίδα ἐν τῇ βασιλευούσῃ διὰ τῶν πλοΐμων ἀπέπεμπον πόλει.

ρϞη'. Τούτου τε γνωσθέντος παρὰ τοῦ εἰρημένου πρώτου αὐτῶν Κούβερ, καὶ μὴ δυναμένου τὸν ἐγκείμενον ἐν τῇ καρδίᾳ ἀποκαλύψαι δόλον, ἐσκέψατο μετὰ τῶν αὐτοῦ συμβούλων ἐπὶ οἰκείᾳ ἀπωλείᾳ καὶ γνώμῃ. καὶ ταύτην κρυφηδὸν βουλὴν ἱστᾷ, ὥστε τινὰ τῶν αὐτοῦ ἀρχόντων ἔξοχον ὄντα καὶ πανοῦργον ἐν πᾶσι, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐπιστάμενον γλῶσσαν καὶ τὴν Ῥωμαίων, Σκλάβων καὶ Βουλγάρων, καὶ ἁπλῶς ἐν πᾶσιν ἠκονημένον καὶ γέμοντα πάσης δαιμονικῆς μηχανῆς ἀνάστατον γενέσθαι καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς καὶ αὐτὸν τὸ δοκεῖν ὡς τοὺς λοιποὺς προσπελάσαι θεοφυλάκτῳ πόλει, καὶ δοῦλον ἑαυτὸν προσποιήσασθαι τοῦ πιστοῦ βασιλέως, καὶ λαὸν μετ' αὐτοῦ πλεῖστον εἰσβαλεῖν πρὸς ἡμᾶς, τὰ αὐτοῦ δεῖν φρονοῦντας, καὶ ἔνθεν καὶ ἐκ τῶν τρόπων τούτων τὴν πόλιν δι' ἐμφυλίου πολέμου ἑλεῖν· ἐνταῦθα δηλονότι μετὰ τὴν αὐτῆς πόρθησιν ὀφείλοντος ἐγκαταστῆναι τοῦ λεχθέντος Κούβερ μετὰ τῆς αὐτοῦ ἀποσκευῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων, καὶ ἔνθεν ὠχυρωμένον ἀντιπαρατάσσεσθαι τῶν πέριξ ἐθνῶν, καὶ τούτων δεσπόζειν, καὶ πολεμεῖν τὰς νήσους καὶ τὴν Ἀσίαν, ἔτι δὲ καὶ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τῆς βασιλείας.

ρϞθ'. Ταύτης οὖν τῆς σκέψεως καὶ γνώμης γενομένης καὶ ὅρκῳ τὸ παρ' αὐτῶν βουλευθὲν πιστοποιησάντων τὸ δοκεῖν τις ἐξ αὐτῶν Μαῦρος τοὔνομα, πρόσφυξ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γίνεται πόλει, καὶ πρῶτον πείθει τοὺς τὴν ἀρχὴν διέποντας χρηστοῖς καὶ ἀπατηλοῖς μεθ' ὅρκων ῥήμασι, κάλλιστα καὶ ἀποδοχῆς ἄξια πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα περὶ αὐτοῦ ἀναγάγαι, ὅστις ὁ πάντων εὐεργέτης τοῖς παρ' αὐτῶν ἀνενεγμένοις πεισθεὶς αὐτίκα λόγον ἔγγραφον στέλλει τούτοις πρὸς τιμήν, πέμψας ὡρατίωνα ὑπάτου τῷ αὐτῷ Μαύρῳ, καὶ βάντον φιλοτιμίας χάριν, κελεύσας πάντας τοὺς ἐκ τῶν τοῦ λεχθέντος Κοῦβερ Κερμησιάνους ἀποφύγους ὑπ' αὐτὸν τὸν Μαῦρον γενέσθαι, καὶ τῆς τοιαύτης κελεύσεως ἐμφανοῦς γενομένης, καὶ ματρικίῳ ἐνορδίνῳ ἐγγράφῳ συσταθείσης, ἐξ ἐκείνου ἅπας ἐδόθη ὁ ἐνταῦθα προσρυεὶς λαὸς τῷ αὐτῷ Μαύρῳ καὶ αὐτὸς τούτων ὁ στρατηγὸς ὑπῆρχεν, τινὲς δὲ τῶν ἐκ τοῦ Ῥωμαίων φύλου τὰ περὶ τὸν Μαῦρον ἐπιστάμενοι, ὡς οὐδέποτε ἐφύλαξεν πίστιν τινά, ἀλλὰ ἀεὶ ἀπὸ φαυλότητος καὶ ἐπιορκιῶν καὶ δόλου κάκιστος ὢν τοῖς τρόποις, πολλοὺς τόπους

(87) Id est, Constantinopolim, ut supra adhuc monui.

(88) Auctor noster verosimillime non alias hic intelligit insulas, quam quæ in mari Ægeo, quod modo Archipelagus vocatur, magno numero sitæ sunt.

(89) Ita hic vocabula Græca ὡρατίωνα ὑπάτου καὶ βάντον interpretatus sum; postremum enim e binis illis vocabulis idem, quod βάνδον, apud scriptores haud paucos, uti ad hanc vocem in mediæ et infimæ Græcitatis Glossario apud Cangium videre licet, Vexillum significans, hoc loco significare e sensus contextu est visum, quod autem ad primum pertinet, Lipomanus quidem in Metaphrasti a Sancti nostri Passione, quam supra loco tertio dedimus, duo hæc vocabula ὑπατικὸν ὁρατίωνα Latine interpretatur *Consularia insignia*, verum mihi præ voce *Insignia* vocabulum *Ornatus* placuit, quod ab auctore nostro, non ὁρατίωνα, uti a Metaphraste fit, sed ὡρατίωνα efferatur, hocque vocabulum deductum videri queat ab adjectivo ὡραῖος, quod idem quod Latine *pulcher* aut *decorus*, significat.

(90) Ita scilicet seu Sclavi seu Bulgari seu etiam alii quicunque, qui Cubero parebant, idcirco indubie hic vocantur, quod in campo Ceramesio, a Thessalonica haud procul dissito, in quo, ut auctor noster supra docet, consederant, sedes haberent.

(91) Ut. cur bina Græca vocabula Ματρίκιον ἐνόρδινος Latine hic interpretatus sim *ordinaria matricula*, perspectum habeas, adi ad primum e binis illis vocabulis et ad vocabulum ἔρδινον in mediæ et infimæ Græcitatis Glossario Cangium.

A καὶ ἔθνη ἐξεπόρθησεν, καὶ μὴ ὀφέλειν τούτῳ καταπιστεύειν· ἐγνωκὼς δὲ οὗτος ἐκ διαβολῆς τῶν αὐτῷ πλησιασόντων, διὰ τρόπων καὶ σκευῆς τοὺς κατάδηλον ἐν τῷ κρυπτῷ ποιουμένους τὴν αὐτὴν δεινὴν ἐνέδραν ἀπεκεφάλισεν, καὶ τὰ αὐτῶν γυναικότεκνα ὡς ἠθέλησεν, καὶ ὅπου ἐβούλετο, ἔπρασεν.

σʹ. Ὅθεν οἱ λοιποὶ τῶν Χριστιανῶν μὴ τολμῶντες ἐξειπεῖν ἥνπερ ἔγνωσαν κατὰ τῆς πόλεως ἐνέδραν, ἐθρήνουν καὶ ἑαυτοὺς καὶ τὴν πόλιν, μηδενὸς τολμῶντος πρὸς ἀντίστασιν τούτου, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ δεδιέναι αὐτὸν, τοὺς τότε τὸ δοκεῖν κρατοῦντας· κατέστησε γὰρ ὁ αὐτὸς Μαῦρος πεντάρχους καὶ πεντηκοντάρχους καὶ δεκάρχους οὕσπερ εἶχε σύμπνους B τῆς αὐτοῦ δολίας γνώμης, καὶ ὁπλῖται τοῦτον ἔνθα ὡσεὶ ἄνδρες εὔτολμοι νύκτωρ καὶ καθ' ἡμέραν ἐφύλαττον τὰς σιτίσεις κομιζόμενοι ἐκ τῶν τοῦ δημοσίου. Σκέψις δὲ αὕτη καὶ βουλὴ ἐτύγχανεν, ὥστε τῇ νυκτὶ τῆς μεγάλης ἑορτῆς τοῦ ἁγίου Σαββάτου, ὅτε τὰς τῆς σωτηριώδους Χριστοῦ ἀναστάσεως εὐωχίας ἤμελλεν μετὰ πάντων ἐκτελεῖν ἡ πόλις, τότε ἅμα τῶν μετ' αὐτοὺς ἐμπειροπολέμων, ἐμφύλιον βάλλειν πόλεμον καὶ πῦρ εἴς τινας ἐπισήμους τόπους καὶ οὕτως ἐγκρατεῖς τῆς πόλεως γίνεσθαι.

σαʹ. Ὁ δὲ τὸ κράτος θεόθεν δεδεγμένος ἀοράτῳ ἐμπνεύσει καὶ νεύματι κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ ὅπου βούλεται, καθάπερ ὕδωρ, ἐκκλίνει ταύτην, οὔπω τὸ μελετηθὲν ἐν δόλῳ κατὰ τῆς πόλεως ἐπιστάμενος κελεῦσαι C κατηξίωσεν Σισιννίῳ στρατηγῷ τότε τῶν καράβων ὑπάρχοντι, ἀνδρὶ συνετῷ καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς τρόποις καὶ τῷ Θεῷ ἐν ἅπασιν ἀνατεθειμένῳ, ὅπως μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ὄντων καραβισιάνων στρατιωτῶν τῇ ἀθλοφοροφυλάκτῳ ταύτῃ εἰσβαλεῖν πόλει ἐπὶ παραφυλακῇ τοῦ λεχθέντος Μαύρου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ προσρυέντων, ὅπως τοῦ τοιούτου στρατοῦ ἐνθάδε τυγχάνοντος, προθυμοτέρως τοὺς ἀπὸ τοῦ λεχθέντος Κούβερ ἐνθάδε καταφεύγειν γένηται· ὅστις εὐκλεέστατος στρατηγὸς Σισίννιος τὸ κελευσθὲν εἰς πέρας ἀγαγεῖν βουλόμενος ἔξεισιν ἀπὸ τῶν τῆς Ἑλλάδος μερῶν, καὶ καταλαμβάνει τὴν Σκιαθίαν νῆσον ἡμέρᾳ Κυριακῇ τῇ πρὸ μιᾶς τῆς ἁγίας Πασχαλίας, ἥτις ἐν ταῖς τῶν ὀρθοδόξων πόλεσιν παρὰ πάντων ἑορτάζεται καὶ λέγεται ἡ τῶν Βαΐων· προσορμήσας οὖν ἐν D τῇ λεχθείσῃ νήσῳ, ἀοικήτῳ οὔσῃ ἐκ πλείστων τῶν χρόνων, καὶ εὑρηκὼς ἕνα τῶν γενομένων ἐκεῖσε παναγίων ναῶν ἀλσώδη καὶ ἔνυλον καθεστῶτα, τῷ εὐηκόῳ στρατῷ ἐπέτρεψεν ἓν μέρος αὐτοῦ καθαίρειν, κἀκεῖσε τὴν θείαν λειτουργίαν ἐκτελεῖν, ὃ δὴ καὶ γεγένηται.

perversitate, perjuriis et dolo moribus exsistens pessimis loca multa ac gentes prædatus esset, ac illi fidendum non esse, perspectum haberent; ipse autem ex eorum qui ad illum veniebant, delatione id intellexisset, illos, qui graves illas insidias, quæ latebant, e moribus habituque manifestabant, capite truncavit, ac uxores eorum, ut voluit, et ubi volebat, vendidit.

200. Cum hinc Christianorum reliqui structas, quas sciebant, contra civitatem insidias revelare non auderent, et seipsos et civitatem deplorabant, quod nemo ad resistendum ei animos haberet, sed potius etiam ii qui tunc in speciem aliis præerant, eumdem timerent; ipse enim Maurus centuriones et pentecontarchas et decarchas, quos fraudulento consilio suo conspirantes nactus erat, constituebat, eumque hic viri armati, ut plurimum audaces, qui e publico annonam accipiebant, nocte ac die custodiebant. Id porro etiam consilii ceperant, ut nocte magni festi Sabbati sancti, quando salutaris Christi resurrectionis convivium in communi sumptura esset civitas, tunc cum eo qui belli erant periti, bellum intestinum concitarent, ignemque in loca præcipua conjicerent, atque ita civitate potirentur.

201. Qui autem imperium divinitus acceperat, invisibili, quia secundum quod scriptum est, cor regis in manu Dei et, quocunque voluerit, ut aquam, inflectit illud, inspiratione ac nutu, cum nondum, quod dolo contra civitatem meditati erant, exploratum haberet, Sisinnio, caraborum (92) tunc duci, viro solerti et verbis et moribus et in omnibus Deo acceptum sese reddenti (93), præcipere dignatus est, ut cum caraborum militibus, qui ei parebant, civitatem hanc, a certaminum Victore custoditam, ad præfatum Maurum eosque, qui cum eo convenerant, observandum ingrederetur, quo hujusmodi hic exsistente exercitu, eos qui a dicto Cubro stabant, alacrius illuc aufugere eveniret: qui gloriosissimus dux Sisinnius, quod mandatum erat, ad finem perducere volens ab Helladis partibus solvit atque ad insulam Sciathum (94) die Dominica, sanctum Pascha præcedente, quæ ab omnibus in orthodoxorum civitatibus celebratur, Dominicaque Palmarum appellatur, accessit; cum igitur in dictam insulam, quæ a multis annis habitata haud erat, appulisset, atque e sanctissimis templis, quæ ibidem fuerant, unum sylva obtectum ac frondosum invenisset, exercitui, quem sibi obsequentem habebat, ut unam illius partem expurgaret, divinumque ibidem officium, quod et factum est, perageret, præcepit.

(92) Vocem hanc iterum in significatione, quam in Adnotatis, cap. præcedenti (not. 71) subnexis, memoravi, ab auctore nostro hic usurpari, e sensus contextu liquet.

(93) Nec ducem Sisinnium, nec Maurum, cui, quæ ab auctore nostro cap. præsenti narrantur, conveniant, apud ullos scriptores alios invenire quivi.

(94) Sita hæc est in mari Ægeo, seu, ut modo vocatur, Archipelago, ad oram Thessaliæ. Videsis ad vocabulum *Sciathus* in Lexico geographico Baudrandum, ibidemque invenies, insulam illam, quam tum, cum ea, quæ cap. præsenti narrantur, evenere, incolis destitutam fuisse, auctor noster post pauca memoriæ hic prodit, modo etiam arce esse munitam.

CCII. Sequenti igitur die, quæ sancta erat hebdomadæ Passionis Dominicæ secunda, cum et venti, ut versus nos navigaret, essent contrarii, præstantissimus vir ille totum suum convocatum exercitum hortatus est, ne quis deses esset, reliquam autem omnem templi partem expurgaret, et, quod in eo fuerat, baptisterium sacrum, omnesque, qui sancta Christi recordatione digni essent (95),... præpararentur, ut secundum consuetudinem festum peragerent; cumque hujusmodi ad illos facta oratio omnibus innotuisset, alacriter templi et sacri baptisterii expurgationi certatim operam dabant, ac alius cum alio tabernacula apte conficiebat, alius cum aliis, quæ ad festum spectarent, instruebat, alius autem rursus ad piscium pecorumve capturam invitabat, atque ut verbo dicam, universi, prout singulis videbatur, quæ ad festum deinde celebrandum spectarent, præparare sese existimabant, dum omnes quæ prædictus Cuberus et Maurus, iique, qui cum hisce conspirabant, in animo habebant, ignorarent. Postquam vero divinum sanctæ diei secundæ officium fuisset peractum, ac omnes cœnati essent gratiasque Deo de more egissent, celeberrimus vir ille, quæ ad stationes et excubias reliquaque omnia, ad custodiam conducentia spectant, diligenter curans, reliquum omnem exercitum jussit quiescere.

203. Cum vero is statim obdormisceret, pulchris victoriis decoratus Dei martyr Demetrius, qui pro nobis servis indignis ac patria (96) undequaque laborat ac sollicitus est, salutique nostræ imprimis studet, non in somno, sed in veritate apparet, itaque illi ait : Expergiscere, quid dormis? Vela facias, secundus est ventus. Ipse autem illico, quasi id quod apparuerat, re etiam vera obtineret locum, eum qui carabo præerat, qualis ventus esset, rogabat. Hic autem dicebat : Contrarius est, sed et vento hesterno multo vehementior. Cum autem reversus obdormiturus esset, mox etiam idem, præfatum ducem excitans, rursus astat, latereque percusso, dicit : Expergiscere, dixi tibi, vela facias, secundus est ventus. Surgens igitur, eos iterum qui juxta eum dormiebant, eosque qui excubias agebant, rogabat, quis esset qui eum allocutus esset atque ad navigandum excitasset; cum autem omnes, sese quemquam vidisse aut ex aliquo id audivisse, negarent, iterum rogavit, an ventus, secundum quod ei dictum erat, secundus esset : omnes autem, contrarium esse, asseruerunt. De re igitur dicta visaque quid esset, cum dubius hæreret, iterumque præ maxima exercitatione ad breve tempus dormiturus foret, eumdem ducem idem martyr tertio excitat, haud parvo studio ac contentione ei dicens :

A σβ'. Τῇ οὖν ἐπιούσῃ, ἥτις ἦν ἁγία δευτέρα τῆς ἑβδομάδος τοῦ Κυριακοῦ πάθους, καὶ τῶν ἀνέμων ἐναντίων ὑπαρχόντων πρὸς τὸν καθ' ἡμᾶς πλοῦν, ἐκκλησιάσας τὸν αὐτοῦ ἅπαντα στρατὸν προδιελέχθη ὁ πανάριστος οὗτος ἀνὴρ, ῥᾴθυμον μηδένα εἶναι, τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ ναοῦ καθαίρειν ἅπαν, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ γενόμενον ἅγιον βάπτισμα καὶ πάντας ἑτοιμασθῆναι ἀξίους τῆς ἁγίας Χριστοῦ ἀναμνήσεως, ὡς τὰ κατὰ συνήθη τῆς ἑορτῆς ἐκπληρῶσαι, καὶ τῆς τοιαύτης αὐτοῖς διαλαλιᾶς πᾶσιν καταδήλου γενομένης, προθύμως τῆς καθάρσεως τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἠγωνίζοντο, καὶ ἄλλος μετ' ἄλλου σκηνοποιῶν εὐθέτως, ἄλλος εὐτρεπίζων μετὰ τῶν ἑτέρων τὰ τῆς ἑορτῆς, ἕτερος δὲ πάλιν πρὸς ἄγραν ἰχθύων B ἢ καὶ κτηνῶν προσεκαλεῖτο, καὶ ἁπλῶς πάντες κατὰ τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν, εἰς τὰ ἑξῆς τὰ τῆς ἑορτῆς εὐτρεπίζειν ἤλπιζον, ἐν ἀγνοίᾳ πάντων ὄντων τοῦ κατὰ τὴν γνώμην τοῦ λελεγμένου Κούβερ καὶ τοῦ Μαύρου καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς συμπνευστῶν, καὶ δὴ μετὰ τὴν θείαν λειτουργίαν τῆς αὐτῆς ἁγίας δευτέρας, καὶ τὸ δειπνῆσαι πάντας, καὶ τὴν πρὸς συνήθει τῷ Θεῷ ἀναπέμψαι εὐχαριστίαν, ὁ πανεύφημος ἐκεῖνος ἀνὴρ τὰ τῶν βιγλῶν καὶ σκούλκων καὶ λοιπῶν πάντων τῶν πρὸς παραφυλακὴν ἐπιτηδείων φροντίσας ἠρεμεῖν τὸν λοιπὸν ἅπαντα στρατὸν προσέταττεν.

σγ'. Καὶ δὴ αὐτίκα ἀφυπνώσαντος αὐτοῦ, φαίνεται οὐ κατ' ὄναρ, ἀλλὰ καθ' ὕπαρ ὁ πάντοτε μοχθῶν C καὶ μεριμνῶν ὑπὲρ ἀναξίων δούλων καὶ πατρίδος καὶ τὰ τῆς σωτηρίας ἡμῶν καλῶς πραγματευόμενος, ὁ καλλίνικος μάρτυς τοῦ Θεοῦ Δημήτριος, καὶ οὕτως αὐτῷ ἔφη· Ἔγειρε, τί καθεύδεις; Ἀρμένισον, ὁ ἄνεμος ἐπιτήδειός ἐστιν. Ὁ δὲ αὐτίκα τὸ θεαθὲν ὡς ἐνεργὸν ὑπάρχον τὸν προεστῶτα τοῦ καράβου ἠρώτα, ποῖός ἐστιν ὁ ἄνεμος. Ὁ δὲ ἔφη, Ἐναντίος ἐστίν· ἀλλὰ καὶ τοῦ χθὲς ἐπὶ πλεῖον σφοδρότερος. Πάλιν δὲ ὡς ἤμελλεν ἀφυπνοῦν καὶ ἐν βραχεῖ, ὁ αὐτὸς αὖθις ἐφίσταται, διεγείρων τὸν λεχθέντα στρατηγὸν, καὶ τὴν πλευρὰν νύξας ἔφη· Ἔγειρε, εἶπόν σοι, ἀρμένισον, ὁ ἄνεμος ἐπιτήδειός ἐστιν. Διαναστὰς οὖν πάλιν ἐπηρώτα τοὺς παρακοιμωμένους καὶ τοὺς τῆς βίγλας, τίς ἦν ὁ λέξας, καὶ ἐξυπνίσας διὰ τὸν πλοῦν· D πάντων δὲ ἀρνουμένων, μηδένα ἑωρακέναι, ἢ παρά τινος ἀκηκοέναι περὶ τούτου, πάλιν ἠρώτα, εἰ ὁ ἄνεμος ἐπιτήδειός ἐστιν κατὰ τὸ λεχθὲν αὐτῷ· εἰπεῖν δὲ τοὺς πάντας ἐναντίον τυγχάνειν· ἐν ἀπορίᾳ οὖν τοῦ λεχθέντος τε καὶ ὁραθέντος γεγενημένου καὶ μέλλοντος πάλιν ἐκ πλείστης ἀδολεσχίας πρὸς ὀλίγον ἀφυπνοῦν, τὸν αὐτὸν στρατηγὸν αὐτὸς ὁ μάρτυς ἐκ τρίτης παρίσταται, οὐ μικρᾷ σπουδῇ καὶ ταραχῇ αὐτῷ εἰπών·

(95) In codice olim Mazarinæo voces aliquot hoc loco adeo exesæ sunt, ut nulla plane ratione legi potuerint; reliquis autem, quem contextui conformiorem existimavi, sensum in versione Latina attribui.

(96) In codice olim Mazarinæo voces iterum aliquot exesæ hic sunt, idque ita, ut non magis, quam de quibus ad not. præcedent. legi queant, eo tamen discrimine, quod, quæ hoc loco exesæ sunt, sensui, ut apparet, haud officiant.

σδ'. Σὺ μὴ ἀμελήσῃς, ἔγειρον, ἀρμένισον, ὁ ἄνε- A μος ἐπιτήδειός ἐστιν. Ἰδοὺ σὺ καθεύδεις, καὶ ἄλλοι ἀρμενίζουσιν. Τότε λοιπὸν διεγερθεὶς καὶ συνεὶς ὁ θαυμαστὸς καὶ ἀξιοθέατος ἐκεῖνος, καὶ ὄντως γνήσιος φίλος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ μάρτυρος ὡς θείᾳ ἀποκαλύψει καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν τὴν τοιαύτην προτροπὴν τοῦ πλοὸς, αὐτίκα διαναστὰς, καὶ οὐκ ἔτι τινὰ περὶ τούτου διερωτήσας ἤρξατο τοὺς καράβους διατρέχειν, καὶ προσέταξεν ἐξορμεῖν τὰ πρὸς ἡμᾶς. Τινῶν δὲ φασκόντων, τῶν ἀνέμων ἐναντίων ὄντων, καὶ αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ἐκεῖσε εὐτρεπίζειν σπουδαζόντων, ποῦ βούλεσθαι ἔφη ἐν ἑτέρῳ τόπῳ ἐρημοτέρῳ ἀποφέρειν αὐτούς. Εἶτα δὲ ἐκείνου ἐκ τῆς ἐκ τρίτου ἐπιστασίας τοῦ μάρτυρος ἠκριβωμένου ὑπάρχοντος, ἐκ τῆς ἐπιμόνου αὐτοῦ ὀχλήσεώς τε καὶ B θεωρίας τοῦ ὑπερασπιστοῦ τῆς πόλεως ἡμῶν Δημητρίου, τὸν πλοῦν αὐτῷ ἐπιτήδειον ἔσεσθαι, κωπηλατεῖν πρὸς τὴν ὁρμὴν τοῦ πλοὸς προσέταττεν, καὶ δὴ ὁρᾷ κάραβον, ὡς ἀπὸ τῶν μερῶν Χαλκίδος εἰς τὰ πρὸς αὐτοὺς ἀρμενίζοντα εὐθέως, καὶ ἐμνήσθη τοῦ ἐν ἀποκαλύψει λεχθέντος αὐτῷ.

σε'. Αὐτίκα γοῦν τῇ ἐλασίᾳ τῶν καράβων ἐξιόντων, καὶ τοῦ ἀνέμου, ὡς ἔφημεν, κατὰ πρόσωπον ὄντος, ἄφνω νεύματι θείῳ διὰ τῶν πρεσβειῶν τοῦ ἀθλοφόρου ἐκ τῶν ὄπισθεν τούτοις οὐριοδρόμος ἄνεμος κατέπνει, καὶ πλεύσαντες ἁρμοδίως καὶ ἀρμενίσαντες εὐθέτως, τῇ ἁγίᾳ τετράδι τὴν τῆς ἁγίας ἑβδομάδος ὥραν ἑβδόμην τὴν θεόρυστον ταύτην κατέλαβον πόλιν διὰ τοῦ ὑπερασπιστοῦ αὐτῆς Δημητρίου. C Ὅθεν τοῦ δεινῶς μελετηθέντος τε καὶ στοιχηθέντος δράματος τοῦ ἐμφυλίου πολέμου λοιπὸν ἀργήσαντος παρὰ τοῦ Μαύρου καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, αὐτίκα φόβῳ καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς ὁ αὐτὸς Μαῦρος, πυρετῷ χαλεποτάτῳ ἐκ τῆς ἀθυμίας περιπεσὼν κατέθεικεν ἐπὶ κλίνης ἐπὶ πλείστας ἡμέρας· ἔνθεν καὶ τῶν ἐντεῦθεν μετέστη, εἰ μὴ ὁ προῤῥηθεὶς ἀνὴρ ὁ πανεύφημος στρατηγὸς, ἀγνοῶν τὸ μελετηθὲν, τοῦτον ἐν λόγοις καὶ ὅρκοις κατησφάλιστο· τὰ δὲ τοῦ ὁραθέντος αὐτῷ, ἤγουν διατυπωθέντα παρὰ τοῦ μάρτυρος περὶ τοῦ πλοὸς, πλείστοις ἀφηγούμενος ἐδημηγόρει τὴν σπουδὴν καὶ τὴν πρόνοιαν τοῦ μάρτυρος, ἥνπερ ἐποιήσατο περὶ τῆς πόλεως. Καὶ τότε λοιπὸν τὸν αὐτὸν Μαῦρον μετὰ τῶν ἰδίων αὐτοῦ στρατοῦ τοῦ ἐκ D τῶν καράβων ἔξω τῆς πόλεως ἐν τοῖς δυτικοῖς μέρεσιν παραφοσσεύειν διετύπωσεν, πρὸς τὸ τοὺς μέλλοντας ἐκ τῶν Σκλάβων προσφεύγειν Κερμησιάνους ἀδεῶς καὶ ἀνεμποδίστως προσέρχεσθαι, καὶ οὕτως διέμειναν ἡμέρας πλείους.

σς'. Μετὰ δὲ ταῦτα κελεύσεως βασιλικῆς φοιτη

204. Tu ne absque cura sis, expergiscere, vela facias, secundus est ventus. Ecce, tu dormis, ac alii navigant. Tunc, cum tandem mirabilis ille ac visione honoratus Deique et martyris amicus vere genuinus esset expergefactus, ac talem ad navigandum invitationem a divina revelatione, non ab imaginatione esse, intelligeret, statim surgens, nec quemquam amplius de re illa interrogans carabos percurrere cœpit, atque ut versus partes nostras solverent, præcepit. Cum autem quidam ventos esse contrarios, seque ut ad festum spectantia ibidem præpararent, operam dare, assererent, velle se, dicebat, aliquo ad locum præsidio magis destitutum eos abducere. Deinde vero cum is ex tertia martyris apparitione, sese per assidui illius civitatis nostræ propugnatoris Demetrii interpellationem ac commendationem prospera navigatione usurum probe nosset, remigari, ut cum impetu ac celeritate navigatio procederet, jussit, carabumque, veluti e Chalcidis partibus (97) cursum ad ipsos celeriter dirigentem, vidit, illiusque, quod sibi in revelatione dictum fuerat, est recordatus (98).

205. Cum igitur initio caraborum exeuntium cursui ventus etiam, ut diximus, contrarius esset, derepente nutu divino per certaminum Victoris preces a tergo eis ventus secundus afflavit, cumque convenienter navigassent, opportuneque vela fecissent, hebdomadæ sanctæ die quarta, hora septima ad servatam hanc a Deo civitatem per hujus propugnatorem Demetrium appulere. Unde tandem, quod a Mauro iisque qui ei adhærebant, indigne paratum formidatumque erat, belli intestini facinore torpescente, timore subito ac consternatione ipse Maurus correptus, cum præ animi dejectione in febrim gravissimam incidisset, in lecto per dies plurimos decubuit. Atque hinc etiam ex hoc mundo abiisset, nisi prædictus vir, dux omni laude dignus, qui quod meditatum fuerat, ignorabat, eum et verbis et juramentis reddidisset securum. Quæ porro ad illum qui ei in visione apparuerat, pertinebant, videlicet quæ a martyre de navigatioue ostensa erant, plurimis narrans, studium ac curam, quam pro civitate martyr gessisset, manifestam faciebat, tuncque tandem, ut ipse Maurus cum omnibus suis, qui a Cubero ejusque exercitu stabant, e civitate, quo Cermesiani, qui e Sclavis fuga evasuri essent, secure atque absque impedimento advenirent, ad partes Occidentales secederet (99), qui carabis præerat, constituit. Atque hoc in statu per dies plures res manserunt.

206. Post hæc autem cum prædicto Deum

(97) Chalcis, quemadmodum Baudrandus in Lexico Geographico docet, urbs est Eubœæ insulæ, in Archipelago sitæ, primaria; hæc autem insula ab iis qui e Sciatho Thessalonicam navigant, a tergo relinquitur.

(98) Quia nimirum, ut sibi in visione dictum fuerat, ventum esse Thessalonicam navigantibus secundum, e navi, quæ celeri cursu ad ipsos e Chalcide seu Eubœa properabat, certissime intelligebat, uti cuique ex iis quæ de insula Eubœa ad not. præced. notavi, manifestum esse debet.

(99) Ita hic verbum παραφοσσεύειν, quod in nullis prorsus lexicis invenire licuit, interpretatus sum, significationem, quam sensus exigere videbatur, illi attribuens.

CAPUT VI.

Cyprianus episcopus, a Sclavis captus, mirabili modo a sancto Demetrio in libertatem asseritur (2).

ση'. Γέγονέ τις ἐξ Ἀφρικῆς ἀνὴρ, ὡς μὲν συν- A ετὸς, ὡς δὲ τὰ θεῖα θεοσεβὴς, καὶ πολὺς μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀρχιερατικῷ δὲ κοσμούμενος ἀξιώματι· ὄνομα τούτῳ Κυπριανός· οὗτος τὴν πρὸς βασιλίδα τότε διά τινας χρείας στελλόμενος περί που τοὺς τῆς Ἑλλάδος τόπους ἀπροσδόκητα τῷ τῶν Σκλαβίνων ἔθνει ἐνήδρευται. Ἀπάγεται τοίνυν τῇ σφῶν χώρᾳ ἀνδράποδον ὁ κατ' ἄμφω σεμνὸς καὶ πολιὸς ἐκεῖνος ἀρχιερεύς. Ἐντεῦθεν αὐτῷ δουλεία βαρβαρικὴ, καὶ δοῦλος βαρβάρου δεσπότου καὶ ἀκαθάρτου καὶ ἄντικρυς μιαιφόνου θηρὸς ὁ θύτης καὶ οἰκονόμος τῆς καθαρᾶς καὶ ἀναιμάκτου θυσίας, καὶ τῶν λογικῶν τοῦ Χριστοῦ θρεμμάτων ποιμὴν καὶ διδάσκαλος· κόφινος ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῷ καθ' ἑκάστην, καὶ κόπρου τῆς βαρβαρικῆς ἱπποστασίας ἐκφόρησις. Πλη- B γαὶ κατὰ νώτων, πληγαὶ κατὰ κόῤῥης, κατὰ σιαγόνος ῥαπίσματα ὁπότε δῆτα ἐξαποκναίη τῷ χρόνῳ τε, καὶ πολλῷ τοῦ τῆς δουλείας βάρους (ὢ βάθους τῶν σῶν κριμάτων, Λόγε Θεοῦ ἀνεξίκακε!) ἡ πρεσβυτικὴ ἐκείνη καὶ ἱερὰ πολιὰ, καὶ ἦν τῷ βαρβάρῳ ὡς ὁ λαὸς ὁ ἀρχιερεὺς τρόπον ἕτερον.

σθ'. Ποῦ γὰρ διαστέλλειν οἶδεν ἡ βάρβαρος ἐκείνη ψυχὴ ἀνὰ μέσον ἱεροῦ καὶ βεβήλου ὡς μὴ ἅπτεσθαι τοῦ Χριστοῦ Κυρίου, καὶ ἀπηνέστατα πονηρεύεσθαι; Τί τὸ μετὰ ταῦτα; Αἴρει πρὸς οὐρανὸν τὸ ὄμμα ὁ μαστιγίας ἐκεῖνος ἀρχιερεὺς, μετακαλεῖται τὴν ὕψωθεν βοήθειαν· καὶ ταχὺ αὐτῷ ἀνατέταλκε τὰ ἰάματα, καὶ ὁ ῥύστης ἐξ ὑψωμάτων δόξης ἀποστέλλεται ταχινώτατος. Νὺξ καὶ κατὰ γῆν κατέδαρθεν ὁ ἀρχιερεύς. Καὶ τοίνυν ὄναρ αὐτῷ θαυμάσιον ὁ μάρ-

208. Vir quidam fuit ex Africa tum perspicax, tum rerum divinarum cultor, ac multæ quidem virtutis, archiepiscopi autem dignitate ornatus. Nomen ei erat Cyprianus (3). Hic tunc ad civitatum reginam negotiorum quorumdam causa missus circa Helladis loca inexspectato a Sclavorum gente insidiis captus est (4). Ad eorum igitur terram, manibus ambabus vinctis, in mancipium adducitur venerabilis ille ac canus archiepiscopus. Exin barbarica ipsi servitus fuit (5), cumque heri barbari ac impuri servus esset, atque apud sanguinariam feram puræ ac incruentæ hostiæ sacerdos ac dispensator, spiritualiumque Christi alumnorum pastor ac magister detineretur, quotidie ipsi in humeris cophinus, stercorisque ex equino barbari stabulo exportatio incumbebat. Plagæ in dorso, plagæ in capite, atque in maxilla alapæ, dum tandem servitutis et diuturnitate et gravitatis excessu (o judiciorum tuorum, clemens Dei Verbum, profunditas!) deficeret senilis illa ac veneranda cæsaries, eratque barbaro archiepiscopus nova rerum conversione veluti e plebe unus.

209. Ubi enim barbara illa anima inter sacrum et profanum possit distinguere, ut christum Domini non tangat, inclementissimeque tractet? Quid vero post hæc? Archiepiscopus ille, ad mancipii conditionem redactus, oculos ad cœlum levat, auxilium supernum implorat: ac statim ei curatio affulsit, liberatorque e gloriæ altitudine celerrime demittitur. Nox erat atque humi archiepiscopus dormiebat. Somnium igitur mirabile ei Sanctus immittit. Vi-

(2) Caput hoc titulo simul et initio in codice C olim Mazarinæo est mutilum, quod ex hoc post pag. 199 folium unum alterumve sit excisum, licet interim paginarum series, quod hæ non prius, quam factum hoc fuisset, numeris fuerint distinctæ, interrupta haud sit; quæ autem huc spectantia in præfato codice restant, a fol. 200 usque ad fol. vers. 202 excurrunt. Porro dictum caput e codice nostro Græco † Ms. 193, in quo a fol. verso 81 usque ad fol. vers. 83 e Leonis Allatii ms. descriptum exstat, lectori hic exhibetur; licet autem illud narrationis prolixioris, quod Joannes Stauracius adornavit, compendium duntaxat sit, non autem ipsa prolixior auctoris nostri anonymi narratio, a nobis tamen, cum hanc integram haud habeamus, præfati nostri anonymi nomine illud hic editur, quod ab eo equidem, quæ complectitur, primum litteris commendata fuisse videantur, certeque a primæva ejusdem narratione in substantia haud differat, uti argumento esse potest occurrens D apud Mabillonium tom. I *Veterum Analect*. pag. 89 et sex seqq. narratio qua ab Anastasio Bibliothecario, qui ipse anonymi nostri narrationem in compendium contraxit, quantum ad substantiam eadem omnino, quæ cap. præsenti, Joannes Stauracii verbis expresso, narrantur, litteris commendata exsistunt.

(3) Nihil plane occurrit, ut, cujusnam hic sedis in Africa fuerit archiepiscopus, utcunque determinem. Verum sæculo octavo senescente nonoque ineunte, quo tempore, uti ad not. proxime seq. docebo, narratum cap. præsenti miraculum Cypriano in Africa archiepiscopo, obvenit, in Africa saltem episcopos archiepiscoposque exstitisse fas est concludere vel ex iis, quæ Pagius in Criticis ad annum 893, num. I, in medium adducit.

(4) Auctor noster, uti ex iis quæ in Commentario prævio num. 24 in medium adduxi, pronum est eruere, certo ante annum 882, et quidem, quemadmodum ex Annotatis, quæ duobus capp. proxime prægressis subnexui, apparet, verosimiliter aut sæculo octavo senescente aut nono ineunte floruit; quapropter, cum in narratione sua, prout apud Mabillonium loco supra cit. in compendium ab Anastasio Bibliothecario contracta exstat, narratum a sese cap. præsenti miraculum ætate sua evenisse, diserte sub initium affirmet, consectarium fit, ut id verosimiliter vel sæculo nono ineunte, vel etiam paulo citius seu octavo senescente acciderit; ambobus autem hisce sæculis Slavi, qui in Dalmatia habitabant, hancque regionem jam inde ab Heraclii imperatoris ætate occuparant, continuo piraticam exercuere, uti quisque facile intelliget vel ex iis quæ de natione illa Andreas Dandulus in Chronico suo, loco non uno, memoriæ prodit. Jam vero, cum hæc ita habeant, facile fieri potuit, ut Cyprianus archiepiscopus, cui dictum miraculum obvenit, in manus Sclavorum, dum ex Africa Constantinopolim navigaret, inciderit, quod re etiam vera factum, auctor noster hic tradit.

(5) Alicubi, verosimile in Dalmatia, uti ex nota præcedenti statuendum videtur.

μένος, Τῶν ἐν χρείᾳ ἔσῃ ἐπιτυχής· πρόσεισι τῷ ναυκλήρῳ τὴν ζήτησιν τῶν μαρμάρων ποιούμενος.

σιγ'. Ἐθελοψευδὴς ὁ ναύκληρος γίνεται, καὶ τὸ ζητούμενον μὴ ἔχειν διισχυρίζεται· παύεται ὁ ἀρχιερεὺς τῆς ζητήσεως· αὖθις ὁ μάρτυς καὶ τόπον δείκνυσι τοῦ πλοίου αὐτῷ, ὅποι αἱ μάρμαροι, ὁπόσαι, καὶ ὁποῖαι, καὶ τόπον τούτων, καὶ ἀριθμὸν, καὶ ὄνομά οἱ προσημηνάμενος, καὶ ὅτι τὰς, ἃς ὁ ναύκληρος φορτηγεῖται τῷ πλοίῳ μαρμάρους ὀνόματι τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συμμάρτυρος Βίκτορος ταύτας ὠνήσατο, καὶ ὃς ἑτέρας εὑρὼν ταύτας αὐτῷ ἐδωρήσατο. Πάλιν ὁ ἀρχιερεὺς τῷ ναυκλήρῳ, καὶ ὄνομα σημαίνει καὶ τόπον, καὶ μέτρον, καὶ εἶδος, αἳ καὶ ὅσαι καὶ ὁποῖαι αἱ μάρμαροι, καὶ ὡς δωρηθεῖεν αὗται Δημητρίῳ τῷ μεγάλῳ πρὸς Βίκτορος τοῦ συμμάρτυρος. Ὡς γοῦν οὕτως ἀκούσοι ὁ ναύαρχος, συνῆκεν ὡς οὕτω βούλεται ἡ προβλεπτικὴ χάρις τοῦ μάρτυρος, καὶ παραυτὰ τὰς μαρμάρους δίδωσι τῷ ἀρχιερεῖ.

σιδ'. Καὶ τὸ ἔργον οὕτω τῆς τοῦ ναοῦ περικοσμήσεως εὐθὺς συμπεραίνεται. Τίς δὲ ἐξαριθμήσειε νοῦς, ποῖος δὲ λόγος ἐκδιηγήσεται τὰς τῶν αἰχμαλώτων ἀναῤῥήσεις ἐκ πάσης χώρας βαρβαρικῆς, ἃς ὁ μέγας καθ' ἑκάστην ἐπιτελοίη σχεδὸν, τοὺς μὲν ἐλευθερῶν ἐξ αὐτῶν δεσμῶν παραυτὰ, καὶ πρὸς τὸ οἰκείοις φεύγειν ποσὶν ἀφιεὶς, τοὺς δὲ ἐπόχους τῷ σφετέρῳ ἵππῳ ἀνελαφριζόμενος, φαινόμενος ἔφιππος, τῶν φρουρῶν τὰς μὲν ἀνοίγων ἀοράτως, τὰς δὲ

vidisse, nuntiat, nauclerum, ut in marmora inquirat, accedit.

213. Mox audacter mentitur nauclerus, seque, quod quærebatur, non habere, affirmat. Ab inquisitione desistit archiepiscopus. Iterum martyr et locum navis, quo marmora serventur, ei ostendit, quanta ac qualia sint, situmque illorum et numerum et nomen eidem exponens, ac illa quæ nauclerus navi veheret, marmora fratris ipsius ac commartyris Victoris, qui et illa, inventis aliis, ei dabat, nomini esse mercatum. Rursus archiepiscopus nauclero et nomen et locum et mensuram et figuram et quot ac qualia sint marmora, et qui magno Demetrio a Victore (7) commartyre data sint, edicit. Cum ista igitur nauclerus audivisset, quid ita futura prospiciens martyris gratia vellet, intellexit, statimque marmora archiepiscopo largitur.

214. Atque ita ornandi templi opus brevi perficitur (8). Quæ autem mens enumeret, qualisve sermo exponat captivorum ex omni barbarica regione liberationes, quas quotidie fere operatus sit Magnus? Alios quidem ex ipsis vinculis statim liberans atque, ut propriis pedibus aufugerent, dimittens; alios vero, cum vehi indigerent, equo suo impositos sub equitis habitu, carcerum quidem aliis invisibiliter apertis, aliis autem etiam quantum

(7) Non alius indubie nominis hujus martyr hic designatur, quam celeberrimus ille, de quo apud nos actum jam est die xxi Julii, quo martyrologio Romano aliisque fastis sacris quam plurimis exstat inscriptus, cultumque plane insignem Massiliæ obtinet.

(8) Auctoris nostri anonymi narratio, a Joanne Stauracio in compendium contracta, hic modo (quæ enim sequuntur, a posteriore hoc scriptore addita duntaxat sunt) terminatur; verum de templo, quod Cyprianus episcopus eo loco, quo in Africa sedem habebat exstruxisse in sancti Demetrii honorem supra hic narratur, nonnulla, a Joanne Stauracio haud commemorata, ejusdem cap. præsentis parte, quæ duntaxat ex dictis in codice olim Mazarinæo adhuc restat, auctor noster suppeditat. Cum notatu satis digna sint atque ad gloriam Sancti nostri faciant, ea huc, addita interpretatione Latina, lubet transcribere. Sic habent : Διακοσμήσας εἰς κάλλος τὸν ναὸν ἐζήτει τὸν Θεὸν διὰ προσευχῆς καὶ δεήσεως τὴν χάριν ἐπισκιάσει τοῦ μάρτυρος, καὶ μὴ ἀμαυρὸν γενέσθαι θαυμάτων τὸν εἰς ὄνομα αὐτοῦ οἰκοδομηθέντα ναὸν, καὶ δὴ τυγχάνει τῆς αἰτήσεως. Ποιεῖ γὰρ τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ὁ Θεὸς καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούει. Ἰδοὺ γὰρ τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ μάρτυρος ἰάσεις ἐπιτελοῦνται νοσημάτων ποικίλων καὶ πνευμάτων ἀπαλλάττονται τῷ ἐλαίῳ τῆς αὐτοῦ κανδήλας χριόμενοι. Δήγμασι δὲ σκορπίων ἀνεπιβούλευτοι γίνονται πάντες οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες· Θῆναι δὲ αὕτη προσαγορεύεται, τὸ πρότερον, ὡς πολὺς ὁ λόγος, ἐν δύο μησὶ τοῦ ἔτους Ἰουλίῳ τε καὶ Αὐγούστῳ μὴ δυναμένων εἰς γῆν κατακλιθῆναι καὶ καθεύδειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν πληττόντων σκορπίων, ἀλλ' εἰς καράβους εἰσιόντων, κἀκεῖσε τὴν χρείαν ἐκπληρούντων τοῦ ὕπνου αὐτῶν· ἀπὸ δὲ τοῦ παρόντος ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐγκεκαίνισται ὁ οἶκος τοῦ πανενδόξου μάρτυρος, κἂν εἰ συνέβη δηχθῆναί τινα ἐκ τῶν σκορπίων, ἐκ τοῦ ἐλαίου τῆς κανδήλα, περιχρίεται εἰς τὸ πληγὲν μέλος καὶ τῆς ὀδύνης θᾶττον ἀπαλλάττεται. « Cum templum (Cyprianus episcopus nempe) pulchre ornasset, Deum per orationem ac preces, ut martyris gratia obumbraret nec obscurum absque miraculis ædificatum ejus nomini templum maneret, rogabat, votique factus est compos. Voluntatem enim illorum qui eum timent, Deus adimplet, precesque eorumdem exaudit. Ecce enim, accessu ad martyrem morborum diversorum curationes perficiuntur, atque a dæmonibus liberi evadunt, qui oleo lampadis ejus unguntur. Omnes autem qui civitatem incolunt, a serpentum morsibus haud periclitantur; iisdem vero ipsa, cum prius, ut fama refert, duobus anni mensibus, Julioque et Augusto, humi procumbere ac dormire præ serpentum vexantium multitudine non possent, sed scaphas ingrederentur, ibidemque somni necessitati satisfacerent, afflicta fuisse asseveratur; statim autem ab eo die, quo gloriosissimi martyris domus fuit consecrata, etsi etiam a serpentibus morderi quempiam accidat, oleo lampadis ejus ad membrum læsum perungitur, statimque dolore liberatur. » Hæc eadem, quæ ista auctoris nostri anonymi narratio, prout in codice olim Mazarinæo exstat, paulo prolixius exponit, paucis hisce verbis : « Per orationem ejus (sancti Demetrii) si quis infirmus in eodem templo (exstructo nempe a Cypriano archiepiscopo) devotus advenerit, si perunctus fuerit de oleo lampadis ejus, illico sanabitur, » etiam involvit narrationis ejusdem apud Mabillonium loco supra cit. compendium, ab Anastasio Bibliothecario contextum. Hoc porro, quanquam ex dictis cum Joannis Stauracii compendio in substantia conveniens, plura tamen adhuc alia adjuncta, eaque satis notatu digna, quæ ab hoc absunt, complectitur, uti comperiet, qui unum cum altero contulerit. Cæterum quod ad narratorum hoc cap. fidem spectat, quo de hac utcunque statui queat, debent etiam, quæ supra ad not. 1, dicta sunt, expendi.

σιζ'. Καὶ ἵνα τί, φησὶν, ὀλιγόπιστος, ὦ ἄνθρωπε, εἶ, καὶ μόνον ἐν τῇ πατρίδι οἴει με φθάνειν καλούμενον; Ἀλλὰ μὴ καὶ πόῤῥω καὶ πανταχοῦ ἀνάστα καὶ τῷ εὐκτηρίῳ οἴκῳ γενόμενος τῆς πανάγνου καὶ θεομήτορος, Οἰκονομεῖον τῷ τόπῳ τὸ ὄνομα, ἔνδον εὑρήσεις με, καὶ ὀφθήσομαί σοι, καὶ ἔσῃ παραχρῆμα βλέπων τὸ φῶς. Ἔξυπνος ὁ ἄνθρωπος παραυτίκα γενόμενος ἀνίσταται, τρέχει, τὸν θεῖον οἶκον ἐκεῖνον τῆς Πανάγνου ἐρευνᾷ, εὑρίσκει, εἴσεισι τῷ ναῷ, ἐρωτᾷ, ποῦ ὁ μέγας Δημήτριος, ἀκούει· Ἰδοὺ εἰκὼν ἡ θεία τοῦ μάρτυρος· ἦν δὲ ἐκ ψηφίδων συγκειμένη φιλοτέχνως εὖ μάλα καὶ ἄριστα. Πίπτει τῆς εἰκόνος ἔμπροσθεν ὁ τυφλὸς, δάκρυσιν ὅτι πλείστοις περιῤῥεόμενος· Οὐ παύσομαι προσκυλινδεῖσθαι τῶν σῶν ἁγίων ἰχνῶν ἕως ὅτου ὁ μέγας καὶ μάρτυς καὶ ἰατρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς θεραπεύσεις μου, ὡς ἴδω σου τὴν θείαν μορφὴν καὶ εὐπρέπειαν.

σιη'. Νὺξ ἤδη παρῆν, καὶ ἰδοὺ τῷ πάσχοντι ὁ μάρτυς καὶ ἰατρὸς καὶ τοῖς δακτύλοις τοὺς νενοσηκότας ἥψατο ὀφθαλμοὺς, καὶ ἠρέμα πως διανοίγει, καὶ λήμην ὡς ἐδόκει ἐκεῖθεν περιαιρεῖ· εἶθ' οὕτω πιέζει σφοδρότερον, ὡς ὀδυνηθῆναι καὶ ἀφυπνισθῆναι τὸν πάσχοντα, καὶ ἀκοῦσαι παρὰ τοῦ μάρτυρος· Οὐδὲ νῦν εἰσέτι ὁρᾷς με; Οὐχ ὁρᾷς με τὸν ἰατρόν; Οὐχ ὁρᾷς με τὸν θεραπευτήν; Ὁ δὲ καὶ ἀνεπήδησε τάχιον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπάρας τῇ εἰκόνι τοῦ μάρτυρος, Ὁρῶ σε, ἔφη, τὸν μέγαν μου ἰατρόν· ὁρῶ σε τὸν μάρτυρα τοῦ Χριστοῦ, ὁρῶ τὴν σεβαστὴν καὶ θείαν εἰκόνα σου, καὶ πολλὴν τὴν εὐχαριστίαν προσάγω σοι, ὅτι ἔστησάς μοι ἐν εὐρυχώρῳ τοὺς πόδας μου καὶ τὰ διαβήματά μου κατεύθυνας· ὅτι ἐῤῥύσω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος.

217. Acquamobrem, ait, o homo, modicæ fidei es, ac solum me in patria invocatum apparere existimas? Verum ne et procul et quovis recurras si ad castissimæ Dei Matris oratorium (Œconomium est loco nomen) accesseris, interius me invenies, tibique apparebo, ac statim lumen videbis. Homo statim expergefactus surgit, currit, divinam illam Castissimæ domum quærit, invenit, in templum ingreditur, rogat, ubi sit magnus Demetrius, audit: Ecce, divina martyris effigies: erat autem e lapillis artificiosissime composita ac optima. Procidit ante effigiem cæcus, lacrymis quam plurimis perfusus. Ad sanctos pedes tuos, ait, procumbere non desistam, donec magnus et martyr et medicus oculos meos sanes, ita ut divinam tuam formam ac speciem videam.

218. Nox jam aderat, et ecce, martyr et medicus digitis etiam oculos, infirmitate affectos, patienti tangit, ac mire paulatim aperit, cæcitatemque omnem, ut apparebat, inde aufert. Deinde ita eos vehementius premit, ut dolore afficeretur excitareturque patiens atque a martyre audiret: Nondumne adhuc me vides? Nonne me medicum vides? Nonne me curatorem vides? Ille autem celeriter exsiliit, oculisque in martyris effigiem sublatis: Video te, dixit, magnum meum medicum, video te Christi martyrem, video venerandam ac divinam tuam effigiem, magnamque tibi gratiam habeo, quod in loco patenti pedes meos collocaris, gressusque meos direxeris; quod oculos meos a lacrymis, pedesque meos a lapsu liberaris.

CAPUT II.

Cæcus pro medela ad sanctum Demetrium recurrit, sibique eum modo duplici propitium experitur (11).

σιθ'. Ἀνήρ τις ἕτερος πόλεως τῆς Ἀδριανοῦ ἐξορμώμενος, καὶ οὗτος πηροῦται τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ προδραμεῖν ἐπὶ θεραπείᾳ τῷ μεγάλῳ διανενόηται. Καὶ δὴ ὁ μὲν πρὸς ὁδοιπορίαν ἦν εὐτρεπής· οἷς δὲ οἰκεῖος πρὸς γένος ἦν ἀνὴρ τὴν ὁδοιπορίαν ὡς μακρὰν, ὡς δυσχερῆ καὶ ταῦτα πεζῷ καὶ τυφλώττοντι ἀπηγόρευον. Ὁ δὲ, Ἀλλ' εἰ καὶ εἰς δύο ὅλους ἐνιαυτοὺς παρατεθῇ τὰ τῆς ὁδοιπορίας μοι, οὐ παύσομαι ἕως εὑρήσω μοι τὸν ζητούμενον ἰατρὸν, τὸν μέγαν Δημήτριον, ἅπτεται τῆς ὁδοῦ, διανύει δρόμον εἰς ὅλας ἡμέρας δύο, τυφλῷ ποδὶ ἀθλίως περιπλανώμενος, βιαζόμενος, προσκρούων τοῖς λίθοις, πυκνὰ διολισθαίνων, καὶ πολὺν ὅτι φέρων τὸν κάματον. Βλέπει τοῦτον ὁ μέγας μακρόθεν, κάμπτεται τῇ συμφορᾷ τοῦ ἀνδρὸς ὁ συμπαθὴς τὰ πάντα Δημήτριος, τῆς πίστεως ἀποδέχεται, καὶ καθ' ὁδὸν ἔφιππος τῷ πεπηρωμένῳ τούτῳ ἀνδρί.

219. Vir quidam alius, Adrianopoli oriundus, oculis et ipse mutilatus erat, atque ad Magnum (12) pro medela recurrere meditabatur. Ac is quidem ad iter paratus jam erat; quibus vero generis necessitudine vir erat conjunctus, iter ut longum, ut difficile, idque incedenti pedibus cæcutientique conficiendum, dissuadebant. Ille autem dicebat: Verum, etsi mihi duorum integrorum annorum iter esset propositum, non cessabo, donec quæsitum a me medicum, magnum Demetrium, invenero. Iter arripit, cursum duobus circiter diebus integris promovet, cæco pede miserum in modum errabundus circumiens, in lapides impingere coactus, frequenter in terram cadens, magnumque vere laborem sufferens. Respicit illum a longe Magnus, calamitate viri multum commiserans Demetrius flectitur, fidem suscipit, equoque insidens mutilato viro isti in via apparet (13).

(11) Caput hoc, quod iterum e codice nostro † ms. 193 lectori hic proponitur, in codice olim Mazarinæo a fol. 215 usque ad fol. vers. 218 narratur.

(12) Ita et hic et infra iterum sanctus Demetrius designatur; quod qua ratione fiat, ex Adnotatis, libri præced. cap. 6 (*col.* 1379) subnexis intelliges.

(13) In textu Græco post has voces, τούτῳ ἀνδρὶ vox φαίνεται desiderari ad complementum sensus videtur, huicque proinde, per illam suppleto, interpretationem Latinam accommodavi.

220. Rogat, non tamen ignorans, quo vadat A ita solus, ita caligans, omnique ex parte miserabilis; audit: ad divum magni Demetrii monumentum, ut visum recuperem. Sed, ait, longus tibi difficilisque itineris propositi est cursus. Rursus id, quod primo dixerat, Sed etsi ita, ait, ad duos annos integros laborare oportuerit, non desistam, donec ibi fuero. At vero, ait Magnus, paulisper te hoc in equo requiescere faciam. Eum in equum accipit, eodemque die in medio divino illo templo cæcum constituit (14). Hic autem haud noscens prodigium ac ubi esset, a multis hominibus, qui magni templum (dies enim, qua martyris celebramus martyrium, tunc erat) ingrediebantur et egrediebantur, contrusus, sese per equitem illum, qui iter cum eo fecerat, a via fuisse abductum, iterumque in civita- B tis Adrianopolitanæ forum conjectum, existimabat, atque hanc ob rem vociferabatur, talem seductorem recusans, causamque hujusmodi populi concursus rogabat.

221. Atque aliqui, cum id audivissent, aiunt: Insanisne, homo? Thessalonicæ in magni Demetrii templo cum stes, Adrianopolim, equitemque, qui a via aberrare fecerit, imaginaris. Mox sat diu erat attonitus ac silens, ac tum demum ita ad seipsum quodammodo reversus, miraculum vulgabat, lacrymisque simul et lætitia medelam quærebat; jam enim e præconcepta opinione oculorum usum indubitanter recuperatum habebat. Ei igitur noctu in somno martyr apparet ac dicit: Non modo ma- C nuum contactu meum hoc templum considera, sed et ipsis oculis id intuere. Ac statim palpebras explicans omnem templi situmque ac decorem conspicatus est, Deum magnificans ac martyrem ejus Demetrium.

σκ'. Ἐρωτᾷ καὶ μὴ ἀγνοῶν ὅπη πορεύεται ὁ μόνος, οὕτω σκοτεινὸς καὶ πάσης ἐλεεινότη ἀκούει, πρὸς τὸν τοῦ μεγάλου Δημητρίου θεῖον φον, ὡς ἀναβλέψειν· Ἀλλὰ πολύς σοι, φησίν, ὁ μος τῆς προκειμένης ὁδοιπορίας καὶ δυσχερής. Α τὸ καὶ πρώην ῥηθέν· Ἀλλ' εἰ καὶ εἰς δύο ὅλους ἐν τοὺς, φησίν, οὕτω ταλαιπωρήσαιμι, οὐ στήσο μέχρις ὅτου ἐκεῖσε γένωμαι. Ἀλλά γε δή, φησ μέγας, καὶ μικρόν σε τῷ ἵππῳ τῷδε διαναπαύσο Λαμβάνει τοῦτον ἐπὶ τοῦ ἵππου, καὶ αὐθημερὸν σον τοῦ θείου τεμένους τούτου ἐντίθησιν τὸν τυφ Ὁ δὲ μὴ γνοὺς τὸ θαυμάσιον, καὶ ὅπη παρῆν, ἐν τῷ ναῷ τοῦ μεγάλου εἰσιοῦσι, καὶ ἐξιοῦσι δὴ πολλοῖς συνωθούμενος (ἦν γὰρ ἡμέρα τότε, ἣν πανηγυρίζομεν τῷ μάρτυρι τὸ μαρτύριον), κει ὡς ἐξαπατηθείη πρὸς τοῦ συνοδοιπορήσα τούτῳ ἱππότου, καὶ αὖθις ἐναπεῤῥίφθαι τῇ Ἀδριανούπολεως ἀγορᾷ, καὶ τὰ περὶ τούτου μεμφόμενος οἷον τὸν ἀπατήσαντα, καὶ τὴν αἰ ἠρώτα τῆς τοσαύτης τοῦ λαοῦ συνδρομῆς.

σκα'. Καί τινες κατήκοοι τούτου γενόμενοι, σίν· Ἄνθρωπε, μέμηνας; Τῷ ἐν Θεσσαλονίκῃ τοῦ μεγάλου Δημητρίου ἑστὼς Ἀδριανούπολιν τάζῃ καὶ ἱππότην πλανήσαντα. Καὶ δὴ ἔκπλη ἦν ὥραις ἐφ' ἱκαναῖς, καὶ σιγῶν· εἶθ' οὕτως ἑαυτὸν ὥσπερ γενόμενος, ἐδημοσίευε τὸ τεράστ καὶ μετὰ δακρύων ἅμα καὶ χαρμονῆς τὴν θ πείαν ἐζήτει· ἤδη γὰρ ἀναμφίβολον ἐκ τοῦ πρ όντος εἶχε τὴν τῶν ὀμμάτων ἀνάβλεψιν. Φαίν γοῦν κατ' ὄναρ ὁ μάρτυς αὐτῷ νυκτὸς, καί φη Μὴ μόνον χερσὶν ἐπαφώμενος τὸν ἐμὸν τόνδε καταμάνθανε, ἀλλὰ βλέπε τοῦτον καὶ αὐτοῖς ὀφθ μοῖς. Καὶ αὐτίκα ἀναπετάσας τὰ βλέφαρα, πᾶσαν τοῦ ναοῦ τὴν θέσιν τε καὶ εὐπρέπειαν μεγαλύνων. καὶ τὸν μάρτυρα τούτου Δημήτριο

CAPUT III.

Ne viri, loca sacra visitantes, in Saracenorum manus incidant, prodigiose impedit sanctus Demetrius (

222. Aliud, auditores, e magni martyris prodigiis narrare aggredior, iis forte, quæ narrata sunt, haud minus. Enimvero qui multos ante annos, Leone sceptra moderante, Thessalonica per judicia arcana, quæ tu, Domine, talia despiciens itaque ob peccata nostra evenire disponens solus ipse nosti, ab Agaris ancillæ filiis capta gladioque fuerit excisa (16), alia

σκβ'. Ἕτερον, ὦ παρόντες, τῶν τοῦ μεγαλομά ρος τεραστίων λέγων ἔρχομαι, τῶν εἰρημένων οὐκ ἔλαττον· ὅπως μὲν ἡ Θεσσαλονίκη χρόνοις λοῖς πρότερον ὑπὸ τῶν τῆς δούλης ἑάλω τέκνων Ἄγαρ, καὶ μαχαίρας ἔργον ἐγένετο, Λέοντος σκῆπτρα διέποντος, κρίμασιν οἷς αὐτὸς μόνος ἀ ῥήτοις ἐπίσταται, Κύριε, παριδὼν τὰ τοιαῦτα,

(14) En, insigne enimvero miraculum! Verum D quid de eo censendum? Etsi quidem omnia, quæ supra naturæ vires a sanctis patrata narrantur, solo hoc ex capite, quod prodigia sint, haberi pro commentis fabulisque haud debeant, quo tamen prodigiosa magis credituque adeo difficiliora exsistunt, eo etiam, ut credantur, majoris et fidei et auctoritatis seu testes seu scriptores, a quibus memoriæ sint prodita, solent requiri. Cum autem id ita habeat, anne auctor noster, ut tali, quale hic refert, prodigio fidem indubitatam conciliet, auctoritatis sufficientis sit, statues ex iis, quæ de illo in Commentario prævio, num. 25, in medium adduxi. Ei interim suffragatur Joannes Stauracius, qui plura id genus miracula a sancto Demetrio fuisse patrata supra num. 214 et seqq. affirmat.

(15) Caput præsens, aut, si mavis, prodigium isthoc contentum e codice olim Mazarinæo, in a fol. verso 218 usque ad fol. versum 221 excu Græce simul et Latine in *Historiæ Byzantinæ* Theophanem scriptoribus, pag. 314 et binis se ante me jam vulgavit Combefisius. Atque hoc dem, cum hinc Græca scriptoris nostri anon narratio describenda e dicto Mazarinæo codice h fuerit, mihi accidit percommodum; verum, et ita sit, hancque, prout loco cit. a Combefisio gata exstat, duntaxat hic recudam, Latinæ tan qua ab hoc scriptore exponitur, interpretationi vam substituendam existimavi, quod adornat eo auctoris duntaxat sensum, non autem e verba subinde reddat; quod nostræ Græca i pretandi methodo haud satis congruit.

(16) Saraceni, aliis Agareni hicque auctori stro Agaris ancillæ filii, quod ab hac Saræ, Abr

οὕτω διὰ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας γενέσθαι διοικονομησάμενος, ἄλλαι τε πάντως δηλοῦσι γραφαὶ, καὶ ἡ μνήμη διαῤῥέουσα ἔτι καὶ νῦν τὰ ἐπισυμβάντα τηνικαῦτα ἐπιτραγῳδεῖ. Κατ' αὐτὸν οὖν τὸν καιρὸν τῆς ἁλώσεως ἄνθρωποί τινες Ἰταλιῶται τῆς ἑαυτῶν ἐξορμήσαντες εὐχῆς ἕνεκεν, καὶ ἱστορίας τῶν ἑκασταχόθι ναῶν, καὶ δὴ πρὸς αὐτὸ τὸ ζωηφόρον τείνοντες μνῆμα, τὴν εὐθὺ τέως τοῦ μαρτυρίου ἀνῄεσαν.

σκγʹ. Καὶ ἐπείπερ αὐτὰ δὴ τότε τὰ Τέμπη διεξιέναι τούτοις ἔτυχε τὰ Θετταλικὰ, ἀνήρ τις, ἄγνωστος αὐτοῖς πρότερον καὶ οὔπω τεθεαμένος, καθεωρᾶτο συνοδοιπορῶν, πολιὸς τὴν τρίχα, τὴν ὄψιν ἱλαρὸς, τὴν περιβολὴν σεμνός· καὶ τῇ θέᾳ μόνῃ πολὺ τὸ σεβάσμιον ὑποφαίνων καὶ πρᾶον. Εἶτα ἕτερός τις ἐφαίνετο πρὸς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πρόσω ἐπιὼν, ἱππότης ὡραῖος μὲν ὅσα θεάσασθαι, καὶ πολὺ τὸ ἐκ φύσεως ἐπιτερπὲς ἔχων καὶ χαρίεν· κατηφὴς δὲ καὶ μαραινόμενον τὸ τῆς φαιδρότητος ὑποδηλῶν χαροπὸν, καὶ ὥσπερ τινὶ πένθει ἀπαρακλήτῳ καταβεβλημένον καὶ ἐπιστυγναζόμενον· ὃς ὁμοίαν τῇ ὄψει καὶ φωνὴν ἀφεὶς, προσηγόρευσέ τε πρότερον τὸν πρεσβύτην, Ἀχίλλειον τοῦτον κατονομάσας, καὶ Ποῦ πορεύῃ, ἐπήρετο· ἐγὼ δὲ τὴν πρὸς σὲ, ὡς ὁρᾷς, διεξίω. Καὶ ὁ πρεσβύτης περιχαρῶς ἀντασπασάμενος, Δημήτριον τοῦτον καλέσας, καὶ μέγαν τοῦ ἀθλοθέτου ἀγωνιστὴν προσειπὼν, σὺν σπουδῇ καὶ αὐτὸς ἀνηρώτα, ὅ τι εἴη τὸ αἴτιον τοῦ σκυθρωπασμοῦ καὶ τῆς τοσαύτης κατηφείας καὶ λύπης.

σκδʹ. Καὶ ὁ μάρτυς, Οἴχεταί μοι, ἔφησεν, ἡ πατρὶς καὶ παρὰ τῷ Δικαστῇ τῶν ὅλων ἤδη κατέγνωσται. Χεῖρες ἀνδροφόνοι καὶ βάρβαροι τοὺς φυλέτας ἠνδραποδίσαντο· αἵμασιν ὁμοφύλοις περιῤῥεῖταί μοι νῦν ὁ σηκός· βεβήλοις καὶ ἀνάγνοις ποσὶ πατεῖται τὰ ἱερὰ καὶ ἐξουδένωται. Κἀγὼ μὲν τὸ Θεῖον ἐξελιπάρουν συνήθως, εἰ ἔλεον τῶν ἠτυχηκότων ἐκκαλούμενος, καὶ οἶκτον αὖθις λαβεῖν παρῃτούμην, ἀλλὰ μὴ ἣν οἰκείῳ αἵματι περιεποιήσαντο Ἐκκλησίαν, βαρβάρων ἰσχύϊ μόνον πεποιθότων, ἀλλ' οὐ Θεῷ, παριδεῖν διασπασθῆναι χερσίν. Ὁ δὲ, καὶ γὰρ τὰ ἑαυτοῦ ἀνεξερεύνητα κρίματα, εἴασε τὴν τούτου κληρονομίαν βαρβαρικῆς ἀπανθρωπίας πεῖραν λαβεῖν. Ταῦτα μὲν ὁ μάρτυς ἐκδιηγούμενος, καὶ τὸν ἱεράρχην ἔσχεν Ἀχίλλειον

A omnino scripta ostendunt, et memoria diffluens, quæ tum contigerunt, modo adhuc lamentabiliter deflet. Ipso igitur tempore, quo capta fuit, viri quidam Itali, e patria sua voti causa atque ut, quæ ubique gentium exstant, templa lustrarent, profecti, cum idcirco et ad ipsum vivificum monumentum tenderent, via, quæ ad martyris ædem recta ducit, aliquandiu incesserant.

223. Cum vero et ipsa Thessalica Tempe (17) transire illis jam accidisset, vir quidam, prius illis ignotus ac nondum conspectus, crinibus canus, vultu hilaris, habitu modestus, ac qui solo aspectu multum majestatis lenitatisque præferret, una iter facere est visus. Deinde alius quidam apparebat a B fronte illis occurrens, eques quidem aspectu pulcher, multumque jucunditatis ac venustatis ex natura habens; subtristis autem, demissumque, qui lætitiam obtegeret, ac veluti luctu quodam inconsolabili depelleret atque obrueret, vultum exhibens; qui et vocem, aspectui similem, emittens, ante omnia senem, Achilleum illum vocans, compellavitque ac, Quo vadis, rogavit; ego vero ad te, ut vides, transeo. Tum senex, gaudio ingenti salute vicissim dicta, Demetrium eum vocans, magnique illius, qui certantibus præmia proponit, athletæ titulo condecorans, statim et ipse rogat, quæ tristis supercilii ac ita demissi vultus mœstitiæque causa sit.

C 224. Ac martyr, Periit mihi, dixit, patria, jamque ab universorum Judice reprobata est. Manus cruentæ ac barbaræ contribules meos in captivitatem abduxere; templum meum eorum qui ejusdem mecum gentis sunt, sanguine modo circumluitur; profanis impurisque pedibus Sancta calcantur ac pro nihilo habentur. Ac ego quidem de more, ad miserorum misericordiam provocans, Deum impense orabam, atque, ut rursus miseratione duceretur, ac, quam suo sanguine acquisivisset, Ecclesiam Barbarorum manibus, qui in sua tantum virtute, non in Deo, confidunt, divelli haud sineret, efflagitabam. Ipse autem (inscrutabilia enim illius sunt judicia) hæreditatem suam Barbarorum sævitiem experiri permisit. Hæc autem effatus martyr

uxoris, famula originem per filium Ismaelem ducere creduntur, etiam nuncupati, anno ab orbe condito secundum Græcorum computum sexies millesimo quadringentesimo duodecimo ac proin a Christo nato 904 Thessalonicam expugnarunt, murisque dejectis ac incolis majorem partem aut occisis aut in captivitatem ad agros Tripolitanos misere abreptis, incenderunt. Ita præter scriptores alios docet nos auctor omni exceptione major Joannes Cameniata, clericus et cubuclesius Thessalonicensis, qui, quam oculis suis spectarat, universam patriæ suæ tunc excisæ Historiam in libello, ea de re conscripto, atque a Bertholdo Nibusio primum ac deinde iterum a Combefisio inter *Historiæ Byzantinæ* post Theophanem scriptores vulgato, graphice depingit; de hoc autem Thessalonicæ excidio (ne- D que enim aliud, a Saracenis patratum, noscitur) indubie hic loquitur auctor noster anonymus; quare cum eodem, quo id accidit, tempore etiam evenisse, quod cap. præsenti narrat, miraculum, mox subjungat, hujus apprime determinatam epocham habemus.

(17) Hoc nomine, quod indeclinabile simul pluralisque est numeri, distinguuntur Thessaliæ loca seu, quæ isthæc complectitur, regiuncula, in valle amœnissima, quam Peneus fluvius bifariam secat, Larissam inter et oram maritimam sita. Adi ad vocabulum *Tempe* vel in linguæ Latinæ Thesauro Stephanum, vel in Geographia Baudrandum, vel etiam in Antiquitatum Lexico Hofmannum, qui præterea, cur regiuncula ista ita appellata fuerit exponit.

Achilleum etiam, sacrorum antistitem, ad commiserationis affectum movit (18), ac, Magna tua, Domine, clamabant simul, mirabilia, nec ullus est, qui, quæ ad providentiam tuam spectant, mente assequi sufficiat.

225. Hæc autem Italis stupore, cum mentis abalienatione conjuncto, spectantibus, unus aliquis, linguæ Græcæ non omnino ignarus, submissa voce, Sed nunc, age, inquit, o miles, dic mihi, de quali hæc a vobis dicantur civitate, ac quænam illa sit, quæ Barbaris sit tradita. Tum magnus Demetrius, Mea ipsius, dixit, infortunatissima patria Thessalonica Barbaris tradita est. Ac statim quidem senex et magnus Demetrius a simul iter facientibus haud amplius fuere conspecti; illi autem, quoniam Itali essent, seorsum alterum sciscitabantur, quid tandem ex illis audivisset, ac quinam illi essent, qui itineris socii exstitissent. Hic autem cum admiratione et stupore referebat singula, perhibebatque magni martyris apparitionem, qui et patriæ mala exposuisset, atque, ut sua in tuto ponerent, admonuisset.

226. Ne igitur et ipsi inimicorum præda fierent, procul sese a Thessalonica recipientes haud multo post ex iis qui aufugerant, et singula quæ acciderant, audivere, et dilucide magnum illum Demetrium exstitisse, qui, patria relicta, ob ea, quæ evenerant, vultu præ tristitia demisso dejectoque fuisset, viri intellexere. In ipsam autem civitatem imperantem reversi, et ea quæ suis oculis viderant, narravere, et martyris patriæ commiserantis affectum, illiusque in hanc et suos amorem exposuere (19); a quo et nunc adhuc custoditur ac fovetur, atque ad pristinam felicitatem sub illo altero cive suo ac curatore rediit. Is namque, velut immotum quoddam firmumque vallum, hodieque adhuc scelera-

A συνεπικλώμενόν τε τοῖς πάθεσι· καὶ, Μεγάλα σου, Κύριε, ἐπεβόων ὁμοῦ, τὰ θαυμάσια, καὶ οὐδεὶς ἱκανὸς εἰς ἔννοιαν ἀφικέσθαι τῆς οἰκονομίας σου.

σκε'. Τῶν δὲ Ἰταλιωτῶν ταῦτα σὺν ἐκπλήξει ἀμηχάνῳ καταθεωρουμένων, εἷς τις ἠρέμα πως Ἑλληνικῆς ὁμιλίας οὐκ ἀλλότριος, Ἀλλ', ἄγε δὴ, φησὶν, ὦ στρατιῶτα, εἰπέ μοι, περὶ ποίας ταῦτα ὑμῖν λέγεται πόλεως, καὶ τίς ἡ τοῖς βαρβάροις παραδοθεῖσα. Καὶ ὁ μέγας Δημήτριος, Ἡ ἐμὴ, ἔφησε, δυστυχεστάτη πατρὶς ἡ Θεσσαλονίκη, τοῖς βαρβάροις ἐγένετο ἔκδοτος. Καὶ αὐτίκα οἱ μὲν, ὅ τε πρέσβυς καὶ ὁ μέγας Δημήτριος, οὐκέτι τοῖς συν-
B οδοιπόροις κατεθεωροῦντο· αὐτοὶ δὲ κατὰ μόνας, ἐπείπερ οἱ Ἰταλιῶται ἐγένοντο, τοῦ ἑτέρου διεπυνθάνοντο, τί ποτε ἄρα πρὸς ἐκείνων διήκουσε, καὶ οἵτινες οἱ συνωδοιπορηκότες εἶεν. Ὁ δὲ σὺν θαύματι καὶ ἐκπλήξει ἕκαστα διηγεῖτο, καὶ τὴν τοῦ μεγαλομάρτυρος ἐδήλου ἐπιφάνειαν, τά τε τῆς πατρίδος δεινὰ διασαφήσαντος, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς ἐν ἀσφαλεῖ θέσθαι διασημήναντος.

σκς'. Ὡς οὖν δὲ μὴ λάφυρον καὶ αὐτοὶ τῶν ἐχθρῶν γένωνται, πόῤῥω ἑαυτοὺς Θεσσαλονίκης ἀπαγαγόντες, οὐ μετὰ μικρὸν παρὰ τῶν διαδράντων ἕκαστά τε τῶν γεγενημένων κατήκουον, καὶ συνῆκαν οἱ ἄνθρωποι ἐναργῶς ὡς ὁ μέγας ἐκεῖνος Δημήτριος ἐτύγχανεν ὢν, τῆς πατρίδος ἐπαναστὰς,
C ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι σκυθρωπάζων καὶ ἀνιώμενος. Εἰς αὐτὴν δὲ τὴν βασιλεύουσαν ἀναχθέντες, ὅσα τε αὐταῖς εἰδὼν ὄψεσι περιηγοῦντο, καὶ τὴν τοῦ μάρτυρος ἐπὶ τῇ πατρίδι συμπάθειαν· καὶ τὸ τούτου φιλόπατρι καὶ φιλοίκειον ἐπεδείκνυντο, ὑφ' οὗ καὶ νῦν ἔτι περιφρουρεῖταί τε καὶ περιθάλπεται, καὶ ἐπὶ τῆς προτέρας εὐδαιμονίας ὑπ' ἐκείνῳ δευτέρῳ πολίτῃ καὶ κηδεμόνι ἀνέδραμεν. Οὗτος καὶ

(18) Senem Achilleum, hic et supra ab auctore nostro memoratum, exstitisse episcopum, Lequienus, in *Oriente sacro*, tom. II, col. 28 recte ex hoc loco concludit; verum num recte pariter ibidem Thessalonicensem archiepiscopum eum facit? Id equidem mihi haud apparet. Demetrius enim, qui, quemadmodum infra num. 226 dicitur, Thessalonicam patriam suam, ab Agarenis captam reliquerat, seni Achilleo, una cum peregrinis Latinis,
D Thessalonicam ad Sancti nostri tumulum properantibus, Tempeque Thessalica, Larissa ex Adnotatis in not. præced. haud procul dissita, jam prætergressis, iter instituenti, recta in fronte occurrisse, eique, sese ad illum festinare, dixisse ab auctore nostro supra narratur; quod cum ita sit, sanctusque Larissensis, sæculo IV episcopus ac metropolita, nomine Achillius, seu Achilleus, de quo in Opere nostro ad 15 Maii diem jam actum, e sacris Græcorum Fastis ac nominatim e Basiliano Menologio notus sit, hunc ego, non autem sanctum homonymum, qui Thessalonicensis fuerit archiepiscopus, ab auctore nostro, qui sanctum Demetrium, Thessalonica, quæ ab Agarenis capta erat, relicta, Larissam ad sanctum Achilleum concessisse, secundum jam dicta insinuat, designari existimo; in hac autem opinione maxime etiam confirmor, quod Thessalonicensis archiepiscopus, qui Achilleus fuerit vocatus, aliunde notus haud sit. Cæterum laudatus Lequienus suppeditatam ab auctore nostro cap. præsenti narrationem perperam etiam loco cit. intellexit, dum ea tradi affirmat, Achilleum senem, qui una cum sancto Demetrio peregrinis Italis apparuisse narratur, quique ob jam dicta e Thessalonicensium archiepiscoporum catalogo expungendus videtur, pro civitate Thessalonicensi Deum, ut imminentem ei Saracenorum impressionem averteret, frustra interpellasse; neque enim illa vel verbum, quo hoc astruatur, complectitur, ut facile deprehendet, qui totum caput præsens evolverit.

(19) Narrata ab auctore nostro sancti Demetrii et Achillei cap. præsenti apparitio, quam angelorum ministerio peractam, Combefisius supra laudatus in scriptorum editione, sola peregrinorum, uti omnia ad hunc usque locum, quo, quæ ad visionem illam spectant, terminantur, occurrentia manifestant, fide innititur; sitne autem hæc, ut dicta apparitio indubitanter credatur, fundamentum sufficiens, prudentis lectoris judicio relinquo, ita tamen, ut hunc præ cæteris, quæ de hoc argumento possent disseri, meminisse velim, peregrinorum passim, ac maxime eorum qui aliunde, uti hic fit, noti haud sunt, relationes omnes quæ prodigiosum quid ac raro evenire solitum continent, suspectas haberi.

γάρ, οἷά τις ἀκλινὴς περίβολος καὶ στεῤῥὸς, τὰς τῶν ἀλητηρίων Σκύθων ἔτι καὶ νῦν ἐπέχει ὁρμὰς, τὴν ἄμαχον αὐτοῖς ἐπιτειχίζων δεξιὰν, καὶ ἀνωτέραν τὴν ἑαυτοῦ τῆς ἐκείνων διασώζων ἐπιδρομῆς.

torum Scytharum (20) inhibet impetum, inexpugnabilem eis dextram in murum objiciens, irruptionibusque eorum patriam suam servans superiorem.

CAPUT IV.

Vir valetudinis, pessime afficitur, in æde, sancto Demetrio prope Thessalonicam sacra, ad quam sese conferre ab hoc in somnio jussus fuerat, sanitatem recuperat (21).

σκζ'. Μικρόν τι τοῦ ἄστεος ἀπωτέρω, τῆς Θεσσαλονίκης φημὶ, πηγή τις δι' ἡδέος καὶ καθαροῦ πρόεισι, ψυχροῦ μὲν ὅσον ψαῦσαι καὶ διαφανοῦς νάματος, ἄλλως δὲ ἡδίστου καὶ ἀγαθοῦ πόματος· πέτρας γὰρ ὑπερεκχεῖται τὸ ῥεῖθρον ἀποτόμου φυσικῇ τινι διεῤῥηγμένης τομῇ, καὶ σφοδρὸν ὁμοῦ τι καὶ ἄφθονον τοῦτο ἀποβλυζούσης. Ταῦτά τοι καὶ τὸ χωρίον τινὲς τῶν ἄνω τοῦ χρόνου πλούτῳ κομώντων τῆς εὐκαιρίας ἀγάμενοι, ἀγαθῶν ἀνδρῶν τοῦτο καὶ θείων ἀπέφηναν οἰκητήριον· ναὸν μὲν ἐκεῖσε κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ μεγάλου Δημητρίου δειμάμενοι, πηγὴν δὲ ὡς ἀληθῶς θαυμάτων καὶ ἰάσεων ἄβυσσον τὸν χῶρον ἀποδειξάμενοι. Ἀνδρὶ οὖν τινι τούτων δὴ τῶν ταῖς βασιλικαῖς ἐξυπηρετουμένων διακονίαις συνέβη ποτὲ νόσῳ περιπεσεῖν, τὴν Θεσσαλονίκην παριόντι καὶ πάσας αὐτῷ τὰς χρηστοτέρας προσδοκίας περιαιρεθῆναι, ἅτε δὴ τοῦ κακοῦ μήτε ἰατρῶν τέχναις εἴκοντος, καὶ τῷ χρόνῳ μᾶλλον ἐπιδιδόντος πρὸς τὸ χαλεπώτερον.

227. Parvo quodam spatio a civitate, Thessalonica dico, fons quidam suaviter ac pure manat, aquæ quidem quantum ad tactum frigidæ ac limpidæ, ad bibendum autem alioquin suavissimæ ac optimæ. Fluentum enim e prærupta, quæ naturali quadam sectione scissa est, modoque quodam vehementi simul ac copioso id emittit, petra effunditur. Quidam igitur superiorum temporum, qui divitiis abundabant, locum etiam ob opportunitatem admirantes, proborum eum sacrorumque virorum domicilium fecerunt, templum quidem ibidem, prout licebat, magni Demetrii nomini ædificantes, fontem autem, ut vere esset miraculorum ac curationum abyssi sedes, destinantes. Accidit igitur, ut vir quidam ex iis qui imperatoriis officiis funguntur, in morbum aliquando incideret, utque Thessalonicam progresso emendationis etiam quæque exspectatio ei præcideretur, utpote malo medicorum arti non cedente, sed tempore potius in pejus crescente.

σκη'. Παρεῖτο μὲν γὰρ αὐτῷ ἅπαν τὸ σῶμα, ἐλέλυντο δὲ ἁρμονίαι καὶ διεῤῥυήκεσαν, καὶ εἴ τι τῶν σαρκῶν μὴ τῇ νόσῳ προδεδαπάνητο, διῴδει τοῦτο καὶ ἐξώγκωτο, ὡς μηδὲ ἁφὴν οἷόν τε εἶναι τῶν θεραπευόντων προσίεσθαι. Ἔκειτο οὖν τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπογνοὺς καὶ τοῖς τῶν ἀλγεινῶν ἀφορήτοις συνεχῶς κατατιτρωσκόμενος βέλεσι, ἤδη που τὰ τελευταῖα πνέων καὶ ὅσον οὔπω τὴν ψυχὴν ἐξαφεῖναι ταῖς ἀλγηδόσι καραδοκῶν. Ὄναρ οὖν θεῖον ὁ θεῖος ἐπέστη Δημήτριος, καὶ, Εἰ τῆς ἰάσεως, ὦ οὗτος, ἱμείρῃ τυχεῖν, πρὸς τὸ ἔξω τοῦ ἄστεος, εἶπεν, ἐμὸν ἄπιθι τέμενος, ὃ Πηγὴν ὀνομάζουσι, μελλήσας μηδὲ βραχύ· χεῖράς τε γὰρ τοῦ ὕδατος καὶ πόδας νιψάμενος καὶ αὐτόθι περιῤῥαντίσας τὸ πρόσωπον, τῆς ὑγιείας οὐκ ἀμοιρήσεις. Εἰμὶ δὲ ὁ ταῦτά σοι προστάσσων Δημήτριος, τῶν δὲ τῆς πόλεως κηδεμὼν καὶ τῶν ἐν ἀσθενείαις ἄριστος ἰατρός.

228. Labefactatum enim ipsi erat totum corpus; dissoluta autem erat ac diffluebat membrorum compactio, et si quid carnium morbo ante absumptum haud erat, id intumescebat ac inflabatur, adeo ut neque curantium tactum posset admittere. Jacebat igitur eorum quæ de se flebant, ignarus, continuoque intolerabilibus dolorum ictibus convulsus. Ubi jam extremum spirare animamque fere præ doloribus exhalare putabatur, per somnium divinum divinus astitit Demetrius, et, Si sanitatem, o tu, consequi vis, ad meum, dixit, situm extra civitatem templum, quod Fontem appellant, abito; nec mora, cum manus nimirum ac pedes ablueris, faciemque ibidem unxeris, sanitatem consequere; sum autem, qui hæc tibi præcipio, Demetrius civitatis curator infirmorumque absque mercede medicus.

σκθ'. Ἡ μὲν οὖν ὄψις ταῦτα προσέταττε. Πῶς δὲ, ἔφη ὁ κείμενος, πορευθήσομαι, πάντων μοι διαλελυμένων τῶν μελῶν, καὶ μὴ μόνον αὐτὸς πρὸς

229. Hæc igitur visio injunxit. Qui autem, dixit decumbens, membris omnibus mihi dissolutis, iter instituam, cum non tantum, memetipsum ut

(20) Antiqui Græcorum scriptores, ut Strabo Geographiæ lib. xi, pag. 507 aliisque locis docet, universas septentrionales gentes Scytharum et Celto-Scytharum nomine afficere erant soliti; ex illorum adeo more Hungaros, qui, e Septentrione Meridiem versus delati, sæculo nono senescente sedes primum in Pannonia, ab illis deinde Hungaria idcirco nuncupata, fixerunt, annoque 934, iterumque deinde anno 943 in imperii Orientalis ditiones irruperunt, ab auctore nostro per Scythas hic intelligi, existimo; qui cum præterea, ætate sua postremum hoc factum, indicare hic videatur, id eum, qui fortassis (adi Commentarium prævium num. 25) jam inde etiam a sæculo nono floruit, sæculo decimo salem lucubrationem suam adornasse, argumento etiam qualicunque est. Hæc adeo iis quæ in Commentario prævio, num. 25, dicta sunt, adjunge.

(21) Caput hoc, prout e codice olim Mazarinæo, in quo a fol. 221 usque ad fol. vers. 224 extenditur, integrum apud nos descriptum exstat, lectori hic exhibetur; exstat autem et fol. 70 vers. ac seq. recto in codice nostro signato ꝗ ms. 193, a Joanne Stauracio aliis verbis expositum.

κοντίανα τῷ χωρίῳ τὸ ὄνομα, ναὸς τῷ μεγαλομάρτυρι Δημητρίῳ ἐξῳκοδόμηται διὰ τῆς ἀνωτάτω τιμῆς τε καὶ αἰδοῦς ἔτι τοῖς ἐγχωρίοις ἀγόμενος, καὶ ἡ αἰτία τῆς οἰκοδομῆς, εἰπεῖν οὐ χεῖρον ταύτην, ἐστίν· Ἀνήρ τις αὐτουργεῖν εἰωθὼς καὶ ἀπὸ χειρῶν πεπορισμένος τὸν βίον περὶ τὸ ἑαυτοῦ πονούμενος γήδιον, λίθων τινὰ ἐξεφόρει σωρὸν, προὔκειτο δὲ ἄρα τῷ ἀνδρὶ εἰς ἅλωνα μετασκευάσαι τὸν χῶρον ἐκκαθαρθέντα· καὶ ὁ μὲν ἔργου εἴχετο καὶ σπουδαιότατα τότε ὡς δοκοῦν ἄχρηστον διεκάθηρε.

σλβ'. Νεανίας δέ τις αὐτῷ περὶ ταῦτα πονοῦντι τὴν ὄψιν ἐκπρεπὴς, τὴν ὥραν διαφανὴς, στρατιωτικῶς ἐσταλμένος ἱππότης ἐφίσταται, καὶ Ὦ οὗτος, ἔφη, εἰς ἅλωνα τὸν ἐμόν σοι διὰ σπουδῆς μετασκευάσαι σηκόν; Οὐ χαιρήσεις τῷ ἐπινοήματι, οὐδὲ ἄριστα σαυτῷ ἔσῃ βεβουλευμένος· εἰμὶ δὲ ὁ Θεσσαλονικεὺς, ἔφη, Δημήτριος, καὶ ἐνταῦθα τιμώμενος. Καὶ ὁ μὲν τοσαῦτα εἰπὼν ᾤχετο· ἄφωνος δὲ ὁ γηπόνος κατελέλειπτο, καὶ οἷον τὰς φρένας παρακοπεὶς, τῶν μὲν ἐν χερσὶ πάντων ἐκλελησμένος, ὑπὸ δὲ τῆς θείας ἐκείνης μαρμαρυγῆς τὰς αἰσθήσεις ἀφαιρεθείς.

σλγ'. Ἐπεὶ οὖν οἱ προσήκοντες καὶ ἄλλως συνήθεις τὴν αἰτίαν τῆς ἀφασίας διεπυνθάνοντο, τρεμούσῃ ἐνταῦθα ὁ ἄνθρωπος καὶ ὥσπερ παραφαινομένῃ τῇ γλώττῃ ἕκαστα τῶν ὁραθέντων περιηγεῖται, καὶ τὸν ἐπιφανέντα Δημήτριον εἶναι ἔλεγε. Σπουδῇ οὖν οἱ ἀκούσαντες τηνικαῦτα, μᾶλλον τὸν ἐπικείμενον ἐκφορήσαντες συρφετὸν καὶ διακαθηράμενοι, θεμελίοις τε παλαιᾶς τινος περιετύγχανον οἰκοδομῆς, καὶ τοῦτο ἐκεῖνο δηλοῦν τὸν φανέντα, οἷς περιέτυχον εἰκότως τεκμηριωσάμενοι, τοῦτον δὲ τὸν νῦν ὁρώμενον πολυτίμητόν τε καὶ θαυμαστὸν σηκὸν ἀνῳκοδομήσαντο, σταυρόν τε ἐπὶ τῷ ἐκείνου, ὡς τοῖς ἀγρόταις ἔθος, ἐξ ἀργύρου τῷ τεμένει ἐνιδρυσάμενοι ὀνόματι θαυμάτων καὶ τεραστίων ἔμπλεων τὴν περίοικον ἀπειργάσαντο μεγάλα καὶ ἀκοῦσαι φρικτὰ, ἀεὶ τοῦ φιλανθρώπου ἐπιτελοῦντος ἐνταῦθα Θεοῦ διὰ τῆς τοῦ μάρτυρος Δημητρίου συνεχοῦς τῷ χωρίῳ παρουσίας καὶ ἐπιφοιτήσεως, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, κ. τ. λ.

A na (26) loco nomen est) magno martyri Demetrio templum, quod in maximo adhuc honore ac veneratione ab incolis habetur, ædificatum exstat, causaque, quam exposuisse abs re haud fuerit, ædificationis est: Vir quidam, per sese laborare manuumque opere victum comparare solitus, cum in agello suo laboraret, lapidum quemdam acervum extulit, viro autem forte erat propositum, locum, cum expurgatus esset, in aream commutare, ac opere quidem detinebatur, accuratissimeque, quod, ut videbatur, inutile erat, repurgabat.

232. Ei vero hisce operam danti, juvenis quidam, facie decorus, specie pellucidus, militari equitis habitu indutus, repente as'at, et, Heus tu, inquit, meumne tu templum in aream tibi propere commutes? B Re, quam meditaris, haud lætaberis, neque optime tibimetipsi consulueris; sum autem, dixit, Demetrius, Thessalonicæ natus ubique honoratus. Atque hic quidem, cum talia dixisset, abibat; agricola autem voce manebat destitutus, ac velut mente perculsus, omnium quidem quæ præ manibus habebat, erat oblitus, præ divino autem illo fulgore sensibus orbatus.

233. Cum igitur necessarii aliterque familiares stuporis causam rogarunt, tremente ac velut deficiente voce singula eorum quæ visa erant, homo hic exponit, eumque, qui apparuerat, Demetrium esse edixit. Tum igitur, qui id audierant, magis alacriter superjacentes sordes efferentes, locumque expurgantes, C et in antiqui cujusdam ædificii fundamenta incidebant, et hanc ipsam rem, qui apparuera', ostendere, ex iis in quæ inciderunt, merito conjicientes, hanc quæ hodieque cernitur ædem sacram et pretiosam et mirandam instaurarunt, ac crucem argenteam, ut rusticis mos est, nomini illius in luco collocantes miraculis et prodigiis plenam, magna audituque stupenda misericordi Deo semper per assiduam martyris Demetrii in loco præsentiam ac visitationem ibidem perficiente, vicinam effecere (27) in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et virtus nunc et semper, etc.

excurrit, integrum apud nos descriptum exstat, hic proponitur; pariter autem aliis verbis a Joanne Stauracio explanatum exstat in codice nostro † ms. 193, in quo miraculum, cap. præcedenti datum, proxime excipit.

(26) Nec urbem nec pagum hujus nominis, qui in Cappadocia situs sit, in Geographicis seu tabulis seu lexicis invenio, ut adeo pro ignobili duntaxat loco Dracontiana debeat haberi, licet interim et æde sancto Demetrio sacra, et miraculis, per hunc patratis, effulsisse ab auctore nostro cap. præsenti D tradatur.

(27) Cum omnia, cap. præsenti, quo auctor noster lucubrationem suam terminat, narrata, in Cappadocia gesta dicantur, isque non in regione illa, sed vel Thessalonicæ vel in loco, haud procul admodum ab hac civitate, longissimeque adeo a Cappadocia remoto, floruisse videatur, potest sane vel hinc, num integram is in omnibus, quæ hic memoriæ prodit, fidem mereatur, non immerito revocari in dubium.

ANALECTA

De unguento seu oleo e S. Demetrii tumulo prodigiose scaturiente aliisque adhuc ejusdem Sancti miraculis, partim e scriptoribus typorum beneficio jam vulgatis, partim e Joannis Stauracii ac Demetrii Chrysoloræ lucubrationibus nondum editis accepta.

§ I. *Miracula, sæculo decimo posteriora, quæ Sanctus in Thessalonicæ favorem patrasse narratur.*

1. Fuisse enimvero, Mauritio imperii Romani habenas moderante, Thessalonicam prodigioso prorsus modo adversus unitam Avarum aliarumque barbaricarum nationum vim a sancto Demetrio, patrono suo, defensam, expugnationisque simul ac direptionis periculo præsentissimo ereptam, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, supra sæpissime laudatus, qui rei gestæ interfuit, miraculorum, a sancto Demetrio patratorum, lib. I jam dato, cap. 13 et binis seqq., indubitatum facit. Atque illud quidem, uti ex Adnotatis, dicto capiti 13 subnexis liquet, sæculo sexto ad finem inclinante seu anno 597 evenit; fuisse porro etiam eamdem civitatem sæculo septimo, cum idem, quem proxime laudavi, Joannes Thessalonicensem ecclesiam jam moderaretur, atque adhuc serius, sæculo octavo scilicet, modo pariter prorsus mirabili a Sancto nostro adversus Barbaros propugnatam, e patratorum abs hoc miraculorum lib. II, pariter jam dato, si non, quod hujus auctor (adi Commentarium prævium num. 24) fidem undequaque integram haud mereatur, omnino indubitatum, verosimillimum saltem apparet. Et vero, non tantum sæculo septimo ac sequenti, sed etiam ad annum usque 904 Thessalonicam inimicorum omnium impetu, patrocinante sancto Demetrio, superiorem permansisse, variisque belli periculis fuisse ereptam, Joannes Cameniata supra adhuc laudatus, qui tum floruit, in sua de Thessalonicæ per Saracenos excidio lucubratione, ac Nicolaus patriarcha, ecclesiam Constantinopolitanam tunc temporis moderatus, in sua de eodem luctuoso eventu Monodia non obscure indicant.

2. Verum tunc celeberrima illa civitas, uti rei oculatus testis, quem iterum mox laudavi, Joannes Cameniata, a Bertholdo Nihusio anno 1653 Coloniæ Agrippinæ editus, rursusque deinde a Combefisio *Historiæ Byzantinæ* post Theophanem scriptores anno 1685 typis Parisiensibus recusus, fidem facit, a Saracenis adversus Leonem Orientis imperatorem, cognomento Sapientem, bellantibus, sub Leonis Tripolitæ, impiissimi apostatæ, ductu expugnata fuit, fœdissimeque, incolis etiam magno numero in captivitatem abductis, direpta atque excisa. Atque hoc quidem, quod ad illud usque tempus sancti Demetrii, uti omnibus passim erat creditum, patro-

A cinio Thessalonica contra omnia hostium molimina stetisset inconcussa, mirandum quam maxime accidit. Audi, qui opportune ad institutum præsens Nicolaus patriarcha loco supra cit. verbis Græcis, quæ et in linguam Latinam conversa textui Græco subjungam, loquatur. Ποῦ, inquit, μοι, Δημήτριε μάρτυς, ἡ ἀήττητος συμμαχία; πῶς τὴν σὴν πόλιν ὑπερεῖδες πορθουμένην; πῶς ὑπὸ σοὶ πολιούχῳ ἡ ἐχθροῖς ἄβατος ἀφ' οὗ χρόνου ταύτην ἥλιος ἐθεάσατο, τοσούτων κακῶν εἰς πεῖραν ἐγένετο; Πῶς τῆς τῶν δυσσεβούντων ὀφρύος ἠνέσχου κατορχουμένης τῆς ἱερᾶς προστασίας; πῶς ὑπέμεινας ταῦτα καὶ διεκαρτέρησας; « Ubi mihi, Demetri martyr, invicta in bello societas? Qui civitatem tuam, ut everteretur, despexisti? qui sub te præside, quæ, B a quo tempore sol illam spectavit, inimicis fuerat inaccessa, ad tanta experienda mala devenit? Qui impiorum fastum in sacri patrocinii contumeliam exsultare sustinuisti? Qui hæc passus es atque ad extremum usque pertulisti? » Ita illustris ille, qui et mysticus cognominatur, patriarcha Constantinopolitanus suam haud obscure de capta excisaque Thessalonica, cum ad suam usque ætatem civitas isthæc potenti sancti Demetrii patrocinio tuta fuisset, admirationem prodit, nec, quin communis ille, quem Nicolaus verbis datis exprimit, hominum omnium sensus tum fuerit, dubitandum apparet.

3. At vero cur Demetrius, qui, ut supra in duobus prioribus miraculorum ejus libris est videre, C suam olim civitatem contra ferocissimos hostes tam sæpe, totque modis prodigiosis diversis fuerat tutatus, a Saracenis, Christi hostibus, tum expugnari atque everti siverit, alta Dei, a quibus et nobis timendum, sunt judicia. Sanctus interim, qui tum ob cujuscunque generis miracula, magno numero patrata, tum maxime ob Thessalonicam prodigiose contra hostes plus semel servatam gloriosissimis magni martyris ac thaumaturgi, aliisque in supra data Joannis Thessalonicensis, scriptorisque, qui Joannem continuavit, anonymi lucubratione expressis titulis condecoratus passim a Græcis olim jam fuerat, suam illam civitatem natalem, cum ab illato per Saracenos excidio surrexisset, cladenque præteritam reparasset, suo iterum auxilio adversus D inimicos prodigiose fuit tutatus, licet tandem a Turcis illam, quæ alta iterum inscrutabiliaque Dei sunt judicia, anno 1429 expugnari, firmaque deinceps possessione, ad hunc etiam usque diem persa-

versante, teneri permiserit. Cedrenus in historiarum Compendio, cum de rebus sub Michaele IV gestis tractat, sequentia prodit memoriæ: « Anno mundi sexies millesimo quingentesimo quadragesimo nono, indictione nona, mense Septembri, Alusianus patricius et Theodosiopolis præfectus, secundus Aaronis (fuerat hic Samuelis Bulgarorum quondam regis frater) filius subito ex urbe (Constantinopoli nempe) profugus, ad Deleanum (erat is a Bulgaris, quos ad deficiendum a Græcis concitarat, in regem assumptus) se contulit.

4. « Cum enim injustitiæ accusatus esset, priusquam de causa cognosceretur, Joannes (imperatoris minister) ab eo exegerat auri libras L, ademeratque ei mulierem elegantissimam, quam in Charsiano habebat; cumque multis apud imperatorem precibus non obtinuisset, ut sui haberetur ratio, desperatis suis rebus, Armenio habitu sumpto, simulansque, se Basilii Theodorani famulum esse, atque Thessalonicam ad imperatorem ire, clam omnibus aufugit, Ostrobumque pervenit, ubi tum cum omni exercitu castra Deleanus habebat. Magna hunc cum lætitia accepit Deleanus, metuens, ne ad ipsum potius inclinarent Bulgari, ut regio sanguine natum, consortem, ut præ se ferebat, imperii ascivit, ac cum exercitu quadraginta millium ad oppugnandam Thessalonicam misit, cui tunc præerat Constantinus patricius, patruelis imperatoris. Eo profectus Alusianus urbem vallo cingit ac machinis admotis summa industria oppugnat. Sed cum per sex dies frustra oppugnasset, undique repulsus, spe expugnandæ abjecta, obsidione eam capere statuit.

5. « Oppidani quadam die ad sepulcrum martyris Demetrii accesserunt, supplicationeque per totam noctem tracta usque unguento, quod ex eo sepulcro scaturit, uno impetu apertis portis in Bulgaros se emiserunt, habentes secum legionem Magnanimorum, hostemque improvisa impressione perterritum in fugam conjecerunt, nemine subsistere aut se defendere auso. Ductor Romanæ aciei fuit martyr iterque complanavit; quod Bulgari captivi juramento confirmarunt, dicentes, vidisse se juvenem equitem, qui Romanæ phalangi præiret; ex quo ignis exsiliens adversos cremaret hostes. Cecidere amplius 15 millibus Bulgarorum, captique haud pauciores; reliqui turpissima fuga ad Deleanum evaserunt. » Prima hæc est bellica expeditio, in qua iterum post acceptam anno 904 ab Agarenis cladem mirabili plane modo a sancto Demetrio Thessalonicæ fuisse succursum narratur. Atque is quidem eventus, cum anno mundi sexies millesimo quingentesimo quadragesimo nono, uti e jam recitatis Cedreni verbis intelligitur, locum habuerit, anno Christi 1041 debet innecti, uti ex annorum 5508, quorum ultimo labente Christum natum Græci statuunt, facta ab annis 6549, quorum ultimo ex dictis memorata a Cedreno Bulgarorum clades evenit, subductione manifestum evadit.

6. Quod autem ad rem ipsam seu potius insigne, quo Bulgari, sancto Demetrio Thessalonicensibus præire ac pro urbe decertare palam conspecto, ab obsidione Thessalonicensi pulsi atque in fugam, magna edita suorum strage, conjecti, a Cedreno narrantur, prodigium jam spectat, Zonaras, in Annalibus de Alusiano pariter Bulgarisque, qui, duce Deleano, Græcorum jugum, a Basilio tertio, *Bulgaroctoni* cognomen propterea adepto, jam ab aliquo tempore sibi impositum, sub annum circiter 1040 excussere, in Michaele quarto sermonem instituit nec tamen prodigii, quo Alusianus ab obsidione Thessalonicensi, civitati suæ opem ferente sancto Demetrio, recedere fuerit compulsus, mentionem vel verbo facit. Verum cum is scriptor ne expeditionis quidem, ab Alusiano contra Thessalonicam susceptæ, meminerit, factumque proinde, quo felici ista successu fuerit frustrata, miraculum commemorare opportune haud potuerit, non est, cur illius de hoc silentium mirum admodum cuiquam accidat. At vero erit fortassis, qui saltem, idem miraculum silentio etiam a Joanne Stauracio, ut fieri in hujus penes nos exstante lucubratione comperio, præteriri, mirandum magis existimet. Id sane, cum hic scriptor, qui, quemadmodum in Commentario prævio num. 26 docui, sæculo tertio decimo floruit, patrata a sancto Demetrio ad illud usque tempus miracula omnia, aut saltem horum præcipua litteris commendare propositum sibi habuerit, certeque ea inter, quod, supra e Cedreno relatum, anno ex dictis 1041 acciderit, miraculum haud infimum locum obtineat, mihi ipsimet, ut verum fatear, mirum admodum obvenit. Verum, quid si quidem, de quo hic disserimus, miraculum a Joanne Stauracio litteris fuerit commendatum et tamen in Leonis Allatii ms., quod nobiscum communicatum in codice nostro †ms. 193 exstat, ab amanuensibus sit omissum?

7. Quid si etiam Stauracius ea duntaxat, quæ scriptis mandata invenit, miracula in lucubrationem suam inferenda duxerit, nullumque forte fortuna scriptum, quod relatum a Cedreno miraculum compleeteretur, ad manum habuerit? Utut sit, dicto equidem prodigio, quod et a Joanne Curopalate refertur, utcunque suffragatur memoratum in Commentario prævio num. 138 et binis seqq. Petri et Asanis fratrum, principum Bulgarorum, factum. Hi enim, quo contribules suos, qui post proxime e Cedreno relatam Thessalonicensem anni 1041 cladem a Michaele quarto penitus subacti Græcorum imperio usque ad Isaacii Angeli, anno 1185 imperii habenis primum admoti, tempus pacifice manserant annexi, ad defectionem iterum concitarent, sanctum Demetrium, Thessalonica a Græcorumque tutela relicta, in Bulgariam, cui opem esset laturus, concessisse, subdole finxere, falsis etiam prodigiis huic suo commento fidem conciliare conati; id autem duo præfati principes maxime fecisse videntur, vel quod, cum cladis prope Thessalonicam majoribus suis anno 1041 a sancto De-

metrio illatæ, memores adhuc essent, timerent, ne contribules sui, quos, ut Græcorum jugum excuterent, impellere nitebantur, præ similis cladis, a sancto Demetrio sibi inferendæ, timore a defectionis consilio omnino abhorrerent, vel etiam quod hosce, ut promptius arma arriperent, superni a sancto Demetrio certo adfuturi, quo potentissimum majorum suorum exercitum profligatum fuisse, norant, auxilio facta spe facilius adducendos putarent. Sed ita modo a Cedreno relatum, quo Thessalonicæ fuerit succursum, Sancti nostri miraculum utcunque discussisse sufficiat; ad aliud sermonem convertamus.

8. Cum Petrus et Asan fratres proxime memorati, quibus potissimum impellentibus, Græcorum jugum, ut jam dictum, Bulgari post annum 1185 excusserant, in Bulgaria patria sua, quam conatibus suis felici respondente successu, in libertatem etiam asseruerant, aliquandiu jam dominati, e vivis essent sublati, successit in Bulgariæ regnum eorum frater Joannes, qui ab aliis Calo-Joannes, seu Joannitza, aut etiam Joannitius nominatur. Hic porro, multis gestis bellis, anno tandem 1207 Thessalonicam ingenti exercitu obsedit; verum hac in expeditione bellica, non secus ac Alusianus supra memoratus, fortuna improspera, quemadmodum Georgius Acropolita, sæculi tertii decimi scriptor, fidem facit, est usus, sibi etiam sanctum Demetrium inimicum expertus. Ita quantum ad hoc postremum et apud nos in codicis nostri † ms. 193 prolixa, quæ ex Leonis Allatii ms. deprompta notatur, narratione, et apud ipsum Allatium in concinnatis ab eo in Acropolitæ historiam Adnotationibus, tertio decimo hujus cap. subnexis, Joannes Stauracius supra plus semel laudatus. Scriptoris hujus, quæ huc potissimum faciunt, verba aliquot, prout a Cangio loco mox cit. vulgata exstant, recitabo, cum prius, quæ huc pariter spectant, nonnulla Georgii Acropolitæ verba in medium adduxero. Hic itaque scriptor in Historia, typis Parisiensibus anno 1651 edita, sequentia isthæc verba, quæ fere omnia postea iterum in Chronico compendiario Parisiensibus pariter typis eodem anno vulgato pag. 115 repetit, cap. 13 de supra memorato Joanne seu Joannitio aut etiam Joannitza, Bulgarorum rege, suppeditat : « E fundamentis sustulit Philippopolim, præclaram nimium atque egregiam urbem, quæ Hebro adjacet, alias deinceps universas, Heracleiam, Panium, Rædestum, Chariupolim, Trajanupolim, Macrem, Claudiupolim, Mosynupolim, Peritheorion, aliasque quam plurimas, quas enumerare operæ pretium non est.

9. « Multitudinem abigens circa Istri fluenta collocat, et ex jam direptis oppidis, urbibus nomina propriis coloniis imponit, damna, ut ipse dictitabat, compensans, quibus imperator Basilius Bulgaros afflixerat; eumque fatebatur dici Bulgaroctonum, se vero Romæoctonum indigitabat; is usque Thessalonicam perveniens laterali morbo vitam

finit, vel, ut alii asserebant, ira Numinis
morte multatus est. Somniavit enim abs arm
sibi astante hasta latus confodi; nemo enim,
mentior, e memoria hominum tot ac iste calam
tibus Romanos afflixit, adeo ut a cane nomen
impositum sit, et Scylo-Joannes ab omnibus c
pellaretur. » Ita hactenus Acropolita, Joanni B
garorum regi, cum Thessalonicam obsideret, n
haud naturali mortem obvenisse, sed, Numin
scelera ab eo patrata irato, superna virtute f
inflictam, opinionem nonnullorum exstitisse,
aperte hic docens; illam autem supernam v
tem, qua Bulgarorum rex Joannes Thessaloni
obsidens miserum in modum interierit, e quor
dam opinione a sancto Demetrio profectam, J
nes Stauracius apud Leonem Allatium loco s
cit. verbis Græcis memoriæ prodit. Ea adeo
fidem datam liberem, huc modo una cum adj
ad calcem versione Latina transcribo.

10. Sic itaque habent : Τότε δὴ, τότε ἀωρὶ
νυκτῶν εἰς τέλος Θεὸς τὴν ἑαυτοῦ τῆς ἐκδική
ῥομφαίαν ἐστίλβωσεν, καὶ ὑπέθηξεν ὡς ἐν θ
τῷ ζήλῳ τοῦ μάρτυρος. Καὶ αἴφνης ὁ ἄγρυ
τῷ ὄντι φύλαξ, καὶ πολιοῦχος ἡμῶν, καὶ μ
τοῦ μεγάλου βασιλέως στρατιώτης Δημή
ἔφιππος ἐφ' ἵππου λευκοῦ τῷ Βουλγαράνακτι
νεται, καὶ καιρίαν ἀκοντίζει παραχρῆμα τὸν ἄθ
Ὁ δὲ μέγα παραυτίκα ἀνακραγὼν κατεβοᾶτο
ἀρχιστρατήγου τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ Μαναστρᾶ
δῆθεν τρωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ· τοῦτον γὰρ ἐδόκει
ἱππαζόμενον, ᾧπερ εὐγενεῖ καὶ λευκῷ ἵππῳ ἱ
ζετο τῆς σκηνῆς ἔνδον γενόμενον, καὶ λόγχη
περιέφερε, τῇ καρδίᾳ τούτου ἐμβάψαντα. Καὶ
κατεβοᾶτο τούτου, καὶ πολλάκις, ὡς καὶ α
ταῖς κραυγαῖς θορυβηθέντα, καὶ ἀναπηδήσαντα
στρωμνῆς, ἐν γειτόνων γὰρ ἦν αὐτῷ ἡ σκηνὴ,
ἐλθεῖν καὶ ἰδεῖν, καὶ φανῆναι, καὶ ἀκοῦσαι, ὡ
με πρὸ βραχέως ἔφιππος τῷ λευκῷ σου ἵππ
νόμενος ἐνταῦθα κατέσφαξας δόρατι· καὶ
γενέσθαι περιδεᾶ, καὶ εἰπεῖν· Μὴ σύ γε, βασ
συμπάθησον, οἴκτειρον, οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ
Φάσμα σοι γέγονεν, οὐκ ἀλήθεια· ἐκεῖνος εἰς β
δεξάμενος τὴν πληγὴν ἐστροβεῖτο δεινῶς, ἐκέκρ
καὶ ἀνωλώλυξε.

11. Νύσσεται οὖν τὴν κοιλίαν εὐθὺς, καὶ
ἱκανὸν ἀκραιφνεστάτου αἵματος κάτωθεν ἀπο
ὅπως ἂν βαφῇ ὁ ποῦς σου, Δημήτριε, αἵματι
ἐχθρῶν σου ὑπὲρ τῆς σῆς τῆσδε πόλεως. Καὶ ἄ
ται ἤδη λειποψυχεῖν. Ταῦτα ἰδὼν ὁ τῆς δυνάμ
αὐτοῦ ἀρχιστράτηγος Μαναστρᾶς, ἢ τάχους ε
ὕπτιον τοῦτον ἐπιβιβάσας προτροπάδην φεύγει,
κλέπτων τὴν σωτηρίαν, μεθ' ὅσου τάχους ὑποχω
καὶ μετ' αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῷ ἅπαν ἐκεῖνο τὸ
ριοπληθὲς στρατολογικὸν, οὕτω ταχέως, ὥσεὶ
βορεάδαι τινὲς κατὰ τοὺς θρυλλουμένους τοὺ
ἐδίωκον. Φόβος γὰρ αὐτοῖς καὶ τρόμος ἐπῆλθε
τινα ξένην ἀντιπερίστασιν· ἀλλὰ γὰρ οὐκ εἰς
κρὰν τούτῳ τὸ ζῆν, ἀλλ' αὐθημερὸν πρὸς ἡ
δυσμὰς κατὰ τὸ ἐν ταῖς ἱστορίαις ζῶον μονήμ

θνήσκει βιαίως, οὕτως ὁ ἄθλιος τῆς οἰκείας κακίας A καὶ ματαιότητος δρεψάμενος τοὺς καρποὺς, μέχρις αὐτοῦ τρυγίου τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ ἐκπιὼν, καὶ τὸ τῆς ὀργῆς Κυρίου ποτήριον, καὶ μεμεθυσμένου θείου ξυροῦ εἰς πεῖραν ἐλθών. Ἐπεστράφη γὰρ ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν μὲν ἡ ἀδικία αὐτοῦ κατέβη· εἰς βόθρον δ' ὃν εἰργάσατο, πέπτωκε, καὶ μία μαρτυρικὴ βολὶς εἰς ἐκδίκησιν ἤρκεσε τῶν πολλῶν ἐκείνου κακῶν, καὶ αἷμα ἐξέχεε δίκαιον τῶν ἐγκάτων αὐτοῦ πολλῶν αἱμάτων ἀδίκων ἀντίπονον.

12. En nunc versionem Latinam : « Tum continuo nocte intempesta ultionis suæ gladium Deus tandem strinxit, atque in zelo martyris, veluti in cote, exacuit. Subito igitur custos vere vigil, civitatisque B nostræ præses ac magnus magni Regis miles Demetrius, equo albo insidens, Bulgarorum regi apparet, miseroque illico vulnus lethale infligit. Hic autem statim magnopere vociferans supremum exercitus sui ducem Manastram, veluti videlicet ab eo læsus, inclamabat. Hunc enim, qui equitaret, generoso ac albo, quo vehebatur, equo tentorium ingressum, hastamque, quam secum ferebat, in cor suum demergentem sese intueri existimabat; iterumque ac sæpe illum inclamabat, ita ut et eis clamoribus excitatus lectoque exsiliens (tentorium enim ei erat in vicinia) ingrederetur ac circumspiceret, seque ipsum ostenderet, ac qui Tu mox, equo tuo albo huc advectus, hasta me interemisti, audiret, timoreque percelleretur ac diceret : Ne tu, C rex, malis alienis afficiaris : quieto animo sis. Non est id, non est. Species, non veritas, tibi obvenit. Ille, plaga profunde accepta, graviter torquebatur, vociferabatur ac ejulabat.

13. « Ventre igitur statim lancinatur, sufficientique copia sanguinem recentem, ut tibi, Demetri, pro tua hac civitate inimicorum sanguine pes tingatur, deorsum emittit, jamque incipit animo deficere. Hæc supremus exercitus ejus dux Manastras conspicatus, cum eum quam potuit celerrime equo supinum imposuisset, cursu concitato fugit, salutique consulens celerrime pedem refert, unaque cum illo ac per ejus mandatum omnis ea innumera militum multitudo, ita festinanter, ac si quidam se- D cundum fabulam Boreæ filii eos insequerentur. Timor enim ac tremor secundum novam quamdam rerum vicissitudinem irruit super eos. At vero ei in vivis diu manere haud obtigit, sed ipsa eadem die ante solis occasum, uti in historiis legitur, unius diei animal violenta morte occumbit. Ita miseri ad ipsum usque fundum Domini vindictæ poculo, iracundiæque calice exhausto, atque abundanti novaculæ divinæ experimento sumpto, malitiæ suæ ac vanitatis fructus collegit. Ejus enim labor in caput ejus conversus est. Ac ejus quidem iniquitas supra verticem descendit; in foveam autem, quam fecit, cecidit, unumque martyris jaculum in multarum ejus iniquitatum vindictam suffecit, justeque intestinorum illius sanguinem in multi sanguinis, injuste effusi, pœnam effudit. »

14. Hæc loco supra citato Joannes Stauracius; verum anne, uti hisce Græce simul et Latine jam recitatis verbis tradit, Joannes seu Joannitius, Bulgarorum rex, dum Thessalonicam obsideret, a sancto Demetrio, opem huic civitati suæ natali prodigiose ferente, reipsa fuit occisus? Auctor ille quidem, quemadmodum in Commentario prævio num. 26 docui, sæculo tertio decimo verosimillime floruit, ac proin sæculo eodem, quo Joannem, Bulgarorum regem, in obsidione Thessalonicensi necari e supra dictis contigit; verum cum etiam, quemadmodum infra docebo, in codice nostro † ms. 193 pag. 93 non obscure innuat, diu ante ætatem suam factum esse id, quod Emmanueli Comneno, Græcorum ab anno 1143 ad annum usque 1180 imperatori, a sancto Demetrio obvenisse, ibidem narrat, haud citius equidem, quam eodem sæculo tertio decimo multum jam provecto floruisse videtur ac proin a Joannis Bulgarorum regis nece, quæ anno ex dictis 1207 evenit, remotius abfuisse, quam ut sibi, dum eam sancto Demetrio attribuit, fidem certam atque indubitatam conciliare queat. Nec, etsi etiam sæculi dicti initio dixisset, aliter de illo hac in re foret loquendum. Etenim Joannem, Bulgarorum regem, a sancto Demetrio fuisse occisum, e vulgi duntaxat fama, quæ ætate sua obtinuerit, verosimillime, ne amplius quid dicam, in litteras miserit. Ita vel maxime ex eo autumo, quod Georgius Acropolita, qui pariter sæculo tertio decimo floruit, præfati Bulgarorum regis necem supernæ saltem virtuti a nonnullis fuisse attributam, supra huc transcriptis verbis memoriæ prodat, itaque simul famam; a nonnullis illis, qui id fecere, natam, indicare videatur.

15. Verum nemo non novit, quam sæpe falsa esse fama soleat, maxime si communis haud sit; communem autem illam haud fuisse, ex Acropolitæ verbis observari velim, facileque fieri potuisse, ut e Joannis regis somnio, cujus idem Acropolita ibidem meminit, sinister ille de illata principi isti per sanctum Demetrium nece rumor sparsus, moxque a credulis nimium justo facilius fuerit admissus, licet interim Joannes, non violenta, sed naturali morte vitam terminasset. Adhæc Acropolita, quem Stauracio suffragari non nemo forte existimet, generatim duntaxat divini Numinis iræ, qua Joannes, Bulgarorum rex, fuerit necatus, non autem etiam diserte sancti Demetrii mentionem facit, nec ullum hactenus notæ fidei auctoritatisve scriptorem, qui Joanni Stauracio assentiatur, invenire quivi. Allatius quidem transcriptis a sese loco supra cit. Joannis Stauracii verbis subjungit ; « In codice Vaticano CLXIII in margine *Historiæ Choniatæ* legitur : Οὗτός ἐστιν ὁ ἀσεβὴς Σκυλοϊωάννης ἐπικληθεὶς ὕστερον, ὃν ἀνεῖλεν ὁ μέγας Δημήτριος προδήλως, κατὰ τῆς Θεσσαλονίκης ἐπιστρατεύσαντα, ὡς ἐν τοῖς ἐκείνου θαύμασιν ἀναγέγραπται ·

Zonaras et Lupus protospatha; hi autem, principem illum a Joanne cognato suo, qui et Vladisla-bus dicebatur, occisum fuisse, unanimi consensu, nulla prorsus sancti Demetrii mentione facta, memoriæ produnt. Cedrenus in Historiarum Parisiensis anni 1647 editionis Compendio, dum res sub Basilio Macedone gestas commemorat, sequentia isthæc, quæ ad propositum nostrum spectant, verba suppeditat : « Successit ei (Samueli nempe Bulgariæ regi) filius Gabrielis, qui et Romanus dicebatur, patre robustior ille, sed prudentia longe inferior, natus captiva quadam Larissæa. Iniit decima quinta Septembris, indictione decima tertia, cumque nondum integrum imperasset annum, venatum exiens interficitur a Joanne, qui et Vladisthlabus, filio Aaronis, quem ipse neci aliquando subtraxerat. » Ac paulo post idem auctor ita iterum scribit : « Quinta die Cheirotmetus Romanus (ad Basilium imperatorem Mosynopoli versantem) venit, famulos secum adducens Joannis Vladisthlabi, Aaronis filii, et litteras, quibus hic significabat, se Gabrieli vitam eripuisse, nuncque ad se rediisse Bulgaricum imperium, promittebatque, se servum et subditum imperatori fore. »

20. Hæc omnia Cedrenus, quibus sane, Radomirum seu Gabrielem, qui et Romanus dicebatur, non a sancto Demetrio, sed a Joanne, seu, uti aliter etiam vocabatur, Vladisthlabo interemptum fuisse, apertissime tradit. Nec minus id dilucide Zonaras memoriæ prodit. Audi, qui in Annalibus, a sese adornatis annoque 1687 Parisiis excusis, tom. II, pag. 226 loquatur. « Ex cardiogmo, inquit de Samuele Bulgarorum rege, interiit, principatu Bulgarorum in Gabrielem filium, qui et Romanus dicebatur, translato : quem, nondum anno elapso, frater patruelis, Aaronis filius Vladisthlavus Joannes (binominis enim et hic erat) occidit. » Ac, paucis interpositis, addit : « At Samuelis filius Romanus Gabriel (necdum enim cæsus erat) per legatos imperatori (Basilio Macedoni nempe) servitutem pollicebatur, et tempore aliquo interposito, Joannis Vladisthlavi minister adest cædem Gabrielis ab hero suo factam nuntians, aliique multi ex illustribus Bulgaris ad imperatorem confluunt. » Et nunc etiam Lupi protospathæ qui et ipse apud Muratorium, tom. V *Rerum Italicarum scriptorum*, pag. 41, Radomiri mortem, non sancto Demetrio, sed Joanni seu Vladisthlabo, illius cognato, adscribit, ad rem hanc facientia verba. Sic habent : « Anno 1016 occisus est filius prædicti Samuelis ab ejus consobrino filio Aaroni et regnavit ipse. » Cum ergo tres scriptores, supra in rem, quæ hic conficienda erat, laudati, Gabrielem, non a sancto Demetrio, sed a Joanne seu Vladisthlabo, nulla prorsus Sancti mentione facta, fuisse interfectum, luculentissime sane, uti e jam recitatis illorum verbis liquet, memoriæ prodant, Stauracio enimvero, qui Sancto nostro necem illam ascribit,

A nemo prudens, quantum opinor, fidem habuerit, maxime cum a Radomiri, aliis Gabrielis aut etiam Romani, ætate seu sæculi undecimi initio, quo principem hunc necari contigit, ducentorum circiter annorum spatio, uti ex iis quæ de illo in Commentario prævio, num. 26, in medium adduxi, palam est, remotus vixerit nullumque præterea scriptorem alium seu antiquiorem seu etiam duntaxat recentiorem sibi suffragantem habeat, uti quisque, qui rem examinarit, comperiet.

21. Radomirum porro in medio montium, dum venationi operam daret, fuisse occisum, idem Stauracius in narratione sua, Græce simul et Latine supra exhibita, etiam affirmat; id autem minus, quam rem a Sancto nostro fuisse patratam, a veri-
B tate abhorret, licet interim Cedreno, qui illum Bulgarorum regem, non cum mediis in montibus versaretur venationique operam jam daret, sed tum, cum ad venationem exiret, seu jam, ut venationem aggrederetur, in procinc staret, peremptu tum fuisse, supra huc transcriptis verbis tradiit, assentiri malim; quod hic lectorem adhuc monuisse contentus, ad aliud modo, in quo patrem pariter Sanctus noster habuisse narratur, progredior. Christiani, susceptis sacris pro recuperanda Terra sancta expeditionibus, Antiochiam in potestatem suam anno 1098 jam redegerant, cum haud ita dudum post ab innumero Saracenorum exercitu in civitate illa fuere conclusi, arctissimaque obsidione
C ad summas angustias adacti. Verum cum tandem, quo hisce sese expedirent, ex urbe obsessa egressi inimicos essent adorti, albatorum exercitus, cui Demetrius aliique Sancti præire fuere conspecti, in ipsorum auxilium contra Saracenos e montibus prodire est visus. Ita in variorum scriptorum collectione, quæ *Gesta Dei per Francos* inscribitur annoque 1611 Hanoviæ fuit excusa, testatum faciunt Robertus monachus, Baldricus Dolensis archiepiscopus, ac Guibertus abbas, qui omnes rei gestæ æquales exstitere.

22. Singulorum, quæ ad rem nostram potissimum faciunt, verba huc transfero. Robertus monachus, pag. 64, in adornata a sese *Hierosolymitana historia*, lib. VII, ita scribit : « Dum sic (a
D Christianis Antiochia egressis) certatur, et tam longi certaminis prolixitas poterat tædiare; nec numerus hostium videbatur decrescere, albatorum militum innumerabilis exercitus visus est de montibus descendere, quorum signiferi et duces esse dicuntur Georgius, Mauritius, Demetrius : quos ut primum vidit Podiensis episcopus, exclamavit voce magna dicens : O milites, ecce, venit auxilium, quod vobis promisit Deus. Et certe nostri valde expavissent, nisi fuisset spes, quam in Domino habebant. Tremor maximus irruit in hostes, et versis vultibus, scutis terga cooperiunt, et fugam, quo unicuique locus dabat, arripiunt. Pars illa, quæ a parte pugnabat maris, ut vidit fugam suorum, ignem sparsit super gramen campi, quod ce-

leriter arsit, quia illud siccaverat ardor æstatis. A Hæc ideo fecerunt, ut hoc signo illi qui in tentoriis erant, statim fugerent, et secum ditiora spolia tollerent. Illi vero, cognito signo, qui in montibus erant, protinus fugerunt cum omnibus spoliis, quæ portare valuerunt. » Hactenus laudatus monachus Robertus : ad Baldricum archiepiscopum jam venio.

23. Hic præfatæ Collectionis, pag. 121, in contexta a se *Hierosolymitana historia* sequentia isthæc prodit memoriæ : « Ecce, Deo gratias, ab ipsis montanis (dum scilicet contra Saracenos Christiani prope Antiochiam summo discrimine præliarentur) visus est exire exercitus innumerabilis, equis albis insidentes, et vexilla candida in manibus præferentes. Hoc multi viderunt Christianorum, et sicut B putant, gentilium ; et hæsitantes mirabantur quidnam esset. Tandem utrique cognoverunt duces agminis sanctum Georgium et sanctum Demetrium et sanctum Mercurium, sua signa ferentes præcedere. Saracenis ergo visio hæc multum incussit timorem, Christianis autem spem auxit meliorem ; istos animavit, illos exinanivit. Hoc, qui affuerunt, multi contigisse testati sunt; non tamen id omnes videre potuerunt, sed quibus Dominus voluit arcanum suum revelare; revelavit autem aliis ad confusionem, aliis ad instantis triumphi ostensionem. Porro mendacii nemo nos redarguat, quia nihil ex corde nostro fingimus; sed quod audivimus, id testamur, et testimonium nostrum ex ore C eorum qui ad fuerunt, verum est. »

24. Ita Baldricus, quæ supra recitatis verbis Robertus monachus tradit, luculentissime confirmat. Nec minus id luculenter facit Guibertus abbas in Hierosolymitana pariter a se concinnata Historia collectionis præfatæ, cui et isthæc inserta exstat, pag. 523 ita scribens : « Et ecce, copiæ innumerabiles (dum Christiani scilicet contra Saracenos prope Antiochiam decertant) cœperunt de montibus emergere, quorum et equi et signa multo candore nitebant; nostris autem maximus ad eorum contuitum stupor increvit, verentibus utique, ne contrariæ venirent adminiculum ferre parti, donec comperiunt, id fore etiam visibiliter sibi præstitum adjutorium Christi. Quorum specialiter fuisse duces D opinati sunt gloriosos post militiam martyres Georgium, Mercurium atque Demetrium. Hæc a nostrum plurimis visa, et cum aliis, quæ viderant, retulissent, plena, ut par erat, fide sunt credita. Et si Machabæis olim pro circumcisione et carne porcina pugnantibus evidens apparuisse legitur cœleste suffragium, quanto amplius his debuit, qui pro repurgio ecclesiis adhibendo et statu fidei propugnando fusi sanguinis Christo detulere servitium. » Nec hi tantum tres scriptores, supra laudatæ Collectioni inserti, quorum verba jam dedimus, albatorum militum, quibus sanctus Demetrius aliique duo sancti præire fuerint conspecti, visionem Christianis in celeberrima ad Antiochiam pugna oblatam, testantur, verum etiam apud Chesnium tom. IV rum Francicarum scriptorum rei oculatus testis trus Tudebodus, Siuracensis sacerdos, seu poti qui prolixiores Tudebodi commentarios, narr nibus interim, quas hi continent, fideliter expre in compendium contraxit.

25. En adeo, cum id ita habeat, hujus etiam, ad præsens institutum pertinent, scriptoris ve «Cœperunt turmæ Turcorum ex utraque parte e nostrosque undique circumcingebant, jaculan sagittando et vulnerando. Exierunt quoque de taneis innumerabiles exercitus, qui ducebant e albos, quorum vexilla omnia alba erant. Vid itaque nostri hunc exercitum ignorabant, qu sent, donec cognoverunt, esse adjutorium Ch sicut mandavit illis per Stephanum sacerdot quorum ductores fuerunt sanctus Georgius, et tus Theodorus et sanctus Demetrius. Hæc verba denda sunt, quia plures ex nostris viderunt h Atque ita prodigiosum, de quo hic nobis ser factum, scriptorum synchronorum, quorum etiam ipsismet suis oculis rem fuerit intuitus, matum habemus; licet autem hi haud omn cœlestium ducum, quorum auxilium Christi aiunt expertos, assignando tertio conveniant tamen unanimi consensu omnes sanctum D trium una cum sancto Georgio accensent. tantum hi posteriores Sancti in supra memo ad Antiochiam prælio, verum etiam in altero, huic præivit, anno 1097 paucorum dierum iti a Nicæa commissa Christianis cruce signatis suc risse narrantur.

26. In supra laudata, quæ *Gesta Dei per Fr* inscribitur, scriptorum variorum Collection ctor incertus, Francorum, Jerusalem expugnant gesta describens, relato, in quo a Christianis ce signatis infideles magna clade post captam cæam fusi fuere, certamine, mox subjungit : « latum est ergo postea a quibusdam, quia duo tes, in albis vestiti, super equos albos seder Turcos per triduum persequerentur, dice unum fuisse Georgium, alterum vero fuisse D trium, martyres gloriosos. » Auctor quidem, quod verbis hisce astruitur, perhibet, sibique e Petrum diaconum in *Chronico Cassinensi*, lib cap. 11, suffragentem habet, militum albator qui, sanctis Georgio ac Demetrio ducibus, i pra relato ad Antiochiam prælio Christianis signatis succurrerint, visionem mirandam sil involvit, quod et Petrus diaconus proxime lau facit; hinc autem visionem, quæ in prælio ad tiochiam evenit, perperam ad prælium, pauc dierum itinere a Nicæa antea commissum, a bus illis scriptoribus referri, non nemo forte tendet. Verum etsi etiam vel ex eo maxime, nulli prorsus scriptores alii visionis, quæ in p proxime post captam Nicæam Christianis p fuerit oblata, mentionem faciant, scriptoru datorum error hujusmodi non immerito queat

rosimilis videri, fieri tamen potest, ut Christianis visiones duæ similes diversæ, altera in prælio ad Antiochiam, altera in prælio anteriori, fuerint oblatæ, quarum priorem quidem, quod eam perspectam haud habuerint, ultimo a nobis memorati duo auctores non narrarint, posteriorem vero scriptores alii, quod eam, utpote quam pauci duntaxat, uti ex ipsis proxime datis verbis videtur, spectassent, pro minus certa haberent, silentio præterierint.

27. Porro sanctorum Georgii, Demetrii et Mauritii, qui Christianis cruce signatis suppetias ferrent, visionem subinde ipsismet Turcis, dum urbem Antiochenam anno 1098 obsiderent Christiani, oblatam fuisse, dixisse etiam narratur quidam eorumdem Turcorum dux, nomine Pyrrhus. Hic, dum tempore brevium induciarum, quæ, durante obsidione, pactæ erant, cum principe Tarentino Boamundo, cui postea, traditis ei, quas custodiæ suæ commendatas habebat, turribus, Antiochiam prodidit, familiariter subinde colloqueretur, inter cætera, quemadmodum supra laudatus Robertus monachus *Historiæ Hierosolymitanæ*, lib. v, memoriæ prodit, « quodam die requisivit ab eo, ubinam castra posuerit ille candidatorum exercitus innumerabilis, quorum auxilio in omnibus bellis fulciebantur Christiani. Dicebat enim, quia adventum illorum nunquam poterant sustinere Turci, sed statim ut videbant illos, incipiebant pavere : illi vero ipsos ut ventus turbinis opprimebant, et isti vulnerabantur; illi obruebant, et isti occidebantur. Cui Boamundus ait : Putasne alium exercitum esse, quam hunc, quem vides, nostrum? Cui ille: Per Machomum meum præceptorem juro, quoniam si hic adessent, tota hæc planities eos non caperet : omnes habent equos albos miræ celeritatis, et vestimenta et scuta et vexilla ejusdem coloris. Sed, per fidem, quam babes in Jesum, ubi castra eorum locata sunt?

28. « Boamundus itaque spiritu Dei illustratus illico sensit, hanc, quam viderat, Dei visionem esse; nec quod quærebat ex tentatione, sed ex bona voluntate procedere, et respondens inquit : Licet sis extraneus a lege nostra, quia te video bona erga nos voluntate bonoque spiritu animatum, aperiam tibi aliquod fidei nostræ sacramentum. Si tantum profundi intellectus haberes, gratias Creatori omnium referre deberes, qui tibi ostendit exercitum candidatum : et scias, quia in terris non conversantur, sed in supernis mansionibus regni cœlorum. Hi sunt, qui pro fide Christi martyrium sustinuerunt, et in omni terra contra incredulos dimicaverunt. Horum præcipui sunt signiferi, Georgius, Demetrius, Mauritius : qui in hac mortali vita militaria arma gestaverunt, et pro Christiana fide capite plexi sunt. Hi quoties nobis expedit, jubente Domino Jesu Christo, nobis suffragantur, et per hos inimici nostri præcipitantur. Et ut me verum cognoscas profiteri, inquire et hodie, et cras, et in die altera, an in tota regione hac eorum castra possint inveniri : quod si inveniantur, redargui in conspectu tuo a mendacio, erubescemus. Et cum in tota regione nequiveris illos invenire, si nobis necesse erit, in crastinum videbis adesse. Unde igitur tam cito veniunt, nisi a supernis sedibus, in quibus morantur? Cui respondit Pyrrhus (sic enim erat nomen ejus) : Et si de cœlo veniunt, ubi tot albos equos, tot scuta, tot vexilla inveniunt? Cui Boamundus : Tu magna et super sensum meum requiris; propterea, si vis, accedat meus capellanus, qui tibi super his respondebit. Ad hæc capellanus : Cum omnipotens Creator angelos suos sive justorum spiritus mittere disponit in terram, tunc assumunt sibi aerea corpora, ut per ea nobis innotescant. Ideo autem nunc armati apparent, ut indicent, quod in bello laboraturis auxilio veniunt.

29. At vero, inquiet nonnemo, visionis, quam ipsismet Turcis oblatam fuisse, relatum verbis hisce, quod Boamundum inter et Pyrrhum habitum fuerit, colloquium exigit, solus meminit laudatus Robertus monachus, nullumque hic omnino, qui de sacris Christianorum in Palæstinam expeditionibus tractarit, scriptorem alium sibi utcunque suffragantem habet. Fateor, sic habet; imo vero cum sermones, quos idem scriptor Boamundo et Pyrrho attribuit, sint hujusmodi, ut ultro citroque ab hisce habitos illos omnes fuisse, etiam vel idcirco, quod Pyrrhum veluti mysteriorum fidei Christianæ plane ignarum repræsentent, hicque tamen olim Christianus fuisset, parum verosimile appareat, nec ego visionem, quam Pyrrhus in colloquio cum Boamundo habito apud Robertum monachum commemorat, certo habuisse locum, asseverare ausim; verum quidquid sit seu de visione ista seu de aliis supra e variis scriptoribus relatis, quas etiam deceptæ in illis ipsis, qui eas sibi oblatas fuisse dixere, imaginationi nonnemo fortassis (rectene, an secus, non definio) ascripserit, a tribus equidem in Boamundi et Pyrrhi colloquio memoratis sanctis ac nominatim a sancto Demetrio, Christianis cruce signatis non tantum in pugna ad Antiochiam commissa, verum etiam in sacris expeditionibus alias ac nominatim in gravissimo, quod paucorum dierum itinere a Nicæa evenit, prælio fuisse succursum, mihi sat verosimile apparet, etsi interim nec id prorsus certum asseverare ausim. Ea sedet sententia, primo quidem, quod sanctum nostrum dictosque binos alios sanctos a Christianis tum frequenter invocatos fuisse appareat, directasque illi ad se preces irritas esse verosimiliter haud siverint; deinde vero, quod, cum Boamundus, dum ad relatam a Pyrrho visionem respondit, in bellorum periculis a sanctis Georgio, Demetrio et Mauritio (adi num. proxime prægressum) succurri Christianis asseruerit, ea in opinione hosce etiam passim tunc fuisse, argumento id sit, experientiaque habeatur compertum, haud raro evenire, ut

id, quod omnibus passim videtur, veritati congruat.

30. Utcunque interim ista omnia, quæ lectori judicanda ulteriusque expendenda relinquo, sese habeant, rerum hic tractandarum seriem prosequor, et ut, quo quæque evenerint, temporis ordinem sequi pergam, ad Emmanuelem Comnenum, qui ab anno 1143 ad annum usque 1180 imperio Orientali præfuit, jam venio. Hic, si Joannes Stauracius, supra a nobis sæpissime jam laudatus, in codice nostro † ms. 193 fol. vers. 92 et sequentibus vera memoret, imperatoriam sibi, qua in festis solemnioribus, tuncque, cum principum extraneorum legationes excipiendæ forent, uteretur, confici fecerat e purpura vestem, pretiosissimis margaritis distinctam. Accidit, ut, cum pridie Resurrectionis Dominicæ ex imperatoris thesauro, quo hic solemni illo festo ea indueretur, fuisset extracta, a sancto Demetrio noctu surrepta, sacroque ejus conditorio Thessalonicæ fuerit imposita, a capite ad pedes usque expansa. Mane officiales, qui a re vestiaria erant, non inventa, quam pridie e gazophylacio extraxerant, veste imperatoria, quam maxime turbantur; basilicæ autem sancti Demetrii Thessalonicæ ædituus, conspecta, cum hanc multo mane esset ingressus, eadem illa, quæ supra sancti conditorium erat explicata, veste imperatoria, hæret attonitus, templo excurrit, iterum id ingreditur, præ margaritarum, quibus vestis illa distincta erat, fulgore pene excæcatur, vestem attentius considerat, rem ocius divulgat, senes concurrunt, pretiosam illam vestem purpuream speculantur, rem esse, quæ ad imperatorem spectet, opinantur, illico qui huic, quod evenerat, significent, nuntios mittunt, imperator in diem, quo vestem purpuream sacro sancti conditorio impositam inveniri contigisset, inquirit, esse illum ipsum, quo vestem imperatoriam nocte præcedenti fuisse ablatam, sibi ab officialibus esset relatum, comperit, prodigium agnoscit, eoque primum una cum aula universa obstupescit.

31. Deinde vero, ut ad id quod huc potissimum spectat, jam veniam, Videtur, inquit, ob incuriam, dixerim autem et ob ingratitudinem, martyr nos corripere. Cum enim sæpius ipse in præliis pro nobis certarit, inimicosque nostros prostraverit, nos ne semel quidem vel parvo qualicunque donario victori gratias egimus; ut nobis, retributionem non curantibus, vestem purpuream auferre certaminum victor fuerit coactus. Hæc Græce, quæ huc usque compendio Latino data a nobis jam sunt, fusius nonnihil supra cit. Joannes Stauracius, mox etiam subjungens tum verba nonnulla, quibus tunc Emmanuel Comnenus nominatim sancto martyri de præstito sibi ab eo in bellis subsidio gratias egerit, tum etiam bonorum, quæ eidem, quo gratias præterea qualescunque referret, contulerit, notitiam. Quod si itaque scriptori illi credendum sit, fuerit etiam Emmanueli Comneno, Orientis sæculo

A duodecimo imperatori, a Sancto nostro in
succursum, idque non semel tantum, sed sa
Verum ut, quæ mea sit de tota Stauracii n
tione opinio, jam dicam, multum vereor, ne a
pite ad calcem commentum sit, eo fine, si n
Stauracio, ab altero equidem Græculo quopi
fabulis admodum pro gentis indole addicto,
inventum, ut forte, cum pretiosissimam ve
sancto Demetrio ab Emmanuelo Comneno don
fuisse intellexisset, qualemcunque donationis
jus causam, cum vera haud nosceretur, igno
ac credulo vulgo obtruderet.

32. Utut sit, fidem equidem indubitatam J
nem Stauracium in sua compendio jam data n
tione non mereri, ex eo liquet, quod sub eju
B finem ita scribat: Ἀλλὰ γὰρ τῶν παλαιοτ
ἀφέμενοι θαυμάτων τοῦ μάρτυρος (τίς γὰρ ἂν
ἐξαριθμήσαι ταῦτα καὶ διηγήσαιτο;) τοῖς προσφ
καὶ νεωτέροις καὶ ὧν πολλοὶ καὶ θεαταὶ καὶ
τυρες εἰσέτι τῷ βίῳ περίεισιν, ἐνδιατρίψω
« Verum antiquioribus (hæc enim quis recer
atque enarret?) missis martyris miraculis, in
ac recentioribus et quorum adhuc multi spect
res etiam et testes in vivis supersunt, operam
namus. » Quibus verbis ætate sese a rebus,
dicta narratio complectitur, haud parum fuisse
motum, haud obscure indicat; scriptores au
ut sibi in talibus, utpote creditu admodum di
libus, fidem indubitatam concilient, ætate propi
C nulloque ex capite suspecti requirantur, idque
cipue tunc, cum id, quod memoriæ produnt, si
tio ab omnibus prorsus aliis, uti hic fit, præter
Adhæc Emmanuel Comnenus imperator impros
fere semper fortuna in bellis est usus, nullam
prorsus, quam, inimicis sancti Demetrii ope
digiose prostratis, reportasse eum, verosimile
pareat, victoriam admodum insignem a scrip
fide digno vel uno memorari invenio. Neque v
ut vel tunc etiam, cum adversus Saracenos ali
fidei Christianæ hostes bellaret, cœleste auxil
experiretur, ratione ulla dignus fuisse videtur p
ceps ille, qui, quemadmodum ex unanimi fere
ptorum synchronorum testimonio constat, flo
tissimum Christianorum exercitum, sub Con
D imperatoris ductu in Palæstinam contra infid
pergentem, nefarium in modum partim subm
strata, cui calcem admisceri fecerat, farina,
tim Turcorum, quibus illum indigne prodide
insidiis necandum curavit. Omnibus itaque se
expensis, fueritne unquam Emmanueli Comn
a sancto Demetrio prodigiose in bello succurs
dubium sane admodum, ne deterius quid dic
mihi apparet.

33. Nec etiam, ut ad id, quod hic adhuc di
dum restat, jam pergam, certum asseverare au
Andronico Juniori, sæculo quarto decimo Gr
rum imperatori, bellica in expeditione, qua a
1327 Thessalonicam occupavit, opem fuisse a sa
Demetrio allatam, uti, quæ Joannes Cantacuz

Historiarum lib. I, cap. 53 suppeditat, verba, in Commentario prævio num. 121 jam recitata, innuere videntur. Ita animo comparatus sum, quod in tota Cantacuzeni de occupata per Andronicum Thessalonica narratione nihil omnino occurrat, quin solis naturæ viribus fieri facile potuerit; superiori autem virtuti factum, naturæ vires haud excedens, ascribere non debeamus, nisi forte, quod interim hic non fit, ratio quæpiam justa ac solida contrarium suadeat. Verum etsi quidem in Thessalonicæ per Andronicum occupatione miraculum, ut apparet, seu supernum a sancto Demetrio subministratum auxilium admittendum non videatur, miraculo tamen, per sanctum Demetrium patrato, ut Andronicus, Thessalonica jam occupata, ab inveterato periculosoque vulnere, in pede accepto, absque ulla mora, cum unguento e sancti Demetrii tumulo scaturiente, linere illum decrevisset, fuerit sanatus', factum existimo. Nec dubito, quin mihi assensurus sit, quicunque proxime laudata, quibus etiam mirabilis illa Andronici sanatio narratur, Cantacuzeni verba attento animo expenderit. Schismati quidem, quo Ecclesia Græca a Christi Ecclesia erat sejuncta, adhærebat Andronicus; verum beneficium adeo eximium in hominem etiam hujusmodi fuisse collatum, mirandum non est, cum historiarum monumentis proditum sit, ingentia miracula aliquando in ethnicos et a Christiana religione prorsus alienos a viris sanctis, vel jam in cœlum receptis vel adhuc vitam nobiscum agitantibus, patrata esse. Ita fere in suis ad proximo cit. Cantacuzeni caput Adnotationibus Societatis nostræ sacerdos Jacobus Gretserus; qui cum ibidem præterea multa alia hanc in rem opportune disserat, curiosum lectorem ad eum brevitatis causa remitto, uti et ad ea, quæ operis nostri tomus proxime antecedens in Commentario, Actis SS. Sergii et Bacchi prævio, § 5, complectitur.

§ III. *Nonnulla, quæ præterea de prodigioso unguento, e sancti Demetrii tumulo scaturiente memoriæ exstant prodita, in medium adducuntur.*

34. Etsi quidem unguentum e sancti Demetrii tumulo olim non tantum stillasse, sed et ingenti prorsus ac stupenda copia id factum, adducta in Commentario prævio, num. 95 et 97, Nicetæ Choniatæ et Joannis Anagnostæ verba sat luculenter prodant, hoc tamen postremum argumentum nondum ex instituto tractavi, idque adeo vel idcirco, quod nonnulla adhuc haud penitus memoratu indigna subministret, § præsenti facere constitui, itaque quæ de Sancto disserenda fuerunt, absolvere. Ut itaque id instituti meliori, quo fieri potest, ordine mancipem effectui, a suppeditata, quæ in codice nostro † ms. 193 fol. verso 78 et seqq. e Leonis Allatii ms. excerpta exstat, per Joannem Stauracium supra sæpissime laudatum de monacho quodam, nomine Vitalio, narratione duco initium. Hic in celsissimo Macedoniæ monte Atho, tum monasteriorum quæ complectitur, tum mo-
A nachorum in iis hodieque degentium multitudine celeberrimo, vitam solitariam agebat; cum autem ita haud procul admodum a Thessalonicensi civitate, utpote et ipsa in Macedonia sita, versaretur, de oleo seu unguento, quod in Thessalonicensi sancti Demetrii basilica e sacro hujus tumulo ingenti ac stupenda copia continuo stillaret, sermones a pluribus misceri haud raro audierat.

34*. Verum rei prodigiosæ fidem haud adhibebat. Cum enim, dicebat, sancti Demetrii, qui hasta duntaxat confossus occubuit, nec plura tormenta subiit, martyrium nihil omnino singulare habuerit, ut qui præ sanctis martyribus aliis, qui atrocissimis quibuscunque toleratis tormentis martyrii palmam retulere, gratia illa Sancto isti plane eximia, ut e tumulo ejus unguentum, sanandis morbis
B salutare, prodigiose scaturiat, divinitus sit collata? Adhæc, cum unguentum illud seu oleum maxima quotidie copia a populo hauriri, nec tamen ulla ratione imminui audiret, e Sancti nostri corpore id stillare, ægerrime in animum inducebat, eo etiam idcirco propendens, ut oleum seu unguentum, aliunde antea paratum, non superna seu martyris virtute, sed humano artificio effecta scaturigine, populo profundi seu subministrari existimaret. Verum monacho illi, qua incredulitatem suam fuit dedoctus, visio cœlestis fuit oblata. Hanc ipsis, quæ Joannes Stauracius loco cit. suppeditat, Græcis verbis, addita etiam ad calcem interpretatione
C Latina, lectori hic libet exhibere. Sic habet: Ἐδόκει καθ' ὕπνους γενέσθαι τῇ Θεσσαλονικέων πόλει, καὶ τὸν ναὸν καταλαμβάνειν τοῦ μάρτυρος, εὑρεῖν τε τὸν νεωκόρον καὶ προσειπεῖν, καὶ ἀκοῦσαι· Ἠ βούλει ἰδέσθαι τὸν μάρτυρα; καὶ ἀνθυπενεγκεῖν τὸν Βιτάλιον, καὶ λίαν εἰς τοῦτο ἔχει διψητικῶς ὥστε καὶ ἰδεῖν καὶ προσπτύξασθαι. Καὶ οὕτως ὁ μὲν προηγεῖτο ὁ νεωκόρος, εἵπετο δὲ ὁ Βιτάλιος.

35. Ὡς δὲ ἐγγὺς τῆς θείας κιβωτοῦ τοῦ μάρτυρος γένοιντο, εἰσελθέτην ἄμφω ἐκ τοῦ ἐλαίου, καὶ τὰς θύρας μετέθεντο, καὶ τὴν ἱερὰν μετέστησαν λάρνακα, καὶ μαρμάρους ἦραν ἐκεῖθεν ἐκ μέσου ἑπτά· καὶ πρὸς ὀρυγὴν μὲν ἀμοιβαυτὸν (an. ἀμοιβαδόν?) τοῦ ἐκεῖσε χώματος· μετὰ δὲ χοῦς ἕτερος καθαρὸς ἀπηντλεῖτο ἐκεῖθεν εὐωδίας πλείστης ἀνάπλεως. Ἐπεὶ δὲ ἡ
D ὀρυγὴ φθάσοι πήχεων ἄχρι τριῶν, καὶ μικρόν τι πρὸς, λάρναξ ἐφάνη τούτοις περικεκαλυμμένη μαρμάρῳ λευκῇ, ἣν καὶ ταύτην ἐκεῖθεν διάραντες, καὶ τὴν λάρνακα ἀνακαλυψάμενοι, εἶδον ἔνδον ταύτης ἀκτινοβολοῦντα τὸν μάρτυρα κείμενον, ζῶντα καθαρῶς, καὶ ἐοικότα ὑπνώττοντι, ὑπομειδιῶντα καὶ φαιδρωπόν. Καὶ ἰδοὺ μυρίαι τρώσεις τῷ μάρτυρι ἐκ τραχήλου μέχρι καὶ ὀσφύος αὐτῆς πεπυκνωμέναι, καὶ ἀλλήλας ἀκριβῶς προσεγγίζουσαι κατὰ τὰς κηροπλαστουμένας ταῖς μελίσσαις ὀπὰς, σκεῦος οἷον μυωπὸν καὶ μύρων μυριοφλέβες ἐκ τῶν ὀπῶν ἀνεπήγαζον, σφοδρῷ καθάπερ κάτωθεν ἀναφυσώμεναι πνεύματι· καὶ μικροῦ δεῖν οἱ ἄνδρες οὗτοι καὶ κατεκλύζοντο τοῖς τῶν μύρων ἀναπηδύουσι ῥεύμασιν. Ὅ τε καὶ ὁ Βιτάλιος ἰδὼν, καὶ ὑπερθαυ-

μάσας, τὸ θεῖον ἐκεῖνο σῶμα τοῦ μάρτυρος καὶ A προσεκύνησε καὶ ἠσπάσατο, καὶ σκεῦός τι ὡς ἐδόκει φέρων χεροῖν, ὃ δῆτα ἐγχωρίως καλεῖται κουτρίβιον, τοῦτο τῶν ἀναβλυζόντων ἐκεῖθεν μύρων πεπλήρωκεν· αὖθις οὖν τὴν μυροφόρον ἐκείνην ἐπιπωματίζουσι λάρνακα, καὶ ταύτῃ χοῦν τὸν εὐώδη περιτιθέασιν, καὶ οὕτω πάλιν τὸ ἐκ τῶν μύρων πηλῶδες ἐκεῖνο, τὰς μαρμάρους τε καὶ τὴν φαινομένην πᾶσιν ἄνωθεν λάρνακα.

36. Εἶθ' οὕτω τὴν σεπτὴν καὶ πάλιν μαρτυρικὴν κιβωτὸν θυρώσαντες ὡς τὸ πρότερον ἐξῆλθον καὶ τοῦ ναοῦ καὶ τῆς πόλεως· ὁ μὲν Βιτάλιος τραπεὶς παλιμπόρευτος πρὸς ὅθεν δῆτα, ὡς ἐδόκει, ἐληλύθει· ὁ δὲ νεωκόρος ὡς τοῦτον μέχρι τινὸς τόπου διαπευσόμενος, Ἀλμυρὸς τῷ τόπῳ τὸ ὄνομα. Ἐκεῖθεν οὖν αὐτῷ συνταξάμενος αὖθις ὑπέστρεψεν, B αἰτησάμενος μὲν τὸν Βιτάλιον ἐκ τοῦ μύρου λαβέσθαι, ὅπερ τοῦ μαρτυρικοῦ ἀπήντλησε σώματος· μὴ τυχὼν δὲ τοῦ ζητήματος, εἰ μὴ μόνον νοτίδας μικρὰς ἐκ τούτου τὸ μέτωπον σταυροειδῶς ἐγχρισάμενος. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Ἀφύπνιστο ὁ Βιτάλιος, καὶ ἰδοὺ τὸ μαρτυρικὸν μύρον ταῖς χερσὶ περιέφερε, καὶ ὅλος ἦν τοῖς μύροις διάβροχος· καὶ ὅλος ἦν τῆς εὐωδίας ἀνάπλεως, ἄπληκτος ὅλος, ὅλος ἐνθουσιῶν, τρόμῳ κεκραμένος καὶ χαρμονῇ, Μήποτε, λέγων, καὶ εἰσέτι ὀνειροπολῶ, καὶ μύρα φαντάζομαι καθ' ὕπνους φέρειν τοῦ μάρτυρος; Ἀλλ' ὡς ἔοικεν οὐδὲ τὰ τῆς ὄψεώς μοι πρὸς ὄναρ, καὶ τοῦ φανταστικοῦ ἀνατύπωσις· ἀλλὰ σωματικὴ ἐνδημία μοι ἄχρι τῆς μαρτυρικῆς τιμίας σοροῦ· αὐτοῦ μοι τοῦ μεγάλου C (ὢ θείου τεραστίου τε καὶ ἀκούσματος!) τὰ πάντα οἰκονομήσαντος ὡς μὴ καὶ βλασφημίας κρημνοῖς περιπέσοιμι. « In somno visus sibi est Thessalonicam delatus, ac templum martyris tenere, æedituumque invenisse ac alloqui, atque, An martyrem videre vis? audire, Vitaliusque annuere. Et vero, ut eum et videret et veneraretur quam maxime expetebat. Atque ita quidem æedituus præibat, Vitalius vero sequebatur. Ut autem ad sacrum martyris conditorium venerunt, ambo per oleum sunt ingressi, januasque recludunt ac sacram thecam submovent, lapidesque marmoreos septem e medio hinc tollunt. Ac in tumulo quidem ibidem exsistente per vices fodiunt; post autem pura humus alia, boni odoris undequaque exsistens, inde extra- D hitur. Postquam vere fossio ad tres usque cubitos ac paulo amplius processisset, arca ipsis apparuit, lapide marmoreo candido cooperta, quem juxta ac illam cum inde amovissent, arcamque aperuissent, martyrem, qui in ea jaceret, radios a sese emittentem, vividum omnino apparentem, dormientique similem, subridentem ac vultu hilarem viderunt. »

37. « Et, ecce, plagæ infinitæ, martyri a collo ad ipsos usque lumbos dense inflictæ, invicemque, non secus ac foramina, ab apibus e cera compacta, omnino contingentes, unguentum e foraminibus, vasis perforati oleoque infinito scatentis in modum, emittebant, ac si a vehementi quodam spiritu deorsum fuissent inflatæ. Nec multum abfuit,

ut viri illi subsilienti etiam unguenti fluxu
mergerentur. Quod cum Vitalius vidisset ac s
modum admiraretur, divinum illud martyris co
et adoravit et salutavit, quoddamque, ut vi
tur, vas, Cutribion nimirum vernacule appella
manibus gestans, oleo id inde scaturiente imp
Rursus igitur illam, e qua oleum scaturit, a
claudunt, eique boni odoris humum, itaque it
oleosum illud lutum, lapidesque marmoreos
quæ divinitus data omnibus apparet, thecam
ponunt. Sic deinde, venerando iterum ma
etiam conditorio, ut prius erat, clauso, e te
etiam ac civitate sunt egressi, Vitalius quiden
unde nimirum, ut apparebat, venerat, iterur
diens, æedituus autem veluti illum observato
ad quemdam, cui nomen erat Almurus, lo
Hinc igitur eidem adjunctus, cum Vitalium qui
ut ex oleo, quod e martyris corpore hauserat
ciperet, postulasset, postulatoque, si paux
humidi exceperis, non obtento, eo crucis in mo
frontem unxisset, pedem iterum retro tulit.
inter Vitalius paululum expergefactus est, et,
martyris unguentum manibus circumferebat, t
que erat oleo madidus, bonoque odore undequ
plenus, perculsus, totus extra se raptus, tre
ac lætitia suspensus, Nonne, dicens, adhuc son
martyrisque me ferre oleum in somnio imagino

38. « Verum, ut videtur, mihi haud visioni
somno, phantasiæque fictio, sed corporea, it
martyris etiam loculum veneratus sim, præs
sese obtulit, ipsomet magno (o divinum prodi
ac ordinationem!) mihi omnino, ne in blasphe
præcipitium prolabar, prospiciente. » Hæc
supra cit. Stauracius, alia insuper plura, bre
tis ergo, quod ad rem haud multum faciant, a
bis hic omittenda, mox adjungens, Vitalioque
nacho pro arbitrio, ut apparet, affingens, qu
hic stupendo quam maxime unguenti, e s
Demetrii tumulo copia permagna scaturientis,
digio luculentissimum, cum oblata ei, quam
exhibuimus, visio fuisset, testimonium præbu
incredulitatem suam isthac omnino dedoctus. Ve
nihil prorsus, quod vel monachi Vitalii ætati
oblatæ huic, quam narrat, visionis epochæ de
minandæ utcunque sufficiat, Stauracius supped
hinc autem fit, ut, quandonam copia tanta, qu
in visione relata narrationeque hanc complex
nuitur, scaturientis e Sancti corpore ungu
prodigium locum habuerit, definiri haud queat,
interim, ut diu ante Stauracii ætatem initium
ceperit, certissime ex eo, quod verbis num.
recitatis, in ejusdem auctoris lucubratione pr
visio præfata, consectarium omnino sit. Ve
Stauracius ea etiam suppeditat, quibus, ætate
seu sæculo tertio decimo idem etiam scaturi
copia maxima e Sancti tumulo seu corpore
guenti prodigium obtinuisse, manifestissime de

39. Etenim post suam de Bulgarorum rege S
Joanne narrationem, quam verbis num. 32 re

tis subjungit, Græcis hisce aliis, Latine ad calcem redditis, ita scribit : Τίς οὐκ οἶδε τὴν ἐκ τοῦ παντιμίου Δημητριακοῦ σώματος ἀναβλύζουσαν τῶν μύρων πηγὴν, ὅση τῷ πληθυσμῷ, ὡς ὑπερεκχεῖσθαι καὶ τῶν κύκλῳ τῆς θείας αὐτοῦ σοροῦ μυροδόχων δεξαμενῶν ; Αὗται ἐκ πηγῆς τῶν μύρων τοῦ μάκαρος μέχρις αὐτῶν δεχόμεναι τὸν εὐώδη ῥοῦν διακρουνιζόμενον τοῖς βουλομένοις τῶν Χριστωνύμων κατὰ πᾶσαν ὥραν ἰατρεῖον πρόκεινται ἑτοιμότατον· καὶ γένος ἅπαν, καὶ ἡλικία πᾶσα ἐκεῖθεν πρυτανεῖον ἄφθονον τῶν μύρων πλουτοῦσι τοῦ μάρτυρος· ἄνδρες, γυναῖκες καὶ νήπια ὅλαις χερσὶν ὅσα καὶ σίφωσι πρὸς ἑαυτοὺς τὸ μύρον ἐκεῖθεν ἐφέλκουσι· καὶ οἱ μὲν ὀφθαλμοὺς, οἱ δὲ στόμα καὶ ὦτα τούτῳ καθαγιάζουσιν· οἱ δὲ καὶ στέρνα καὶ πᾶσαν τοῦ σώματος ὁλομέλειαν τῷ μύρῳ προσεπιχρίουσι, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀκορέστως ἔχουσι τῆς ἐκ τούτου καταμυρίσεως. « Quis unguenti fontem, e maxime venerando Demetrii corpore scaturientem, haud novit? Tanta manat copia, ut etiam extra destinata, quæ sacrum illius tumulum cingunt, unguento suscipiendo vasa sese effundat. Hæc bene olentem, quæ e beati unguentorum fonte emittitur, fluxionem in sese recipientia, præsentissima Christianis volentibus omni hora exstant officina medica. Et genus universum et ætas omnis publico hinc, quo martyris unguenta abunde aluntur, loco locupletantur. Viri, mulieres et pueri totis manibus per tubos unguentum inde ad se eliciunt. Ac alii quidem oculos, alii autem os ac aures illo consecrant; alii vero et pectora et omnia corporis membra unguento inungunt, ac, ut uno verbo dicam, insatiabiles in facienda per illud unctione sunt. »

40. Stauracius, hisce modo præmissis, proxime subnectit, monachum quemdam, cui ob vitæ sanctitatem Demetriani sepulcri cura erat credita, cum quotidie, nullo servato modo, cujuscunque generis ac ætatis homines scaturiens e Sancti corpore unguentum auferentes videret, re isthac ac maxime ex eo quod feminas etiam, quæ illo et genas et pectus et ubera et brachia continuo inungerent, spectare cogeretur, indignatus, unguentum complectentia receptacula occlusit. Verum id, ut Stauracius subdit, Sancto nostro, qui non tantum justos, sed peccatores etiam unguento suo morbis sanandis salutari, uti volebat, minime placuit, monachumque idcirco corripuit in visione, quam Stauracius verbis Græcis, Latine etiam ad horum calcem recitandis, sequenti modo exponit : Τοίνυν καὶ ὄναρ φαίνεται ὁ μέγας αὐτῷ, καὶ κατονειδίζει τῆς πράξεως, καὶ Ἵνα τί, φησὶ, τοῖς εὐσεβέσιν ἐφθόνησας τὸν ἐκ τῶν ἐμῶν αἱμάτων πρὸς Θεοῦ πλουσίως καθ' ἑκάστην δαψιλευόμενον ῥοῦν, καὶ τὰς μυροδόχους δεξαμενὰς τοῖς φιλοχρίστοις κατέφραξας ; Καὶ αὐτὸς μὲν οὐκ ἐν μέτρῳ καὶ τὰ μύρα προτίθημι, σὺ δὲ πεφεισμένως οὕτως ἔχεις καὶ φθονερῶς. Ἀλλὰ γὰρ ὡς μάθῃς μὴ ἀποκλείειν τοῖς φιλομάρτυσι τὴν ἁγιασμὸν μηδαμῶς, ἐνταῦθα θύραν τῶν ἐμῶν τοῖς εὐσεβέσι μύρων ἀνοίγνυμι. Εἶπε, καὶ τῇ χειρὶ κατέχων βακτηρίαν λεπτὴν, ταύτῃ τὴν ὁδὸν τοῦ μύρου διέγραψεν ἐκ τῆς μυροφόρου κινήσας ταύτην σοροῦ, καὶ εἰς πρόσωπον τοῦ ἐδάφους κατ' εὐθεῖαν σχηματισάμενος τοῦ ναοῦ, καὶ παραυτίκα μύρων ὀχετὸς ἐκεῖθεν ἐξέῤῥει καὶ τῷ τοῦ ναοῦ ὁμαλῶς καὶ ἠπίως περιελίμναζε. Καὶ ποταμὸς, ἰδοὺ, κατὰ Δαυῒδ ἐπεκρότει χειρὶ τὸ θαμάσιον, ὡς ἐντεῦθεν ἐξαπορῆσαι τὸν ἐξυπηρετοῦντα τῇ τοῦ μάρτυρος λάρνακι, καὶ ταχέως αὖθις ἀνοῖξαι τὰς κλεισθείσας αὐτῷ πρώην μυροδόχους δεξαμενὰς, καὶ συγγνώμην αἰτῆσαι τοῦ ἀγνοήματος, καὶ οὕτω μόλις στῆναι τὸν ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ χεόμενον μυρόκρουνον ποταμόν.

41. « Ei igitur in somno Magnus (Demetrius nempe) apparet, idque, quod fecerat, exprobrat, ac, Ut quid, ait, fluentum, quod e sanguine meo quotidie a Deo abunde suppeditatur, fidelibus invidisti, complectentiaque unguentum receptacula Christi amantibus occlusisti? Ac ego quidem non in mensura ac guttatim, sed ad saturitatem unguenta propono, tu vero ita parce ac invidiose te geris. At vero, ut martyrum amantibus locum sacrum haud unquam discas occludere, unguentorum meorum portam fidelibus hic aperui. Dixit, ac tenuem manu baculum tenens, illo unguenti viam, a tumulo unguentifero hanc ducens rectaque per pavimenti templi superficiem efformans, descripsit, ac mox unguentorum illinc rivus affluebat, æquabiliterque et leniter in templi pavimento manabat, et ecce mirifice secundum Davidem flumen plaudebat manu, ut hinc, qui martyris conditorio deserviebat, consilii expers animo concideret, moxque iterum, quæ primum clauserat, unguentum complectentia receptacula aperiret, ac veniam de errore postularet vixque ita in templi medio manans, e quo unguentum scaturiebat, flumen sisteret. » Relata verbis hisce a Stauracio visio vel ex eo mihi suspecta est admodum, quod monachi, continentia unguentum receptacula occludentis, factum improbandum haud videatur, si, quod Stauracius de feminis, indecenter sese in templo continuo ungentibus, ait, veritati sit consonum.

42. Verum, utcunque res hæc habeat, visio equidem jam relata, aliaque, quæ de monacho, sepulcri Demetriani custode, Stauracius narrat, scriptoris hujus ætate seu sæculo tertio decimo, uti ex jam supra dictis liquet, indubie invenere ; hinc autem consequitur, ut eodem etiam sæculo scaturientis maxima copia e Sancti corpore unguenti prodigium adhuc obtinuerit. Nec ei tum tantum, verum etiam sæculo quinto decimo locum adhuc fuisse, docet nos, qui tum (adi Commentarium prævium num. 28) in vivis fuit Demetrius Chrysoloras. Hic enim, postquam in sua de sancto Demetrio oratione, cujus partem e biblioth. Medic. plut. 10 cod. 13 descriptam habemus, de Sancti martyrio patratisque ab eo miraculis fusissime disseruit, ita prosequitur: Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Ἔκειτο μὲν ἐκείνου τὸ σῶμα τὸ ἅγιον σφαγὲν ἐῤῥιμμένον, ᾧ καὶ προσελθόντες

φιλόθεοι φιλοθέως τὸ φιλόθεον νυκτὸς ἔθαψαν· μετὰ δὲ χρόνον ὑπὲρ τὸ σῶμα πηγή τις νέα γεννᾶται, μύρον, ὢ τοῦ θαύματος! ἀνθ' ὕδατος ῥέουσα, ἐξ ἧς ποταμὸς φέρων εὐωδίας τὰ ῥεύματα, ἀφ' οὗ λίμναι πάσης εὐοσμίας ἀνάπλεῳ, ἐξ οὗπερ ὠκεανὸς ἄλλος κύματα κεκτημένος τῶν μύρων, ἅπερ ὕδωρ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὸν χαρακτῆρα, φέρει παχύτερον, ἀλλ' οὐδέ τινι τῶν ἐν τῇ γῇ ἢ καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ὑγροτέρων ἢ ξηροτέρων ἄλλῳ μετ' ἄλλων ὅμοιον, ἀλλ' οὐδὲ τῶν σκευαστῶν ἴσον ἑτέρων· σάρξ δοκεῖ τὸ φαινόμενον καὶ οὐδὲ πάλιν αὐτὸ παντοίων εὐόσμων, οὐ τῶν σκευαστῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκ Θεοῦ φυσικῶς γινομένων καὶ γεγονότων θαυμασιώτερον, καὶ εἰκότως· ὁ γὰρ Θεὸς παντὶ μὲν εὐωδίαν ἐδωρεῖτο προῖκα κοινήν, τὸ δὲ παρὸν μύρον τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ δῆθεν, ὡς προσῆκεν, ἠγωνισμένῳ χαρίζεται. Λαμβάνει δὲ τοῦτο κόποις ἰδίοις ὁ μάρτυς, οὐ χάριτι· καὶ τὸ μύρον ἐξιὸν εἰς ἀρχὰς ἀφορίζεται δύο, ἃς διαδέχονται καὶ σωλῆνες, καὶ γενόμενον ἤδη μετέωρον εἰς ὕψος ἐξαίρουσιν ὥσπερ τινὸς κάτωθεν ὠθοῦντος αὐτό, καὶ παρὰ φύσιν εἰς τὰ ἄνω τὸ βαρὺ φέρεται καὶ γενόμενον ἰσόπεδον τῷ ναῷ κραταιῶς ἡσυχάζει καὶ ἠρεμεῖ τῶν σωλήνων ἑκάτερος ὥσπερ τηρεῖ παγέντα ἢ καὶ τὰ ὀπίσω σταλέντα καὶ χαλινωθέντα τὴν εἰς τὸ πρόσω φορὰν καθάπερ ἡνίαις ἀφανέσιν ἀναχαιτίζεται.

43. Πλήρεις ὄντες οἱ σωλῆνες τῶν μύρων, ἀεὶ καὶ χαίρει μὲν ἀντλούμενος, ἀλλ' οὐκ ἐλαττούμενος, ἀρυόμενος, ἀλλ' οὐ μειούμενος, μεταλαμβανόμενος καὶ σῶος ὁρώμενος· καὶ τὸ μὲν ἐξιὸν σχεδὸν ἄπειρον· δέδοται γὰρ λαμβάνειν εὐσεβῶν ἅπαντι ὅσον ἂν ἕκαστος βούλοιτο, μένει δὲ τὰ πηγῆς ἀκένωτα καὶ ἡ ἐλάττωσις οὐδαμόθεν, καὶ τὸ θέαμα ξένον οὐκ εὐσεβέσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀσεβῶν ἅπαντι· κἂν γάρ τις αἱρετικὸς ἢ ἀντίθεος ἦν, βλασφημεῖν ὅλως ἀδυνατεῖ, τοσοῦτον ἔργον μύρου τοῦ παρόντος ἡ δόξα. Τὸ δὲ μεῖζον ὃ μηδὲ σύγκρισιν ἔχει πρὸς τὰ λεχθέντα, ὅτι σκεύη τινὰ πλήρη γενόμενα μύρων ἐκ τῶν σωλήνων καὶ φέρων ἕκαστος οἴκαδε τῶν εὐσεβῶν ἕκαστον ἀνατίθησιν ἱερῷ τινι τόπῳ, ἔχων αὐτὸ οὐ μόνον πρὸς θεραπείαν σωμάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν τῶν ἐν οἴκῳ καὶ τῶν γειτόνων αὐτῶν καὶ τῶν ἀλόγων πολλάκις ζώων, ἃ δὴ καὶ φυσικῶς ποτε κενωθέντα, εἰ καθαρὸς μόνον ἕκαστος αὐτῷ χρῷτο σκεύει ἐν τῇ μνήμῃ τοῦ μάρτυρος, ὢ τοῦ θαύματος! μύρου σκεῦος ἕκαστον εὐθὺς γέμει, ὥσπερ ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Τί τούτου μεῖζον ἢ ἴσον ἢ ἐγγὺς γένοιτ' ἄν ποτε; Παῖδες Ἑλλήνων ἄγουσι λίμνας καὶ πηγὰς ἅμα ἄλλην ἄλλως ἄλλο κεκτημένην τὸ θαῦμα. Εἴπερ οὖν οὐ μῦθός γε τὰ λεγόμενα τότε, μεῖζον ἐκείνων πολὺ τὸ παρόν. Ἐπεὶ δὲ καὶ μῦθος, ὥς ἔμοιγε, τοῦτο πρὸς σκιάν ἐστιν ἀλήθεια φανερὰ καὶ πρᾶγμα θαυμάσιον αὐτοῖς θεωμένοις καὶ τοῖς ἀκούουσι θέαμα καὶ οὐδὲ παραβάλλεσθαι δυνάμενον ἄλλῳ· καὶ τί λέγω τῶν περὶ τὴν γῆν ἐξαισίων, ὅπου γε καὶ τῶν ἐκ Θεοῦ πάλαι τερατουργηθέντων ἐστὶν οὐκ ἔλαττον; Μὴ πεμπέτωσαν ἐνταῦθα γλῶτταν αἱρετικοί, μηδὲ μιμείσθωσαν δαίμονας. Ὅμως ἀδυνατοῦσι πλασάμενοι τὰς ἀντι-

A στρόφους αἰτίας ἀπατῆσαι τοὺς εὐσεβεῖς, ὡ,
πάλαι τὸν πρῶτον οἱ δαίμονες ἄνθρωπον· οὐκ
σιγάτω κἂν ὁποῖος ἂν ᾖ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν
τούτων ἡμῖν ἀρκεῖ, ἐπεὶ λέγειν εἰς πλάτος
γε βουλομένοις ὁ βίος οὐκ ἀρκετὸς ἔσται.

44. Βραχὺς γὰρ ἅπας ἐπὶ τοῖς μάρτυρος θαύμα
διόπερ, ὦ θαυμαστὲ καὶ καλὲ Δημήτριε, θαυμ
στρατιῶτα Χριστοῦ, σὺ πολλάκις τὴν παρο
πόλιν ἐκ τῶν χειρῶν ἐῤῥύσω τῶν ἀλλοφύλων
παντοίων, ἐγένου τῶν νοσημάτων ἰατρὸς ἄρισ
καὶ τὸ γένος ἡμῶν ἠλέησας· διὸ σοῦ δεόμεθα
καὶ νῦν, ἀνάστησον αὐτὸ κείμενον καὶ βοηθ
δεόμενον, ἐλευθέρωσον καὶ βοήθησον ἀσθενο
χειμαζόμενον ἐν ἀκυμάντῳ λιμένι στῆσον, π
B μενον ἔτι πυρὶ βαρβάρων διάλυσον, εὐκρασί
καὶ θυμῶν καιόμενον αὐτῶν θερμῇ σου δ
θεράπευσον, καὶ πάντα ποίησον ἐν θεραπείᾳ ψ
ἅμα καὶ σωμάτων πρεσβείαις τῆς παραχρ
Μητρὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ
πει δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς
αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. « Quid illud igi
Sanctum quidem illius (sancti Demetrii nimir
cadaver jacebat projectum; ad quod cum et D
amantes accessissent, e pietate in Deum Deo
ctum noctu sepelierunt; postea vero supra co
novus quidam fons nascitur, unguentum (o
mirandam!) aquæ loco effundens, e quo
olentia fluenta vehens, qui stagna bono o
plena gignit, fluvius promanat. Hinc oceanus a
C qui cum unguentorum, quæ ab aqua distinguur
fluctus habeat, crassiorem quam hæc qualit
præfert, nec ut alia humidiorum sicciorumve
in terra vel circa illam sunt, alteri ulli simil
nec talem etiam qualem alia quæ arte facta s
habent. Carnem esse dicas, idque nihilominus
magis, quam res diversas, non tantum quæ pa
ab artificio sunt, verum etiam quæ naturali
Deo producuntur productæque sunt, bonum
gere odorem, est mirandum, ac merito qui
Deus enim bonum quidem odorem communi
omnibus gratuito dat, præsens autem unguent
ex illo nempe effluens, ei qui certavit pro m
largitur.

45. Id vero martyr laboribus suis, haud
D benevolentia, accipit. Ac unguentum, ubi exi
duas scaturigines dividitur, quas et tubi excipi
jamque fluidum effectum in sublime, ac si
illud e loco inferiori propellat, attollunt, contr
naturam, quod grave est, sursum fertur; cun
ad templi planitiem pervenit, illico quiescit,
boque in eodem statu tubi permanent, quasi
concreta sunt, contineant, aut etiam quasi
missa ac repressa, quæ per factum ad partes
riores decursum fieret, evacuationem habenis
dammodo inhibeant. Unguentorum pleni cum
tubi, gaudio quidem semper, qui haurit, affic
sed unguentum haud minuit, id extrahit, sed
crescere haud facit, percipit, sanusque effic
Atque id quidem, quod effluit, infinitum fere

piis enim omnibus, ut quisque, quantum voluerit, accipiat, est datum; fons autem manet inexhaustus, nec ulla ex parte imminutus apparet, estque non piis duntaxat, sed impiis etiam omnibus peregrinum spectaculum. Etsi enim quis hæreticus aut Dei inimicus sit, tale unguenti opus, cujus palam est gloria, blasphemare omnino non potest. Quod autem majus est, nec ad dicta comparationem habet, cum vasa quædam e tubis fuerint unguentis impleta, atque a piis quibuscunque domum delata, in loco quodam sacro quæque deponunt, ea non tantum ad corporum, verum etiam animarum domesticorum vicinorumque suorum, uti et sæpe ad animalium irrationalium, curationem adhibentes. Cum vero exinanita illa naturaliter fuerint, si modo impollutus quisquam vase illo in martyris commemorationem utatur, statim vas quodque (o prodigium!) unguento, uti ab initio fuerat, plenum exsistit. Quid hoc majus, vel æquale vel vicinum unquam exstiterit? Stagna simul et fontes, quorum alius aliud alia ratione prodigium fuerit complexus, ethnici celebrant. Quod si igitur, quæ abs illis aliquando dicta fuerunt, fabula haud sunt, hisce illud, de quo præsenti sermo, multo est majus; quod si autem, ut mihi videtur, fabula sint, illud pro umbra manifesta est veritas, resque, quæ ipsismet, spectaculum cernentibus audientibusque sit admiranda, nec alteri comparari queat, ac, quid dico, iis quæ a terra sunt producta, insignibus, quandoquidem et iis, quæ a Deo olim fuere patrata, prodigiis haud sit minus?

46. « Linguam igitur hic haud moveant hæretici, nec dæmones imitentur. Causas oppositas, ut pios, quemadmodum primum hominem dæmones, decipiant, fingentes haud æque prævalebunt. Ne igitur qualiscunque etiam sit, conticescat. Verum

A hæc de illis dixisse nobis sufficiat, quoniam si ea in latum commemorare voluerimus, vita haud sufficiens sit futura; omnis enim ad martyris celebranda miracula est brevis, quia tu, o mirande ac eximie Demetri, stupende Christi miles, sæpe hanc civitatem ex alienigenarum manibus liberasti, optimusque morborum diversorum medicus exstitisti, generisque nostri es misertus. Ideo te precamur, et nunc adhuc illud, quod jacet, erige, ac, quod opem implorat, libera, laborantique fer suppetias. Tempestate jactatum statue in portu tranquillo, Barbarorum igne defixum tua adhuc benignitate solve, eorumdemque furoribus deflagrans rore tuo calescenti sana, omniaque in animarum
B simul ac corporum nostrorum curatione fac per preces immaculatæ Matris Domini nostri Jesu Christi, cui convenit gloria, virtus, honor et adoratio in sæcula sæculorum. Amen. » Hactenus Demetrius Chrysoloras laudatus, qui cum, ut supra docui, sæculo quinto decimo floruerit, hæcque, quæ verbis jam recitatis continentur, memoriæ prodat, tunc sane unguenti, maxima copia e sancti Demetrii corpore scaturientis, prodigium adhuc obtinuisse, indubitatum evadit. Nec hoc tantum e recitatis Chrysoloræ verbis discimus, verum etiam, uti hæc expendenti patescet, notatu satis digna de prodigioso sancti Demetrii unguento alia nonnulla, quorum interim fidem penes auctorem stare volo. Utrum porro, Thessalonicensi Sancti templo in fa-
C num Turcicum, ut supra in Commentario prævio, num. 92 docui, jam converso, stupendum admodum, quali etiam alii Sancti nonnulli modo adhuc a Deo condecorari olimve certe condecorati noscuntur, stillantis seu scaturientis copia maxima e Demetrii corpore unguenti prodigium hodieque perseveret, compertum haud habeo.

ORDO RERUM
QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

SIMEON METAPHRASTES.

FINIS TOMI CENTESIMI DECIMI SEXTI.

Parisiis. — Ex Typis L. MIGNE.